11 tur] ad quæstionem facti, Pater † vni ex filiis existentibus in studio Bononiæ, reliquit pro alimentis vsumfructum certæ rei: quærebatur cuius expensis, & periculo redditus iste debeat portari Bononiam. In quo dico, quòd si iste redditus consistat in pecunia, ita quòd in portando nulla sit expẽsa: debet mitti expensis fratrum, arg. de constit. pecun. l. item illa, in princ. si tamen periret in via, cuius esset periculum: posset contendi, an per proprium nuncium obligatorum, an per nuncium scholaris, secundùm casum. l. si mea causa. §. fin. ʒ. commod. aliàs attenderetur, an debitum esset in genere, & non liberarentur per interitum. l. incendium. C. si cer. pet. secus si deberetur respectu certæ speciei. Sed in alia re, vt in frumento, vino, & similibus: tunc videtur, quòd legatarius debeat facere portari suo sumptu, & periculo. l. 1. §. pen. ʒ. de peric. & com. rei vend. bene facit l. prouincialium. in fin. C. de erog. milit. ann. lib. 12. & vno verbo probatur in l. si hæres damnatus. ʒ. de vin. trit. & ole. lega. in fin. l. Hoc verum, nisi testator expressè, vel tacitè designasset locum, arg. s. de iud. l. sed & si susceperit. §. si libertis. & l. quod legatur. & ita credo hic; quia dixit Bononiæ in studio. Adde incidenter tex. cum glo. in Authen. de incest. nupt. §. si verò contigerit. super ver. alia necessaria, quæ dicit specialiter de filio, cui etiam bannito debent mitti alimẽta. circa quod vltimum vide quod dicam. ʒ. eod. in l. sed si quid. §. 1.

Ex §. Constituitur.

SVMMAE.

1 *Ius subalternum, non præest iuri principali.*
2 *Plena proprietas, quæ dicatur, num verificetur, vbi non versatur commodum, ponit Author.*
3 *Ex causa necessitatis, opera ab homine potest locari in perpetuum.*
4 *Pater distrahit filium, necessitatis causa.*
5 *Vasallus an possit seruire Domino per substitutum, eo impedito, aut non ualente, quærit Author.*

§. Constituitur. ¶ Not. tex. qui quotidie allegatur, ibi [non
1 tantùm,] quòd ius † principale non debet succumbere iuri subalterno. ¶ Not. ibi. [essent proprietates.] quia
2 videtur probare, quòd proprietas † verificetur etiam sine aliqua commoditate: vt tamen cognoscatur, quando dicatur plena proprietas: vide bonum tex. in l. fœminæ. in fin. C. de secun. nupt. ¶ In glo. prima, ibi. [sed tu dic contra.] Idem dicit glo. Inst. eod. §. ne tamen. in vers. abscedente. & C. eod. l. antiquitas. in vers. nunquam. contra not. C. de liber. ca. in l. post certi. Et Pet. dicit, quod ista
3 glo. est vera; quia non promisit seruire † per se tantùm: sed si promisit per se tantùm, dicit Guil. quòd si erat inops, & persona egena, ita quòd non poterat viuere, & tunc in perpetuum poterit locare; quia videtur fieri propter subuentionem suæ necessitatis, quo casu potest etiam pater
4 † filios distrahere. C. de pat. qui fil. distrax. l. 2. & C. de act. & oblig. l. ob æs. & Authen. ibi posita, quæ sumitur ex corpore. vt nulli iud. Nec per substitutum potest deseruiri, quando personæ ministerium esset electum. l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollend. Ad tempus autem teneret conuentio. Ita intelligatur glo. in d. l. post certi. de qua quæst. tangitur per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. & in l. quoties. de verb. oblig. tangitur per Guliel. in Spec. de fer. §. quoniam. ver. primò autem. ¶ In ead. glo. in fi. ibi. [l. ad similitudinem.] vide ibi per Cyn. Et hoc
5 scire est vtile in persona † vasalli, vtrùm possit seruire per

ſubſtitutum, quando ipſe non poteſt; & adde quod not. Archid. 88.diſtinct.c.Epiſcopus.l'vltimo. & 16.q.1.c.generaliter. paulo ante fin.

Ex l. Vſusfructus ĩ multis.

S V M M AE.

1 *Similitudo eſt inter vſumfructum, & dominium.*
2 *Vſusfructus continet partem integralem, & non ſubiectiuam dominij.*
3 *Ex die, debetur, & conſtituitur vſusfructus.*
4 *Vſusfructus eſt pars dominij integralis.*
5 *Dominium differt ab vſufructu, ſicut totum à parte.*
6 *Vſusfructus non eſt verè pars dominii, ſed interpretatiuè.*
7 *Vſusfructus habet ſimilitudinem cum dominio, reſpectu commoditatis fruendi.*
8 *Vſusfructus non eſt pars prædicamentalis dominij, ſed integralis tantùm.*
9 *Quandoq; eſt pars dominij prædicamentalis.*
10 *Quandoq; pars ſubiectiua diuerſis reſpectibus.*
11 *Dominio accepto, non pro toto integrali, ſed pro ſpecie, differt vſusfructus à dominio.*
12 *Vſusfructus quandoque eſt pars actus, capiendo actum pro toto integrali, & non pro ſpecie ſeruitutis diſtinctæ.*
13 *Omne ſimile non eſt idem.*
14 *Habens ſolum vſumfructum, non habetur pro poſſeſſore ad euitandam, iudicio ſiſti, ſatiſdationem.*

L. Vſusfructus in multis.

1 ¶ † Vſusfructus habet ſimilitudinem cum dominio. Hoc
2 dicit, ſecundum glo. ¶ Vel ſic. † Vſusfructus eſt pars inte
gralis, non ſubiectiua dominij. hoc dicit, ſecundùm Placen. & facit iſta l. ad id, quod tangit Ioan. And. de reg. iur.
in c. non debet. lib. ſex. ¶ Not. quòd dicitur vſusfructus
3 eſſe, † qui etiam debetur ex die. ¶ In glo. ibi [vt domi-
4 nium ſit quoddam] ſcilicet integrale † conſtans ex ſuis
partibus, & tunc vſusfructus eſt pars dominij. ſ. integralis, ſicut paries eſt pars integralis domus. j. de vſucap. l.
eum, qui ædes. ¶ In ead. ibi. [ſecundum Placen.] non intellexit Placen. quòd differant inter ſe, vt ſpecies, & ſpe-
5 cies, vt bos ab aſino; † ſed differunt ſicut totum, & pars.
¶ In ead. ibi. [ſecundùm Rog.] in l. qui vſufructu. j. eod.
6 dicit, † quòd interpretatiuè eſt pars dominij, ſed nõ verè;
7 quæ opinio tolerabilis eſt; † habet enim ſimilitudinem cũ
dominio, quantùm ad commoditatem. l. Mæuius. §. fun-
8 do. de lega. ij. ¶ In ead. ibi [non autem † eſt pars prædicamentalis.] Hoc verum accipiendo dominium pro quodam toto integrali; quia tunc eſt pars integralis, non autem eſt plenum. ſ. dominium, niſi ſit ei vſusfructus concretus, vel compoſitus: ſed accipiendo dominium pro toto vniuerſali, & ſic pro genere quodam: & ſic eſt pars prædicamentalis, & ſubiectiua; nam ſubijcitur vſusfructus dominio, ſicut ſpecies ſub genere: & cum prædicatur de vſufructu, prædicatur etiam de dominio; quia quodcunque ius (etiam incorporale) quis habeat, intelligitur etiam dominium habere ipſius iuris: vnde prædicando de illo dominio, prædicatur de dominio in genere: licèt autẽ quan-
9 doq; ſit pars dominij integralis, quandoq; prædicamen-
10 talis, † & ſubiectiua diuerſo reſpectu, vt dixi: tamen nunquam eſt pars fundi, accipiendo ſemper dominium pro ipſo corpore, & ſic debet intelligi. l. rectè dicimus. j. de verb. ſign. ¶ Item accipiendo dominium non pro toto in-
11 tegrali, nec vniuerſali, ſed pro ſpecie quadam vſusfructus
differt à dominio, vt ſpecies à ſpecie, & ideò verum eſt, ꝙ
12 hoc caſu non eſt pars. Ex his patet, quòd † vſusfructus eſt
pars actus, actum accipiendo pro toto integrali, ſed non pro ſpecie ſeruitutis diſtinctæ. Et ad hanc concordiam poteſt adduci hæc opinio hic relata in d. l. rectè dicimus. & in d. l. Mæuius. §. fundo. ¶ In ead. glo. ibi [non quòd ſit
13 dominium.] eſt enim actum, quòd nullum ſimile eſt idẽ.
j. depoſi. l. quod Nerua. ¶ Extra adde, quòd licèt ſit poſſeſſio in vſufructu, & appelletur pars dominij, vt hic: habens tamen ſolum vſumfructum, non habetur pro poſ-
14 ſeſſore, † vt euitet ſatiſdationem de iudicio ſiſti. l. ſciendum. in fi. princ. ſ. qui ſatiſd. cog. & eſt ratio; quia cohæret perſonæ, nec poteſt cedi, & multis modis extinguitur; & ideo ceſſat ſuſpicio fugæ, quod debet intelligi: niſi ex alijs ceſſaret, quod eſt arbitrarium, vt ibi notatur.

Ex l. Vſusfruc. & ab initio.

S V M M AE.

1 *Vſusfructus eſt ſeruitus diuidua, tam reſpectu conſtitutionis, quàm etiam obligationis.*
2 *Seruitus vſus eſt indiuidua.*
3 *Seruitutes non habentes cauſam continuam, vel quaſi, præſcribuntur tanto tempore, cuius memoria non extat in contrarium.*
4 *Seruitus vſusfructus præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

L. Vſusfruct. & ab initio.

1 ¶ Vſusfructus eſt ſeruitus diuidua, tam reſpectu conſtitu
tionis, quàm obligationis, ita poteſt intelligi. ¶ Not. tex. in ver. [Reo quoque] qui per Docto. inducitur contra glo. in l. ſtipulationes non diuiduntur: quatenus autem iſtud ius vſusfructus cenſeatur diuiduum, quod eſt ſecus in alijs ſeruitutibus, communiter dicunt, quòd ſit ratio; quia tantam vtilitatem affert in parte reſpectu partis, quã tam in toto reſpectu totius, ſecundùm regulam, quæ ponitur in l. in executione. poſt princ. de verb. oblig. ſecus in ſeruitute vſus, quæ iudicatur indiuidua: quæ ſit ratio, vide
2 plenè per Bart. in l. ſtipulationes † non diuiduntur. circa
nonam colum. j. de verb. oblig. ¶ In glo. prima. in fin. uide l. arbor. in fin. j. com. diuid. & l. ſi partem. j. de ſeruit. ruſtic. præd. ¶ In glo. 2. ibi. [decem vel viginti annorum] dicatis, quòd glo. in ver. poteſt, notat contrarium in l. iuſto. §. non mutat. j. de vſucap. vbi tenet, quòd non præſcribitur, niſi ſpatio temporis, cuius initij memoria non exi-
3 ſtit, per l. 1. §. fin. de aqua pluuia. arcen. † Sed hoc reputa-
tur verius ad ſuum propoſitum; quia ibi loquitur in ſeruitutibus, quæ debentur à re rei, quæ ſi non habent continuam cauſam, vel quaſi, requirunt tantum tempus, cuius memoria non extet: ſed hic ſumus in vſufructu, qui eſt ſer
4 uitus † debita à re perſonæ, vnde licèt non habeat perpe-
tuam cauſam, vel quaſi: adeſt tamen animus vſufructuarij, quo mediante præſcriptio perficitur, ſecundùm Doct. in l. fin. C. de præſcrip. trigin. vt quadragin. ann. tangitur per Cyn. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua. in 6. q. ¶ In tertia gl. in fin. vel poteſt dici, ſecundùm Iac. de Beluiſ. quòd recipiat diuiſionem per tempora, & ſic recipiat diuiſionem in ſubſtantia, vt not. j. de verb. oblig. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ¶ Ext. vulgariter allegatur iſta l. in princ. per Dyn. ꝙ illa, quæ recipiunt diuiſionẽ in ſe per partes, recipiũt diuiſionem in parte temporis, & ècontra: quæ non recipiunt diuiſionem partis in ſe, nec recipiunt diuiſionem temporis, vide Dyn. in l. actus legitimi. j. de reg. iur.

Ex l. Vsusfructus pluribus modis.

SVMMAE.

1 *Iudex in iudicio diuisorio, an possit constituere vsumfructum in re hæreditaria, & adiudicare.*
2 *Regula Catoniana non porrigitur ad legata conditionalia.*

L. Vsusfru. plurib. modis.

¶ Prosequendo declarat I.C. alios modos constituendi vsumfructum, & inter viuos, & in vltima voluntate, & cũ
1 proprietate, vel sine. ¶ Not. hic in 2. parte. l. quod† Iudex potest in iudicio diuisorio constituere vsumfructum in re hæreditaria, & adiudicare alteri. prima frõte est dubium, cum hoc petitum non sit: & sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. commu. diuid. sed potest dici, quòd hoc operatur conclusio libelli, quæ est in effectu, vt fiat diuisio, prout cõmodius, & habilius fieri potest, & quia in iudicijs diuisorijs Iudex multum potest. ꝟ. fam. her. l. planè. ¶ In glo. fin. in fin. de reg. Caton. Ratio; quia istud legatũ
2 habet in se tacitam conditionem, & † ad legata conditionalia illa regula non porrigitur.

Ex l. Vsufructu legato.

SVMMAE.

1 *Omnis rei cõmoditas, & instrumenti ad fructuarium pertinet.*
2 *Fructuarius non solùm naturales, sed industriales quoque fructus suos facit.*
3 *Redditus appellatio plus importat, quàm fructus, & partus, & fœtus, redditus appellatione, non etiam fructus nomine continetur.*
4 *Vsufructuarius iurisdictionis, & imperij, banna, condemnationes, & introitus non restituit, finito vsufructu.*
Et quid si antequam eadem exigerentur, vsusfructus finiretur.
5 *Vsufructuarius fortilitium non potest de nouo constituere in re fructuaria.*
Dominus vendens collectas vnius anni, easque ex causa duplicans, an ad ipsum, vel ad emptorem huiusmodi duplicatio spectet.

L. Vsufructu legato.

¶ Ad fructuarium spectat omnis cõmoditas rei, potest etiam petere missionem in possessionem ex causa damni infecti, nec eo inuito innouatio potest fieri in re fructuaria. Hoc dicit. ¶ In
1 tex. ibi. [omnis † fructus rei ad fructuarium pertinet] & etiam instrumenta eiusdem. ꝟ. eod. l. item si fundi. §. instru
2 menti. ¶ In tex. ibi [quæcunque] dicatis, † nedũ naturales, sed etiã industriales fructus facit suos. Ita notat glos. in l. qui. §. præterea. ꝟ. de vsur. ¶ In tex. ibi. [redditus] videtur idem repetere; quia supradixit, fructus: sed certe hoc plus
3 importat. nam eius appellatione † continetur partus, & fœtus. ꝟ. de vsu. l. Paulus. §. 1. & ꝟ. ad Treb. l. deducta. §. hæreditatẽ, quod secus est in fructu. ꝟ. eod. l. vetus. ¶ No-
4 ta casum hic in ver. [amittere] † quòd vsufructu constituto cũ iurisdictione, & imperio, introitus, banna, & condẽnationes nõ debent restitui finito vsufructu; quia hæc omnia sunt in fructu. Dubium autem potest cõtingere, si vsusfructus finiretur, antequàm dies exigendi veniret, pœna in condemnationem deducta, ad quem debeat spectare. Et certè videtur ad vsufructuarium, vt videtur sentire gl. hic, & probatur. ꝟ. eo. l. si operas. Est tñ dubiũ; quia in aliquibus casibus videtur considerari effectus de præterito, sm̃ not. per Cy. in l. extra territorium. ꝟ. de iurisd. om. iud. Not. vlterius ibi [non potest altius tollere,] ꝙ vsufructua
5 rius † non potest in re fructuaria de nouo fortilitium constituere. ꝟ. eo. l. vsufructuarius. Alij sic, nisi fortè vnus ad æmulationem alterius faceret, vel ibi reficeret, de quo vide in l. per prouincias. C. de ædific. priuat. & in l. si opus. ꝟ. de no. oper. nun. de quo aliquid de seruit. vrban. præd. in l. Imperatores. ¶ In Glo. 1. ibi. [vel põt obligare ipsũ ius.] dicatis hoc verũ, vt. ꝟ. qui pot. in pig. hab. l. potior. §. pen. & d. l. interest. in glo. alleg. de quo etiam dic, vt no. ꝟ. de pig. l. si is, qui. §. pen. contra hoc tamen videtur facere, quod not. in l. fin. sol. mat. & ꝟ. de iur. dot. in l. si legato. circa quod vide quod not. in d. l. fin. in prin. ¶ In glo. 2. dum allegat l. at vbi. de pet. hæred. vide ibi bonam glos. & ista
6 intra faciunt ad quæst. Dominus vendidit collectas vnius anni: deinum propter superuenientiam curiæ, vel quia putabat venturam, aut etiam propter nuptias filii, duplicauit eas, cuius debeat esse ista duplicatio, an emptoris gabellę, vel domini? quam quæstionem. Cin. format in d. l. at vbi. in addit. & ita ibi Bal. recitat.

Ex l. Hactenus tamen.

SVMMAE.

1 *Sarta tecta quid significent.*
2 *Stipendium quid sit.*
3 *Tributum quid sit.*
4 *Fructuarius vetustate collabentia, reficere non tenetur, nisi sit in culpa.*
5 *Collectæ, datia, indicta, & superindicta, & viarum refectio, cæteraque onera ordinaria, & extraordinaria ad fructuariũ pertinent.*
Et an verum sit indistinctè.
6 *Vsufructuarius an, & quando teneatur soluere annua legata.*
7 *Modica impensa potest probari per iuramentum expendentis.*
Et qua actione impensas ab eo factas à proprietario repetat.

L. Hactenus tamen.

¶ Modica impensa, & sarctio tectorum spectat ad fructuarium, non magna, & ad illam debet per iudicem compelli. Hoc dicit. ¶ Vel sic. sicut vtilitas, ita refectio modica ad fructuarium spectat, & sicut tributum, vel alimenta sibi à defuncto relicta, vel ex re fructuaria venientia, iudicis officio fructuarius debet agnoscere; ita & alia onera suscipere tenetur, & voluntariè potest reficere; detrahere verò, vel ampliare in meliorando non potest, forma mutata. hoc dicit pinguiùs cum
1 l. seq. ¶ In tex ibi [sarta tecta.] idem † est, quod restauratio tectorum, vel templorum, vel tributum, quod colligitur ad reparanda tecta, secũdùm Hug. in ver. refectiones. de isto habetur Paralipom. 24. c. circa prin. & plenius. 3.
2 regum. 12. ¶ In tex. ibi [stipendium] † etiã propriè, si mitti debent milites ad aliquem, & mittentes dicant se egere pecunijs, & statuunt, quòd quilibet fundus, vel domus soluat tantum, vt. ꝟ. de verbo. significatio. l. ager. §. 1. ¶ In tex. ibi. [tributum] dic, quod tributum est, quod
3 † ad diem soluitur. l. 2. in fin. C. de alluuion. & palud. & de istis vocabulis vide per Bart. in l. 1. §. 1. ꝟ. de public.
4 ¶ No. primò, quòd onus † reficiendi, quod vetustate corruit,

ruit,non incumbit fructuario;quod intellige, nulla culpa fructuarij intercedente, aliàs indistinctè teneretur reficere: quia non esset vsus arbitrio boni viri, quod ipse facere deberet. ¶ Not secundò ibi.[modica refectio] reg. quòd
5 † onus extrinsecum,vt datiorum,collectarum,refectionis viarum,vel similium,indictorum,vel superindictorum,& ordinaria,& extraordinaria spectant ad eum,vt hic. Adde quod dicam.j̃.eod. in l. si pendentes.§. si quid cloacarij. Adde Guiliel.C.de acqui.poss.in l.licèt.per Cin.de pign. in l.in sũma per Iac.de Are.in l.neq;.j̃.de impen. in reb. dot.& per Bar.in l.cotem.§.fin.j̃.de publica. ¶ Et aduerte,quòd hoc videtur intelligendum in fructuario, qui habet causam lucratiuã,vt legatarius : secus si haberet onerosam,vt quia emisset vsumfructum;videtur enim tunc,ꝙ dominus proprietatis teneatur agnoscere;quia aliàs videtur stare per eũ,quominus vsufructuarius vtatur. l. si quis domum. j̃. loca.& cond. In contrarium tamen facit hæc lex,quæ simpliciter dicit, ꝙ refectio spectet indistinctè ad illum, qui asserit vsumfructum ad se pertinere . ¶ Not.
6 tex.ibi[alia onera] ex quo collige,† quòd tenetur soluere annua legata, si vsusfructus est sufficiẽs , de quo vide tex. apertum.in l.fin.§.fin autem legata. C. de bon. quæ libe. ¶ In glo. in ver.pertinet.ibi.[iudicis arbitrio]hoc est vti-
7 le scire;† quia impensa parua potest probari per iuramentum impendentis,de quo vide tex. iuncta gl. in l.fin. §. in computatione.in versi.approbauerit.C.de iur.delib. facit quod no.C.de sacrosan.eccles.in l.illud.& in l.si quis pro redemptione.C.de donatio.& istud etiam facit ad not. in l.1.in prin.C.de bon.mat.facit etiam ad no in l.& in totũ. j̃.de impen.in reb.dot. ¶ In ead.glo.ibi.[à proprietario repete] qua autem actione ipse possit repetere,est dubiũ. Nam glo.C.eod in l.eum.dicit , ꝙ actione negotiorũ gestorum.Bar.ibi,& aliqui alij contra; quia fructuarius operam ex necessitate ponit, sed non sumptum; ergo nõ agit negotiorum gestorum.l.si communes. š.de nego. gest. dicite ergo,ꝙ agetur actione in factum.l. Prætor §. his verbis.de bon.auct.iudi poss. & circa hunc supradictũ modum agẽdi, vide latè per Bart.in l.cotem.§ fina. j̃.de publica.in.7.quęst.pertotum,tangit etiam in l.eum ad quẽ. hic alleg. ¶ In glo.fin.dum dicit [vel refert.] iunge istã cũ prima,de quo vide,quod tãgitur in l.cum hi.§.si vna.š.de transact.

Ex §. Neratius.

S V M M AE.

1 *Vsufructuarius reficit inuito Domino , & cætera exercet, quæ spectant ad culturam, non ampliat, nec detrahit rei fructuariæ.*

2 *Sylua,vel nemus rei emphiteoticæ , domino inuito euelli , siue in aliam formam mutari non potest.*

3 *Domus in re emphiteotica construi non potest.*

§.Neratius. ¶ Vsufructuarius potest reficere domino inuito, & alia facere,quæ pertinent ad culturam : sed ampliare,aut detrahere non potest.hoc dicit,eum parua.l. sequẽti. ¶ Per istum
1 tex.deciditur† quòd si est relictus vsusfructus molendini, non poterit vsufructuarius detrahere clausam ipsius molendini,nec murum de domo fructuaria,licèt velit meliorem reponere, de qua quæstione vide per Cy. incidenter. š.de iust.& iur. ¶ In tex.ibi [pauimenta.] de hoc.š. si ex no.ea.aga.in l.pen.in fi.& de fur.l.vulgaris.in prin.& not. j̃.de cond.ob causam.l.penul. & j̃.de vsu.& hab.l. fina.

2 Ext.facit iste tex.cum.l.sequen.ad quæstionem † de emphyteota,qui receperit rem in emphyteosim puta syluã , vel nemus,quam inuito domino vult extirpare,& plantare ibi vineam,an hoc possit. Et prima fronte omnes dicerent,quòd sic;quia per hoc melioratur res emphyteotica, quæ sui natura recipitur ad meliorandum.In contrarium facit iste tex. quia illa melioratio permutatur, quę nõ mutet formã rei,inuito domino, vt hic.& istud fertur tenuisse
3 Nico.de Matesil.& secundum hoc emphiteota nõ† possit in re emphiteotica ædificare domum;quia forma rei mutatur.l.repeti.§.fi.j̃.qui. mo. vsusfr. amit. Alij dicebant contrarium,quòd imo poterat;quia tacitè inest ex natura cõtractus,quòd possit meliorare.C.de sacr.eccl. Auth. si quas ruinas . C. de aluu.& palud. l. 2.& l. intra vtile. § fi.š.de minor. Et secundum hoc potest responderi ad id, quod dicitur de mutatione formæ;quia forma superficialis potest mutari in melius; quia iste cõtractus est ad hoc inuentus,vt melioretur. Alij dixerunt , quòd in sylua non potest fieri mutatio , in domo potest ; quia potest deduci ad aream deposita domo,& sic ẽ diuersa ratio. Sed forma extirpata non erit postea sylua,sicut prius erat.l.qualitũ. §.illud.§.fortasse, de lega.3.& hanc vltimam sententiam multi sequuti sunt,vide Bar.in l.fi.C.de iur.emphi.

Ex.l.Item si fundi.

S V M M AE.

1 *Quicquid ex fructuaria re percipitur, ad fructuarium pertinet.*

2 *Vsufructuarius cogitur ad culturam rei fructuariæ,hoc idem in conductore.*

L.Item si fundi. ¶ Quicquid ex re fructuaria percipi potest,ad fructuarium pertinet, dummodo vtatur arbitrio boni viri.hoc dicit. ¶ Not.dictionem illam[quicquid]sic
1 vniuersaliter prolatam , ex qua colligi potest,† quòd quærit etiam fructus naturales,licèt non pertineant ad bonæ fidei possessores.l.vsusfructus.j̃.qui.mo.vsusf.amit. Et hoc intellige in vsufructu principaliter debito: secus si veniret in consequentiã,vt j̃.ea.l.ver.sed si. ¶ Not.secundò,quòd
2 † vsufructuarius potest compelli ad culturam rei fructuariæ.Idem in conductore.l.si merces.§.conductor. j̃.loca. nam tenetur præstare dño omnia,quæ diligens paterfam. sed non colere, ascribitur culpæ saltem leui,& ideò de ea tenetur , licèt non teneatur de leuissimã,vt patet.j̃. l. sed cũ fructuarius. Et no.istã.l.ad no.j̃.sol.mat.in l.diuortio. §.sicut. ¶ In glo.in verbo[continentur]in fi.hic enim est specialis dispositio facta de re indeterminata respectu rei, ideo omnia etiam futura respicit, & ad fructuariũ omnia pertinẽt,sed ibi fuit generalis dispositio de re , postea est facta specialis detractio:vnde specialis detractio illa non trahitur ad futura.

Ex.§.Huic vicinus .

S V M M AE.

1 *Incrementum rei fructuariæ acquiritur fructuario.*

2 *Quid in emphyteota, num incrementum ad eum pertineat ? quærit Autor,& idem asserit quod de fructuario.*

3 *Aliud tamen dicit statui in feudatario remissiuè.*

4 *Differt incrementum alluuionis ab altero Insulæ,ratio diuersitatis adducitur.*

Insula

5 *Insula continet incrementum disiunctum.*
6 *Concessa iurisdictione alicui territorio ab habente facultatem, eo aucto extenditur iurisdictio per modum vnionis concessa.*

§. Huic vicinus.

¶ Vsusfructus augmentum rei fructuariæ ad ipsum fructuarium pertinet, si est latens, alias non.
1 hoc dicit. ¶ Not. ergo, † quòd augmentum rei fructuariæ
spectat ad eum. Et ex hoc potest inferri ad quæstionem.
2 Quid † de emphyteota, an talia augmenta spectent ad
eum. Et certè cum fortius ius habeat, idem in eo vr̃ di-
cendum, vt not. glo. in l. de quibus. ſ. de legi. ¶ Aliud ta-
3 men dicitur in † feudatario, vt ibi not. tu vide. l. antepen.
4 ȷ. tit. primo. Nota secundò † differentiam inter incremen-
tum alluuionis, & insulæ. & est ratio diuersitatis; quia in-
crementum alluuionis est coniunctum, & non potest sepa
rari à fundo. ȷ. de acquir. re. domi. l. adeo. §. per alluuio-
5 nem. Insula autem † est incrementum disiunctum, & cer-
tum est, ꝙ coniũctorum est eadem ratio: separatorũ verò
diuersa. C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. & de tri-
but. l. procuratoris. §. si plures. ¶ Et hoc est vtile ad quæ-
6 stionem, † quando per habentem potestatem est concessa
alicui iurisdictio, an si contingat territorium illud am-
pliari, extendatur iurisdictio ad locum ampliatum. At-
tendite; quia si est facta per modum vnionis, extenditur,
vt hic; secus si non est facta per modum vnionis, sed alia,
idest maiori territorio est concessa; nam hoc casu ad illud
ius non extenditur. bene faciunt iura hic allegata in glo.
de quo vide Guiliel. in §. si nuda. allegato in glo. & quod
ibi not. & adde glo. in c. 1. ne sede vac. & quod latius scri-
psi in d. l. procuratoris. §. si plures. de tribu. ¶ Item contra
hoc, quod dicit hic, augmentum pertinere ad fructuariũ,
videtur facere. ȷ. de au. & arg. lega. l. si ita. & ȷ. de contra
hen. empt. l. in lege. Sed potest responderi, quòd ibi dispo
sitio de vno ad aliud non adaptatur; hic autem adapta-
tur ad ea, quæ accessoria sunt. facit. l. si ego. §. quod ta-
men. ſ. de publi. Vel dic alio modo, quòd ibi fuit disposi-
tio determinata, ideò non extenditur. facit de lega. 1. l. si
ex toto. hic fuit determinata, ideo potest extendi. ¶ Item
ad id, quod dicit, quod non accedit insula, quid in emphy
teota sit, vide Cy. C. de iure emphy. in l. 1. in 6. q. & quod
not. Guil. ſ. de leg. in l. de quibus. ¶ In gl. in verbo [perti
nere] ibi not. quòd accedit, contra hoc videtur facere in
lib. feudo. de controuer. inuest. c. 1. §. si quis. de manso. &
quod ibi not. glo. sed potest responderi, quòd hic in vsu-
fructu, ibi in feudo, quæ inter se differunt, vt not. in d. l. 1.
Vel dic secundò, quòd ille. §. si quis. loquitur de incre-
mento separato, non coniuncto, vt ibi etiam not. Et hæc
dicta rectè probantur per istum tex.

Ex §. Aucupiorum.

S V M M AE.

1 *Fructuum acquisitio pertinet ad fructuarium.*
2 *Retia ad venandum in re fructuaria Dominus, inuito fructuario, extendere non potest.*
3 *Hoc idem obseruandum in piscina, vel alio loco venationi apto.*

§. Aucupiorum.

¶ Et ad huius declarationem vide. ȷ. de
vsu. l. venationem. vbi ratio colligitur, attende igitur, quo
1 modo veniat hoc accrementum, & adde, quòd omnis ac-
quisitio fructuum spectat ad fructuarium. ſ. eod. l. vsufru-
ctu legato. ¶ Ext. facit, quòd si in loco legato, quò ad
2 vsumfructum, sit locus aptus ad tendenda retia, dominus
inuito fructuario, non poterit illa tendere. ¶ Ex hoc pa-
3 tet idem esse dicẽdum, † si esset ibi piscina, vel locus aptus
venationi. Ext. locum autem poterit; quia tunc non est
in fructus loco. ȷ. de acqui. re. domi. l. in laqueum.

Ex §. Seminarios.

S V M M AE.

1 *Vsufructuarius potest serere in agro ad vsumfructum deputato.*
2 *Hæres non amouet boues aratorios fundi vsufructuarii.*
3 *Domus locator, siue fundi, siue molendini, tenetur præstare instrumenta ad rem conductam parata.*
4 *Castro vendito, ius depascendi equos, & cætera animalia in alieno territorio censetur & venditum.*

1 ## §. Seminarios.

¶ Cõcesso † vsufructu fundi, videtur concessus etiã
vsus frumenti ad seminandũ deputati h. d. sub breuitate.
¶ No. istum tex. in ver. [Instri autem] qđ videtur hic aper
2 tè probare, quòd legato vsufructu fundi, † hæres non pos-
sit inde remouere boues aratorios. facit. ȷ. eod. l. si quis
§. proprietatis dominus. In alio autem contractu, vt in
locatione domus, fundi. vel molendini &c. quæ instru-
menta dominus teneat concedere, vide casum in l. sed &
3 add. s. §. illud. ȷ. loca. ¶ Not. quòd licèt commoditatem
habeat talis instrumenti: debet eo tamen vti ad eũ vsum,
ad quem testator vtebatur, vt patet per verba interposi-
ta, nisi instrumenti vsusfructus esset expressè legatus, vt
patet. ȷ. in ver. nisi fortè, cum seq. & tunc est ratio; quia
vsusfructus illius venit principaliter, non in consequen-
tiam, inter quæ est magna differentia. ad not. per glo. in
Auth. ingressi. in illa quæstione, an inhibito ingressu, vitie
tur etiam dedicatio bonorum. C. de sacros. eccle. ¶ Not.
istum tex. ibi [hactenus vti posse] ex quo videtur posse ar-
4 gui, quòd † si habeat quis castrum, & ius depascendi e-
quos, & alia animalia in territorio alterius castri, & ven-
dat suum castrum, quòd videatur vendere etiam illud ius
depascendi; quia venit in consequentiam. facit. ȷ. de vsuf.
lega. l. damnas. ȷ. si ser. vend. l. testatrix. §. plures. & ȷ. de
fun. instruc. l. prædia. §. fi. & l. Seiæ. §. Tirannæ sorori.

Ex l. Ex Sylua cędua.

S V M M AE.

1 *Fructuarius etiam fructus non maturos colligere potest.*

L. Ex Sylua cędua.

¶ Ista legitur duobus modis, primus reputatur verior, & ideò nõ potest aliter sum-
mari, nisi dicamus ita pro colligendo effectum. Fructua-
rius ex sylua cędua potest percipere quicquid ad cęden-
dum deputatum est. In non cęduis verò tantùm pro vsu
suo paruas, non magnas recipit arbores. h. d. cum seq.
¶ Not. in glo. 1. id, ad quod supra dixerat de sylua cæ-
1 dua, ibi [immatura.] Et hic dicitur, ꝙ † fructuarius, etiam
ex re non matura, potest etiam colligere fructus, quæ vi-
dentur adinuicem contrariari; quia in vna permittitur,
quando fructus est maturus, in alia, quando non est matu
rus. Pro solutione dic, quòd illa determinat istam; quia si
interest

intereſt fructuarij colligere fructus etiam non maturos, hoc poteſt,vt ibi,aliàs non,vt hic:ſed ſi exponatur cędua, ideſt,quæ cæſa renaſcitur,non contradicit.

Ex l.Arboribus.

SVMMAE.

1 *Arbores vi ventorum eiectæ in re fructuaria, ſpectãt ad fructuarium pro eius vſu, & commodo.*

2 *Et etiam vi ventorum eiectæ poſſunt comburi à fructuario nõ aliunde habente ligna ad comburendum.*

3 *Differt vſufructuarius ab vſuario, & ratio ab Authore aſſignatur.*

L.Arboribus. ¶Fructuarius vtitur cõmoditate, & pro vſu ſuo
1 arboribus eiectis vi ventorum, non tamen poteſt materia vti pro ligno, niſi quatenus indigeret ad villæ refectionẽ. hoc dicit. ¶In tex.ibi[arboribus] intellige iſtum tex.in ſylua non cędua,vel fundi non cędui.¶In tex.ibi[Labeo ait.] cõtra hoc videtur facere;quia tales cohærentes arbores ſunt ſeparatæ à re, & ſic de ſeparatis non poſſe idem iudicari.ſ.de calum.l.fi. Sed poteſt dici, quòd ibi loquitur in principalibus,hic verò in acceſſorijs. Vel hic ex re, ibi,non.¶In glo.2.ibi,non ad ædificandum, imò videtur quòd etiam ſi ſint ad ædificandum, poſsit fructuarius vti ad comburendum eis pro ſuo vſu, quando ſcilicet non
2 † habet aliunde ligna pro comburendo, vt videtur probari hic,ibi.[nec materia.] ¶In glo. in ver. refectionem,ibi [non cędua] in qua non renaſcebantur arbores cæſæ. Si enim eſſent arbores à ſylua cędua, quæ renaſcerentur,fructuarius haberet omnes fructus,argumen.l.proxi.§. fin. ver. nam & Trebatius. Et attende; quia eſt differentia
3 † inter vſufructuarium,& ſimplicem vſuarium; quia fructuarius poteſt vendere, ſecundùm dictam.l.item ſi fundi.§.fi.vſuarius non,niſi fortè eſſet relictus vſus ſylua ita remotæ,quòd eius nullus eſſet vſus,niſi vendendo. ĩ.de vſu, & hab.l.diuus.

Ex §. Nauis.

SVMMAE.

1 *Non obſeruatur quid contingat in paratis ad certum vſum.*

2 *Fructuarius vtitur re fructuaria pro vſu deſtinato, proprietario inuito.*

3 *Tempus nauigationis incipit à calendis Aprilis, progrediens vſque in calendas Octobris.*

4 *Nauis Gubernator requiritur idoneus.*

1 §.Nauis. ¶In paratis ad certum vſum, non attenditur quid euenire poſsit ex vſu.Ita poteſt magiſtraliter allegari. ¶Vel ſic. Fructua-
2 rius † poteſt vti re fructuaria ad vſum deſtinatum, inuito proprietario,licèt vſus periculoſus ſit.h.d.mag. ad litteram. ¶In glo.ibi[tempore permiſſo.] Quando † autem
3 dicatur tempus nauigationis, vide notabilem caſum ad propoſitũ.C.de naufrag.in l.quotiens.in fi. lib.11. vbi dicitur,quòd à kalendis Aprilis vſque ad kalendas Octobris. ¶In glo.ſuper verbo, ſiue nauigetur. hoc intelligo, dummodo honeſtè vti velit, aliàs non. ĩ.de vſu & habi.l. non aliter.communcta glo. ¶In glo.ibi [l.Sabinus.]intellige,quòd ibi ad vſum non deſtinatum vti volebat: hic verò ad deſtinatum,de quo vide ibi,vbi latius dixi. ¶Contra iſtum tex.videtur facere.ſ.eod.l.1. Sed poteſt dici, quòd hoc contingit hic; quia non poterat iſta re vti ad alium vſum;ibi autem ſic. Item ad id quod dixi.ſ.ex idoneitate
4 temporis nauigandi. Adde etiam,quòd † requiritur idoneitas perſonæ, cui committitur gubernatio nauis.ſ.de rei vendi.l.vtique.in fi.& l.qui petitorio. Vſus enim rei permittitur ſecundùm id,ad quod inuenta eſt, ex.de emptio.& vendi.c.ad noſtram. & ibi not. Et hæc faciunt ad not.in l.ſiue certo.§.interdum. ĩ.commod.

Ex §. Vſufructuarius.

SVMMAE.

1 *Vſusfructus quæritur per vſum à ſemetipſo, ſiue per alium.*

2 *Quaſi poſſeſsio iuriſdictionis quæritur per vtentem, & per alium illius nomine exercentem.*

3 *Dominus rei emphyteoticæ directus, non auocat rem emphyteoticam,alio ſoluente canonem pro emphyteota.*

4 *Seruitutes reales ſunt iura prædiorum.*

5 *Seruitutes verò perſonales,perſonas reſpiciunt.*

6 *Locatio tribuit dominium locatori.*

7 *Seruitus prædialis imponitur pro modo indigentiæ fundi.*

8 *Ratio coniungit orationem.*

9 *Vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis.*

10 *Verbum,cedere, & cõcedere differunt.& ratio differentiæ ponitur ab Authore.*

11 *Vſusfructus conſtitutus per verbum,concedo, importat donationem.*

12 *Ius vſusfructus obligatur à fructuario.*

1 §.Vſufructuarius. ¶Vſusfructus retinetur per vſum,ſiue quis vtatur per ſe, ſiue per ſucceſsorem ſuum. hoc dicit. Et adaptatur præcedentibus iſto modo;quia ſi vſusfructus perditur non vtendo, & retinetur vtẽdo,hic declarat quõ dicatur quis vti. ¶Not.iſtum tex.primò,quia hic vr probari,
2 quòd † quaſi poſſeſsio iuriſdictionis quæratur non ſolùm per ſe vtentem,ſed etiam per miniſtros, dũmodo illius nomine etiam ignorantis exerceat,vel quærat: quod tamen declara, vt ſtatim ſequitur. ¶Item videtur facere
3 ad quæſtionẽ † emphiteotæ alicuius rei, quam alius poſsidebat,& debitum canonem ſoluebat, an hoc proſit domino,vt poſsit rem aduocare. Videbatur enim,quòd ſic,quia ſoluens videtur ſoluiſſe pro ſe,non pro me emphiteota,argu.eorum,quæ habentur in l. quæ vtiliter. §. fi. ſ.de neg. geſt.& l.ſi pœnæ cauſa.§.1.ĩ.de cond.indeb.In contrariũ videtur caſus hic;quia vbi tractatur de ſeruatione iuris, non refert à quo fiat vt hic, & ĩ. quemadmodum ſerui, amit.l.qui fundũ.& l.vſum.Et hanc firmat Bal.poſt Guiliel.in l.ſolemnibus.C.de rei ven.Quidam tamen dicunt, quòd eſt alia ratio,videlicet;quia iſtud eſt onus reale, & ſic nõ refert,à quo ſoluatur.l.Imperator. ĩ.de ſolut. Iſta enim præſcriptio canonis videtur realis.ſ.de iud.l.ſi fideicommiſſum. §. tractatum. & ideò videtur fieri nomine rei. quæ ratio non videtur multùm ſtringere; quia hic loquitur in perſonali, non in reali, vt patet in l. fina. ĩ.de contrahen.empt. Et hæc eſt vtilis concluſio, quando non apparet cuius noĩe ſoluatur. ¶In glo.ſuper verbo,locare ibi[hic,in perſonali.]Et poteſt aſsignari ratio diuerſitatis;
4 quia ſeruitutes reales ſunt iura prædiorum.ſ.de neg.geſt. l.qui aliena, in fi. Et ideo non habenti prædium deberi non poſsunt.ĩ.commu.prædio.l.1. & reſpiciunt vtilitatem prædiorũ.ĩ.de ſeruitu.ruſtic.prædio.l.& Attilicinus, & l.ergo.in fi.ſed ſeruitutes perſonales concernunt perſonam,

nam; vnde mihi est vtile locare fundum, sicut si vterer. & per hoc potest dici, quòd iura, quæ cohærent solo, non tamen ad soli vtilitatem possunt locari, vt est ius percipiendi pedagium. l. locatio. ꝟ. de pub. & cõmis. ¶ Aduerte tamen ad intellectum dictæ. l. locare. quia intelligi potest duobus modis, primo modo in domino fundi, quòd non possit cõcedere alteri seruitutem per modum locationis. Ratio, quia locatio præsupponit rem suam. i. locantis, & si dñs fundi non habet seruitutem in illo fundo, nec locationẽ ipsam constituit de nouo; quia locatio ꝓsupponit dñium apud locatorem remanere, eod. tit. in l. non solùm.
6 qđ hic etiam non posset: secus autem cum concedit per modum donationis, vel venditionis; quia tunc ipsam de nouo creat, cum faciat ipsius seruitutis dominium, quasi in emptorem transire. Hoc modo potest intelligi in eo, cui debetur seruitus in fundo alieno, qui non potest locare, ad quod facit l. ex meo. de ser. rustic. prædio. quod secus est in vsufructu, vt hic. Ratio diuersitatis est; quia ser-
7 uitus † prædialis constituitur secundùm indigentiam fundi. d. l. ergo. in fi. ex diuersitate ergo fundorũ variat̃. Si. n. habeo seruitutẽ ad fundum tuum aquæductus, qui parum indiget, q̃ locarem tibi pro fundo tuo, qui multũ indiget, fiet præiudiciũ dño, in cuius fundo debetur, & nõ põt sine eius consensu, vt d. l. locare, & d. l. ex meo. sed si habeo vsũ fructum in fundo Titij: tunc habeo plenum ius percipiendi omnes fructus, & emolumenta rei. Si ergo loco tibi, nõ facio deteriorem conditionem domini: & ideò ex varietate personarum non variatur commodum. Et ex isto potest colligi, quòd iste tex. non habet locum in seruitute vsus; quia illa constituitur secundùm indigentiam personæ, & vna persona plus indiget, quàm altera, & ideò non potest locari. ꝟ. de vsu. & hab. l. si neque. ¶ In glos. super verbo, donec. ibi dum dicit. [de iur. dot.] Hæc solutio bona, & in se vera, & eius potest esse ratio; quia qui per alium vtitur, &c. & tamen continet diuinationem; potest enim argui, ꝙ non sit perfecta distinctio; quia non dicit, quòd sit in dubio, si non constat de voluntate; ideò potest dici in dubio, ꝙ transeat ad alium. ¶ In eadem, ibi [s. donationis,
8 vel simili.] quasi velit dicere, quòd dictio, cum, denotat simultatem præsentialem. ꝟ. de actio. & ob. l. consensu, vel temporis. l. fi. C. in qui. ca. rest. in integ. non est nec. & ideo causa requiritur; quia nuda traditio sine causa non transfert ius. l. nunquam nuda. ꝟ. de acq. re. do. ¶ Aduerte tamen; quia hæc solutio potest reprehendi; nam etiam, si
9 cum causa tradat, finietur † vsusfructus; quia est seruitus personalis. C. eo. l. antiquitas, & l. corruptionem, & ꝟ. sol. mat. l. vsufructu. & ideò non debet posse transire ad aliũ, vt scilicet conseruetur. ¶ No. tamen ex ista glo. differentiã
10 inter verbum, † concedere, & verbum cedere; nam qui cõcedit, facit alium simplicem procuratorem: sed qui cedit, facit eum procuratorem in rem suam; quia primo casu reuocatur ad libitum. Hodie tamen seruatur, quòd vtrumque verbum apponitur, & sic apparet, quòd translatæ sũt vtiles actiones, & exercitium dir.ctarum, de quo. in l. qui
11 stipendia. C. de procur. Aduerte tamen, quòd concedens simpliciter vsumfructum, videtur donare; quia verbum, concedo, hoc importat, nisi aliud repugnet. ꝟ. de leg. 3. l. vxori. & vide qđ no. Guil. ꝟ. de pecu. in l. quis ergo casus. & quod habetur. ꝟ. de dona. in l. ad eum. in glo. magna, & not. And. de Isernia. in c. 1. feu. super verbo, regni, vbi dicit, quod dicendo simpliciter, concedimus, videtur transferri titulus habilis ad trãslationẽ dñij, & ibi vide ad quid alleget istũ tex. ¶ In ead. ibi, [vel distingue] hãc tenet glo. Insti. ꝟ. eo. tit. in §. itẽ finit. & est verissima in se, & nõ hẽt dubium. ¶ In ead. ibi [extraneo cedẽdo] .s. in dubio, quãdo non constat, ꝙ voluerit transferre; nam si constaret, ꝙ transferre voluerit, statim perijt vsusfructus. ¶ In fi. gl. Tu coniũge omnia sic, ꝙ aut constat, ꝙ voluerit frui per aliũ, & tunc potest cedere, vt in prima solutione. Aut constat, ꝙ noluit frui per alium, sed transferre, & tunc aut transfert sine causa, & non potest, vt in secunda solutione, per dictam. l. nunquam nuda. Aut cum causa, puta ex causa donationis, vel simili, & tunc aut loquimur de commoditate fructuum, & illam potest transferre, vt hic in tertia solutione. Aut loquimur de ipso iure vsusfructus, & illud nõ potest transferre, sed statim perijt, & consolidatur cũ proprietate, vt in iuribus. s. in contrarium allegatis, & sic saluatis omnia. ¶ Et adde prædictis, ꝙ obligare potest fructuarius ius vsusfructus. s. eo. l. vsufructu legato; quia retinet penès se ius vtendi, & fruendi, licèt sit obligatum, & de hoc est casus apertus. ꝟ. de pig. l. is qui. §. vsusfructus.

Ex. §. De illo.

SVMMAE.

1 *Possessio non amittitur per non accedentes ad eam, vel quia infirmi, vel aliter impediti.*

2 *Dominus non amittit ius, quod habet in subdito per non vsum illius operæ.*

3 *Possessio probatur per culturam agri, ac etiam fructuum perceptionem.*

4 *Furcarum erectio probat quasi possessionem imperij, & iurisdictionis, etiam in eis (longo temporis interuallo) nemine suspenso.*

5 *Ius eligendi non deperditur, etiam si casus electionis non aduenerit per annos centum, & vltra.*

§. De illo. ¶ Serui in fuga constituti retinemus vsumfructũ, siue nobis aliquid quærat, siue non. Et serui, cuius nullæ sunt operæ, vsumfructũ, retinemus, licèt eius opera propter voluptatem non vtamur. hoc dicit. ¶ No. casum hic, in tex. ibi, [licèt non vta-
1 mur]. s. infirmis, & similibus nunquam accedentibus ad possessionem suam, ꝙ per hoc nõ amittitur possessio, qđ intellige, nisi per alium occupetur, vel nisi induceretur obliuio. l. factum. §. fundi. & ibi not. ꝟ. de vsucap. C. de ser. fug. vbi de hoc in l. 1. in fi. magnę glo. & vide glo. 1. ꝟ. §. pro
2 ximo. ¶ Not. secundò, † ꝙ licet nõ vtar opera alicuius fortè subditi, per hoc nõ perdo ius, quod habeo in illo, vt hic; nã & si nõ ago, qđ est vtile, seruit ad id, qđ statim subdã.
3 ¶ Not. etiã tex. hic, in verbo. [nam & si agrum,] quòd si vnus probat se arasse agrum, & alter collegisse fructus, quòd vterque videtur probasse suam intentionem, scilicet possessionem. C. fi. reg. l. si quis. Quis autem istorum obtineat in possessorio, & quis præferatur. dic ꝙ ille, qui probat de antiquiori possessione; quia secunda præsumitur clandestina, secundùm not. in l. si duo. ꝟ. vti poss. & eod. tit. vti pos. l. 1. & Canon. probant de proba. in c. licèt causam. ¶ Itẽ nota hic casum expressum, in ver. [nã si agrũ,]
4 ꝙ † per solam erectionẽ furcarum probatur quasi possessio imperij, licèt per longum tps, fortè per centum annos non occurrerit aliquem ibi suspensum, vel decapitatum esse; nam sufficit sola aptitudo ad retentionem iuris quæsiti, casus est hic, bene facit. l. in filijs. C. de decur. lib. 10.
5 Similiter dicitur in iure eligendi, quod non perditur, licèt casus non venerit eligendi per centum annos, secundùm glo. ordinariam. de ca. poss. & proprie. c. cum ecclesia Sutrina. in gl. quæ incipit, ex hoc. & ita voluit Bar. in dict. l. in filijs. de quo per Innocen. de capel. monac. in c. cum dilectus.

dilectus. & dixi latius, in l. seruitutes. ꝟ. de serui. ¶ In glo. super verbo, [ęgrotantis] in fi. glo. not. contrarium in illo §. cum quidam, nisi tantū seruiat effectus sanus, quantū seruiebat infirmus. arg. de statulib. l. Stichū. §. Dama. & l. seruus. §. fi. la. 1. & sic specialis casus fauore libertatis in d. §. Stichus, hic allega. in glo. Hanc partem tenuit Iac. de Are. per dictum. §. Diuus, & respōdit ad istum, quòd non obstat; quia hic pro parte infirmorum tractabatur de lucro captando, de quo vide per eū, in l. operę. ꝟ. de vsufr. leg. Dy. tamen ibi videtur inclinare in partem istius glos. & cum ea tenet Io. And. de cler. ęgro. in c. primo. Fortè potest dici pro concordia, quòd opinio glo. in §. cum quidā. non teneat de iure, sed de æquitate sit vera. gloss. nr̄a hic. quod intelligo, nisi ex culpa eius superuenerit infirmitas; quia tunc esset sibi imputandum.

Ex §. Iulianus.

SVMMAE.

1 *Fructuarius retinet vsumfructum serui fugitiui detenti à proprietario.*

1 **§. Iulianus.** ¶ Vbi † per proprietarium detinetur possessio serui fugitiui, fructuarius retinet vsumfructū. hoc dicit. ¶ In tex. ibi, stipuletur, idest nomine vsufructuarij. ¶ In tex. possessio, scilicet ciuilis.

Ex §. Idem.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus serui fugitiui, deperditur spatio decem, & viginti annorum.*

2 *Per actum vnicum iurisdictionalem gestū nomine Domini, etiā ignorantis, conseruatur iurisdictio.*

3 *Ad pœnas statuti punientis ingredientem plateam cum armis, requiritur ingressus per actum perfectum, & consumatum.*

4 *Teste deponente, quòd vidit ingredientem propè plateam, sine extra: pœna, quæ de ingrediente loquitur, non cōmittitur.*

5 *Inuentus in itinere, pœnam statuti non incurrit punientis ingressum ad actum.*

6 *Captum in limine districtus, ob qualitatem personæ, vel loci, vel rei prohibitæ, statuto accessum prohibente sub pœna, poterit iudex pro arbitrio condemnare, absoluere, aut pœnam mitigare.*

§. Idem. ¶ Licèt per proprietarium perdatur possessio serui fugitiui, vel per alium appręhēdatur, nō propterea statim perijt vsusfructus, sed
1 spacio † decem, vel viginti annorum: per actum tamen, quem faceret seruus in fauorem vsufructuarij, interrumperetur præscriptio. h. d. clarus est casus ad litterā. ¶ Vel breuius. Ad restitutionem vsusfructus, sufficit affectio vsufructuarij retinere volentis; & factum serui, in quo vsusfructus habetur, volentis eidem vsumfructum seruare. h. d. ¶ No. tex. ibi [affectum retinere volentis] pri-
2 mò, quia hic videtur casus, quòd per vnicum † actum iurisdictionalem, quem quis facit nomine Regis, vel domini, vel Baronis, vel prælati ecclesiæ, quantumcunque ignorantis, conseruetur eius iurisdictio, dummodo dominus ipsius propositum habuerit sibi conseruandi. Nec obstat ꝟ. quib. mo. vsus. amit. l. Pomponius. & ꝟ. eod. l. non vtitur. quia hic nomine fructuarij aliquid fiebat; & ideò cō seruatur vsusfructus, & ista duo copulatiuè desiderantur. Sed ad conseruationem iuris realis non sufficeret, etiam per quemcunque fiat, si nomine eius non fiat, imò sufficit factum verè absque aliquo facto hominis. ¶ Et facit ad quæstionem de emphyteota, quando reperitur singulis annis solutio debiti canonis. facit, quemadmo. ser. amitt. l. fundum. & l. vsu. & de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quæsitū. & quod not. Bar. de verbo. obliga. in l. cum seruus. circa quod vide quod dixi. s. ea. l. §. vsufructuarius. ¶ In glo. super ver. amitti vsumfructum, ibi [nam & lupus exit silua.] Not. hanc differentiam, nam est vtilis primò ad quæ-
3 stionem † statuti punientis, qui intrauerit plateam cum armis; quia videtur, quòd sit necesse, quòd actus sit perfectus, & consumatus. facit l. ita stipulatus. de verb. obliga.
4 ¶ Item ad quæstionē † statuti, si quis extraxerit bladum, puniatur tanta pœna; nam secundùm hanc doctrinam testis deponens, quòd vidit aliquem extra plateam, licèt prope plateam, non probabit; nam verbum, extraxerit, vel verbum, intrauerit, quò ad factum, sunt verba temporis præteriti perfecti. Vnde si dicat, quòd vidit extrahere, vel intrare, ista notant rem in actu non perfecto, sed inchoato. vnde non videntur verificari verba istius statuti, & consequenter nec eius dispositio. l. si verò. §. de viro. ꝟ. sol. mat. Qualiter autem probetur, ꝙ quis extraxerit,
5 vel contrauenerit, † si solùm reperiatur in itinere: est quæstio, quæ formari consueuit in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. & vide bonum casum. C. de curs. pub. in l. 2. lib. 12. bene facit. l. penul. C. de nauicul. lib. 11. Facit etiam quod not. C. de ser. fugi. in l. si fugitiui. nam potest probari per eius confessionem, & hoc clarum est. Vel
6 quia captus in limine districtus per custodes, quasi tunc, nec negare sufficit, vt. ꝟ. de pœn. l. qui sententiam. præsumitur enim contra eum ratione actus prohibiti, & loci. ꝟ. de ædil. edic. l. quæro. §. fin. ¶ Quid autem si locus esset indifferens, quomodo condemnatio sit fienda, vt in via eundi ad molendinum. Dic, quòd ex qualitate personæ, quæ talia consueuit facere vel non, vel loci, vel rei prohibitæ portari, iudex poterit condemnare, vel absoluere, vel pœnam mitigare. arg. l. 1. §. expilatores. de effract. l. non omnis. §. à barbaris. de re milit. & l. respiciendum. §. 1. de pœn. non audietur tamen pœnitentia capti in loco prohibito, vel suspecto; quia postquam captus est, non est sui arbitrij. l. in laqueum. ꝟ. de acquir. re. domi. alias de facili deluderetur prouisio statuti, vide in iuribus supra allegatis.

Ex §. Iulianus.

SVMMAE.

1 *Fructus pendentes sunt pars fundi, & separati à solo mobilibus comparantur.*

2 *Sola naturalis possessio, non ratione iuris adepta, non sufficit ad acquisitionem fructuum.*

3 *Fallit ratione dominij, veluti in emphiteota.*

4 *Simplex detentatio non acquirit fructus.*

5 *Statutum puniens derobantem rem alterius, non habet locum in colono non bis colenti, non valente accusare.*

6 *Sola ciuilis possessio sufficit ad acquisitionem fructuum à quouis separatorum, etiam non nomine Domini.*

7 *Fructus acquiruntur, etiam in horreis non reconditi.*

8 *Dictio, per, denotat perfectionem.*

9 *Statuto disponente, quòd villa non inuento delinquēte, teneatur ad damna: combustis bladis in fundo, batro, vel area, num proprietario, aut fructuario soluenda est æstimatio.*

Fructus

10 *Fructus efficiuntur bonæfidei possessoris, à solo separati.*
11 *Bonæfidei possessor est loco Domini.*
12 *Et pro domino possidet.*
13 *Habetque quasi dominium.*
14 *Fructuarius sciens rem esse alienam, non habet dominium, vel quasi.*
15 *Fructuarius ex causa non habet actionem furti.*
16 *Lex debet esse certa.*
17 *Pro fructibus peruentis fructuario, competit ei condictio, quorum factus est dominus.*
18 *Exercitium condictionis furtiuæ non spectat ad furem.*
19 *Condictio furtiua quæsita proprietario post apprehensam possessionem fructuum non transit in fructuarium.*
20 *Proprietarius per actionem in factum, vel condictionem sine causa cogitur ad cedendum condictionem furtiuam vsufructuario.*
21 *Ratio, quare non datur fructuario condictio furtiua, sed actio legis Aquiliæ, ponitur ab auctore.*
22 *Condictio furtiua ab initio insolidum competit proprietario, & non fructuario eodem tempore.*

§.Iulianus. ¶Fructus non efficiuntur fructuarij, nisi eius nomine separentur à solo; & ideò actiones competentes domino, ei non competunt, nisi cum dominus eorum factus fuerit. hoc dicit. ¶ Vel magis ad literā dicit. Pro fructibus separatis à fure, competit condictio furtiua domino, non fructuario, licèt possessionem nactus fuerit, quæ condictio habet locum quò ad exercitium, nō quò ad natiuitatem. hoc dicit. coniuncta glo. ¶ In tex. ibi [pendentes] de hoc vide. s. de rei vend. in l. fructus pendentes. & l. fructus. Mo
2 dò allegatur iste tex. quòd fructus † pendentes dicuntur pars fundi, quod verū est, & per seperationē à solo mobilibus cōparantur, secundùm Guil. in Spec. de fructibus in d. §. 1. ver. sed pone. ¶ Secundò probat ibi [nisi ab eo per-
3 cipiantur] & ꝙ † sola naturalis possessio non est sufficiēs ad acquisitionem fructuum; quod est verum, quādo quis habet naturalem, non ratione iuris, quod est dominium, velut vsusfructus; secus si ratione vtilis dominij,
3 vt in emphyteota, † vt. j. de vsur. l. qui scit. §. præterea.
4 nec ēt † ratione simplicis detentionis ꝗruntur. l. si seruus.
5 §. locaui. j. de furt. quod est vtile in colono, † qui non bis colit, vt non competat ei querela de fructibus derobatis ex forma statuti punientis derobātem rē alterius, per l. 2. §. in locum. j. de relig. & sump. fune. iuncto d. §. locari. &
6 quod ibi not. Item hic videtur probari, quòd sola † ciuilis possessio sufficiat ad acquisitionem fructuum, à quocunque separati sint, etiam non nomine eius, vt apud Bart. in l. 3. §. ex cōtrario. j. de acqui. posses. & per gl. j. de peric. & cōmo. rei vend. l. serui. & pleneè discutitur per Cyn. in l. certum. C. de rei vendi. ¶ In glo. super verbo, percipiant, ibi [in horreis sint] aduerte; quia glo. in l. si vsufructua-
7 rius. hic alleg. vt tenens contrarium, quod non † requiritur, vt sint in horreis reconditi. & hæc secunda opinio videtur verior, licèt Io. And. dubitet, de rescriptis. in c. si ꝓ-
8 pter. lib. 6. Facit autem differentiam; quia † dictio, per, videtur requirere perfectionem, & hoc est vtile scire propter notata. s. de rei vendi. in l. ex diuerso, inducta ad sta-
9 tutum † disponens, vt non inuento malefactore, villa teneatur emendare damnum, quod si contingat, vt segetes existentes in campo, vel in barro, vel area combustæ sint, cui fienda sit æstimatio an fructuario, vel proprietario; nā secundum opinionem vnam proprietario, secundum aliā verò fructuario, pro qua facit d. l. si vsufructuarius. secun
10 dum quā dixit Odof. pluries obtinuisse. ¶ In † bonæfidei autem possessore clarum est, quòd statim fructus efficiūtur eius separati à solo, & cuiuscunque nomine. Ratio est; quia quò ad acquisitionem fructuum, bonæ fidei posses-
11 sor loco † domini est. l. qui sci. §. præterea. j. de vsur. & ꝓ
12 pro † domino dicit possidere. l. apud antiquos. C. de fur.
13 & j. de acqui. re. domi. l. bonæfidei. & dicitur † quasi habe
14 re dominiū, in Insti. de actio. §. aliæ. Sed fructuarius † scit rem esse alienam non habens dominium, vel quasi. l. vti frui. in prin. j. si vsu. pet. ¶ In gl. super verbo, furti, ibi. [j. de vsucap. l. si homo, cuius] aliàs non aget furti, cum eius
15 non † intersit ex causa probabili. C. de fur. l. is, cum. & l. eū qui. in prin. & not. C. de fur. l. manifestissimi. in princ. vbi glo. & Doc. tangunt. ¶ In glo. nactus fuerit, ibi [de nouo] ita dicunt Doc. in l. 1. C. de condi. fur. & in l. si pignore. §. cum furti. j. de fur. ¶ In gloss. quæ incipit, fortassis. ibi [abūdat] voluit tollere contrariū, quod posset formari, quòd malè dicat, fortassis, & si rem dubiam dimit-
16 tat, cum tamē † lex debeat fieri certa, in Auth. de testa. imperf. §. nos igitur. & j. de iur. & fac. ignoran. l. 2. C. de no. cod. comp. l. 1. §. quibus. ¶ In glo. quæ incipit [fiat]. s. dum pendet condictio, & antequàm illi fructus perueniant ad
17 fructuarium; sed postquam peruenerūt, transit † condictio in eum, cui eorum est dominium quæsitum ex eo tempore, quò ad eum peruenerunt, secundùm glo. Alij tamen aliter, vt Iaco. de Are. vt statim subdam. ¶ In glo. vltima, ibi [in pendenti] quasi dicat, ꝙ inspecto præsenti, nil penderet. j. ad Maced. l. 1. §. si pendeat, & dum pendet, fictione iuris fingitur quæsita. Iaco. de Are. dixit, quòd solùm ex aduentu ad eum peruenit. ¶ In eadem, ibi [in §. inter-
18 dum.] dixit enim, quòd secundum hoc esset † in potestate furis posse condictione furtiua conueniri, vel non, quod esse non debet. l. 2. §. & generaliter. j. de eo, qui cer. loc. pet. quia secundùm hoc sequeretur, quòd condictio fur-
19 tiua, quæ est quæsita † proprietario, transiret ad fructuarium, post apprehensam possessionem fructuum, quod est contra not. j. de cond. fur. l. sed nec legatarius. & l. seruus. dicite ergo, quòd condictio furtiua iuris interpretatione non ambulat postea in vsufructuarium. sed proprie
20 tarius † tenetur illam de iure cedere per actionem in factum, vel per condictionem sine causa. arg. j. loca. l. cum pluries. §. messem. & de stipu. seruo. l. 1. & de noxa. l. in re communi. in prin. & hæc pars (secundùm eum) propter dubietates tutior est. ¶ Quæ autem possit esse ratio, ꝙ
21 † condictio furtiua non detur fructuario, vt hic, sed bene detur actio legis Aquiliæ, cum tamen vtraque istarum detur soli domino. l. 1. de cond. fur. Quò ad l. item Mella. §. legati. j. ad leg. Aquil. potest responderi, quòd ratio sit, quia fructuario datur aliud remedium; quia potest per actionem in factum sibi consulere. j. de condi. fur. l. si pro fure. §. 1. sed pro damno dato, si non haberet actionem legis Aquiliæ, remaneret in damno. ¶ In eadem ad fi. Iaco. de Belui. in solutione contrariorum dicit, ꝙ non est contra, quando condictio furtiua fingitur ab initio competiisse, vt. s. proxi. quia ibi etiam purificata conditio, fingitur ab initio pura. & secundùm vnam opinionem non contradicit. Dic ergo, ꝙ non fingitur ei competijsse ab ini
22 tio; quia certum est, ꝙ ab initio † competit proprietario insolidum, & ideò in eodem tempore non potest dici competere fructuario. j. commoda. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.

Ex. l. Si cuius rei.

SVMMAE.

1 *Fructuarius tenetur cauere proprietario.*

2 *Cautio*

2 *Cautio fructuarij habet locum in his, quæ vsu consumuntur.*
3 *Regula cautionis præstandæ pro vsufructu quocũque, habet locum, nisi adsit dispar ratio.*
4 *Vsufructuarius facit fructus suos ratione bonæ fidei possessionis, & non iure fructuum.*
5 *Vsufructuarius non satisdans, priuatur vsufructu.*
6 *Et quomodo, pulchra refertur distinctio ab auctore.*

L.Si cuius rei. ¶ Cautio à fructuario iudicis desideratur officio à ꝓprietario. hoc dicit breuiter. ¶ Vel sic. Legatarius
1 † vsufructuarius potest cogi ad satisdationem præstandam proprietario pro conseruatione suæ proprietatis, quod locum habet in vsufructu quomodocunque competente. hoc dicit. Et ad huius partis declarationem, vide gl. in l. si vsusfructus, in §. planè. ĩ. vsuf. quemad. cau. ¶ Itē
2 an † quod hic de cautione dicitur, habeat locũ in rebus, quæ vsu consumuntur, vide, quod dicetur. in l. 1. ĩ. vsufr. quem. ca. ¶ Hæc lex diuiditur in duas partes, prima loquitur in legatario vsufructuario. in secunda loquitur de omni fructuario, scilicet quomodocunque vsufructus sit constitutus. Secunda ibi. hoc autem. ¶ No. tex. dum dicit [officio iudicis] quia. ĩ. l. prox. in princ. dicit glo. dari condictionem incerti, sed aduerte; quia alibi dicitur, ꝙ iure exceptionis consulitur. l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. & ĩ. vsuf. quemad. caue. l. si vsusfructus. quod autē dicitur ei dari incerti condictionem, non videtur verum, nisi intelligatur vsufructu iam tradito omissa cautione. l. hoc senatus. §. si pecunia ĩ. de vsufr. earũ re. quæ vsu consum. & de cõdict. indeb. l. & si me putem. §. cũ inter, & l. si vsusfructus nomine. ĩ. vsuf. quemad. ca. potest etiã ipsa res dici ꝓpter cautionē omissam non tradita, vt cautio non interponatur, l. fi. ĩ. quē. vsuf. caue. ¶ Itē no. ex tex. ibi [hoc au
3 tem], quia † regula ista in materia vsusfructus locum habet in vsufructu quomodocunq; constituto, nisi sit dispar ratio. ¶ In glo. 1. in fi. de quo per Azo. & Cy. in l. 1. C. eod.
4 nam hoc videtur esse verum, quòd non faciat † fructus suos iure fructuarij, sed iure bonæ fidei possessoris sic. & hoc est, quòd Azo dicit. & hāc partem tēt ibi Iac. Butrig. Ad quod bene facit. l. 1. §. serui. ĩ. de acquir. possess. & ĩ. de vsufr. l. fructus. Et si non potest satisdare, dicit gl. C. eo.
5 l. vsufructu, quòd † priuatur vsufructu. Contra quod videtur facere, quia vbicunque onus satisdationis iniungitur, debet intelligi, si grauatus satisdare potest, & sic debet fieri eis. C. de episc. & cler. Auth. generaliter, & C. de assertio tollen. l. 1. & ita cõsueuit notari in simili in Auth. cui relictũ. C. de indic. vidui. toll. Ex quibus omnibus pôt sic con
6 cludi. † Aut cautio nõ fuit petita, & tũc fecit fructus suos, dato, ꝙ non reperiatur satisdedisse; quia sufficit, ꝙ præstetur, quando petitur; quia non tenetur vsusfructuarius eã offerre, arg. ĩ. vt in poss. leg. l. 1. §. non exigit. Aut fuit petita, & non pstita, & tunc si possidebat, & fructus percipiebat, videtur teneri ad satisdationem, ita ꝙ ante non faciat fructus suos, licèt esset in errore iuris. Ita potest intelligi dicta. l. vxori, hic alleg. licèt plures dicant, ꝙ saltē iure bonæfidei possessoris faciat eos suos, sed fecisset malè fide iussor sciens se teneri, & noluisset cauere, vel satisdare; quia tunc non videtur facere fructus suos, vt hic, & ita intelligatur gloss. in dicta. l. vsufructu. & secundùm hoc credo concludenda, quæ Bar. posuit. in d. l. vxori.

Ex. l. Si vsusfructus.

SVMMAE.

1 *Fructuarius pro vsufructu constituendo, non agit contra proprietarium, ante satisdationem.*
2 *In omittendo fructuarius pro damno dato in re fructuaria, non conuenitur lege Aquilia, secus in committendo.*
3 *Captus in bello, & relaxatus, & iterum ab aliò captus, vtrique pro fide data tenetur ad obseruantiam fidei.*
4 *Excommunicato feudi Domino, vasallus absoluitur à iuramento fidelitatis.*
5 *Iuramentum præstitum à deferente, ex parte præstantis personale est, & in recipientem reale.*

1 L.Si vsusfructus. ¶ Fructuarius† pro vsufructu cõstituendo non agit, nisi prius satisdet proprietario se fruiturum arbitrio boni viri. Et pro damnis datis in re fructuaria, fru
2 ctuarius † potest aquilia conueniri; non autem pro negligentia per eum commissa hoc dicit. ¶ In textu ibi [singulis satisdari oportet] dicatis, pro sua parte. Nec obstat. l. 4. §. adiri. ĩ. de fideicom. lib. vt ibi not. & aduerte, ꝙ aliud contingit in nũciatione noui operis, quæ fit rei; quia sufficit, ꝙ vni fiat. l. de pupillo. §. si plures, de no. oper. nuncia. ¶ No. istũ tex. ad id, quod dixi statim in prin. huius l. ¶ Not. tex. hic in ver. [sed & si plures] quia facit ad quæ
3 stionem de capto † in bello, & ad fidem relaxato, qui iterũ capitur ab alio, ꝙ dicatur captiuus vtriusque, & vtriq; teneatur ad obseruantiam fidelitatis, de quo scripsi. in l. in operis, ĩ. loca. ¶ In glo. in ver. oportet ibi [ꝙ singuli], dũ alleg. §. quæsitum, adde. l. de pupillo. §. si plurium, eo. tit. de lib. & eorum lib. l. 2. quam quæstionem vide transumptam in Spe. de feu. in §. quoniã, ver. 29. Et aduerte, ꝙ hoc habet locum, etiam si essent singulares. successores, l. 3. §. fi. ĩ. vsuf. quemad. caue. Cui adde notabile verbũ Innoc.
4 ꝙ si † dominus feudi est excommunicatus, durante excommunicatione, ipso facto vasallus intelligitur absolutus à iuramento fidelitatis, secundùm Io. And. post Inno. de iure iur. in c. veritatis. Aduerte tamen; quia cõtra hanc determinationem videtur facere tex. in libel. feud. in titulo de prohibi. ali. c. 1. §. præterea ducatus, propter quod multi dicunt contra terminationem huius glo. per dictum. §. præterea. & arg. ĩ. vsufr. quemad. caue. l. omnis. §. fin. & circa hoc potest attendi; quia † iuramen
5 tum ex parte eius, cui præstatur, est in rem, licèt ex parte præstantis sit in personam, vt per Innocen. de iur. iur. in c. veritatis.

Ex. §. Cum igitur.

SVMMAE.

1 *Actio legis Aquiliæ non competit pro damno cõmisso in omittendo, & supra in l. vsusfructus. nu. 2. hoc idem repetit.*
2 *Damnum datum per negligentiam, non vendicatur actione legis Aquiliæ.*
3 *Dolus non cõmittitur in omittendo.*
4 *Officiales ad denunciandum maleficia in ciuitate, non tenentur nunciare delicta leuissima culpa commissa.*
5 *Non agitur criminaliter pro leuissima culpa, fallit in custodibus carcerum.*
6 *Patris culpa in omittendo, præponitur culpę filiæ in cõmittendo.*

§.Cum igitur. ¶ Non summat. ¶ In tex. ibi [de vsufructu] .i. de satisdatione præstanda. ¶ In tex. ibi [arbitratur] .i. per viã condēnationis, & cautionis, sed de futuris per viã cautionis tantum; & hoc sequitur super verbo, debet, dico per viam cautio-

cautionis,super verbo[commiserit.] Nec obstat.ꝟ.pro socio.l.meritò. quia potest dici, quòd ibi habebat plenum ius,& in casu dubij hic semiplenum. ¶Ibi [polliceri].i. cautionem interponi, ex qua datur actio ex stipulatu propria,si non vtitur,vt bonus vir. ¶ In tex. ibi [cessat Aquiliæ actio]vt in damno dato per culpam commissam in
1 omittendo. & sic not.tex.qui quotidie allegatur, † quod actio legis Aquiliæ non datur pro damno in omittendo commisso,& hoc sequitur in tex. sed solum de damno dato in committendo. ¶Ibi[non subserit].i.non submiserit in loco de mortuarum.s.nouas plantando, vel annectendo.i.faciendo nistas,secundùm vulgarem vsum, vt in Tuscia. ¶Not. ex isto tex. ad quæ teneatur fructuarius, facit ad id,quod vidimus in l. item si fundi. in fi. principij, & quod ibi dixi.¶Secundò not. quia ista littera quotidie
2 allegatur, q † actio legis Aquiliæ non datur pro damno dato commisso per negligentiam, & potest dici, q ratio
3 sit;quia omissio in non faciendo,non est dolus. Ita Doct. allegant.l.si mora.ꝟ.sol.mat. quod tamen hic dicitur, intellige,quando negligentia est causa damni proximi; secus autem si remota, per quam remotam damnum postea faciendo est commissum. l.qui occidit. §.1. ad leg. Aquil.& not.glo.s.de dolo.l.cū quis. ¶Item hoc videtur habere locum in directa;secus in vtili, vt hic in glo. Circa quod,adde quod dixit Cyn.in l.si quis non dicam ra-
4 pere.C.de Episc.& cler.quòd † massarij ciuitatis,vel ministrales ciuitatis, qui aliàs obligantur ad denuncianda maleficia, non tenentur denunciare maleficia leuissima
5 culpa commissa. & culpa † leuissima non punitur criminaliter, præterquam in custodibus carcerum l.ad commentariensem. C.de custod.reo.iuncta etiā hac l.¶ Adde
6 prædictis, quòd culpa † patris in omittendo præponitur culpæ filiæ in cōmittendo,vt probatur. C.de inoffic.testa. in Auth.sed si post.¶In glo.super verb.item aquarum.ibi [solutio. hic res corrumpitur ex se ipsa] sine hominis facto.¶In eadē,ibi[mala compositione lapidum.]& sic facto hominis præcedente.¶ In eadē ibi[vel dic,hic non datur directa]vel dic clarius, quòd hic negligit rē alienam, quæ deterioratur ob negligentiam: vnde cessat Aquilia. ¶Ibi [nō negligit rem suā] ex qua negligentia res aliena corrūpitur,quo casu tenetur Aquilia, vt hic,& ista est clarior solutio,quàm fortè voluit hic glo.in prima solutione. Sequitur.§.sed si interdum,aliàs cōnectitur cum l.æquissimum.

Ex l. Aequissimum.

SVMMAE.

1 *Inter plures contēdentes super vsufructu, Iudicis est officium, vt prouideat,ne partes veniant ad arma.*
2 *Fructus non sunt diuidendi inter duos,nec cautioni est locus, Iudicis officio ad sedandam contentionem.*
3 *Orta contentione inter duos de possessione,possessio sequestrāda est per iudicem.*
4 *Rixosus potest prohiberi à Iudice, ne accedat ad possessionem.*
5 *Inter plures contendentes de possessione, vno affirmante se possidere, altero asserente rem vacantem, timore armorum non iminente, Iudex non prohibet accessum ad possessionem.*
6 *Vbi est timor armorum, Iudex ex officio priuat partes possessione.*
7 *Iudex, duobus probantibus possessionem ad inuicem rixantibus,aduocat ad se possessionem per sequestrum.*
8 *Iudex tertium suspectum de offensione contra litigantes super possessione,cogit ad securitatem præstandam.*
9 *Prætor etiam pro bono pacis, & litis dirimendæ causa,non cogit partes ad concordiam.*
10 *Quod procedit in quocunque Iudice, siue ordinario, siue delegato.*
11 *Iudex delegatus, extra causam nullam habet iurisdictionem, præterquam in delegatione ad vniuersitatem causarum.*
12 *Iudex inhibet partibus ante rixam, quam postea cōmissam potest punire.*

L.Aequissimū. ¶Si vsusfructus spectat ad plures,qualiter vti debeant mutua cautione:subdit hic. & dicit,quòd ad hoc videntur posse cogi per iudicem competentem.
1 ¶Vel breuius,& sic.Iudex † debet prouidere, ne perueniant ad rixas,& ad arma,& ad hoc allegatur, & adaptatur hæc pars ad præcedentia, vt facit glo.hic,& si discordent,ad hoc compelluntur per officium Iudicis, vt sequitur.Nec obst.ꝟ. quib. mod. vsusf. amit.l. 2. §. fin. vt ibi not.¶In tex.[compescere].i.concordare, quasi dicat,certè non patietur,quòd inter se primò cautio interponatur, vel inter se diuidant commoditatem vsusfructus: sed Iu-
2 dex † iudicabit secundùm formam petitam.ꝟ. cōmu. diuid.l.cōmuni diuidūdō.§.cū de vsufructu.Nec ob.ꝟ.vsuf. quem.caue.l.si serui;quia responde,vt ibi dicetur. Et alle-
3 gāt iste tex.multoties.primò,q vbi† de possessione cōtēditur inter plures, Iudex potest procedere ad sequestrū, vt hic est casus allegatus per Guliel.in Spe. de sequestro.
4 §.1.& sic † scrupuloso litiganti,vel aliàs plurimum rixoso Iudex potest interdicere accessum ad rem. s.de offic. procur.Cæs.l.1. per istum tex.dicit Innoc.de probat. in c.in præsentia.in prima col. quòd si vnus contēdat se pos-
5 sidere, & alter negat asserens possessionem vacantem, q si non subest timor armorum, permittere debet talibus accessum ad rem,aliàs præcipere debet vtrique, ne priua
6 tim intrent, vt hic,& dicenti se possidere,incumbit onus pbandi.l. 2.ꝟ.de probat.& ibi etiam tangit,an si quilibet dicat possessionem vacantem,& quilibet vult præoccupare.¶Plus dicitur per istum tex.in materia,vti possidetis,
7 quòd † si duo pariter probēt de possessione,potest Iudex sequestrare possessionem, & audire partes in petitorio, de quo statim subdam aliquid. ¶Item no. istum tex. per Innoc.in c.consultationibus.de offic.deleg.ad fi. magnæ
8 glo.in ver.Item credimus,vbi dicit,quòd si† alius,etiam præter litigātes,suspectus sit,q eos,qui vocant ad causā, velit offendere, Iudex coget eum præstare cautionem super eorū securitate.¶In gl.in verb.iurisdictione sua. ibi,
9 [argumentum, q Potestas† &c.] nota tamen, quòd cōtrarium tenet glo.in l.furti.§. qui iussu. s. de his, qui no. infa.vbi dicit,quòd partes neque coarctare, neque cōgere potest ad transactionem, siue pacem faciendam causa litium dirimendarum,siue sit ordinarius, siue delegatus;
10 & hanc partem cōmuniter Doc.sequuntur.& Bal.firmat eam dicendo omnino tenendam in tit.de pace ten.in §. si quis quandoque solidos subtraxerit.¶In eadem ibi[sed ibi referendarij] qui nullam habent iurisdictionem, vel
11 habent subdelegatam;quia delegati † nullam habent iurisdictionem extra causam; nisi fortè esset delegatus ad vniuersitatem causarum,& de materia huius glo. Guliel. tangit in l.apertissimi. C.de iudic. Archid.90.dist.in c.discordantes,cui adde quod notat Bar.in l.huiusmodi.§.fi. de leg.primo.de quo dicam.ꝟ.eo.l.quoties. Item adde,
12 quod hic dicitur,quòd Iudex † debet inhibere,ne rixæ sequant,debet intelligi ante factas iniurias, postea dēt iudicare,l.illicitas.§.qui vniuersas.s.de offic.præsid.ꝟ. de publi.l.licitatio.§.qd̄ illicitè.&.ꝟ.ad l.aqui.l.ita vulnerat⁹.

Ex §. Fructuarius.

SVMMAE.

1 *Fructuarius rem proprietariam non potest facere deteriorem, meliorem sic.*
2 *Et hoc idem habet locum in vasallo.*
3 *Fructuarius non incidit arbores fructiferas, nec alias amanitatis causa in fundo positas.*
4 *Parochialis pro fructibus immaturis combustis, contra comburentem habet actionem ad astimationem.*
5 *Nec fructuarius, nec conductor constructa in solo amænitatis gratia, non possunt ad culturam conuertere.*
6 *Ortus constructus in solo, potius respicit redditum, quàm amænitatem.*
7 *Venæ subterraneæ auri, vel argenti inquiri possunt à fructuarijs, & inquilinis sine detrimento agrorum culturæ.*
8 *Ad dominos prædiorum spectant venæ auri, & argenti inuētæ in solo priuato.*
9 *Fructuarius non potest in re fructuaria exercere artem pellacanorum, nec aliud turpe, ac fœtidum exercitium.*
10 *Fructuario non licet in vinea vti bitumine ad imponendum ollas, vt ex illis perfluat vinum.*
11 *Licet fructuario, proprietario inuito, pro libito ornare fundū, quod idem obseruatur in colono.*
12 *Ornamenta continent modū simplicis qualitatis sine mutatione substantiæ.*
13 *Fructuarius, & inquilinus in domo fructuaria, vel cōducta, possunt leuare arma propria.*
14 *Hostium domus, & illius aditus à fructuario, vel inquilino nec mutari, nec amoueri potest, etiam ex causa necessaria.*

1 §. Fructuarius. ¶ Fructuarius† causā proprietatis nō facit deterio
riorem, sed meliorem sic, & quando meliorem, & quando
deteriorem facere dicatur, multis probatur exemplis
per totam istā.l.& sequentes, vsque ad l.Proculus.& in ef-
fectu hic incipit tractare de potestate vsufructuarij cir-
ca rem fructuariam. ¶ In tex. [meliorem facere &c.] Idē
2 dicendum videtur† in vasallo; vt not.de sent.& re iud.in c.
2.§.sed licèt.lib.6.& ibi per Archid. ¶ Not.hic probari,
ꝙ fructuarius non potest incidere arbores fructiferas,
3 vel amænitatis causa positas, & est tex. quem credo vo-
luisse allegare Inno.in materia decimarum, vbi dicit, ꝙ
4 si quis combusserit fructus immaturos, quòd etiam† paro
chialis potest agere ad veram æstimationem, facit.l. arbo
ribus.§.Iulianus.s̄.eo. ¶ Not.etiā tex.in ver. [& si fortè.]
quòd constructa solùm gratia amænitatis, non potest fru
5 ctuarius, & per consequens † neque conductor reducere
ad culturam, & si locus delectabilis reducatur ad redditū.
quod est notandum; locum tamen deputatum ad vnum
redditum, ad alium ampliorem bene posset reducere, vt
videtur hic sentire glo. Et hoc prodest scire pro conducē-
tibus ad affictum pergulas, viridaria, & alia loca amæna;
nam non possunt illa ad culturam reducere, licèt locus es-
set solitus culturari, & postea ad alium vsum deputare.
6 ¶ Item not. hic, quòd facere hortum † in loco, istud po-
tius pertinere dicitur ad redditum, quàm ad amænitatem.
¶ In tex.ibi. [instituere] in fundo ad culturam deputato.
nec ob.l.1.C.de thesau.lib.10.quia ibi facere volebat mō
illicito, hic licito. ¶ No.hic in versi. [Proinde] pro ciuitati
bus & locis, q̄ reperiunt habere venas auri, vel argēti, vel
7 similium; nam fructuarij, & inquilini talium poterunt in-
quirere tales venas, dummodo nihil culturæ agrorum
noceant, quod tamen videtur limitandum, secundùm
8 ver. [& si fortè] qui statim sequitur. Et aduerte; quia † etiā
priuatus potest habere in suo tales venas.l. 3.§.fin. & seq.
j̄.de re.co.& l.3.C.de metal.& met.lib.11.Nec ob.quod
habetur in lib.feud.in tit.quæ sint regalia; quia intelligo il
lud, quando in solo publico essent, non in solo priuato, vt
hic. ¶ In tex. ibi [nocebit] quandoque tamen, & si noce
bit, permittitur, & hoc est, quod sequitur. ¶ In gloss. su-
per verbo, deijcere.in prima solutione, ibi [secundùm il-
las intelligatur.] sed certè secundùm hoc ista.l.corrigere-
tur, quod dicendum non est, quando alio modo potest sal
uari. ¶ In eadem, ibi [fauore vltimæ voluntatis] hæc pe-
nitus diuinat ad istum tex.ideo transit ad aliam. ¶ In ea-
dem ibi. [hoc placet] est tamen ista dubia; quia ista lex
loquitur, etiam qñ paterfamil. non instituit; sed potest ve
rificari, ēt qñ instituisset, & qñ non, & ideò glo.transiuit ad
aliam. ¶ In eadem ibi [l.maritus.] Vel dic, ꝙ si certū est,
quòd magnam affert vtilitatem, & nullum damnum, &
tunc potest fieri, vt hic, aliàs non, vt in contrarijs. Vel pos-
set dici, quòd sit speciale in istis casibus propter magnam,
& euidentem vtilitatem, quæ versatur in eis, regulariter
contra, vt in contrarijs; & j̄.eo.l.vsufructuarius nouum, in
ver.non tamen, & ibi gloss. Et ideo committetur stipula-
tio interposita de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, de
qua in tit. vsufr. quemad. caue. ¶ In tex. nostro in ver.
[si tamen.] no.istum tex.ex quo videtur posse argui, quòd
9 † in domo fructuarius non possit facere artem pellacano
rum, nec stillare ibi pinguedinem pro seuo candellarum,
vel aliud fętidum, vel turpe.& huius potest esse ratio, quæ
colligitur ex l.1.§.1.j̄.de cloa. vbi dicit, ꝙ cœlum fœtidū
minantur ista fœtida. ¶ Ex tex.ibi, [nisi quod ad fructum]
10 quia per istum tex.dicebam, ꝙ † fructuarius vineæ potest
facere ibi bitumen ad imponendum ollas, qđ ex illis stil
lat vinum. ¶ In glo. quæ incipit, non potest. ibi [cōmodè
exercere] & non poterat sustinere expensas continuò ne-
cessarias, & habere maluerit redditum, vt hic dicit. ¶ In
tex.ibi [sed si ædium] ista adaptatur ad præcedentia, se-
cundùm primā glo.hic. ¶ In tex.ibi [sigilla] appellantur.
etiam à ciuibus; quia de ferro, qui ponitur in muris, vt pa
tet.in l.cætera.§.proinde.j̄.de leg.1. vel sigillum appella
tur proprium alicuius signum, de quo in l. ad testium. §.
penult.in fi.j̄.de testam. ¶ In tex.ibi [Nerua filius] nota
quòd fructuarius inuito proprietario potest facere ea, quę
11 pertinent solùm ad ornandum, & idem dicendum † in co
12 lono, & ratio est; quia ornamenta † habent semper modū
simplicis qualitatis, & durat eadem substantia, quæ non
mutatur, sed qualificatur in melius. ¶ Secūdò not. in ver.
[Et sigilla], quòd hic videtur casus, quòd fructuarius,
13 † vel inquilinus in domo conducta, vel fructuaria potest
facere leuari arma sua; quia per hoc non videtur effici
deterior conditio rei, nec etiam mutari eius substan-
tia; aliàs enim secus esset. C.de religio. & sumpt. funer.
l.monumētorum, & l.1.C.ne quis vel. ¶ No. etiam istum
textum, dum dicit, [aditus, posticasúe euertere] ꝙ hic vi-
14 detur casus apertus, quòd † fructuarius, vel inquilinus,
aditum domus, vel hostiolū non poterit mutare, nec etiā
locum apertum claudere, vel alia loca ad refugium tem-
pore nouitatum necessaria, vt aperiantur, fortè pro cōser-
uatione patriæ, vel rerum. ¶ In tex. ibi [quod inuenit, po
test.] intellige reficiendo, non faciendo de nouo, vt j̄.eo.
l.vsumfructum nouum. ¶ Et no.dum dicit [qualitate ędiū
non mutata] idest statu, & forma eorum, quod declara, vt
s̄.proximè dixi. Nec ob.C.manda.l.in re mandata, quia il
la loquitur in habente ius plenum in re: hic autem, quan-
do solum semiplenum habebat.

Ex §. Item.

SVMMAE.

1 *Fructuarius domum altius, etiam non obscurando lumina, tollere non potest.*
2 *Domus per obumbrationem fit deterior.*
3 *Abundantia luminum domus nocet habenti domum propinquam.*

1 §. Item ¶Fructuarius† (etiam non obscuratis luminibus) domum altius nō extollit. hoc
2 d. ¶Not. quòd eo ipso, quòd domus obscuratur, dicitur fieri deterior, sed non è contra. ℣. proxi. §. Potest tamen contingere, ꝙ aliquando abundantia luminum reperitur damnosa non domui, sed habenti domum, vt contingit in eo, qui indiget lumine solùm propter formam. ℣. de ser. vrba. prædio. l. lumen. cum sequen.

Ex. §. Item si domus.

SVMMAE.

1 *Domus fructuaria, vel inquilina conuerti non potest pro loco ludi infantium, & alia simili causa.*
2 *Nec etiam domo fructuaria quis vti potest pro officio cursorū, & pro ludo taxillorum, & similibus delectationis gratia.*
3 *Apotheca constructa ad vsum pānorum venundandorum vti non potest ad exercitium cartularum.*
4 *Capsa deputata pro vsu domini domus, non potest à fructuario, vel inquilino constitui ad vsum publicum.*
5 *Inquilinus re conducta vti non potest pro stabulo, vel vsu plaustri.*
6 *Nec ad vsum meretricium.*
7 *Domus fructuaria vti non potest ad exercitium furni, & molendini.*

§. Item si domus. ¶Nota, ibi, in verbo [diuersoria] se-
1 cundùm primam expositionem glo. quòd fructuarius, vel inquilinus domus solitę habitari, non potest eam conuertere in locum diuersionis infantium, vel aliorum causa ludi, vel forsan in expositionē infantium, vt videmus in
2 his, qui portantur cōiter ad hospitalia. ¶ Nota etiam ibi in verbo [inter dietas] quòd hic est casus, ꝙ prædicti tales non possunt cōuertere domū ad vsum, vel habitationem istorum mandatorum, vel cursorum, & similium, vel logiam ad ludendum ad tabulas, vel ad scaccos, vel ad similia, nec etiam ad qualcherias. Et per hoc dicebam, ꝙ
3 † conficiens apothecam, in qua consueuerant vendi panni ad tetalglum, vel vendi ista, quæ sunt de arte mercantiæ, non poterat illam locare ad vsum istarum cartularum.
4 ¶Not. quòd si sit scapha, quæ est deputata ad vsum domini domus, non potest fructuarius, vel inquilinus deputare ad vsum publicū. ¶Not. in fi. in ver. [stabulum iumento-
5 rum] quia facit contra † inquilinos, qui rem conductam conuertunt ad stabulum, vel ad vsum carretarum. ¶Facit
6 etiam contra inducentes ibi meretrices, † vel scolares tædiosos. In contrarium facit. l. ancillarum. ꞩ. de peti. hæred. Sed hic intellige, vt ibi not. ℣. de vsu, & hab. l. non aliter, facit qđ dicetur. ℣. eo. in l. sed si quis. §. mancipiorū. & in l. si pendētes. §. 1. ¶No. etiam tex. in fi. ꝗdum dicit [pistrino] quod verbū exponitur dupliciter. ℣. de fun. instru. in l. cū delanionis. §. 1. vbi patet, ꝙ sumitur propriè pro molendino, quandoque tamen pro furno, vt ibi glo. dicit, & quælibet expositio est notanda: nam secundùm vnam hic est casus, ꝙ fructuarius in domo, in qua habet vsumfructum, nō potest facere furnum, quem locet. Vel pistrinum, secundū aliam, hoc est molendinum, quod tamen credo viri boni arbitratu dirimendum. arg. ꞩ. ea. l. §. si tamen quoque.

Ex. l. Sed & si quid.

SVMMAE.

1 *Fructuarius ædificium tollere non potest, in re fructuaria positum.*
2 *Emphyteota, Domino prohibente ædificium in re emphyteotica confectum, tollere non potest.*
3 *Et an sumptus, & melioramentorum impensam factos in ædificio, finita emphyteosi repetere possit, Author remissiuè loquitur.*
4 *Extincta emphyteosi ecclesiæ per lineam finitam, extranei hæredes, seu alij descendentes non possunt vendicare melioramenta facta in dicta emphiteosi, neque etiam eorum æstimationem.*
5 *Colonus Domini priuati eiectus propter affictus non solutos, potest petere, vel retinere melioramenta.*
6 *Diuersitatis ratio, cur emphyteota ecclesiæ non repetit melioramenta, priuati autem sic, ab authore assignatur.*
7 *In dubio, fauore ecclesiæ iudicandum est.*
8 *Ecclesia quandoque locupletatur in alterius iacturam.*
9 *Ecclesia est cultrix, & Iustitiæ amatrix.*
10 *Aliæ rationes relatæ inter emphyteotam Ecclesiæ, & emphyteotam priuati in materia repetitionis melioramentorum. & sup. nu. 6.*
11 *Ecclesia non lucratur melioramenta, consuetudine in loco uigente contrarium.*
12 *Idem quando ecclesia sine iusta causa repellit emphytheotam ab emphytheosi.*
13 *Dominus emphitheotæ ædificiū ab eo in re emphytheotica constructū, emphytheota prohibente, tollere nō potest, quod etiā procedit in vsufructuario.*
14 *Sed quid in feudatario. remittit se Author.*

L. Sed & si quid. ¶Non potest aliter summari aptè istud principium, propter diuersitatem lecturarum. ¶In tex. ibi [tollere]. i. altiùs eleuare. ¶In tex. ibi [refigere] idest extirpare, vel id mouere à loco. ¶In tex. ibi [posse,] ad quod ædificauit, etiam sine læsione prioris statuę ædificij, ¶Not. quòd fructuarius nō potest tollere ædificiū, quod posuit in re fructuaria. Et hoc est vtile ad quæstionem de
2 emphiteota, qui ædificium, quod posuit, non possit tollere, prohibente domino, antequam leuet; & ita Bart. alle-
3 gauit. Est autem quæstio de sūptibus, † & melioramentis factis per eum, an illos possit repetere locatione finita, de quo tangitur in l. dominus. §. 1. ℣. loca. & l. penul. §. 1. vbi aliquid de simplici colono. & Bar. tangit latius de emphiteota in l. 1. §. 1. inf. de superfic. quem induxi ad quæstio-
4 nem de facto; quia finita † emphiteosi ecclesiæ per finitā lineam hæres extranei emphiteotæ, vel eius descendentes non possunt deducere melioramenta facta per ipsum emphiteotam, nec eius æstimationem. Pro hoc adduxi; quia hodie nullis extantibus liberis in agnatione emphiteotæ, reuertitur ad ecclesiam. Authen. de alienat. & emphi. in §. in alijs verò, & §. licentia. Item pro hoc facit; quia ecclesia aufert à colono, nec compellitur prælatus alijs hæredibus concedere in Auth. de non alien. §. nec illud. Nec tamen iure cauetur, quòd melioramēta debeant refundi,

& pro hoc facit d.§.ſine licentia.¶Item ꝓ hoc facit;quia
eccleſia aufert à colono temporali, ne melioramentorũ
habeatur ratio.C.de ſac.ſanc.eccleſ. Auth. qui rem.licèt
5 † colonum priuati eiectum propter ſolutiones non ſolu-
tas ius remunerat,quòd poſsit petere,vel retinere melio-
ramenta,vt l.colonus.ĩ.loca.in princ. Si igitur in colono
temporali eccleſiæ (locatione finita) non habetur ratio
melioramẽtorum,quare magis in emphiteota perpetuo?
6 ¶Itẽ pro hoc facit,quia † emphiteota tenetur ad meliorã
dum;Vnde perinde eſt,ac ſi tanquam colonus recepiſſet
cum onere meliorandi', puta cum onere ponendi vites,
& arbores,& ſimilia, quo caſu non repeteret melioratio-
nes.vt dicta l.colonus.in princ.à cõtrario ſenſu ergo nec
7 emphiteota. Pro quo ẽt facit,quia † ſi q̃ adeſt vtilitas,in du
bio fauore eccleſiæ iudicandũ eſt ex re eccleſiæ, nõ indu-
ſtria perſonæ eſſe acquiſitũ,vt ĩ.dicã.¶Nõ ob.ꝙ eccleſia
8 ſm̃ hoc locupletabitur cum aliena iactura,qđ † eſſe non
9 debet,cum etiam † ſit cultrix,& amatrix iuſtitiæ, & non
debet aliquid pati contra iuſtitiam eſſe, vel fieri in ſe, vel
in aliũ.vt ĩ lib.feud.in tit.de alien.feu.ĩ c.1. quia iſtud nõ
contingit,primò ſi emphiteota tãtum percepiſſet † de me
10 lioramentis,quod æquiualeret expenſæ. ſ̃. de rei vend. l.
ſumptus,& l.emptor.Secũdò,quia ſicut emphiteota ſpe-
ctare poterat lucrum, ſi filios reliquiſſet; ita æquum eſt
eccleſiam potuiſſe ſpectare.ar.ĩ.pro ſoc.l.ſi ſocius pro fi
lia.in princ.& loca.l.ſi quis domum;& ſ̃.de inoffic.teſt.l.
ſi pater puellæ.Non obſt.de leg.1.l.domus.cum ſequen.
& ĩ.de condict.indeb.l.qui exceptionem.§.ſi pars. quia
in diuerſis caſibus loquuntur. In iſto enim contractu,
vt plurimùm res ſteriles dantur, & pro modica preſta-
tione, vt meliorentur, & ita vt reuertantur ad eccleſiam.
Ita dixit glo.extra loc.in c.potuit emphiteota. ſuper ver-
bo,emphiteotas.& in c. propter ſterilitatem.& infr.loca.
l.colonus.in verb.conſequuturũ. & in Auth. de non aliẽ.
& loc. emph. §. ſi quis verò locator. in ver.emponema-
tis.Et ex his videtur poſſe concludi,ꝙ non poſſunt dedu-
ci melioramenta,ſecundùm Bart.ibi,in l.colonus.in prin.
ſ̃.alleg.Et ſecundùm hoc poteſt intelligi quæſtio Guiliel.
11 quando † empyteota conſtruxit turrim,an illa cedat ſolo,
de qua dubitat in Spec.de loca.§.nunc aliqua. verſi.clx.
¶Quod tamen dixi melioramenta non poſſe deduci, in-
tellige,niſi appareret contraria conſuetudo in loco; quia
tunc illi eſſet ſtandum,ſecundùm not.in Auth. ſi quas rui
nas.& probatur in Auth.qui rem.C.de ſacroſ.ec. ¶Idem
12 puto,ſi propter factum ipſius prælati, † qui quando videt
rẽ melioratã,procurat aliquã cauſam,vel occaſionẽ repel
lẽdi emphyteotã; tunc enim puto,ꝙ iuſtè,& æquè omnia
debẽt emphyteotæ refundi.Ita arguit Bal.cõtra prælatos
talia attentãtes.C.de locat.præd.ciuil.lib.x.in l.fi.& toto
tit. facit l.2.C.de præd. mino. & de agric.& cenſi.l.cum
ſcimus.§.caueant. & l.1. in quib.cau.colo.cenſi.lib.x. &
13 l.fi.eo.tit.¶Poteſt autem dubitari iuxta hoc,ſi † dominus
ædificaret in ſolo emphyteotico, an poſsit illud demoliri
inuito emphyteota.Et dic,ꝙ non,ſi ante fuit prohibitus,
ſed ante prohibitionem poſſet, vt l.hæres in fundo. ĩ.de
vſufruc.leg.quæ loquitur in vſufructuario, de quo loqui-
tur iſta lex,& ita tenet Guil.in d.§.nunc aliqua. ver.159.
14 ¶Nunquid autem habeant † prædicta locum in feudata-
rio,vide in lib.feud.in tit.hic finitur lex, & incipiunt con-
ſuetudines regni.c.1.§.1.vbi de hoc.

Ex §. Mancipiorum.

SVMMAE.

1 *Fructuarius ſeruis abuti non debet.*
2 *Nec mutare eorum artificia. quod fallit in vero Domino.*
3 *Nec tenetur ad impenſam ſtudij librorum, & ſcientiæ.*
4 *In obligato ad alimenta iure ſanguinis, veniunt etiam impẽſæ ſtudij,librorum, & aliorum ſupra.*
5 *Flagellatio dicitur iniuria atrox.*
6 *Et vbi cruor funditur.*
7 *Fructuarius non poteſt alterare miſterium, ſiue artificium deputatum in re fructuaria.*
8 *Fallit ex quibuſdam cauſis ab Authore expreſsis.*
9 *Seruus poteſt corrigi à fructuario.*
10 *Negligens eſt,qui poteſt prohibere, & non facit.*
11 *Culpoſus dicitur,qui manifeſto facinori præeſt, & poſsit, & deſinit obuiare.*
12 *Dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangitur auctoritas.*
13 *Valens increpare delinquentes, & non faciens, ſub officio Paſtoris oues occidit.*
14 *Negligenter omittens corripere, quæ mala ſunt, viam alijs delinquendi aperit.*
15 *Fructuarius eſt ſimilis diligenti patriſfamilias.*
16 *Alimenta relicta à patre filio, vel filiæ, pro modo creſcentis ætatis augeri debent.*
17 *Famulus ſine ſalario conductus,debet ali, & veſtiri à domino, ſecundùm ipſius conditionem.*
18 *Alimenta, & veſtimenta miniſtris, & ſeruientibus,ſecundùm conditionem eorum dignitatis præſtanda ſunt.*
19 *Plus debetur domino,quàm ſeruo,plus monacho, quàm conuerſo,plus magiſtro,quàm diſcipulo in materia alimentorũ, & veſtimentorum.*
20 *In quotidianis Eccleſiæ diſtributionibus, ſeruandus eſt ordo pro modo dignitatis perſonarum.*
21 *Onus indumentorum dignoſcitur à conditione perſonæ, & è contra.*
22 *Legatum factum viduæ,victus, & veſtitus, intelligitur de victu, & veſtitu viduali.*
23 *Legatum factum ſeruo per hæc verba, ſicut tractabat teſtator,intelligitur quò ad alimenta,lectum,veſtes, & ſimilia.*

1 §.Mancipiorum. ¶Fructuarius † ſer
uorum, nõ debet il
lis abuti,ſed ſecundùm cõditionem eorum(quod hic plu-
ribus monſtratur exemplis) debet & alere, & veſtire illos
ſecundùm ordinem,& dignitatem,nec in illos vti nimia ſæ
uitia,hoc dicit.¶ In tex. ibi [librarium]ideſt ſcriptorem
librorum.l.1.de vet.iur.enucle.¶In tex.ibi[Symphonia-
co],ideſt ſonatore.¶In tex.ibi [calum.]Ex hoc collige,ꝙ
2 † non poteſt in eis mutare artificia,quod ſecus eſt in vero
domino.l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio.de leg.3.¶In text.
3 ibi [alere] † & cuius appellatione non continetur impen
ſa ſtudij,librorum, doctrinęque.vt eſt caſus notabilis in l.
4 legatis.in fi.ĩ.de alimen.leg. dixit tamen † Dy. quòd vbi
alimenta debentur iure ſanguinis, quòd iſta veniunt. Ita
not.ſ̃.de tranſact.in l.cũ hi.§.qui tranſigit.¶In tex. in ver
bo[ſæuitia.]Ad huius verbi declarationem vide.C.de cri
5 mi.ſeruo. l. 1. ꝙ flagellatio † appellatur iniuria grauiſsi-
ma,vt per Innoc.de ſen.excom.in c.ſolet. Idem vbi cruor
6 effunditur copioſè,vel effoditur † oculus,vt l.vulneris ma
gnitudo.ĩ. de iniurijs. ¶ In tex. ibi[conueniri.]Nec ob.
ſ̃.eo.l.ſi cuius.& l.ſeq.§.& ideo.quia hic faciẽdo,ibi omit
tendo,& ſic iſte tex.determinatur per illum.¶No.ex iſto
7 tex.quod. ſ̃.dixi, quòd non poteſt † fructuarius alterare
miſteriũ,vel artificiũ, ad quod ille ſeruus erat deputatus:
hoc tñ credo verum, niſi fortè videret cũ artificio vni eſſe
deputatum, ad quod eſſet inhabilis, vt quia videt fortè,
quod natura, conditio perſonæ, vel intelligentia eius hoc

8 non toleraret; quia sic videtur posse eum alteri artificio, vel misterio conuenienti deputare. ͡j. eo. l. si pendentes. §. si serui. & probatur de leg. 3. in l. Stichus. Aliàs enim videtur abuti, & tolerare amissionem temporis illius, quod facere non debet; quia tenetur vti frui arbitrio boni viri.

9 ¶ Item per istum tex. dico, quòd † fructuarius teneatur talem seruum corrigere, & castigare. ͡s. de pact. l. non impossibile, ext. de simo. c. licèt Hely. facit l. locum. ͡j. eod. tit. §. 1. per quod dico, quòd est obligatus ad curandum, ne malefaciat masculus, vel fœmina. Et ideò quando non resistit, improbatur. 83. dist. c. nemo quippe. Negligere

10 † enim, cum possit prohibere per se, nihil aliud est, quã fauere. 85. dist. c. facientis. bene facit l. 2. C. de cõmer. &

11 mercat. Alibi dicitur, quòd non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. 12. q. 1. c. certè, cum sequenti. ¶ Et hoc adaptatur ad illos, qui habent alios corrigere, & informare; nam apud eos, quos

12 oportet esse subiectos, dum † nimia seruatur humilitas. regẽdi frangitur auctoritas. 86. dist. c. quando necessitas

13 nec mirum; quia cum increpare † delinquentes possit, & noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit, secundùm Paulum distin. 43. in c. ephesijs, alibi dicit, quòd si

14 negligenter † ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus. 93. distin. c. peruenit. Quibus

15 adde, quòd fructuarius debet facere omnia, & quicquid diligens paterfam. in re sua faceret. l. sed cum fructuarius. ͡j. eo. ¶ Not. hic in ver. [sufficienter] & adde casum, l. cum vnum. §. fi. de alim. & cib. leg. & in l. cui alimenta.

16 in prin. eo. tit. per quæ intra deciditur, quòd † si pater relinquat alimenta filio existenti in studio, vel puellæ maritande, sicut filius auget statum, vel puella ętatem, ita & eorum alimenta augeri debeant, vt dicantur sufficienter præstita. Ita dixit Dy. in viro, & vxore in l. si cum dotem. §. sin autem. ͡j. sol. matr. & Bar. ibi post eum. & hoc dicit tex. in l. sicut impendia. ͡j. eo. tit. vt ibi dicam. ¶ No. istum

17 tex. dum dicit [alere, & vestire] quòd † si conducat quis famulum sine aliqua conuentione salarij, vel mercedis, tenetur eum alere, & vestire secundùm conditionem perso-

18 næ. probat etiam iste tex. quòd alimenta, † & vestimenta præstari debẽt seruientibus & ministris, secundùm conditionem dignitatis eorum. ¶ Et secundùm hoc patet, ꝙ

19 plus † debetur ipsi domino, quàm ragatio, plus monacho quàm cõuerso, & plus magistro, quàm discipulo. Ex quo

20 potest argui ad distributiones † quottidianas, quæ quotidie fiunt in ecclesijs, ꝙ quãdo non est aliter prouisum, quomodo fieri debeat, debet seruari iste ordo. ¶ No. ẽt

21 ibi [secũdùm ordinem, & dignitatem,] quòd onus † vestiendi cognoscitur secũdùm conditionem personæ; & ideò plurimi errant, qui veste sibi inconuenienti vtuntur, & contra dispositionem iuris, vt hic. ¶ Hoc autem est vtile ad le-

22 gatum † victus, & vestitus; & ideò in persona vidua intelligitur ipsam debere vti veste viduali, Facit de verb. oblig. l. quidam cum filium, & ͡j. de de vsu, & hab. l. plenum.

23 §. & quid si. ¶ Quid autem si mandasset quis † seruum tractari, sicut ipse tractabat, quid ista verba importent? est quæstio in vxore formata, quò ad lectum, vestes, & similia, vide in l. vxori. §. fin. ͡j. de aur. & arg. leg. per Bar. post Dy. in l. librorum. §. fi. de leg. 3.

Ex §. Et si vestimentorũ.

SVMMAE.

1 *Legatarius, vel vsufructuarius re legata, aut fructuaria, in alium vsum, præter destinatum, vti non potest, nisi cũ causa.*

2 *Fructuarius vestem scenicam alteri locare potest, & quid de alijs, & quomodo vti possit. & quæ sit ratio.*

§. Et si vestimentorum.

1 ¶ Legatarius vsufructuarius rerum ad certum vsum tantùm deputatarum, non põt illis vti ad alium vsum, ratione tamen carentiæ vtilitatis, permittitur fructuario illas locare, licèt testator gratis concedere consueuisset, & diuiditur in duas partes. quia primò loquitur in legato vsusfructus vestimentorum in genere. secundò loquitur de certis speciebus vestimentorũ, vel alterius apparatus. Secunda pars. ibi [perinde] Secunda in duas partes subdiuiditur. quia primò dubium ponit. secundò illud remouet dubium. Secunda ibi, [sed an & locare.] ¶ In tex. ibi, [vestimentorum]. i. non æstimatorum perpetuorum, vt not. Inst. eo. §. constituitur, qui est contra. ¶ In tex. ibi [scenicę vestis] dic, vt notat. ͡s. de his, qui not. infam. in l. 2. §. fi. Nec. obst. ͡j. vsufr. quemad. cau. l. si vsusfructus mihi. §. penul. vt ibi not. ¶ In tex. [locatorum] qualiter autem locare possit istam vestem scenicam non aliam, vt in parte ꝑ-

2 cedenti, potest dici, quòd sit ratio; quia aliàs † vsufructuarius non posset habere commoditatem ex tali ueste. nam si vellet ea vti, poterit. Sed si semper portaret illam vestem vel lugubrem, vel nigram, vel similia, & continuò esset in scena, vel in ludo, id quidem esset satis absurdum, ar. ͡j. de oper. lib. l. medicus. & l. si libertus artem. in fi. & l. hæc, de nou. oper. nun. quę ratio cessat in alijs vestibus.

Ex §. Proprietatis.

SVMMAE.

1 *In legato vsusfructus veniunt dolea non affixa, aliter non disponente testatore,*

2 *In legato vsufructus veniunt instrumẽta quæcunque ad vsum fructum parata.*

3 *Fructuario defuncto, boues aratorij à proprietario nõ amouentur.*

4 *Fundo vendito, vel legato, non veniunt instrumenta ipsius fundi, consuetudine aliud non dictante.*

5 *Fallit, quando esset relictus vsusfructus fundi.*

6 *Fallit in instrumentis solo fundo affixis, & ad culturam deputatis.*

7 *Publicata domo, non publicantur mobilia existentia in ea.*

8 *Thalamo legato, non veniunt existentia in eo.*

9 *Legato lecto, an in eo veniant ornamenta diebus festiuis deputata, quærit Author.*

§. Proprietatis. ¶ In legato vsusfructus venit, & commoditas do-

1 leorum, vel similium, & non affixorum, nisi de cõtraria voluntate disponentis appareat, hoc d. Et primò ponit dictum in genere, secundò autem in specie. Secunda ibi [de quibusdam.] ¶ In tex. ibi. [nisi sit contraria voluntas] quẽ tex. puto glo. voluisse allegare in l. 1. C. de lit. cont. in

2 vlt. glo. No. ergo istum tex. qui clarè decidit, quòd † legato vsufructu fundi, videtur etiam legatus vsusfructus cuiusque instrumenti eius. sic. ͡s. eo. l. si fundi. §. seminarios; Et sic probat, quòd de fundo fructuario nòn possit proprietarius amouere boues aratorios, ex quo paret, quòd

3 sit latior † interpretatio in legato vsusfructus, quàm proprietatis, de quo statim dicit in vltima glo. Et hoc est põderandum; quia secus est, si vendatur † fundus, vel in testa-

4 mento legetur; quia tunc non veniunt instrumenta ipsius

 fundi,

fundi, nisi consuetudo aliud induceret, vel nisi fundus sit
5 relictus instructus. ĵ. de actio. empt. l. fundi. C. de verb. si-
gnif. l. 1. & ĵ. de fund. instruc. l. 2. §. dotis. Fallit si instrumẽ
6 ta essent solo affixa, vel ad culturam fundi deputata; quia
tūc nō pñt separari. l. cū scimus. C. de agr. & cens. lib. 10.
facit. ĵ. loca. l. sed addes. §. fundum; & hoc tenet glo. in l.
fi. ĵ. de supelle. leg. & remittit se pro cautione ad glos. hie.
¶ In glo. super verbo [in specularibus] vt. ĵ. de fun. instr. l.
quæsitū. §. specularia. ¶ In glo. in verbo, cōtineri, ibi [sine
instrīs] hæc solutio non vr̄ tuta, ꝙ posset habere alia instra
ꝑ tali vsu: tñ pōt defendi, & est bona; quia hoc contingit,
ne per hoc grauetur fructuarius, ex quo fructus debet per
cipere. ¶ In ead. ad fi. non obstat. ĵ. de pigno. l. cum taber
nam, quia loquitur ibi in obligatione domini. Nec obstat
huic, quòd dispositio super proprietate trahatur ad ea,
quæ sunt in fundo. l. cum ancillis. C. de incest. nupt. quia il
lud contingit ibi in odium delinquentis, secundùm Gulie.
ibi. Hoc autem ponderare est vtile, si contingat, ꝙ propter
7 delictum † domus debeat publicari, an publicentur ea,
quæ requiruntur ad domum. ¶ Item ad aliam quæstionẽ,
8 si testator † legat cameram suam, an uideatur legare, quæ
sunt in camera, in qua Guliel. dixit, quòd non. ĵ. de inst.
acti. in l. cum interdum. & in l. seq. Alij contra, per l. pe. de
suppell. leg. sed prima opin. videtur verior per tex. in l. cū
pater. §. mensæ. de leg. 2. facit. l. pe. de fun. instruc. ¶ Item
si legat lectum, an videatur legare, quæ diebus festiuis tan
tùm ad ornamentum requiruntur, & multi tenent, ꝙ sic,
per tex. de verb. signif. l. in stratum. Adde circa prædicta
Bar. de publ. in l. interdum. §. idem Diuus.

Ex §. sed nec seruitutem.

SVMMAE.

1 *Seruitus à proprietario, fundo fructuario imponi non potest, nec quæsita remitti.*

2 *Filius proprietarius hæres, renuncians hæreditati, non præiudicat patri in vsufructu.*

3 *Filius in præiudicium patris, dominium aduentitiæ pecuniæ in alium non transfert.*

4 *Nec pecuniã aduentitiam potest conuertere in solutionem debiti.*

§. Sed nec seruitutem. ¶ Proprietari⁹
1 † non imponit seruitutem fundo fructuario, nec quæsitam
expresè remittere potest: fructuarius verò non acquirit,
sed quæsitam retinet, & patiens scienter illam perire: tene
tur, nec potest expresè consentire proprietario, ꝙ seruitu
tem imponat, quin vsufructus extinguatur, saltem ope ex
ceptionis, h. d. cum sequenti. ¶ In tex. ibi [seruitutẽ acqui
rere.] sed quo modo hoc; quia cum non mutetur forma
rei, melior efficitur causa eius, quod licitū est. s̄. eo. l. æquis
simum. §. fructuarius. ¶ In tex. ibi [tenebitur] s. fructuarius
virtute cautionis, quā præstat. s̄. l. si vsusfructus. §. 1. & fin.
¶ In tex. ibi [consentiente.] glo. intelligit etiam expresè,
sed potest intelligi etiam tacitè, vt puta si præsens tacuit.
secundùm Iac. de Rau. arg. ĵ. de ser. vrb. prædi. l. inuitum.
¶ In tex. ibi [imponere potest] scilicet vt vsusfructus du-
ret, sed non vt amittatur, sic secundùm gl. Aliter tamen di
cendum est, secundùm Iac. de Ra. de quo statim dicā. ¶ In
glo. eadem ibi [. §. quæsitum] dic ꝙ ibi consensit expresè,
hic tacitè, vt quia præsens tacuit, vt. s̄. dixi. Non ob. C. de
pact. l. penult. vt ibi. not. ¶ In fi. glo. Vel potest dici ad cō-
trarium, quòd si per impositionem seruitutis mutatur for
ma rei: tunc extinguatur in totum vsusfructus, aliàs si non
mutatur, teneretur solùm in parte, in qua consensisset. ar.
ĵ. quib. mo. vsuf. amit. l. quid tamen. in princ. & l. repeti. &
§. fi. & penul. ¶ Et ista faciunt ad notata in l. fi. §. filius au-
tem. C. de bon quæ lib. vbi l. ista allegatur per glos. an fi-
2 lius, † qui est proprietarius in aduentitijs, si renunciauit
hæreditati sibi obuenienti, in qua pr̄ debebat esse usufru-
ctuarius, noceat pr̄i, & uidetur ibi dici, ꝙ non. Similiter an
3 filius † possit transferre dominiū aduentitiæ pecuniæ, &
ibi uidetur tex. quòd non, in vers. dominium rei. Vnde de
4 tali † pecunia non poterit soluere creditori suo, quod vi-
detur sentire gl. in l. filius. ĵ. si cer. pet. Quod etiam vide-
tur tenere Bart. in l. frater à fratre. ĵ. de cond. indeb. li-
cèt prima facie in pecunia videatur dicere contra pro-
pter eius fragilitatem, & quia iudicatur de rebus, quæ ser
uando seruari non possunt, vt not. glo. in l. 1. §. fuit quæsi-
tum. ad Trebel.

Ex l. Locum autem.

SVMMAE.

1 *Proprietarius locum religiosum facere potest, consentiente vsufructuario, religionis fauore.*

2 *Opportunitas est in causa facti affirmatiui, quandoque & negatiui.*

1 L. Locum autem. ¶ Proprietarius † consentiẽ
te fructuario, religionis fauore potest sepeliendo facere lo
cum religiosum; quia & sine eius consensu hoc facere pos
set proprietarius, quādo ibi locus nō inuenitur ita aptus
pro sepultura testatoris. h. d. in terminis, & in summa. Et
ad intellectum termini, præmitte casum in l. 2. & l. is qui.
ĵ. de relig. & sump. fun. ¶ In tex. ibi. [locum] cuius est re-
lictus vsusfructus. ¶ In tex. [consentiente.] idest nō aliter
inferendo extraneum. ¶ In tex. ibi [dominus.] qui legauit
2 vsumfructum. ¶ No. ratione † opportunitatis aliquid fie-
ri, vel permitti. fic. ĵ. de leg. 1. l. quid ergo. §. sed si mor-
tuū. ĵ. de leg. 1. & ĵ. de relig. l. 2. §. si vsumfructū. & l. scri
ptus. in fi. ¶ In prima glo. in fi. vel dic, quòd remanet sal-
uum ius in alijs partibus, vt not. s̄. eo. l. sed & si quis. §. fi.
& C. de relig. l. si sepultura. & l. locum. ¶ In glos. 2. in fin.
ibi [sunt personæ. ĵ. de relig. & sumpt. fun.] & est vtile ad
plura, vt ibi dixi, & vide in l. cum in diuersis. eod. titu. ¶ In
ead. glo. ibi [no. ar.] admonet tamen respōdere aliud hic,
& aliud ibi, vel aliud de iure ciuili, vel aliud de iure cano-
nico, de quo vide tex. Hieronymi, & quod arguit ibi glos.
dist. xxix. in c. fin.

Ex l. Ex eo.

SVMMAE.

1 *Seruus fructuarius à proprietario coercetur sine fructuarij læsione.*

2 *Inimicus bannitus, post pacem habitam impunè offendi potest.*

3 *Dolus abesse debet à Rectore habente liberum arbitrium.*

4 *Statutum loquens de cicatrice, vendicat sibi locum in habente signum euidens.*

1 L. Ex eo. ¶ Proprietarius † potest coercere
seruum fructuarium sine læsione fru
ctuarij, & cū cicatricibus deformare. h. d. ¶ In tex. ibi [inu
sitatis] per id, quod dixi in l. sed & si quis. §. 1. ¶ In glo. su
per

2 per verbo,[deformare] No. quòd per illa iura Oldr.terminatur,quòd inimicum, cũ quo pacem feci, postea bannitũ possum impune offendere,de quo vide ibi per Bar.¶ Ext.
3 not.istũ tex.in ver.[plenissimam.]facit.n.quòd† licet Rectori detur liberum arbitrium: debet tamẽ ab eo dolus abesse, facit l.creditor.§.Lucius.ff.mand.& de libe.leg.l. si quis rõnis. facit l.1.§ si quis seruum.s.de offi.præfe.vrb.declarationẽ huius tex.vide.C.de emancip.lib.in l.1.¶ No.se-
4 cundo tex. in ver.[cicatricibus]ad statuta † loquentia de cicatrice,dicitur autem cicatrix, quando est signum euidens l.quæsitũ.§.fi.ff.de ædi. edic. de quo vide quod dixi in l.2.ff.de ser.fug. vide etiam in l.fi.ff. de his, qui deiec. vel effud.

Ex §.Proprietarius.

S V M M AE.

1 *Seruus dari potest pro noxa proprietarij.*

1 §.Proprietarius ¶Ex contumacia proprietarij potest seruus dari pro noxa, ex qua datione non tollitur ipso iure vsufructus, sed per exceptionem, & vsucapio proprietatis non perimit vsumfructum. hoc dicit ista particula. ¶ In text. ibi [iure] idest ipso iure. ¶In text. ibi [vsucapio.] Non obstat.s.eod.l.1.& l.2.quia dicit ius ex substantia; quia ibi substantia perimitur, hic qualitas transit in substantiã.arg.de verb.oblig.l.quotiens, & quod ibi not.¶In tex.[non differatur.]quo præsente, & non defendente, proprietarius fuit condemnatus, & sic non obstat contrarium.d.l.4.§.fi.ff.de re iud.& ff.de solut.l.si hominem.& quod ibi no.¶In glo.fi.ibi [noxæ dominus,]ideo non perit ipso iure vsusfructus,sed si dedit in solidum,aut seruus ante litem contestatam fuit inductus, proprietario eum volente defendere;& tunc nõ denegatur vsusfructus, vt hic,si velit damnum emendare, aut expectauit sententiam:& tũc debet insolidum dare,vt dicta.l.si ex duobus. §.fi.Attende etiam in hoc,an sit istud petitum,vel non.

Ex.§.Si quis seruum.

S V M M AE.

1 *Fructuario,pro damno dato in seruo fructuario competit vtilis Aquilia.*
2 *Quare competat utilis Aquilia, & non condictio furtiua,ponit Author.*

§.Si quis seruum ¶ Pro damno dato in seruo fructuario,cõpetit ipsi fructuario vtilis aquilia.¶In tex.ibi,
1 [seruum,]in quo habet alius vsumfructum.Sed quare da-
2 tur,fructuario vtilis aquilia,†& tamen ei nõ datur conditio furtiua, cum tamen vtraque competat domino? l.1. de cõd.furt.& l.item Mella.§.legis.ff.ad leg.aquil.potest dici,quòd ratio sit;quia in furto habet remedium pœnale per actionem furti.l.si pro furto.ff.de cond.fur.Sed in damno dato,si non haberet vtilem actionem legis aquil.vel in factum.non haberet aliquam pœnalem,sed solùm rei persecutionem;nam actio legis aquiliæ est pœnalis,Inst.ad leg. aquil.§.his autem verbis.Et ad hanc rationem potest adduci.l.in tutela,& l.2.de tu.& rat.distr.

Ex.l.Agri.

S V M M AE.

1 *Fructuarius agri in locum arborũ siccarum,alias subrogat primis sibi retentis.*

1 L.Agri. ¶Fructuarius † agri tenetur in locum arborum mortuarum alias subrogare, prioribus sibi retẽtis. ¶ Non ob.ad istũ tex.de ver.oblig. l.si ex legati causa.quia intelligitur ad factum hic, ibi ad speciem,& hic adde omnino.ff.l.prox.§.fi.

Ex.l.Proculus.

S V M M AE.

1 *Verba propriè non operantia,impropriè intelliguntur ad validitatem dispositionis.*
2 *Verba adiecta ad diminutionem, quandoque operantur augmentum,& è contra.*
3 *Actus agentium, quandoque operantur præter propositum.*
4 *Legatarius,vti fructuarius prohibitus alienare,cõsequitur proprietatem rei legatæ.*
5 *Ex volũtate testatoris, quandoq; verbum, vsusfructus, refert dominium.*
6 *Verbum, vsusfructus,intelligitur de formali,& causali.*
7 *Vsufructu castri,vel territorij à Domino concesso,in concessione venit vtile dominium.*
8 *Contractus indicatur,etiam contra eius naturam, & verbis, & conuentionibus in eo adiectis.*
9 *Qui vult vnum,omne illud videtur velle,sine quo primum consequi non potest.*
10 *Fundo legato pro alimentis,an cẽseatur legata proprietas,Author contendit.*
11 *Legatum domus factum in gaudimentum, an importet proprietatem quærit Author.*
12 *In legato,siue venditione crediti,vel montis, veniũt paghæ debitæ, licèt non exactæ.*
13 *Res obligata pro sorte, remanet obligata pro vsuris.*
14 *Obligata pro dote, sunt obligata etiam pro alimentis.*
15 *In dubio fit minor interpretatio contra legatarium.*
16 *Emphiteosis concessa de olineto,solum in ea comprehenditur.*

1 L.Proculus ¶ Verba †, quæ propriè non possunt operari,impropriãtur, vt potius dispositio valeat,quã pereat.¶Vel sic.Onus adiectum legato vsusfructus solius proprietatis, tũc importat legatum proprietatis.hoc dicit,facit.ff.de vsufr.earum re.quæ vsu.consu.l.fi.¶Vel sic.Verba prolata ad diminuẽdum, quandoque videntur operari in modum augmenti.¶Vel sic. Verba apposita ad restringẽdum,quandoque videntur ampliare.h.d.¶ Vel sic. Onus appositũ ampliat dispositionem verborum actus dispositiui. ¶Vel sic. Modus,& forma traditus à disponente, declarat mentem disponentis,& ex eo augetur effectus.Contra hanc doctrinã videtur facere.l.6.& quod ibi not.ff.de leg.1.vbi conditio in relatiuo vitiat legatum,hic non. Tu potes respõdere,quòd ibi nullo modo poterat conuenire ei,quod intendebat, & ideò non vitiat hic,ibi sic.¶ Item contra istum tex. videtur obstare,quod alibi dicitur,quòd verba apposita ad diminuendum,nunquam operantur augmentum, neque concessionem nouam.l.legata inutiliter.de leg.primo, & de hæred.insti.l.ex facto.& l.hæreditas.Potest responderi,quòd illud est verum,quando nulla præcedit disposit.o al.cuius

rei concessiua, secus si præcedat, vt hic. ¶ Item contra istā
primam regulam, videtur obstare, ꝙ actus agentium, licèt
etiam loque operētur præter propositum. l. 3. §. si liber. ĵ.
cōmo. nunquam tamen contra. l. nō omnis. ĵ. si cer. pe. &
d. l. legata inutiliter. Sed potest responderi, quòd hic nō
operatur contra, sed pro. ¶ Et ex prædictis collige, quòd
4 † si legatarius vsusfructuarius sit prohibitus vendere à te-
statore, ex hac prohibitione consequitur proprietatem ip
sius rei. casus est hic, & notādus. ¶ Et no. etiam hic aliud,
5 quòd vbicunque de † intentione testantis apparet, quod
voluerit per vsumfructum significari dominium: tunc si-
gnificatur, vt hic est casus. C. eo. tit. l. cum antiquitas. quod
est vtile ad quæstionem, quam statim subdam. Aduerte ta
men; quia hic non videtur esse ampliatio, sed potius latissi
6 ma interpretatio; nam verbum; † vsusfructus, potest in-
telligi de formali, & causali, hic ergo interpretatur de
causali; quia est vnitus proprietati, & non erit secundùm il
lam, quod est notabile. ¶ Et per hoc potest inferri, quòd
7 † si dominus cōcedit alicui vsumfructū castri, vel certi ter-
ritorij, videtur potius concedere vtile dominium, quàm
vsumfructum causalem. ¶ Item hic probatur, quòd vbi
8 † in instrumento exprimitur certus contractus habens
verba, vel conuentiones contra naturam illius, quæ po-
tius sapiunt naturam ælterius, iudicari debet talem debe-
re esse contractum, cuius naturam sapiunt verba, & con-
uentiones. facit. ĵ. de castr. pecul. l. si fortè. l. si vno. ĵ. loca-
ti. ĵ. de donat. cau. mor. l. vbi ita donatur. & de aur. & arg.
leg. l. species, & de ser. rust. præd. l. Lucius. de contrah. em
ptio. l. conuenit. ĵ. de act. empt. l. tenetur. §. si. ĵ. de præscr.
verb. l. insulam. C. de lati. lib. tol. l. 1. §. illo proculdubio.
& in lib. feud. in tit. de feud. non haben. prop. natu. feud.
c. 1. & ĵ. de cond. cau. da. non se. l. dedi. Quæ sunt notāda
ad intellectum. l. si stipulatus, & quod ibi no. ĵ. de vsu.
¶ In glo. 2. in princ. Et ista verba [quòd alterius non tol-
lat] sunt contra naturam vsusfructus: vnde impropriātur,
& transferunt legatum in aliam speciem. Et isto modo
probatur, quòd vbi verba, quæ sunt apposita in cōtractu,
non conueniunt, impropriantur, & transferunt illum in
aliam speciem, vt dicta. l. dedi, & ĵ. de serui. rusti. præ-
dio. l. Lucius. & alia. s̄. alleg. ¶ In eadem ibi [altius nō tol-
lere] vt. s̄. eo. l. æquissimum. §. idem Nerua. ¶ In eadem
9 in fi. & ideo volendo † illud, videtur velle id, sine quo esse
non potest, vt l. illud. ĵ. de acq. hæred. ¶ Ext. facit iste tex.
10 si legatur † fundus ad alimenta, an videatur legata proprie
tas. Glo. alibi sentit, ꝙ sic, temporaliter tñ. i. quandiu vi-
uit legatarius. In contrarium arguit, & non soluit in l. cum
hi. §. si vni. s̄. de transa. quam statim declarabo. ĵ. eo. in l. si
quis ita, quæ melius facit. ¶ Item facit ista. l. ad quæstio-
11 nem de legato † domus vxori facto in godimento, an im-
portet proprietatem, & multi consuluerunt, quòd sic per
istam. l. quod videtur esse contra proprium significatum
verborum; & ideò nolui subscribere, sed dicebam attendē
dū, qui essent vniuersales hæredes, vt si essent extranei, pe
nitus hæc opinio non posset saluari: secus si filij sui essent,
& sic à patre prædilecti. ¶ Item videtur hæc lex facere (li-
cèt à remotis) ad quæstionem, in qua fuit de facto consul-
12 tum, an in legato, † vel in venditione de credito montis
veniant etiam pagæ debitæ, licet non exactæ, & videtur ꝙ
sic sumendo late legatum, & facit l. Aurelius. §. legatum.
& l. fin §. fin. ĵ. de libe. lega. ¶ Item facit pro hoc: quia
13 res † obligata pro sorte, intelligitur obligata pro vsu-
ris. ĵ. qui pot. in pign. hab. l. Lucius. ¶ Item quia bona
14 † obligata pro dote, censentur etiam obligata pro ali-
mentis. not. Bart. in l. si cum dotem. in. §. si autem in fæ-
minino. ĵ. solu. matrimo. Et pro hoc est etiam l. nomen.
ĵ. de leg. 3. Nec obst. si dicatur ibi, & in similibus, specia-
le eē in legato; quia fauorabile. secus in alia concessione,
vt cum venditur creditū montis forensi contra regulam;
quia potest dici, ꝙ imò hoc est per viam accessorij, & ex-
15 tra naturam accessorij; quia in legatis in dubio fit minor
interpretatio, ĵ. de leg. 1. l. si ita sit scriptū. & l. apud Iulia-
num. §. Seio. Prædicta etiam faciunt ad quæstionem, si in
16 emphyteosim † cōcedatur oliuetum, an veniat solum, &
sic territorium, & videtur ꝙ sic; quia sui natura videtur
constitutus in re immobili, & siccato oliueto, non finie-
tur vsusfructus. ĵ. de ser. rusti. prædio. l. si fundum. §. qui
fundum. & de leg. primo. l. centum genero. valeret tamen
emphyteosis in his arboribus; tamen si hoc ageretur, &
hoc quandiu penderent in fundo, propter radices affixas
quæ si de nouo pullularent ex veteribus, duraret emphy
teosis; quia vitam, & humorem trahunt à plantis, l. dam-
num. §. qui vicinas, de dam. infec.

Ex. §. Si arbores.

SVMMAE.

1 *Arbores vi ventorum prostractæ, pertinent ad Dominū pro-
prietarium.*
2 *Actio proposita debet adaptari negotio moto.*
3 *Fructuarius ad fructuum perceptionem, potest amouere impe
dimentum.*
4 *Officialibus vendentibus datia, competit auctoritas leuandi im
pedimenta pro libera redditnum perceptione.*
5 *Hoc idem obseruatur in conducentibus datia molendinorum.*
6 *Ligna non possunt conduci per canale, si impediant cursū aqua
rum ad molendina.*
7 *Impedimentum est amouendum, vt vsufructuarius vti, & frui
possit.*

1 §. Si arbores. ¶ Arbores † vi ventorum deie
ctę pertinent ad dñm, ad quarum remotionem per fructuarium compelli potest. h. d.
¶ In glo. 1. in fi. est ratio diuersitatis; quia vsufructua-
rius debet habere omnes fructus ex re, qui naturaliter
percipi possent. s̄. eo. l. item si fundi. §. primo. in princ. & l.
arbores. §. 1. Sed quando arbores sunt demortuæ propter
vetustatem, perinde est, ac si propter naturam illud eueni
ret, arg. ĵ. de aqua plu. arc. l. 2. in prin. ideò tunc ad fru-
ctuarium pertinent. s̄. eo. l. agri. Sed quando vi ventorum
euelluntur, hoc venit ex accidenti propter casum; ideò
tunc sic deiectas non habet, & maximè; quia tunc seque-
retur, quòd si omnes vi ventorum essent deiectæ, specta-
rent ad ipsum, quod esset absurdum. s̄. eod. l. arboribus.
2 ¶ No. quòd actio, quæ proponitur, debet conuenire ne-
gotio, de quo quęritur. C. de form. l. 2. & not. glo. in l. 1.
C. vt q̄ des. aduo. par. Inno. tñ aliter ex̄. de iud. in c. exami
nata; de quo. in l. edita. C. de eden. & vide quod dixi. ĵ. si
3 mensor. fal. mo. di. ¶ No. etiam hic, quòd quilibet † præ-
tendēs ius in perceptione fructuum, potest agere ad remo
4 tionem impedimenti: vnde officiales †, qui vendunt datia
nil possent facere, vel concedere, per quod impediatur li-
ra perceptio redditumm; imò si casus occurreret, quòd cō
tingat impedimentum, illud tenentur amouere. Facit pro
5 conducentibus † datium etiam molendinorum. Et sic pa-
tet, quòd communitas, quæ vendidit ligna, non potest po
stea vendere conductam ipsorum lignorum per canale,
6 per quam conductam turbantur molendina in eorum
exercitio. ¶ Item not. quod qui non amouet impedi-
7 mentum, non dicitur pati vsufructuarium vti frui. Et
ideò

ideò fealas, si non incidit arbores insurgentes, per quas lumen obscuretur, incurrit pœnam contractus.

Ex.l Si quis ita.

SVMMAE.

1 *Paria sunt legare annuos fructus, vel fundi vsumfructū.*
2 *Legans annuos redditus, videtur vsumfructum legare.*
3 *Verbum, lego, est directum.*
4 *Legatus vsusfructus morte finitur, & capitis diminutione.*
5 *Modus insertus dispositioni, siue executioni tacitè, vel expresse, reddit dispositionem directam, siue obliquam secundū subiectam materiam.*
6 *Capiens p se, directā efficit dispositionē, per aliū verū obliquā.*
7 *Verba directa, & obliqua alio modo capiuntur in legatis, alio modo in contractibus.*
8 *Legato fundo pro alimentis, uidetur legata proprietas.*
9 *Modus, vel causa inserta legato, non minuit legatum.*
10 *Legatum ad alimenta, non refertur ad proprietatem, legatario in metallum damnato.*

1 L.Si quis ita. ¶ Paria sunt † legare fructus annuos, & vsumfructum fundi. h. d. ¶ Vel sic † legans annuos redditus per verba directa, vsumfructū videtur legare. h. d. ¶ In tex. ibi
3 [do† lego.] not. verbum; quia est verbum directum, & sic legatarius pōt de manu sua capere. ¶ In tex. ibi [legatus] & sic minus habet, q̄ in legato annuo. ℸ. de ann. leg. l. in singulos. Nec ob. ℸ. de re dub. l. 1. quia ibi secundùm proprium significatū verborum, hic autē ex mente. Non ob. similiter. ℸ. de vsu. & habit. l. idem, vt ibi not. & ℸ. eo. l. si operas. ¶ In glo. 1. ibi, [secundùm quosdā,] vnde pro cō-
4 clusione dic, quòd verum est, quòd vsusfructus † legatus finitur morte, & capitis diminutione, d. l. in singulos. Sed si legatur vsusfructus annuus; tunc propter commemorationem temporis non tollitur capitis diminutione. ℸ. qui. mo. vsu. ami. l. 1. §. fi. & l. 2. §. si nō mors. ita & in annuum legatum, dicta l. in singulos. ¶ In ead. ibi. [cum ita] & quod no glo. ℸ. vsufr. queād. caue. l. 1. & de vsu, & hab. l. per seruum. §. 1. ¶ Item ibi, [super l. patrimonij.] quia fructuarius per seipsum potest, debet eos percipere, vt. s. eo. l. arboribus. §. Iulianus, aliàs incipit l. si fur. ¶ In eadē, in fi. Nec obst. C. commu. de leg. l. 2. vbi æquiparatur legatum, & fideicōmissum; quia ibi non repugnat natura subiecti, hic sic, vt. s. eo. l. 3. §. dare. vel ibi loquitur in legato proprietatis; nō in materia vniuersalis institutionis. Vel aliter ibi accipitur verbum directum, & obliquum alio modo, quàm accipiatur in materia substitutionis. ¶ No.
5 modo ex ista glo. quod modus † insertus dispositioni, vel executioni tacitè vel expressè reddit eam directam, vel
6 obliquam. Dicitur autem directa, † quando quis capit per se, obliqua per alium, vt dicimus in materia substitutionum, per no. in l. verbis ciuilibus. ℸ. de vulg. & pupi. videtur autem hic probari, quòd in dubio iudicari debeat directa, quando non apponit aliquod verbū exequutiuū; sed solùm dispositiuū; quia dicitur, quòd est vsusfructus formalis, ita dicit iste tex. Ad hanc autem differentiam verborum vide bonam glo. ℸ. de leg. 2. in l. Lucio. ¶ Item adde etiam aliam, quòd etiam in legatis, & in contracti-
7 bus est differentia inter verba directa, & obliqua. Ita dicit gl. in l. 1. ℸ. de don. in gl. magna. ¶ Ext. no. istū tex. primò, quia allegatur per Io. And. de testa. in c. si pater. lib. 6. q debens habere fructum vacationis primi anni, non ppterea possidet ecclesiam, sed prelatus eius; differūt ergo habere fructus annuos, & fructus vnius anni. Item facit
8 iste tex. ad quæstionē, quòd si legatur fundus ad alimēta, videatur legata proprietas, an sola commoditas fructuū. glo. dixit, quòd sic. i. quandiu viuat legatarius, signat tamen contrarium, & non soluit in l. cum hi. §. si vni. ℸ. de transact. Mar. Sil. dixit cōtrarium per l. 4. de alim. & cib.
9 leg. Fertur Oldra. dixisse. quòd si istud † legatum rei fiat ratione alimentorum per modum causæ, vel modi. & tamen habeat, vnde se alat: tunc legatum est perpetuum, & transmissibile; quia modus, vel causa inserta fauore legatarij, non minuit legatum. l. Titio centū. in princ. de cond. & demonstr. Facit Inst. de leg. §. longè magis, sed si fiat mentio alimentorum per modum determinationis, & arctationis, vt quia dicit. lego fundum ad alimenta; tunc quaudiu viuit, habet proprietatem: sed eo mortuo reuertitur ad hæredem. d. l. cū hi. §. si integra. & de leg. 2. l. Titia testamēto. §. fi. & C. de lega. l. fi. Hoc vltimū intellige, nisi legatarius esset capax alimentorum tantùm, & non proprietatis; vt quia sit damnatus ī metallum, vel esset frater minor; quia tunc importat alimēta tantùm. ℸ. de reb. dub. l. quoties. & de aur. & arg. leg. l. species. vbi ergo essent capaces legatarij, dicitur, q cum res, vel possessio ita relinquitur ad vsum, intelligitur legata proprietas, per casum. d. l. species, quem plurimùm nota. Circa tamen principalem quæst. vide latè per Bart. in dicta. l. 4. de alimen. & ciba. leg.

Ex l.Si serui vsufructuarij.

SVMMAE.

1 *Seruus vsufructuarius ex eius op era quærit fructuario.*
2 *Causa proxima attenditur, & non remota.*
3 *Monachus vnius monasterij possessus bona fide ab alio, in acquirendo attenditur, cuius contemplatione adstipulatur.*
4 *Differunt Monachus, & seruus, & ratio reponitur ab authore.*
5 *Hæres grauatus de restituendo, cogitur adire iudicis officio.*
6 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedendum est etiam coactè per Iudicem.*
7 *Donata ambasciatoribus, an efficiantur donatariorum, vel ipsorum dominorum, quærit Author.*
8 *Datum filiofamilias, nunquid dicatur profectitium, vel aduentitium, contendit Author.*

1 L. Si serui vsufruct. ¶ Seruus † fructuarius quærit fructuario ex re eius, & ex opera sua. i. serui, & ex vltima voluntate contemplatione vsufructuarij ordinata. ¶ Vel sic. Seruus fructuarius ex opera sua, & re fructuarij, vel ipsius fructuarij contemplatione quæsitum, quærit fructuario, aliàs proprietario. Et quæsitorum per fructuarium seruum potest dominium, & possessio pendere respectu fructuarij, & futuri temporis, & non præsentis, & incertitudo irreuocabilis, vel irretractabilis uitiat actū, de quo agitur, & donec ad certitudinem reuocetur, potest fructuarius seruus cogi ad petendum, & modicè castigari h. d. cum seq. vsque ad. §. si operas. ¶ In tex. ibi [si serui usufructus legatus.] aduerte, quia ista lex locū habet, ēt si inter uiuos vsusfructus esset constitutus. ℸ. eod. l. sed & si quis, in fi. aliàs l. adhuc. ¶ In tex. ibi [vel ex re] sec[9] si ipsā rem fructuariā stipuletur. ℸ. eo. l. adhuc. aliàs. l. sed si quis. §. quæstionis. ¶ In tex. ibi [Labeo distinguit] nota modū
2 loquendi, ex quo collige, † q nō cōsideratur causa remota, sed

ta, sed tantùm proxima. Facit. ff. pro soc. l. socium, qui in eo. Et facit iste tex. allegando vt. s. ad quæstionem de mo-
3 naco † vnius monasterij ab alio monasterio possesso bona fide; quia aliqua acquirit, & si dubitaē cui acquirat, dēt attēdi cuius contēplatione, stante, ꝙ æquiparet̄ seruo. Est
4 tamen in hoc differentia; quia † si hæreditas sit relicta seruo, requiritur ipsius aditio. l. aditio. ff. de acquir. hæred. in monaco secus; quia propter professionem priuatus est voluntate, vt Auth. ingressi, quod secus est in seruo. Inst. de inutil. stipul. §. sed cum seruo, & C. de hæred. instit. l. cū proponas. ¶ In tex. ibi [donetur]. s. inter uiuos etiam extra rē vsufructuarij, & operam serui, vt sit aliqua huius legis dubitatio. ¶ In glo. 1. ibi [Dominus iubebit, & restituet fructuario. hic adde, qd' dicitur in emptore redhibente in l. cum aūt. §. fi. & l. seq. ff. de ædi. edi. quæ allegatur statim in l. sequenti. ¶ In eadem ibi [& ad hoc possit compelli of-
5 ficio iudicis] No. bene, quòd institutus, † & de restituendo grauatus, cogitur adire officio iudicis, quod est bene notandum. ¶ In eadem. ibi [& sibi non nocet, & alteri pro-
6 dest] No. quòd vbi quid apertè † ab aliquo petitur, quod sibi non noceat, & alteri prosit, cogi potest per iudicem, ad hoc facit. ff. sol. matr. l. 2. §. nec cogendus. Adde quod. dicit. ff. de euict. in l. in creditore. Fructuarius autē vr̄ ab eo habere causam. l. penulti. §. itē si quis. C. de ann. excep. Et sic non obstat. ¶ Nota istum tex. dum dicit [cuius contēplationē cōsiderari] qa facit ad quæstionē Ambasciatorū, an donata eis efficiantur eorū, an restitui debeant mittenti, de qua tangitur per glo. in l. qui propriè. §. procurator, vt in cæteris. s. de procurat. & in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pupil. & in l. de viro. §. item quicquid. ff.
8 sol. matr. ¶ Item facit ad quæstionem de collaro † in filiū famil. an dicatur profectitium, vel aduentitium scilicet an si debeat attendi, nū pater sit causa ꝓxima, an immediata, vel remota, de quo probatur aliquid in dicto. §. in arrogato, & per Doct. in l. cum oportet, in princip. C. de bon. quæ lib.

Ex l. Sed & sicut stipulādo

S V M M AE.

1 *Seruus fructuarius quærit fructuario exceptionem, siue liberationem, sicuti actionem.*
2 *Quærens ius agendi, multò fortius acquirit ius excipiendi.*

L. Sed & sicut stipulando.

1 ¶ Seruus † fructuarius potest fructuario exceptionē, & liberationem acquirere, sicut stipulando quærit actionem. h. d. ¶ In tex. ibi [eum acquirere. s. seruum fructuarium. ¶ In tex. ibi [rogauerit]. i. fecerit fructuarii per acceptilationem liberari, sic ergo, † ꝙ vbi quis quærit ius agendi,
2 fortius ius excipiendi.

Ex. §. Quoniam autem.

S V M M AE.

1 *Fructuarius modicè corripit fructuarium seruum.*
2 *Operarius obligatus, cogitur operari.*
3 *Vxor debet viro operari.*
4 *Et à marito cogi potest, quod idem seruatur in famulis.*

1 §. Quoniam autē. ¶ Fructuarius † pōt cogere modica castigatione seruū fructuariū, vt operetur, & ad hoc nos alle-
2 gamus hunc. §. ¶ Not. hic apertè probari, ꝙ obligatus † ad operam, potest cogi ad operandum: & sic facit, ꝙ vxor
3 † debeat operari viro l. sicut. ff. de oper. liber. & ita ad hoc possit per maritum cogi medioeri castigatione. Quod
4 est vtile contra famulos, & facit etiam contra † vasallos dominorum.

Ex l. Si quis.

S V M M AE.

1 *Fructuarius seruus quærit domino, etiam extra rem, & operā fructuarium.*
2 *Argumentum tenet à consueto.*
3 *Quod est consuetum fieri, licitum iudicatur.*
4 *In pecuniarijs causis pœna non apponitur, qd' non obseruatur in compromissis.*
5 *In his, quæ communiter obseruantur, licet arguere.*
6 *Ex stipulatione vnius ad fauorem alterius, ius quæritur directò ex consuetudine.*
7 *Stilus curiæ semper obseruandus.*

1 L. Si quis ¶ Ex stipulatione † serui fructuarij, quæritur etiam fructuario extra rē & operam, si fructuarij contemplatione promissio facta
2 est. ¶ Vel sic licitum est arguere ab his, quæ fieri consueuerūt. Ita vulgariter intelligatur. facit. l. si certū condictio. §. si nū. nos. ff. si cer. pe. & qd' ibi not. ¶ No. ex ista. l. ꝙ il-
3 lud, † quod consuetum est fieri per modum contractus, vr̄ esse licitum, & permissum, & sic potest induci ad statu-
4 ta † prohibentia, quòd in causis pecuniarijs, non possit apponi pœna, nihilominus poterit apponi in cōpromissis.
5 Appellatur. n. argumentum † validum à quotidiano vsu. Facit. ff. de vsucapio. l. iusta. in princ. Facit etiā, quòd vbi
6 † generalis consuetudo viget, quòd aliquis possit stipulari pro alio, ex illa stipulatione quæritur ius directò alteri, facit. ff. de sponsa. l. sufficit. & quod no. de episc. & cler. in Auth. generaliter. in glo. & Inst. de inutili. stipu. in §. al-
7 teri. sic stylus † curiæ debet seruari. s. de iurisd. omn. iud. ind. l. more. C. de vet. iur. enu. l. 1. §. quæ leges. & quod no. s. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum, & s. de inof. test. l. nam & his. & de legi. l. de quibus. & ff. fami. ercisc. l. & puto. in princ. de rei vend. l. quòd si possessor.

Ex l. Sed & si quis.

S V M M AE.

1 *Extraneus stipulans pro seruo fructuario, solutione facta quæritur Domino fructuario.*
2 *Donatio in dubio non præsumitur.*

1 L. Sed & si quis. ¶ Si seruus † fructuarius adijciatur in stipulatiōe, per extraneū solutione ipsi facta, q̄ritur fructuario. h. d. Et pro euidētia præmitte casum in. §. si quis aliquam hic alleg. in gl. ¶ In gl. prima. ibi [animo donandi] Quid autem si non appareret quo animo? dic quòd in dubio
2 † non præsumitur, ꝙ animum habuerit donandi. l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. & l. Iulianus. §. qui fundum. de verbo. oblig. ¶ In ead. glos. ibi [adiecto] re sibi soluta, vel tradita, aliàs potuit quæri, quando extraneus stipulatur. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obli. ¶ In ead. ibi

ibi [nec repetitur] alioquin repeteretur actione mādati, si cur prius, vel si sit mandatum, aliàs actione negotiorum gestorū repeteretur, Inst. de inutil. stipul. §. si quis aliquā.

Ex §. Interdum.

SVMMAE.

1 *Causa pendente, pendet & causatum.*
2 *Dominij acquisitio stat in pendenti ratione personæ acquirentis.*
3 *In pendenti dicitur quid stare, cuius declaratio pendet ab euentu.*
4 *Finis dat rei exitum.*
5 *Quicquid fructuario non quæritur, Domino acquiritur.*
6 *Appellatio extinguit pronunciatum.*
7 *Quandoque fictio duo non requirit extrema.*
8 *Pecunia existens in sacco soluta pro pretio, non dicitur solui, vt species.*
9 *Potior est in dominio, cuius pecunia prius est soluta.*
10 *Notarius, pecunia tradita in sacculo numerata, non facit fidem de numerata pecunia.*
11 *Seruus non plus soluit, quàm Dominus debeat.*
12 *Cumulatio delictorū fieri non potest ad finem, vt quis impunè trucidetur.*
13 *Præpositus ab Abbate ad regimen alicuius Ecclesiæ, illiusque gubernium, quomodo, & cui Ecclesiæ acquirat, ponit Author.*

1 §. Interdum. ¶ Vbi causa † pendet, pendet & causatū. ad hoc alleg. ¶ Vel
2 sic. Acquisitio dominij † potest pendere ratione personæ
3 acquirentis, & causæ acquisitæ. ¶ Vel sic. Illud † dicit esse, in pendenti, cuius declaratio pendet à futuro euentu. hoc
4 dicit cum l. seq. usque ad §. si operas. ¶ No. quòd † finis, declarat, qualis res sit censenda. Ita allegatur per Guliel. in Spec. de fruct. & interesse. §. 1. vers. sed & quid si debitor. ¶ Not. dum dicit, ꝙ in pendenti est acquisitio; quia iste tex. debet intelligi quantùm ad iuris fictionem: interim tamen est proprietarij, & est ratio; quia acquisitio pro
5 prietarij est determinata; quia quicquid nō † quæritur fructuario, quæritur domino: sed fructuarij est limitata; quia non q̄ritur sibi, nisi ex re, & opera, ex lege, & nō aliūde, & per hoc declaratur etiam glo. hic posita. ¶ In gl. in prin. & no. istum tex. & iura in ea allegata, quia faciunt ad illud
6 dubium, an appellatio † extinguat pronunciatum; nam si consideratur aptitudo, suspēdit. l. proinde. ﬀ. si cer. pet. hic alleg. sed si consideratur actus, rumpit, vt ex hac glo. colligitur, ita allegauit Bald. in l. tale pactum, profiteor te. ff. de pact. me audiente. ¶ No. tex. in ver. [quid ergo] casum sin
7 gularem, in quo † fictio non requirit duo extrema. ratio est; quia hic nil de nouo inducit, sed solùm inductum declarat; secus si de nouo induceret. l. si is, qui pro emptore. ﬀ. de vsucap. & ad l. Aquil. l. huic scripturæ. ¶ No. in ver. si
8 † verò simili. in l. seq. quòd licèt pecunia soluatur in sacculo, vel in bursa, de quo de cond. & demonstr. in l. cum seruus: tamen; quia soluitur pro precio, non dicitur solui, vt species. casus est hic; soluebatur enim hic per modum pretij. l. hæc venditio. ﬀ. de contrahē. emp. facit ad ea, quæ no. in l. 2. in princ. ﬀ. si cer. pet. ¶ No. etiam ex isto tex. ꝙ ille
9 est potior † in iure dominij, cuius pecunia prius soluta est. adde istum casum ad l. quotiens C. de rei vend. ¶ No. etiā
10 hic casum expressum, quòd quando pecunia † soluitur in sacculo, nec aliàs numeratur, notarius non potest attestari de numeratione, vide glo. notabilem in l. si ex cau-
11 tione. C de non num. pecun. ¶ No. etiam, quòd † seruus non potest plus soluere, quàm dominus debeat, vt transeat dominium, facit de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Callimachus. ¶ In glo. [& dena. idest. 10. & 10.] No. modum loquendi, & idem dicit gl. ī. in 1. constitutione. §. hæc aūt. secus si diceret. decem. l. si quis testamento. hic alleg. An autem in pœnis sumatur propriè; vide notabilem glo. in l. qui testrini. C. de murileg. lib. 11. & in Auth. nunc autē cum monachus. C. de Epis. & cler. quibus adde notabilē glo. in l. vbi fideiussor. & quod ibi no. ﬀ. de sol. quæ dicit,
12 quod non debet † fieri cumulatio quantitatum ad vnum finem, puta vt possit impunè occidi, quod vr̄ verum, quando ex diuersis condemnationibus, & diuersis factis pœnę reperirentur impositæ: secus si ex eadem; quia tūc est vna sentētia. ¶ In glo. penult. in verbo [nihil fecit] si soluat suo nomine l. in re mandata. C. mand. secus si alieno nomine ﬀ. de solutio. l. si cum Cornelius. ¶ Vltimò facit iste text.
13 ad quæstionem † de monacho certi monasterij, cui ab Abbate est commissa gubernatio, & regimen alterius ecclesiæ: dubitatur cui interim quærat; nam, quod quærit ex re ecclesię, quam gubernat, vel ex opera sua, quærit ecclesię, quam gubernat, & potest dici quodammodo fructuarius seruus illius ecclesiæ, cui debet operari, vt hic dicit. Alium de verò quæsita, quærit principali monasterio, cui est subiectus, quod tamen prosequere, limita:, & declara, vt not. Bar. in l. si seruus communis ita. ﬀ. de stipul. seruo.

Ex §. Si operas.

SVMMAE.

1 *Merces seruo fructuario promissa, quomodo diuidatur inter fructuarium, & proprietarium.*
2 *Stipulatio annua serui fructuarij, pro rata fructuum quæritur fructuario diuersis temporibus.*
3 *Quot sunt legata vsusfructus in annos singulos, tot sunt legata, quot sunt anni.*
4 *Legatum vsusfructus, quando capitis diminutione media, vel maxima amittatur.*
5 *Stipulatione annua concepta, sine temporum dinumeratione, an sit vnica, & an à stipulante aliquid sit implendum, ponit auctor, egregiè declarans.*
6 *Et an sint plures, quando post temporum dinumerationē adiectum est distributiuum. ibidem. nu. 1.*
7 *Stipulatio non facit transitum de persona in personam.*
8 *Quicquid acquirit monacus translatus de vno monasterio in aliud, acquirit pro rata utrique.*

1 §. Si operas. ¶ Obligatio † ad mercedē petendam serui proprij fructuarij in annos singulos, diuiditur in proprietariū pro rata tēporis vsufructus durantis, & transit de proprietario in fructuariū, & è contra, h. d. hic subtilis. §. ¶ Vel sic. Stipulatio
2 † annua, vel simplex serui fructuarij, pro rata vsusfructus durantis quæritur fructuario; pro reliquo verò tempore quæritur proprietario. h. d. cum l. si operas. ﬀ. eo. & ad in-
3 telligentiam præmitte, ꝙ quando legatur † vsusfructus in annos singulos, tot sunt legata, quot sunt anni. ﬀ. q̄n dies
4 leg. ce. l. 1. Secundò, ꝙ si hoc legatū † capitis diminutione fructuarij amittat̄, & postea modo aliquo, vel tempore sequenti inueniatur capax, admittitur ad legatum vsufructuarius: sed si maxima, vel modica, ita ꝙ postea capax nō inueniatur, non admittitur pro annis sequentibus, nisi legatus sit à Principe constitutus. ﬀ. quib. mod. vsusfruc. amit. l. 3. Vbi gloss. allegando l. 1. §. de qua. sup. de postul.

ful. ¶ Præmitte etiam, quòd ſtipulatio † annua con-
5 cepta ſine ſpecifica dinumeratione temporum non eſt
vnica, quando ex parte ſtipulatoris aliquid debet imple
ri, quod cohæreat perſonæ ſuæ: ſecus ſi ſuæ perſonæ
non cohæreat. j. de fideiuſſ. l. ſi à colono. vel etiam
nil debeat impleri per alium. l. Stichum. §. ſtipulatio, de
verb. oblig. Sed Bar. in l. ſi ſeruus cõmunis. §. cum ſeruus.
hic in gl alleg. j. de ſtipul. ſer. dr̃ diſtinguit quã diſtinctio
nẽ quidã reprehendunt per l. ſancimus. C de donatio. vbi
ſtipulatio ex cauſa donationis, quo ad ſtipulationẽ ipſam,
non eſt vnica, & ideò non indigebit inſinuatione: ta-
men nihil erat ibi ab eodem implendum. Et ideò dixe-
runt, quòd ſi promittatur aliquid annuum, ſtipulatio eſt
vna; quia nihil diſtribuit. ¶ Idem ſi in annos ſingulos; quia
adhuc annua, quò ad omnes, qui immediatè naſcuntur, vt
eſt obligatio, quæ eſt vna actio; quia eſt vna præſcriptio:
ſed quò ad effectus reſultantes ex diſtributione, imme-
diatè intelligũtur tot ſtipulationes, quot diſtributiones re
ſultant, dicto. §. cum ſeruus, & de act. empt. l. ſi ſterilis.
§. fi. & de leg. 1. l. ſi ex toto. §. fi. Bar. tñ aliter dicit in dicto
§. cum ſeruus. ¶ Idem ſi ſtipulatio fiat cum expreſſa di-
numeratione temporũ; quia tunc idem, quod in ſtipulatio
ne in ſingulos annos, vt ſimiliter ſit vna. Fallit vbi poſt di-
numerationem temporum eſt adiectum diſtributiuum;
6 † quia tunc ſunt plures ſtipulationes, & ſic plures obliga
tiones, & plures actiones, & plures præſtationes neceſſa-
riæ, & ſic intelligatur dicta. l. pluribus. §. primo. de verb.
obligat. quaſi velit dicere, quòd ibi eſt dictio, quoque, quæ
eſt vniuerſale diſtributiuum, vt dicit glo. in d. l. ſi neceſſa-
rias. §. ſi annua. j. de pigno. actio. Sed certè ibi videtur di-
ci cõtrarium. & pro hoc videtur caſus. in l. hæc actio quiſ-
que. j. de hæred. actionibus. & in l. ſi creditorem, ſecundũ
vnam lecturã. C. de pac. Et hæc ponderãda ſunt ad quæ-
ſtionem de gabellario, quam dicam. j. eod. in l. defuncta,
vbi etiã dicã, an præſtatio iſta ſit annua, & quo tẽpore ce-
dat. ¶ In tex. ibi. [ſi ſeruus] cui vſusfructus ſimpliciter
erat relictus, vt differat à præcedenti. ¶ In tex ibi. [ſequen
tium verò ſtipulatio]. i. commodum ſtipulationis; nam ip
ſa ſtipulatio quæſita fructuario, non tranſit ad proprieta-
rium. j. de ſtipul. ſeru. l. ſi ſeruus communis. §. fi. quod ta-
men declara, & intellige, vt infra apertius dicam. ¶ Item
in tex. ibi [proprietariũ.] nec obſt. ſ. l. vſufructu legato, vt
ibi not. ¶ In tex. ibi [hæredẽ] nec ob. C. de pac. l. ex conuẽ
tione. vbi non tranſit ad hæredẽ; quia ibi deſijt intereſſe hæ
redis, cum eſſet ſolutum matrimonium. ¶ In tex. ibi [ad
hæredem.] ſcilicet durante capitis diminutione. ¶ In tex.
ibi. [ad fructuarium.] ſcilicet pro tempore ſequenti, quo
fuit in integrum reſtitutus. ¶ No. ergo, quòd ſtipulatio
7 † non facit tranſitum de perſona in perſonam, licèt tran-
ſeat in vniuerſalem ſucceſſorem, vt in arrogatorem, vel
fiſcum, & eſt ratio in ipſis; quia ratione vniuerſalis ſucceſ-
ſionis repræſentãtur in eo pro ſtipulatore, & vide iſtum
tex. alleg. per gl. in l. ſi ſub vno. §. 1. & quod ibi dicit Bar.
de verb. oblig. & de iſto etiam tangitur in l. fluminum. §.
adijcitur. j. de dam. infec. vt hic in glo. magna. in fin. quod
eſt vtile ad no. in l. 3. §. opus. ſ. de alien. iud. mut. cauſ. fac.
Et pro hoc tamen non videtur ſatisfactum contrario de l.
ſi ſeruus communis. §. cum ſeruus, hic alleg. in gloſſ. nam
tex. hic dicit ſtipulationem quæſitam fructuario, ergo de-
bet facere tranſitũ in proprietariũ, ſed ibi dicit, quòd nõ
tranſit, imò domino quæritur pro rata temporis, & ſic nõ
per modum tranſitus; ideò glo. variant. Bar. dicit ibi, ne-
ſcio, qualiter poſſit ſolui: ſed poteſt dici, quòd dies præſtã
dæ mercedi; cedit in capite cuiuſlibet anni, vt hic: dic er-
go, quòd reſpectu annorum, qui cœperunt, durante vſu-
fructu, & ſic in vita fructuarij non tranſit ſtipulatio de fru
ctuario in proprietarium, vt in contrario, ſed ſola commo
ditas diuiditur inter eos; ex quo enim ceſſit dies in per-
ſona fructuarij & perfectè, fruſtra agitur de tranſitu: ſed
ſi natura diei cedentis finitus eſt vſusfructus: tunc ſti-
pulatio facit tranſitum vt hic, & hoc, vt euitetur cir-
cuitus; quia vſufructuarius ſi conuenietur, non tenetur ni
ſi actionem reddere, ergo &c. l. dominus teſtamento. j.
de condi. indebi. & ſi diceretur, quomodo facit tranſitum,
cum dies nunquam ceſſerit in perſona fructuarij? poteſt
dici, quòd licèt non ceſſerit: tamen ſperabatur cedere;
& ideò reſpectu futuræ ſpei, dicitur fieri tranſitus de
vno in alium. ¶ Alio modo poſſet dici, quando ſeruus fru
ctuarius ſtipulatur mercedem ſingulis annis ſimpliciter,
aut ſibi: & tunc ſtipulatio eſt ambulatoria; videtur. n. à
principio ſtipulari, ſi & quatenus vſusfructus durauerit;
& ideò tranſitus eſt poſſibilis per formam conuentionis.
ſed vbi ſtipulatus eſt nominatim fructuario; quia nolebat
ſibi aliquid quæri, non facit ſtipulatio tranſitum propter
impoſſibilitatem, ſed diuiditur ſola commoditas, vt ibi.
¶ Extra not. iſtum tex. qui dicit, quòd acquiſitio fit pro
parte temporis, & ſic diuiditur; nam poteſt adduci ad quæ
ſtionem de monaco trãſlato de vno monaſterio ad aliud,
quòd illud, quod ſibi debetur, vel quæſiuit ex operis,
ambulat, & pro rata temporis diuidi debet inter mo-
naſteria.

Ex. §. Quæſtionis.

SVMMAE.

1 *Quod non quæritur fructuario ex actu vtili, quæritur proprietario.*
2 *Per ſtipulationem ſerui fructuarij, non quæritur fructuario impotenti ſed Domino.*

1 §. Quæſtionis ¶ Ex cõtractu † vtili quã-
do & quatenus non quæri
tur fructuario, quæritur proprietario: ſecus ex contractu
inutili. h. d. cũ duab. ſeq. ¶ Vel ſic. Quicquid fructuario
nõ quærit per ſeruũ fructuariũ, q̃rit dño, etiam ex re fru-
ctuarij, & eius opera, & ſi noiatim ſtipulatus eſt eidẽ, ſed
nõ econuertitur. ¶ No. ergo, ꝙ impotentia q̃rendi fru-
ctuario, & iuſſus dñi, vel nominatio domini expreſſa fa-
cit, ꝙ ex ſtipulatione ſerui quæretur domino: per impo
tentiam verò quærẽdi dño, non quæritur fructuario extra
rem fructuarij, vel operã ſerui. ¶ In tex. ibi [acquiri.] Cõ-
tra iſtũ tex. videt̃ facere. l. 3. §. qui habet. j. de ſeru. ruſti.
prædio. Poteſt reſponderi, quòd ibi non tenet princi-
pale ſimpliciter: hic autem tenet, ſed reſpectiuè; quia
ſtipulatio valet facta per ſeruum reſpectu proprietatis.

Ex. §. Seruus.

SVMMAE.

1 *Seruus fructuarius ſtipulans vſumfructum, ſoli proprietario acquirit.*
2 *Seruus fructuarius ſibi ipſi ſeruire non poteſt, conducendo operas.*
3 *Cauſa acquiſitionis non continet diminutionem.*

1 §. Seruus. ¶ Si ſeruus † fructuarius ſtipuletur
vſumfructum, ſoli proprietario quæ
ritur, & ſi ſeruus communis rem alterius dominorum ſti
puletur

puletur, alteri domino totum acquirit. ¶ In tex. ibi [vsufructu] & sic rẽ fructuarij. aliud si ex re. ĩ. §. proximo, qui est contra, & hæc potest esse bona solutio, licèt glo. aliter soluat. ¶ In tex. ibi [acquirit] aliud si fructuario stipuletur, vt probatur per simile, quod sequitur. ¶ No. hic, ꝙ seruus
2 † fructuarius non põt conducere operas suiipsius, allegat;
3 ꝙ id, quod est † cã acquisitionis, nõ põt contrariũ operari.

Ex l. si seruo.

SVMMAE.

1 *Si seruo fructuarius operas eius locauerit, nihil agit.*
2 *Fructuarius seruus operas sui ipsius non conducit.*
3 *Non licet contrahere Abbati cum monacho suo.*

1 **L. si seruo.** ¶ Seruus † fructuarius stipulãdo à fructuario operas suas, vel aliud ex re fructuarij, vel aliquid conducẽdo, nõ acquirit ꝓprietario, nisi hoc nominatim agat. Idem & in seruo ab alio bona fide possesso. ¶ In tex. ibi [operas eius] & sic rẽ fructuarij. Aliud si ex re, vt. ĩ. §. prox. qui vr̃ contradicere, licèt glo. aliter soluat. ¶ In tex. ibi [nihil agit.] Ex
2 hoc collige clarè, ꝙ fructuarius † seruus non potest cõducere operas sui ipsius à fructuario. ¶ In gl. 2. in fi. vel dic, ꝙ ibi stipulabatur rẽ fructuarij, puta vsumfructũ, qui non põt ei quæri, hic non rem, sed ex re fructuarij, ex quo; cum ab alio stipulãdo debeat ei q̃ri, est absurdũ, ꝙ ab eo stipulãdo q̃rat alteri, vt hic: rẽ verò eius stipulãdo, nõest absurdũ, si quęrat alij, q̃ nõ põt sibi quęri, sm̃ Iac. de Rau. ¶ No. simpliciter istã regulam ibi [& regulariter] & in l. seq. per
3 quã Bart. dicit se plenius cõsuluisse, ꝙ contractus † inter Abbatẽ, & monachũ; vt quia promittit ei rẽ aliquã, nõ valet; q̃a si ab extraneo monachus stipulet̃, acquireret Abbati; ergo ab ipso stipulãdo illud, nihil agit, per istã regulam. Aduerte tñ, ꝙ ista regula locũ habet in acquisitione ciuili, non in naturali, vt no. ĩ. de cond. indeb. l. frater à fratre.

Ex §. Si duos.

SVMMAE.

1 *Seruus plurium fructuarius, stipulans simpliciter, Dominus fructuarius pro rata acquirit, nisi vnius nomine tantùm concepta sit stipulatio.*
2 *Factum per mandatarium, dicitur factum à mandante.*
3 *Actus gestus per mandatarium, ad alium spectans, in dubio cẽsetur gestus nomine eius, ad quem pertinet actus.*
4 *Querelans aliquem in præsentia alterius, non videtur facere de mandato ipsius præsentis.*

1 **§. Si duos.** ¶ Si seruus † fructuarius pluriũ ex re vnius stipulatur simpliciter, partẽ alteri fructuario, residuum verò dño quærit: nisi nominatim, aut iussu eius stipulatus sit, quo casu illi solùm quęritur in seruo stipulante à pluribus bona fide possesso, h. d. ¶ In tex. [partẽ dño] i. ꝓprietatis, sed nõ cũ effectu, & per hoc cessat contrariũ. Nec obst. l. si cũ dño. & l. liber homo. in prin. de stip. ser. vt in eis not. ¶ In tex. ibi [iussũ] nec obst. ĩ. quod iussu l. 1. & quod ibi no. ¶ In tex. ibi [ius-
2 sum pro nomine.] No. ꝙ qñ † pręcedit mãdatũ de aliquo faciendo, id qđ fit per mandatariũ, vr̃ fieri pro mandãte; quia mandatum habet vim expressionis proprij nominis. Hoc vr̃ probari in l. penul. š. si quis cau. Et hoc est vtile ad notata in l. qui alienam. §. 1. de acquir. hæred. Quid autem
3 si sit † mandatũ, quòd spectare põt ad alium, cuius nomine in dubio credatur gestũ? dic ꝙ nomine illius, ad quẽ spectat. l. 1. quãdo ex fac. tu. & no. in l. cũ post. §. 1. de admin. tut. & vide Bar. in l. 1. §. nunciatio. ĩ. de nou. oper. nunc. & Io. And. in Spe. de procu. in §. 1. in prima addi. cui adde,
4 ꝙ accusans † alium voluntate Gaij præsentis, non vr̃ hoc facere de mandato, vel procuratorio nomine eius, ex quo negotiũ potest ad vtrunque æqualiter pertinere, ita vr̃ per tex. sm̃ scripta latè ibi in l. post dotẽ. ĩ. sol. ma. & ibi Bar. & per Innoc. de homi. in c. ad audientiam. per Bar. in l. nõ solùm. §. si mandato. ĩ. de iniur. & in l. 4. §. quęri potest. ĩ. de manu. vbi ẽt hr̃ de mandato de emendo, per illum tex.

Ex §. Quod autem.

SVMMAE.

1 *Acquisitum per seruum ex re fructuarij, siue opera serui, acquiritur cuicunque habenti vsumfructum.*

1 **§. Quod autem.** ¶ Acquisitio, † quæ fit per seruũ ipsi fructuario ex re eius, vel opera serui, locum habet, quomodocunque vsusfructus sit constitutus. h. d.

Ex l. si operas suas.

SVMMAE.

1 *Cõmodum vsusfructus, stipulatore seruo fructuario, pro temporis rata diuiditur inter fructuarium, & proprietarium.*
2 *Ecclesia expulsa, datiorum conductores tenentur pro rata temporis ad datiorum solutionem.*

1 **L. Si operas suas.** ¶ Pro rata † tẽporis vsusfructus durãtis, emolumentũ stipulationis serui fructuarij diuiditur inter fructuariũ, & proprietarium. h. d. ad literam. Hoc declara vt. š. l. prox. §. si operas. ¶ No. istũ tex. cũ cõcordantijs ad
2 qõnẽ, si expulsa † Ecclesia, dubitet̃ cui conductores datiorũ debeãt facere pagamẽta; nã hic apertè ꝓbat̃, ꝙ sm̃ ratã debeat fieri diuisio oĩs tpis cõmoditatis, vel emolumenti.

Ex l. si pendentes.

SVMMAE.

1 *Fructus pendentes in re fructuaria, cedente die vsusfructus, pertinent ad fructuarium.*
2 *Fructus pendentes, iudicantur fructus anni præcedentis.*
3 *Hæres an possit repetere à fructuario impensas factas in re fructuaria, quærit Author.*

1 **L. Si pendentes.** Fructus † pendẽtes in re fructuaria, tpe quo cedit dies vsusfruct⁹, ad fructuariũ pertinẽt. h. d. Et no. ca
2 sũ, in quo potuit esse dubitatio; quia fructus † pẽdẽtes, intelligunt̃ esse fruct⁹ anni ꝑcedẽtis: tñ ex quo cohærẽt solo, pertinẽt ad fructuarũ, vt hic, quod ẽ notãdũ. ¶ In tex. ibi [die legati cedẽte] quod ẽ ab adita hæreditate. l. 1. §. in no
3 uissimo. C. de cad. toll. ¶ An aũt hæres † possit repetere à fructuario expẽsas, si quas fecisset ĩ cõseruatiõe fiẽda, sed in similib. dic, ꝙ si sũt factæ per testatorẽ, vel inchoatæ nõ pt̃ repetere. l. qđ in rerũ. §. si quis post. test. ĩ. de leg. 1. sed si factæ sint per ipsũ hęredẽ, tũc sic. l. cętera. §. imò. & l. cũ seruus eo. ti. vltimò adde, qđ dixi. š. in l. hacten⁹. in pñti art.

Ex §. Si dominus.

SVMMAE.

1 *Fructus re fructuaria vtitur ad instar Domini concedentis, honestè ta-*

stè tamen, & non abutendo.

2 *Domus fructuarius, vel apothecæ, si non potest eam alteri locare ad vsum solitum, locet ad similem vsum.*

3 *Vxor, cui legatus est à marito vsusfructus ancillæ, percipit omne lucrum, quòd acquirit dicta ancilla.*

1 §. Si dominus. ¶ Fructuarius † potest vti re, sicut vtebatur concedens, & debet vti cũ honestate, & non abuti, nec intelligitur abuti si uacat, vel nullo ministerio transferatur à dño in vacuum. hoc dicit cũ sequen. ver. si serui. ¶ No. er-
2 go, ꝙ si fructuarius † domus, vel apothecæ non potest illã locare ad solitum vsum, puta sirici, locet ad vsum vẽditionis pannorum, vel campsoris, vel similium; sed non ad omnino diuersa, & non ad vsum inhonestum, vel inconueniẽtem. ¶ No. secũdò tex. ibi, dum dicit [arte eius] quia hoc videtur intelligendum, nisi in legando sit expressum certũ nomen ministerij; nam tunc non videtur permissum vti in alio ministerio, vt. j. qui. mo. vsuf. ami. l. si cui. Circa quod vide, quod dixi. s. eo. in l. sed si quis. §. vestimentorũ. & §. 1. ¶ In glo. 3. circa hoc vide quod not. s. de peti. hæred. in l. ancillarum. in fi. & adde, quod not. in l. 4. C. de spectacu.
3 lib. 11. ¶ Ext. videtur facere iste tex. pro vxore, cui maritus legauit vsumfructũ ancillæ, quam vxor fecit informari in arte maximi lucri, vt in filãdo aurũ, vel argentum, vel in recamando, ꝙ hoc ei licuerit, & ꝙ quicquid lucretur (vsufructu durante) spectet ad illam vxorem, non obstante aliqua contradictione hæredis. ¶ In gl. in verbo [disciplinis] vide, quod dixi. s. eo. in l. sed & si quid.

Ex l. Si quid.

SVMMAE.

1 *Onera extrinseca realia ad fructuarium pertinent.*
2 *Onera gratia fructuum imposita, spectant ad fructuarium.*
3 *Fructuarius tenetur ad impensam pro recollectione fructuum.*
4 *Onera realia pertinent ad naturaliter possidentes.*
5 *Ad quem spectent onera refectionis stratarũ, quærit Author.*
6 *Quid de scolaribus conducentibus hospitium, an teneantur cõferre ad refectionem viarum, Author discutit.*
7 *Maritus pro fundo dotali, tenetur ad onera realia.*
8 *Princeps, siue Dominus loci subditis suis tempore penuriæ potest præcipere, ne vendant blada sua pro certo vili pretio.*
9 *Collecta imposita ratione fructuum, intelligitur pro modo fructuum illius anni.*
10 *Pretium fructuum augetur, & minuitur secundùm tempora.*
11 *Onera realia sunt, aut patrimonalia, aut personalia, aut mixta.*
12 *Prælegata filio à patre re obligata sub annuo censu, cẽsus debetur à solo legatario.*
13 *Causa homagij cœpit à Domino.*
14 *Bononienses de possessionibus, quas habẽt in territorio Imolẽsi frumenta extrahere non poterunt, statuto Imolæ prohibẽte blada extrahi de territorio suo.*
15 *Muri castrorum egentes reparatione, siue fortificatione, à quibus sint reparandi, quærit Author.*
16 *Præstãtia est munus patrimoniale, quæ & forenses cõplectitur.*
17 *Forenses non possunt cogi à ciuitate, in qua degunt, ad vendendum equos proprios pro commodo ciuitatis.*
18 *Hoc tamen fallit in forensibus fœneratoribus.*
19 *Forenses non possunt collectari, maximè fœneratores, pro rebus & bonis extra locum sitis.*
20 *Bannitus, an teneatur soluere collectam pro bonis relictis in ciuitate, & quid in sacerdotibus, Author contendit.*
21 *Legatarius, siue emptor vsusfructus prædij ad tempus tenetur ad onera realia.*
23 *Pedagium, siue gabellæ à transeuntibus solui solita, an possit exigi à clericis, quærit author.*

1 §. Si quid. ¶ Onera † realia extrinseca ad fructuariũ pertinent, facit etiam ad no. s. eo. in l. hactenus. vbi ista pars fuit allegata. h. d. ¶ Vel sic.
2 Onera, † quæ imponũtur gratia fructuum, vt est refectio, purgatio cloacarũ, aquæ ductus, & similium spectant ad
3 fructuarium, hoc dicit. ¶ No. ergo quòd onus † fructuum spectat ad fructuariũ, & sic dico hic esse casum, quòd fructuarius tenẽ soluere impensam. ¶ No. secundo tex. quẽ
4 Guil. alleg. quòd omnis, † qui vere, idest naturaliter possidet, tenetur ad onera realia; Ita alleg. per Guil. C. de de acquir. possess. l. licèt, in antepen. col. loquitur enim in fructuario possidente, & isto modo non obstat. l. generali.
5 §. fi. de vsufr. leg. ¶ No. etiam hic, cui incumbat onus refectionis stratarum, & in ciuitate, & in comitatu. Cui adde
6 quæstionem de scolaribus †, qui conducunt hospitia, an teneantur conferre ad restitutionem viæ; dicit enim Cyn. in l. in summa. C. de pigno. quòd quidam Doct. dixerunt, quòd non possident. j. loca. l. non solet. si tamen non soluerent, poterit domus occupari. j. de via publ. l. ædiles. Et si soluent [quod possunt] imputabunt locatori, vel ab eo repetent per actionem ex eo contractu, secundùm Pe. & Cyn. ibi. ¶ Item per istum tex. dicit gio. in l. 1. C. de mu
7 lier. & in quo loco. lib. 10. quòd maritus † pro fundo dotali debet soluere onera. facit. s. eo. l. hactenus. & est expressius casus in l. neque. j. de impẽ. in reb. dot. fac. ¶ No.
8 etiam tex. ibi [viliori pretio] quòd tempore † carestiæ potest dominus loci, & communitas statuere, quòd quilibet subditorum, non det partem bladorum pro certo pretio viliori, similiter, quod faciat panẽ pro exercitu: suadet enim hoc vtilitas rei publicæ, vt abundet victualibus. circa quod adde, quod no. in l. 1. C. de epis. aud. vbi formatur
12 tum, an in legato, † vel in venditione de credito montis veniant etiam pagæ debitæ, licèt non exactæ, & videtur quòd sic sumendo late legatum, & facit l. Aurelius. §. legatum. & l. fin. §. fin. ʃ. de libe. lega. ¶ Item facit pro hoc: quia
13 res † obligata pro sorte, intelligitur obligata pro vsuris. ʃ. qui pot. in pign. hab. l. Lucius. ¶ Item quia bona
14 † obligata pro dote, censentur etiam obligata pro alimentis. not. Bart. in l. si cum dotem. in. §. si autem in sæuissimo. ʃ. solu. matrimo. Et pro hoc est etiam l. nomen. ʃ. de leg. 3. Nec obst. si dicatur ibi, & in similibus, speciale eẽ in legato; quia fauorabile. secus in alia concessione, vt cum venditur creditũ montis forensi contra regulam; quia potest dici, quòd imò hoc est per viam accessorij, & ex-
15 tra naturam accessorij; quia in legatis in dubio fit minor interpretatio, ʃ. de leg. 1. l. si ita sit scriptũ. & l. apud Iulianum. §. Seio. Prædicta etiam faciunt ad quæstionem, si in
16 emphyteosim † cõcedatur oliuetum, an veniat solum, & sic territorium, & videtur quòd sic; quia sui natura videtur constitutus in re immobili, & siccato oliueto, non finietur vsusfructus. ʃ. de ser. rusti. prædio. l. si fundum. §. qui fundum. & de leg. primo. l. centum genero. valeret tamen emphyteosis in his arboribus; tamen si hoc ageretur, & hoc quandiu penderent in fundo, propter radices affixas quæ si de nouo pullularent ex veteribus, duraret emphyteosis; quia vitam, & humorem trahunt à plantis, l. damnum. §. qui vicinas, de dam. infec.

Ex. §. Si arbores.

SVMMAE.

1 *Arbores vi ventorum prostracta, pertinent ad Dominũ proprietarium.*
2 *Actio proposita debet adaptari negotio moto.*
3 *Fructuarius ad fructuum perceptionem, potest amouere impedimentum.*
4 *Officialibus vendentibus datia, competit auctoritas leuandi impedimenta pro libera redditum perceptione.*
5 *Hoc idem obseruatur in conducentibus datia molendinorum.*
6 *Ligna non possunt conduci per canale, si impediant cursũ aquarum ad molendina.*
7 *Impedimentum est amouendum, vt vsufructuarius vti, & frui possit.*

1 §. Si arbores. ¶ Arbores † vi ventorum deiectę pertinent ad dñm. ad quarum remotionem per fructuarium compelli potest. h. d. ¶ In glo. 1. in fi. est ratio diuersitatis; quia vsufructuarius debet habere omnes fructus ex re, qui naturaliter percipi possent. s. eo. l. item si fundi. §. primo. in princ. & l. arbores. §. 1. Sed quando arbores sunt demortuæ propter vetustatem, perinde est, ac si propter naturam illud eueniret, arg. ʃ. de aqua plu. arc. l. 2. in prin. ideò tunc ad fructuarium pertinent. s. eo. l. agri. Sed quando vi ventorum euelluntur, hoc venit ex accidenti propter casum; ideò tunc sic deiectas non habet, & maximè; quia tunc sequeretur, quòd si omnes vi ventorum essent deiectæ, spectarent ad ipsum, quod esset absurdum. s. eod. l. arboribus.
2 ¶ No. quòd actio, quæ proponitur, debet conuenire negotio, de quo quæritur. C. de form. l. 2. & not. glo. in l. 1. C. vt q̃ def. aduo. par. Inno. tñ aliter ex. de iud. in c. examinata; de quo. in l. edita. C. de eden. & vide quod dixi. ʃ. si
3 mensor. fal. mo. di. ¶ No. etiam hic, quòd quilibet † prætendẽs ius in perceptione fructuum, potest agere ad remo
4 tionem impedimenti: vnde officiales †, qui vendunt datia nil possent facere, vel concedere, per quod impediatur libera perceptio redditũum; imo si casus occurreret, quòd cõtingat impedimentum, illud tenentur amouere. Facit pro
5 conducentibus † datium etiam molendinorum. Et sic patet, quòd communitas, quæ vendidit ligna, non potest postea vendere conductam ipsorum lignorum per canale,
6 per quam conductam turbantur molendina in eorum exercitio. ¶ Item not. quòd qui non amouet impedi-
7 mentum, non dicitur pati vsufructuarium vti frui. Et

ideò

ideò scalas, si non incidit arbores insurgentes, per quas lumen obscuretur, incurrit pœnam contractus.

Ex.l Si quis ita.

SVMMAE.

1 *Paria sunt legare annuos fructus, vel fundi vsumfructū.*
2 *Legans annuos redditus, videtur vsumfructum legare.*
3 *Verbum, lego, est directum.*
4 *Legatus vsusfructus morte finitur, & capitis diminutione.*
5 *Modus insertus dispositioni, siue executioni tacitè, vel expressè, reddit dispositionem directam, siue obliquam secundū subiectam materiam.*
6 *Capiens p se, directā efficit dispositionē, per aliū verū obliquā.*
7 *Verba directa, & obliqua alio modo capiuntur in legatis, alio modo in contractibus.*
8 *Legato fundo pro alimentis, uidetur legata proprietas.*
9 *Modus, vel causa inserta legato, non minuit legatum.*
10 *Legatum ad alimenta, non refertur ad proprietatem, legatario in metallum damnato.*

1 L.Si quis ita. ¶ Paria sunt † legare fructus annuos, & vsumfru-
2 ctum fundi. h. d. ¶ Vel sic † legans annuos redditus per verba directa, vsumfructū videtur legare. h.d. ¶ In tex. ibi
3 [do† lego.] not. verbum; quia est verbum directum, & sic legatarius pôt de manu sua capere. ¶ In tex. ibi [legatus] & sic minus habet, q̃ in legato annuo. ÿ. de ann. leg. l. in singulos. Nec ob. ÿ. de re dub. l. 1. quia ibi secundùm proprium significatū verborum, hic autē ex mente. Non ob. similiter. ÿ. de vsu. & habit. l. idem, vt ibi not. & ÿ. eo. l. si operas. ¶ In glo. 1. ibi, [secundùm quosdā,] vnde pro cō-
4 clusione dic, quòd verum est, quòd vsusfructus † legatus finitur morte, & capitis diminutione, d. l. in singulos. Sed si legatur vsusfructus annuus; tunc propter commemorationem temporis non tollitur capitis diminutione. ÿ. qui. mo. vsu. ami. l. 1. §. fi. & l. 2. §. si nō mors. ita & in annuum legatum, dicta l. in singulos. ¶ In ead. ibi. [cum ita] & quod no glo. ÿ. vsufr. queād. caue. l. 1. & de vsu, & hab. l. per seruum. §. 1. ¶ Item ibi, [super l. patrimonij.] quia fructuarius per seipsum potest, debet eos percipere, vt. s̄. eo. l. arboribus. §. Iulianus, aliàs incipit l. si fur. ¶ In eadē, in fi. Nec obst. C. commu. de leg. l. 2. vbi æquiparatur legatum, & fideicōmissum; quia ibi non repugnat natura subiecti, hic sic, vt. s̄. eo. l. 3. §. dare. vel ibi loquitur in legato proprietatis; nō in materia vniuersalis institutionis. Vel aliter ibi accipitur verbum directum, & obliquum alio modo, quàm accipiatur in materia substitutionis. ¶ No.
5 modò ex ista glo. quòd modus † insertus dispositioni, vel executioni tacitè vel expressè reddit eam directam, vel
6 obliquam. Dicitur autem directa, † quando quis capit per se, obliqua per alium, vt dicimus in materia substitutionum, per no. in l. verbis ciuilibus. ÿ. de vulg. & pupi. videtur autem hic probari, quòd in dubio iudicari debeat directa, quando non apponit aliquod verbū exequutiuū; sed solùm dispositiuū; quia dicitur, quòd est vsusfructus formalis, ita dicit iste tex. Ad hanc autem differentiam verborum vide bonam glo. ÿ. de leg. 2. in l. Lucio. ¶ Item adde etiam aliam, quòd etiam in legatis, & in contracti-
7 bus est differentia inter verba directa, & obliqua. Ita dicit gl. in l. 1. ÿ. de don. in gl. magna. ¶ Ext. no. istū tex. primò, quia allegatur per Io. And. de testa. in c. si pater. lib. 6. ꝙ debens habere fructum vacationis primi anni, non ꝓpterea po. sidet ecclesiam, sed prelatus eius; differūt ergo habere fructus annuos, & fructus vnius anni. Item facit
8 iste tex. ad quæstionē, quòd si legatur fundus ad alimēta, videatur legata proprietas, an sola commoditas fructuū. glo. dixit, quòd sic. i. quandiu viuat legatarius, signat tamen contrarium, & non soluit in l. cum hi. §. si vni. ÿ. de transact. Mar. Sil. dixit cōtrarium per l. 4. de alim. & cib.
9 leg. Fertur Oldra. dixisse. quòd si istud † legatum rei fiat ratione alimentorum per modum causæ, vel modi. & tamen habeat, vnde se alat: tunc legatum est perpetuum, & transmissibile; quia modus, vel causa inserta fauore legatarij, non minuit legatum. l. Titio centū. in princ. de cond. & demonstr. Facit Inst. de leg. §. longè magis, sed si fiat mentio alimentorum per modum determinationis, & arctationis, vt quia dicit. lego fundum ad alimenta; tunc quandiu viuit, habet proprietatem: sed eo mortuo reuertitur ad hæredem. d. l. cū hi. §. si integra. & de leg. 2. l. Titia testamēto. §. fi. & C. de lega. l. fi. Hoc vltimū intellige, nisi legatarius esset capax alimentorum tantùm, & non proprietatis; vt quia sit damnatus i metallum, vel esset frater minor; quia tunc importat alimēta tantùm. ÿ. de reb. dub. l. quoties. & de aur. & arg. leg. l. species. vbi ergo essent capaces legatarij, dicitur, ꝙ cum res, vel possesio ita relinquitur ad vsum, intelligitur legata proprietas, per casum. d. l. species, quem plurimùm nota. Circa tamen principalem quæst. vide latè per Bart. in dicta. l. 4. de alimen. & ciba. leg.

Ex l. Si serui vsufructuarij.

SVMMAE.

1 *Seruus vsufructuarius ex eius opera quærit fructuario.*
2 *Causa proxima attenditur, & non remota.*
3 *Monachus vnius monasterij possessus bona fide ab alio, in acquirendo attenditur, cuius contemplatione adstipulatur.*
4 *Differunt Monachus, & seruus, & ratio reponitur ab authore.*
5 *Hæres grauatus de restituendo, cogitur adire iudicis officio.*
6 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedendum est etiam coactè per Iudicem.*
7 *Donata ambasciatoribus, an efficiantur donatariorum, vel ipsorum dominorum, quærit Author.*
8 *Datum filiofamilias, nunquid dicatur profectitium, vel aduentitium, contendit Author.*

1 L. Si serui vsufruct. ¶ Seruus † fructuarius quærit fructuario ex re eius, & ex opera sua. i. serui, & ex vltima voluntate contemplatione vsufructuarij ordinata. ¶ Vel sic. Seruus fructuarius ex opera sua, & re fructuarij, vel ipsius fructuarij contemplatione quæsitum, quærit fructuario, aliàs proprietario. Et quæsitorum per fructuarium seruum potest dominium, & possesio pendere respectu fructuarij, & futuri temporis, & non præsentis, & incertitudo irreuocabilis, vel irretractabilis uitiat actū, de quo agitur, & donec ad certitudinem reuocetur, potest fructuarius seruus cogi ad petendum, & modicè castigari h. d. cum seq. vsque ad. §. si operas. ¶ In tex. ibi [si serui usufructus legatus.] aduerte, quia ista lex locū habet, et si inter uiuos vsusfructus esset constitutus. ÿ. eod. l. sed & si quis, in fi. aliàs l. adhuc. ¶ In tex. ibi [vel ex re] sec⁹ si ipsā rem fructuariā stipuletur. ÿ. eo. l. adhuc. aliàs. l. sed si quis. §. quæstionis. ¶ In tex. ibi [Labeo distinguit] nota modū
2 loquendi, ex quo collige, † ꝙ nō cōsideratur causa remota, sed

ta, sed tantùm proxima. Facit. ȷ̄. pro soc. l. socium, qui in eo. Et facit iste tex. allegando vt. s̄. ad quæstionem de mo-
3 naco † vnius monasterij ab alio monasterio possesso bona fide; quia aliqua acquirit, & si dubitaē cui acquirat, dēt attēdi cuius contēplatione, stante, q́ æquiparet̄ seruo. Est
4 tamen in hoc differentia; quia † si hæreditas sit relicta seruo, requiritur ipsius aditio. l. aditio. ȷ̄. de acquir. hæred. in monaco secus; quia propter professionem priuatus est voluntate, vt Auth. ingressi, quod secus est in seruo. Inst. de inutil. stipul. §. sed cum seruo, & C. de hæred. instit. l. cū proponas. ¶ In tex. ibi [donetur]. s. inter uiuos etiam extra rē vsufructuarij, & operam serui, vt sit aliqua huius legis dubitatio. ¶ In glo. 1. ibi [Dominus iubebit, & restituet. fructuario. hic adde, qđ dicitur in emptore redhibente in l. cum aūt. §. fi. & l. seq. ȷ̄. de ædi. edi. quæ allegatur statim in l. sequenti. ¶ In eadem ibi [& ad hoc posit compelli of-
5 ficio iudicis] No. bene, quòd institutus, † & de restituendo grauatus, cogitur adire officio iudicis, quod est bene notandum. ¶ In eadem. ibi [& sibi non nocet, & alteri pro-
6 dest] No. quòd vbi quid apertè † ab aliquo petitur, quod sibi non noceat, & alteri prosit, cogi potest per iudicem, ad hoc facit. ȷ̄. sol. matr. l. 2. §. nec cogendus. Adde quod. dicit. ȷ̄. de euict. in l. in creditore. Fructuarius autē vr̄ ab eo habere causam. l. penulti. §. itē si quis. C. de ann. excep. Et sic non obstat. ¶ Nota istum tex. dum dicit [cuius contēplationē cōsiderari] qa facit ad quæstionē Ambasciatorū, an donata eis efficiantur eorū, an restitui debeant mittenti, de qua tangitur per glo. in l. qui propriè. §. procurator, vt in cæteris. s̄. de procurat. & in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pupil. & in l. de viro. §. item quicquid. ȷ̄.
8 sol. matr. ¶ Item facit ad quæstionem de collato † in filiū famil. an dicatur profectitium, vel aduentitium scilicèt an si debeat attendi, nū pater sit causa ꝓxima, an immediata, vel remota, de quo probatur aliquid in dicto. §. in arrogato, & per Doct. in l. cum oportet, in princip. C. de bon. quæ lib.

Ex l. Sed & sicut stipulādo

SVMMAE.

1 *Seruus fructuarius quęrit fructuario exceptionem, siue liberationem, sicuti actionem.*

2 *Quęrens ius agendi, multò fortius acquirit ius excipiendi.*

L. Sed & sicut stipulando.

1 ¶ Seruus † fructuarius potest fructuario exceptionē, & liberationem acquirere, sicut stipulando quærit actionem. h. d. ¶ In tex. ibi [eum acquirere. s. seruum fructuarium. ¶ In tex. ibi [rogauerit]. i. fecerit fructuariū per accepti-
2 lationem liberari, sic ergo, † q́ vbi quis quærit ius agendi, fortius ius excipiendi.

Ex. §. Quoniam autem.

SVMMAE.

1 *Fructuarius modicè corripit fructuarium seruum.*

2 *Operarius obligatus, cogitur operari.*

3 *Vxor debet viro operari.*

4 *Et à marito cogi potest, quod idem seruatur in famulis.*

1 §. Quoniam autē. ¶ Fructuarius † pōt cogere modica castigatione seruū fructuariū, vt operetur, & ad hoc nos alle-
2 gamus hunc. §. ¶ Not. hic apertè probari, q́ obligatus † ad operam, potest cogi ad operandum: & sic facit, q́ vxor
3 † debeat operari viro l. sicut. ȷ̄. de oper. liber. & ita ad hoc posit per maritum cogi medioeri castigatione. Quod
4 est vtile contra famulos, & facit etiam contra † vasallos dominorum.

Ex l. Si quis.

SVMMAE.

1 *Fructuarius seruus quærit domino, etiam extra rem, & operā fructuarium.*

2 *Argumentum tenet à consueto.*

3 *Quod est consuetum fieri, licitum iudicatur.*

4 *In pecuniarijs causis pœna non apponitur, qđ non obseruatur in compromißis.*

5 *In his, quæ communiter obseruantur, licet arguere.*

6 *Ex stipulatione vnius ad fauorem alterius, ius quæritur directò ex consuetudine.*

7 *Stilus curiæ semper obseruandus.*

1 L. Si quis ¶ Ex stipulatione † serui fructuarij, quæritur etiam fructuario extra rē & operam, si fructuarij contemplatione promissio facta
2 est. ¶ Vel sic licitum est arguere ab his, quæ fieri consueuerūt. Ita vulgariter intelligatur. facit. l. si certi condictio. §. si nūmos. ȷ̄. si cer. pe. & qđ ibi not. ¶ No. ex ista. l. q́ il-
3 lud, † quod consuetum est fieri per modum contractus, vr̄ esse licitum, & permissum, & sic potest induci ad statu-
4 ta † prohibentia, quòd in causis pecuniarijs, non posit apponi pęna, nihilominus poterit apponi in cōpromissis.
5 Appellatur. n. argumentum † validum à quotidiano vsu. Facit. ȷ̄. de vsucapio. l. iusta. in princ. Facit etiā, quòd vbi
6 † generalis consuetudo viget, quòd aliquis posit stipulari pro alio, ex illa stipulatione quæritur ius directò alteri, facit. ȷ̄. de sponsa. l. sufficit. & quod no. de episc. & cler. in Auth. generaliter. in glo. & Inst. de inutili. stipu. in §. al-
7 teri. sic stylus † curiæ debet seruari. s̄. de iurisd. omn. iud. iud. l. more. C. de vet. iur. enu. l. 1. §. quæ leges. & quod no. s̄. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum, & s̄. de inof. test. l. nam & his. & de legi. l. de quibus. & ȷ̄. fami. ercisc. l. & puto. in princ. de rei vend. l. quòd si possessor.

Ex l. Sed & si quis.

SVMMAE.

1 *Extraneus stipulans pro seruo fructuario, solutione facta quæritur Domino fructuario.*

2 *Donatio in dubio non præsumitur.*

1 L. Sed & siquis. ¶ Si seruus † fructuarius adijciatur in stipulatiōe, per extraneū solutione ipsi facta, q̄ritur fructuario. h. d. Et pro euidētia præmitte casum in. §. si quis aliquam hic alleg. in gl. ¶ In gl. prima. ibi [animo donandi] Quid autem si non appareret quo animo? dic quòd in dubio
2 † non præsumitur, q́ animum habuerit donandi. l. cum de indebito. in princ. ȷ̄. de probat. & l. Iulianus. §. qui fundum. de verbo. oblig. ¶ In ead. glos. ibi [adiecto] re sibi soluta, vel tradita, aliàs potuit quæri, quando extraneus stipulatur. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obli. ¶ In ead. ibi

ibi [nec repetitur] alioquin repeteretur actione mādati, si cur prius, vel si sit mandatum, aliàs actione negotiorum gestorū repeteretur, Iust. de inutil. stipul. §. si quis aliquā.

Ex §. Interdum.

S V M M AE.

1 *Causa pendente, pendet & causatum.*
2 *Dominij acquisitio stat in pendenti ratione personæ acquirentis.*
3 *In pendenti dicitur quid stare, cuius declaratio pendet ab euentu.*
4 *Finis dat rei exitum.*
5 *Quicquid fructuario non quæritur, Domino acquiritur.*
6 *Appellatio extinguit pronunciatum.*
7 *Quandoque fictio duo non requirit extrema.*
8 *Pecunia existens in sacco soluta pro pretio, non dicitur solui, vt species.*
9 *Potior est in dominio, cuius pecunia prius est soluta.*
10 *Notarius, pecunia tradita in sacculo numerata, non facit fidem de numerata pecunia.*
11 *Seruus non plus soluit, quàm Dominus debeat.*
12 *Cumulatio delictorū fieri non potest ad finem, vt quis impunè trucidetur.*
13 *Præpositus ab Abbate ad regimen alicuius Ecclesiæ, illiusque gubernium, quomodo, & cui Ecclesiæ acquirat, ponit Author.*

1 §. Interdum. ¶ Vbi causa † pendet, pendet & causatū. ad hoc alleg. ¶ Vel
2 sic. Acquisitio dominij † potest pendere ratione personæ
3 acquirentis, & causæ acquisitæ. ¶ Vel sic. Illud † dicit esse, in pendenti, cuius declaratio pendet à futuro euentu. hoc
4 dicit cum l. seq. usque ad §. si operas. ¶ No. quòd † finis, declarat, qualis res sit censenda. Ita allegatur per Guliel. in Spec. de fruct. & interesse. §. 1. vers. sed & quid si debitor. ¶ Not. dum dicit, ꝙ in pendenti est acquisitio; quia iste tex. debet intelligi quantùm ad iuris fictionem: interim tamen est proprietarij, & est ratio; quia acquisitio pro
5 prietarij est determinata; quia quicquid nō † quęritur fructuario, quæritur domino: sed fructuarij est limitata; quia non q̄ritur sibi, nisi ex re, & opera, ex lege, & nō aliūde, & per hoc declaratur etiam glo. hic posita. ¶ In gl. in prin. & no. istum tex. & iura in ea allegata, quia faciunt ad illud
6 dubium, an appellatio † extinguat pronunciatum; nam si consideratur aptitudo, suspēdit. l. proinde. ȷ. si cer. pet. hic alleg. sed si consideratur actus, rumpit, vt ex hac glo. colligitur, ita allegauit Bald. in l. tale pactum, profiteor te. ſ. de pact. me audiente. ¶ No. tex. in ver. [quid ergo] casum sin
7 gularem, in quo † fictio non requirit duo extrema. ratio est; quia hic nil de nouo inducit, sed solùm inductum declarat; secus si de nouo induceret. l. si is, qui pro emptore. ȷ. de vsucap. & ad l. Aquil. l. huic scripturę. ¶ No. in ver. si
8 † verò simili. in l. seq. quòd licèt pecunia soluatur in sacculo, vel in bursa, de quo de cond. & demonstr. in l. cum seruus: tamen; quia soluitur pro precio, non dicitur solui, vt species. casus est hic; soluebatur enim hic per modum pretij. l. hæc venditio. ȷ. de contrahē. emp. facit ad ea, quæ no. in l. 2. in princ. ȷ. si cer. pet. ¶ No. etiam ex isto tex. ꝙ ille
9 est potior † in iure dominij, cuius pecunia prius soluta est. adde istum casum ad l. quotiens C. de rei vend. ¶ No. etiā
10 hic casum expressum, quòd quando pecunia † soluitur in sacculo, nec aliàs numeratur, notarius non potest attestari de numeratione, vide glo. notabilem in l. si ex cau-
11 tione. C. de non num. pecun. ¶ No. etiam, quòd † seruus non potest plus soluere, quàm dominus debeat, vt transeat dominium, facit de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Callimachus. ¶ In glo. [& dena. idest. 10. & 10.] No. modum loquendi, & idem dicit gl. ſ. in 1. constitutione. §. hæc aūt. secus si diceret. decem. l. si quis testamento. hic alleg. An autem in pęnis sumatur propriè; vide notabilem glo. in l. qui testrini. C. de murileg. lib. 11. & in Auth. nunc autē cum monachus. C. de Epis. & cler. quibus adde notabilē glo. in l. vbi fideiussor. & quod ibi no. ȷ. de sol. quæ dicit,
12 quòd non debet † fieri cumulatio quantitatum ad vnum finem, puta vt possit impunè occidi, quod vr̄ verum, quando ex diuersis condemnationibus, & diuersis factis pœnę reperirentur impositæ: secus si ex eadem; quia tūc est vna sententia. ¶ In glo. penult. in verbo [nihil fecit] si soluat suo nomine l. in re mandata. C. mand. secus si alieno nomine ȷ. de solutio. l. si cum Cornelius. ¶ Vltimò facit iste text.
13 ad quæstionem † de monacho certi monasterij, cui ab Abbate est commissa gubernatio, & regimen alterius ecclesiæ: dubitatur cui interim quærat; nam, quod quærit ex re ecclesię, quam gubernat, vel ex opera sua, quærit ecclesię, quam gubernat, & potest dici quodammodo fructuarius seruus illius ecclesiæ, cui debet operari, vt hic dicit. Alium de verò quæsita, quærit principali monasterio, cui est subiectus, quod tamen prosequere, limita, & declara, vt not. Bar. in l. si seruus communis ita. ȷ. de stipul. seruo.

Ex §. Si operas.

S V M M AE.

1 *Merces seruo fructuario promissa, quomodo diuidatur inter fructuarium, & proprietarium.*
2 *Stipulatio annua serui fructuarij, pro rata fructuum quæritur fructuario diuersis temporibus.*
3 *Quot sunt legata vsusfructus in annos singulos, tot sunt legata, quot sunt anni.*
4 *Legatum vsusfructus, quando capitis diminutione media, vel maxima amittatur.*
5 *Stipulatione annua concepta, sine temporum dinumeratione, an sit vnica, & an à stipulante aliquid sit implendum, ponit auctor, egregiè declarans.*
6 *Et an sint plures, quando post temporum dinumerationē adiectum est distributiuum. ibidem. nu. 1.*
7 *Stipulatio non facit transitum de persona in personam.*
8 *Quicquid acquirit monacus translatus de vno monasterio in aliud, acquirit pro rata utrique.*

1 §. Si operas. ¶ Obligatio † ad mercedē petendam serui proprij fructuarij in annos singulos, diuiditur in proprietariū pro rata tēporis vsufructus durantis, & transit de proprietario in fructuariū, & è contra, h. d. huc subtilis. §. ¶ Vel sic. Stipulatio
2 † annua, vel simplex serui fructuarij, pro rata vsusfructus durantis quæritur fructuario; pro reliquo verò tempore quæritur proprietario. h. d. cum l. si operas. ȷ. eo. & ad in-
3 telligentiam præmitte, ꝙ quando legatur † vsusfructus in annos singulos, tot sunt legata, quot sunt anni. ȷ. q̄n dies
4 leg. ce. l. 1. Secundò, ꝙ si hoc legatū † capitis diminutione fructuarij amittat, & postea modo aliquo, vel tempore sequenti inueniatur capax, admittitur ad legatum vsufructuarius: sed si maxima, vel modica, ita ꝙ postea capax nō inueniatur, non admittitur pro annis sequentibus, nisi legatus sit à Principe constitutus. ȷ. quib. mod. vsusfruc. amit. l. 3. Vbi gloss. allegando l. 1. §. de qua. sup. de postul.

ful. ¶ Præmitte etiam, quòd ſtipulatio † annua con-
5 cepta ſine ſpecifica dinumeratione temporum non eſt vnica, quando ex parte ſtipulatoris aliquid debet impleri, quod cohæreat perſonæ ſuæ: ſecus ſi ſuę perſonæ non cohæreat. j. de fideiuſſ. l. ſi à colono. vel etiam nil debeat impleri per alium. l. Stichum. §. ſtipulatio, de verb. oblig. Sed Bar. in l. ſi ſeruus cõmunis. § cum ſeruus. hic in gl. alleg. j. de ſtipul. ſer. dr̃ diſtinguit quã diſtinctionẽ quidã reprehendunt per l. ſancimus. C. de donatio. vbi ſtipulatio ex cauſa donationis, quo ad ſtipulationẽ ipſam, non eſt vnica, & ideò non indigebit inſinuatione: tamen nihil erat ibi ab eodem implendum. Et ideò dixerunt, quòd ſi promittatur aliquid annuum, ſtipulatio eſt vna; quia nihil diſtribuit. ¶ Idem ſi in annos ſingulos; quia adhuc annua, quò ad omnes, qui immediatè naſcuntur, vt eſt obligatio, quæ eſt vna actio; quia eſt vna præſcriptio. ſed quò ad effectus reſultantes ex diſtributione, immediatè intelligũtur tot ſtipulationes, quot diſtributiones reſultant, dicto. §. cum ſeruus, & de act. empt. l. ſi ſterilis. §. fi. & de leg. 1. l. ſi ex toto. §. fi. Bar. tñ aliter dicit in dicto §. cum ſeruus. ¶ Idem ſi ſtipulatio fiat cum expreſſa dinumeratione temporũ; quia tunc idem, quod in ſtipulatione in ſingulos annos, vt ſimiliter ſit vna. Fallit vbi poſt dinumerationem temporum eſt adiectum diſtributiuum;
6 † quia tunc ſunt plures ſtipulationes, & ſic plures obligationes, & plures actiones, & plures præſtationes neceſſarię, & ſic intelligatur dicta. l. pluribus. §. primo. de verb. obligat. quaſi velit dicere, quòd ibi eſt dictio, quoque, quę eſt vniuerſale diſtributiuum, vt dicit glo. in d. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. j. de pigno. actio. Sed certè ibi videtur dici cõtrarium. & pro hoc videtur caſus. in l. hęc actio quiſque. j. de hæred. actionibus. & in l. ſi creditorem, ſecundũ vnam lecturã. C. de pac. Et hæc ponderãda ſunt ad quæſtionem de gabellario, quam dicam. j. eod. in l. defuncta, vbi etiã dicã, an præſtatio iſta ſit annua, & quo tẽpore cedat. ¶ In tex. ibi. [ſi ſeruus] cui vſusfructus ſimpliciter erat relictus, vt differat à præcedenti. ¶ In tex. ibi. [ſequentium verò ſtipulatio]. i. commodum ſtipulationis; nam ipſa ſtipulatio quæſita fructuario, non tranſit ad proprietarium. j. de ſtipul. ſeru. l. ſi ſeruus communis. §. fi. quod tamen declara, & intellige, vt infra apertius dicam. ¶ Item in tex. ibi [proprietariũ.] nec obſt. ſ. l. vſufructu legato, vt ibi not. ¶ In tex. ibi [hæredẽ] nec ob. C. de pac. l. ex conuẽtione. vbi non tranſit ad hæredẽ; quia ibi deſijt intereſſe hæredis, cum eſſet ſolutum matrimonium. ¶ In tex. ibi [ad hæredem.] ſcilicet durante capitis diminutione. ¶ In tex. ibi. [ad fructuarium.] ſcilicet pro tempore ſequenti, quo fuit in integrum reſtitutus. ¶ No. ergo, quòd ſtipulatio
7 † non facit tranſitum de perſona in perſonam, licèt tranſeat in vniuerſalem ſucceſſorem, vt in arrogatorem, vel fiſcum, & eſt ratio in ipſis; quia ratione vniuerſalis ſucceſſionis repræſentãtur in eo pro ſtipulatore, & vide iſtum tex. alleg. per gl. in l. ſi ſub vno. §. 1. & quod ibi dicit Bar. de verb. oblig. & de iſto etiam tangitur in l. fluminum. §. adijcitur. j. de dam. infec. vt hic in glo. magna. in fin. quod eſt vtile ad no. in l. 3. §. opus. ſ. de alien. iud. mut. cauſ. fac. Et pro hoc tamen non videtur ſatisfactum contrario de l. ſi ſeruus communis. §. cum ſeruus, hic alleg. in gloſſ. nam tex. hic dicit ſtipulationem quæſitam fructuario, ergo debet facere tranſitũ in proprietariũ, ſed ibi dicit, quòd nõ tranſit, imò domino quæritur pro rata temporis, & ſic nõ per modum tranſitus; ideò glo. variant. Bar. dicit ibi, neſcio, qualiter poſsit ſolui: ſed poteſt dici, quòd dies præſtãdæ mercedi; cedit in capite cuiuſlibet anni, vt hic: dic ergo, quòd reſpectu annorum, qui cæperunt, durante vſufructu, & ſic in vita fructuarij non tranſit ſtipulatio de fructuario in proprietarium, vt in contrario, ſed ſola commoditas diuiditur inter eos; ex quo enim ceſsit dies in perſona fructuarij & perfectè, fruſtra agitur de tranſitu: ſed ſi natura diei cedentis finitus eſt vſusfructus: tunc ſtipulatio facit tranſitum vt hic, & hoc, vt euitetur circuitus; quia vſufructuarius ſi conuenietur, non tenetur niſi actionem reddere, ergo &c. l. dominus teſtamento. j. de condi. indebi. & ſi diceretur, quomodo facit tranſitum, cum dies nunquam ceſſerit in perſona fructuarij? poteſt dici, quòd licet non ceſſerit: tamen ſperabatur cedere; & ideò reſpectu futuræ ſpei, dicitur fieri tranſitus de vno in alium. ¶ Alio modo poſſet dici, quando ſeruus fructuarius ſtipulatur mercedem ſingulis annis ſimpliciter, aut ſibi: & tunc ſtipulatio eſt ambulatoria; videtur. n. à principio ſtipulari, ſi & quatenus vſusfructus durauerit; & ideò tranſitus eſt poſsibilis per formam conuentionis. ſed vbi ſtipulatus eſt nominatim fructuario; quia nolebat ſibi aliquid quæri, non facit ſtipulatio tranſitum propter impoſsibilitatem, ſed diuiditur ſola commoditas, vt ibi. ¶ Extra not. iſtum tex. qui dicit, quòd acquiſitio ſit pro parte temporis, & ſic diuiditur; nam poteſt adduci ad quęſtionem de monaco trãſlato de vno monaſterio ad aliud, quòd illud, quod ſibi debetur, vel quæſiuit ex operis, ambulat, & pro rata temporis diuidi debet inter monaſteria.

Ex. §. Quæſtionis.

S V M M AE.

1 *Quod non quæritur fructuario ex actu vtili, quæritur proprietario.*

2 *Per ſtipulationem ſerui fructuarij, non quæritur fructuario impotenti ſed Domino.*

1 **§. Quæſtionis** ¶ Ex cõtractu † vtili quãdo & quatenus non quæritur fructuario, quæritur proprietario: ſecus ex contractu inutili. h. d. cũ duab. ſeq. ¶ Vel ſic. Quicquid fructuario nõ quærit per ſeruũ fructuariũ, q̃rit dño, etiam ex re fructuarij, & eius opera, & ſi noiatim ſtipulatus eſt eidẽ, ſed nõ econuertitur. ¶ No. ergo, ꝙ impotentia q̃rendi fructuario, & iuſſus dñi, vel nominatio domini expreſſa facit, ꝙ ex ſtipulatione ſerui quæretur domino: per impotentiam verò quærẽdi dño, non quæritur fructuario extra rem fructuarij, vel operã ſerui. ¶ In tex. ibi [acquiri.] Cõtra iſtũ tex. videt̃ facere. l. 3. §. qui habet. j. de ſeru. ruſti. prædio. Poteſt reſponderi, quòd ibi non tenet principale ſimpliciter: hic autem tenet, ſed reſpectiuè; quia ſtipulatio valet facta per ſeruum reſpectu proprietatis.

Ex. §. Seruus.

S V M M AE.

1 *Seruus fructuarius ſtipulans vſumfructum, ſoli proprietario acquirit.*

2 *Seruus fructuarius ſibi ipſi ſeruire non poteſt, conducendo operas.*

3 *Cauſa acquiſitionis non continet diminutionem.*

1 **§. Seruus.** ¶ Si ſeruus † fructuarius ſtipuletur vſumfructum, ſoli proprietario quæritur, & ſi ſeruus communis rem alterius dominorum ſti-

puletur

puletur, alteri domino totum acquirit. ¶ In tex. ibi [vſufructu] & ſic rē fructuarij. aliud ſi ex re. j. §. proximo, qui eſt contra, & hæc poteſt eſſe bona ſolutio, licèt glo. aliter ſoluat. ¶ In tex. ibi [acquirit] aliud ſi fructuario ſtipuletur, vt probatur per ſimile, quod ſequitur. ¶ No. hic, ꝙ ſeruus
2 † fructuarius non pōt conducere operas ſui ipſius, allegaꝰ;
3 ꝙ id, quod eſt † cā acquiſitionis, nō pōt contrariū operari.

Ex l. ſi ſeruo.

SVMMAE.

1 *Si ſeruo fructuarius operas eius locauerit, nihil agit.*
2 *Fructuarius ſeruus operas ſui ipſius non conducit.*
3 *Non licet contrahere Abbati cum monacho ſuo.*

1 L. ſi ſeruo. ¶ Seruus † fructuarius ſtipulādo à fructuario operas ſuas, vel aliud ex re fructuarij, vel aliquid conducēdo, nō acquirit ꝓprietario, niſi hoc nominatim agat. Idem & in ſeruo ab alio bona fide poſſeſſo. ¶ In tex. ibi [operas eius] & ſic rē fructuarij. Aliud ſi ex re, vt. j. §. prox. qui vr̄ contradicere, licèt glo. aliter ſoluat. ¶ In tex. ibi [nihil agit.] Ex
2 hoc collige clarè, ꝙ fructuarius † ſeruus non poteſt cōducere operas ſui ipſius à fructuario. ¶ In gl. 2. in fi. vel dic, ꝙ ibi ſtipulabatur rē fructuarij, puta vſumfructū, qui non pōt ei quæri, hic non rem, ſed ex re fructuarij, ex quo; cum ab alio ſtipulādo debeat ei q̄ri, eſt abſurdū, ꝙ ab eo ſtipulādo q̄rat alteri, vt hic: rē verò eius ſtipulādo, nō eſt abſurdū, ſi quęrat alij, q̄ nō pōt ſibi quęri, ſm̄ Iac. de Rau. ¶ No. ſimpliciter iſtā regulam ibi [& regulariter] & in l. ſeq. per
3 quā Bart. dicit ſe plenius cōſuluiſſe, ꝙ contractus † inter Abbatē, & monachū; vt quia promittit ei rē aliquā, nō valet; q̄a ſi ab extraneo monachus ſtipulet̄, acquireret Abbati; ergo ab ipſo ſtipulādo illud, nihil agit, per iſtā regulam. Aduerte tn̄, ꝙ iſta regula locū habet in acquiſitione ciuili, non in naturali, vt no. j. de cond. indeb. l. frater à fratre.

Ex §. Si duos.

SVMMAE.

1 *Seruus plurium fructuarius, ſtipulans ſimpliciter, Dominus fructuarius pro rata acquirit, niſi vnius nomine tantùm concepta ſit ſtipulatio.*
2 *Factum per mandatarium, dicitur factum à mandante.*
3 *Actus geſtus per mandatarium, ad alium ſpectans, in dubio cēſetur geſtus nomine eius, ad quem pertinet actus.*
4 *Querelans aliquem in præſentia alterius, non videtur facere de mandato ipſius præſentis.*

1 §. Si duos. ¶ Si ſeruus † fructuarius pluriū ex re vnius ſtipulatur ſimpliciter, partē alteri fructuario, reſiduum verò dn̄o quærit: niſi nominatim, aut iuſſu eius ſtipulatus ſit; quo caſu illi ſolùm queritur in ſeruo ſtipulante à pluribus bona fide poſſeſſo, h.d. ¶ In tex. [partē dn̄o] .i. ꝓprietatis, ſed nō cū effectu, & per hoc ceſſat contrariū. Nec obſt. l. ſi cū dn̄o. & l. liber homo. in prin. de ſtip. ſer. vt in eis not. ¶ In tex. ibi [iuſſū] nec obſt. j. quod iuſſu l. 1. & quod ibi no. ¶ In tex. ibi [iuſ-
2 ſum pro nomine.] No. ꝙ q̄n † pręcedit mādatū de aliquo faciendo, id qdꝫ fit per mandatariū, vr̄ fieri pro mandāte; quia mandatum habet vim expreſsionis proprij nominis. Hoc vr̄ probari in l. penul. ſ. ſi quis cau. Et hoc eſt vtile ad notata in l. qui alienam. §. 1. de acquir. hæred. Quid autem
3 ſi ſit † mandatū, quòd ſpectare pōt ad alium, cuius nomine in dubio credatur geſtū? dic ꝙ nomine illius, ad quē ſpectat. l. 1. quādo ex fac. tu. & no. in l. cū poſt. §. 1. de admin. tut. & vide Bar. in l. 1. §. nunciatio. j. de nou. oper. nunc. & Io. And. in Spe. de procu. in §. 1. in prima addi. cui adde,
4 ꝙ accuſans † alium voluntate Gaij præſentis, non vr̄ hoc facere de mandato, vel procuratorio nomine eius, ex quo negotiū poteſt ad vtrunque æqualiter pertinere, ita vr̄ per tex. ſm̄ ſcripta latè ibi in l. poſt dotē. j. ſol. ma. & ibi Bar. & per Innoc. de homi. in c. ad audientiam. per Bar. in l. nō ſolùm. §. ſi mandato. j. de iniur. & in l. 4. §. quęri poteſt. j. de manu. vbi ēt hr̄ de mandato de emendo, per illum tex.

Ex §. Quod autem.

SVMMAE.

1 *Acquiſitum per ſeruum ex re fructuarij, ſiue opera ſerui, acquiritur cuicunque habenti vſumfructum.*

1 §. Quod autem. ¶ Acquiſitio, † quæ ſit per ſeruū ipſi fructuario ex re eius, vel opera ſerui, locum habet, quomodocunque vſusfructus ſit conſtitutus. h.d.

Ex l. ſi operas ſuas.

SVMMAE.

1 *Cōmodum vſusfructus. ſtipulatore ſeruo fructuario, pro temporis rata diuiditur inter fructuarium, & proprietarium.*
2 *Eccleſia expulſa, datiorum conductores tenentur pro rata temporis ad datiorum ſolutionem.*

1 L. Si operas ſuas. ¶ Pro rata † tēporis vſusfructus durātis, emolumentū ſtipulationis ſerui fructuarij diuiditur inter fructuariū, & proprietarium. h.d. ad literam. Hoc declara vt. ſ. l. prox. §. ſi operas. ¶ No. iſtū tex. cū cōcordantijs ad
2 q̄nē, ſi expulſa † Eccleſia, dubitet̄ cui conductores datiorū debeāt facere pagamēta; nā hic apertè ꝓbat̄, ꝙ ſm̄ ratā debeat fieri diuiſio oīs tp̄is cōmoditatis, vel emolumenti.

Ex l. ſi pendentes.

SVMMAE.

1 *Fructus pendentes in re fructuaria, cedente die vſusfructus, pertinent ad fructuarium.*
2 *Fructus pendentes, iudicantur fructus anni præcedentis.*
3 *Hæres an poſsit repetere à fructuario impenſas factas in re fructuaria, quærit Author.*

1 L. Si pendentes. Fructus † pendētes in re fructuaria, tp̄e quo cedit dies vſusfructꝰ, ad fructuariū pertinēt. h.d. Et no. ca-
2 ſū, in quo potuit eſſe dubitatio; quia fructus † pēdētes, intelligunt̄ eſſe fructꝰ anni p̄cedētis: tn̄ ex quo cohærēt ſolo, pertinēt ad fructuariū, vt hic, quod ē notādū. ¶ In tex. ibi [die legati cedēte] quod ē ab adita hæreditate. l. 1. §. in no-
3 uiſsimo. C. de cad. toll. ¶ An aūt hæres † poſsit repetere à fructuario expēſas, ſi quas feciſſet i cōſeruatiōe fiēda, ſed in ſimilib. dic, ꝙ ſi ſūt factæ per teſtatorē, vel inchoatæ nō p̄t repetere. l. qdꝫ in rerū. §. ſi quis poſt. teſt. j. de leg. 1. ſed ſi factæ ſint per ipsū hęredē, tūc ſic. l. cętera. §. imò. & l. cū ſeruus co. ti. vltimò adde, qdꝫ dixi. ſ. in l. hactenꝰ. in p̄nti an.

Ex §. Si dominus.

SVMMAE.

1 *Fructus re fructuaria vtitur ad inſtar Domini concedentis, honeſtè ta-*

stè tamen, & non abutendo.

2 *Domus fructuarius, vel apothecæ, si non potest eam alteri locare ad vsum solitum, locet ad similem vsum.*

3 *Vxor, cui legatus est à marito vsusfructus ancillæ, percipit omne lucrum, quòd acquirit dicta ancilla.*

1 §. Si dominus. ¶ Fructuarius † potest vti re, sicut vtebatur concedens, & debet vti cũ honestate, & non abuti, nec intelligitur abuti si uacat, vel nullo ministerio transferatur à dño in vacuum. hoc dicit cũ sequen. ver. si serui. ¶ No. ergo, q̃ si fructuarius † domus, vel apothecæ non potest illã
2 locare ad solitum vsum, puta sirici, locet ad vsum venditionis pannorum, vel campsoris, vel similium; sed non ad omnino diuersa, & non ad vsum inhonestum, vel inconuenientem. ¶ No. secũdò tex. ibi, dum dicit [arte eius] quia hoc videtur intelligendum, nisi in legando sit expressum certũ nomen ministerij; nam tunc non videtur permissum vti in alio ministerio, vt. j. qui. mo. vsuf. ami. l. si cui. Circa quod vide, quod dixi. s. eo. in l. sed si quis. §. vestimentorũ. & §. 1. ¶ In glo. 3. circa hoc vide quod not. s. de peti. hæred. in l. ancillarum. in fi. & adde, quod not. in l. 4. C. de spectacu.
3 lib. 11. ¶ Ext. videtur facere iste tex. pro vxore, cui maritus legauit vsumfructũ ancillæ, quam vxor fecit informari in arte maximi lucri, vt in filãdo aurũ, vel argentum, vel in recamando, q̃ hoc ei licuerit, & q̃ quicquid lucretur (vsufructu durante) spectet ad illam vxorem, non obstante aliqua contradictione hæredis. ¶ In gl. in verbo [disciplinis] vide, quod dixi. s. eo. in l. sed & si quid.

Ex l. Si quid.

SVMMAE.

1 *Onera extrinseca realia ad fructuarium pertinent.*

2 *Onera gratia fructuum imposita, spectant ad fructuarium.*

3 *Fructuarius tenetur ad impensam pro recollectione fructuum.*

4 *Onera realia pertinent ad naturaliter possidentes.*

5 *Ad quem spectent onera refectionis stratarũ, quærit Author.*

6 *Quid de scolaribus conducentibus hospitium, an teneantur cõferre ad refectionem viarum, Author discutit.*

7 *Maritus pro fundo dotali, tenetur ad onera realia.*

8 *Princeps, siue Dominus loci subditis suis tempore penuriæ potest præcipere, ne vendant blada sua pro certo vili pretio.*

9 *Collecta imposita ratione fructuum, intelligitur pro modo fructuum illius anni.*

10 *Pretium fructuum augetur, & minuitur secundùm tempora.*

11 *Onera realia sunt, aut patrimonalia, aut personalia, aut mixta.*

12 *Prælegata filio à patre re obligata sub annuo censu, cẽsus debetur à solo legatario.*

13 *Causa homagij cœpit à Domino.*

14 *Bononienses de possessionibus, quas habẽt in territorio Imolẽsi frumenta extrahere non poterunt, statuto Imolæ prohibẽte blada extrahi de territorio suo.*

15 *Muri castrorum egentes reparatione, siue fortificatione, à quibus sint reparandi, quærit Author.*

16 *Præstãtia est munus patrimoniale, quæ & forenses cõplectitur.*

17 *Forenses non possunt cogi à ciuitate, in qua degunt, ad vendendum equos proprios pro commodo ciuitatis.*

18 *Hoc tamen fallit in forensibus fœneratoribus.*

19 *Forenses non possunt collectari, maximè feneratores, pro rebus & bonis extra locum sitis.*

20 *Bannitus, an teneatur soluere collectam pro bonis relictis in ciuitate, & quid in sacerdotibus, Author contendit.*

21 *Legatarius, siue emptor vsusfructus prædij ad tempus tenetur ad onera realia.*

23 *Pedagium, siue gabella à transeuntibus solui solita, an possit exigi à clericis, quærit author.*

1 §. Si quid. ¶ Onera † realia extrinseca ad fructuariũ pertinent, facit etiam ad no. s. eo. in l. hactenꝰ. vbi ista pars fuit allegata. h. d. ¶ Vel sic.
2 Onera, † quæ imponũtur gratia fructuum, vt est refectio, purgatio cloacarũ, aquæ ductus, & similium spectant ad
3 fructuarium, hoc dicit. ¶ No. ergo quòd onus † fructuum spectat ad fructuariũ, & sic dico hic esse casum, quòd fructuarius tenet̃ soluere impensam. ¶ No. secundo tex. quẽ
4 Guil. alleg. quòd omnis, † qui verè, idest naturaliter possidet, tenetur ad onera realia; Ita alleg. per Guil. C. de de acquir. possess. l. licèt, in antepen. col. loquitur enim in fructuario possidente, & isto modo non obstat. l. generali.
5 §. fi. de vsufr. leg. ¶ No. etiam hic, cui incumbat onus refectionis stratarum, & in ciuitate, & in comitatu. Cui adde
6 quæstionem de scolaribus †, qui conducunt hospitia, an teneantur conferre ad restitutionem viæ; dicit enim Cyn. in l. in summa. C. de pigno. quòd quidam Doct. dixerunt, quòd non possident. j. loca. l. non solet. si tamen non soluerent, poterit domus occupari. j. de via publ. l. ædiles. Et si soluent [quod possunt] imputabunt locatori, vel ab eo repetent per actionem ex eo contractu, secundùm Pe. & Cyn. ibi. ¶ Item per istum tex. dicit gio. in l. 1. C. de mu
7 lier. & in quo loco. lib. 10. quòd maritus † pro fundo dotali debet soluere onera. facit. s. eo. l. hactenus. & est expressus casus. in l. neque. j. de impẽ. in reb. dot. fac. ¶ No.
8 etiam tex. ibi [viliori pretio] quòd tempore † caresttiæ potest dominus loci, & communitas statuere, quòd quilibet subditorum, non det partem bladorum pro certo pretio viliori, similiter, quod faciat panẽ pro exercitu, suadet enim hoc vtilitas rei publicæ, vt abundet victualibus. circa quod adde, quod no. in l. 1. C. de epis. aud. vbi formatur
9 ista quæstio. facit etiam iste tex. quòd collecta † quæ imponitur ratione fructuum non potest imponi, nisi respectu fructuum illius anni, quod videtur probari in tit. de capi. Cor. §. similiter. in lib. feu. ex quo tex. ita arguit Bal.
10 ibi, & hoc reputo iustum; quia fructus † debent augeri, & minui. Et pro pleniori introductione ad iam dicta atten
11 dendum est, quod multa sunt † onera realia. vel patrimonialia, personalia, & mixta, vt not. j. de mun. & hono. l. rescripto. §. fi. circa quæ vide tex. in l. munerum. j. eod. de mun. & hono. loquitur autem hic in realibus, & patrimonialibus, vt patet per proximè dicta, hoc idem dicit gloss. in tributo, & allegatur per gl. d. l. 1. C. de mulie. & in quo lo. lib. 10. & hæc onera, quæ ponuntur hic, æquiparantur etiam in l. idem Iulianus. §. hæres. de leg. primo, quẽ text. vide, quando talia onera incumbant rei legatæ, quis teneatur illa soluere, hæres, an legatarius. Cui adde, q̃ si pa
12 ter † prælegat vni filio rem, pro qua tenetur soluere annuũ censum, solus prælegatarius soluet illũ: secus si aliquid esset soluendũ pro inuestitura; quia tũc erit onus oĩum hęredũ. l. his verbis. §. aliũno. de leg. 3. facit. s. de edẽ. l. q̃dam. §. 1. & j. vsufr. quẽ. cau. l. oẽs. §. si hęres, & l. si vsusfructus noĩe. & qdˀ no. in Spec. de feu. in §. q̃m. ver. vnus q̃ritur, vbi
13 dicit, q̃ † cã homagij cœpit à Dño, vt q̃a cõcessit militi rẽ, vt ei p̃staret homagiũ, si illã res postea perueniat ad vnum tm̃ ex filijs vasalli, ille tm̃ homagium iure tenetur seruare, per l. 3. §. hęres. j. cõmo. Adde, q̃ allegatur iste tex. ad
14 quæst. si Bononiensis † habeat possessionem in territorio Imolæ, & Imolẽses statuant, quod nullus possit extrahere bladũ de territorio suo, q̃ ipse Bononiensis ẽt ligetur hoc statuto. Contrarium tenuit Iaco. de Are. per l. munerum. §. præterea. j. de mune. & hono. Non obst. iste tex. quia hic non dicitur, q̃ fuerit forensis, de quo vide Cyn. in l. 1. in fi. C. quæ sit lon. consuet. Adde etiam, q̃ quia feudum compu-

computatur in bonis vaſalli; ideò debet ipſe ſoluere collectas, ſm glo. in tit. per quod fiat inueſt. in c. 1. quam multũ not. Bal. ibi. ¶ In glo. vlt. in fi. not. hanc ſolu. ibi. vel dic, vt ibi eſt, & alia ſol. q̃ eſt, ꝙ ibi erat onus ſoluendi pro hære dis fructibus, qui aliter haberi non poterant, hic erat ſoluendum ex alteri' fructibus; & ita not. ẽt gl. de leg. 3. l. his verbis. §. vlt. ¶ Ex glo. ad materiam iſtorum onerum, & munerum poteſt recurri ad not. in Auth. item nulla communitas, & de collecta, quæ imponitur ex cã neceſſaria, & voluntaria. quod not. latè Bart. in d. l. 1. C. de muli. & in quo lo. lib. x. Sed quotidie dubitatur de aliquibus, ſi muri
15 † caſtri egeãt reparatione, vel fortificatione, pro qua rata contribuent habitatores loci. quam quæſt. vide per Guil. in l. ſacra. §. fi. de re. diui. & vide tactam in l. neminẽ. C.
16 de ſacroſ. eccle. ¶ Item adde; quia præſtantia † eſt munus patrimoniale, ideò põt imponi etiam forenſibus, caſus ẽ in l. munerum. §. patrimoniorum. ꝟ. de mun. & hon. Ideò
17 arctari † poſſunt forenſes etiam, vt equos cõmodẽt rei publicæ ibi: non tñ poſſunt cogi ad emendum equos, vt com
18 modent rei publicæ, ſi non habent: niſi ſint fœneratores in loco, licèt forenſes; nam tunc poſſunt ad hoc cogi pro pecunia, quam ibi habent, & põt eis imponi collecta, de quibus vide Bar. in d. §. patrimoniorum. Aduerte, ꝙ pro
19 rebus alibi † ſitis, non põt cogi ſoluere collectas, ſm glo. in d. l. 1. de mulie. & in quo lo. rõ, quia alibi ſolueret tributũ, hic collectam, quod eſſe non dẽt, ſed ſi alibi ſolueret tributum, dicit Guil. ꝙ ſi collecta imponeretur ab eo, qui iuriſdictionem habet in oĩ loco, vt à Principe, vel ab alio, qui haberet aliquod dñium, vel aliquas ciuitates ſub ſe, vt ſunt Veneti, vel Dux Mediolani, vel Florentini: tunc ſoluet hoc ẽt pro rebus alibi ſitis: ſecus ſi imponeretur à ciuitate. arg. de iuriſ. om. iud. l. fi. & ꝟ. de bo. aut. iudi. poſ. l. cũ
20 vnus. §. fi. cui bene conuenit quæſtio de bannito, † an teneatur ſoluere collectam pro bonis, quæ reliquit in ciui-
21 tate. † & idem in ſacerdotibus nihil recipientibus. quam queſt. vide tactam per Bar. in l. inter quos. §. dãni. de dam no infec. A tali autem munere regulariter nullus excuſat. C. de mu. patr. l. 2. Fallit in Doctoribus actu legentibus. l. medicos. C. de profeſ. & med. lib. x. cui adde tex. in d. l. munerum. §. fi. Fallit etiam, ſi alicui eſſet impoſita ſpecialis immunitas ab habente poteſtatem, vt à Domino, vel à Comite. de quo vide in l. 1. C. de immu. nemi. conced. lib. x. ¶ Ext. dubitatur, ſi res tranſeat in Eccleſiã, vt puta,
22 quia legetur, † vel vendat vſusfructus poſſeſſionis ad tps, an teneatur ad iſta onera realia rõne illius rei? dico ꝙ ſic, per l. placet. & l. neminem. C. de ſacroſ. ecc. & idẽ dico in tributo, de quo loquitur gl. de ſuperindic. in rub. lib. x. ex quo res iã ſubiacebat huic oneri; nã tranſit in eccleſiã cum ſua cã, quocunq; titulo transferatur. ꝟ. de contrah. emp. l. alienatio. & ex. de cẽſi. c. 1. vbi plures cõcord. & hoc tenet Io. And. de immu. eccle. in c. 1. lib. 6. in glo. pro hoc. C. de epiſ. & cle. l. de his. 11. q. 1. & c. ſi tributum. Sed ſi trãſiſſet res in eccleſiam libera, non videtur onus aliquod poſtea per aliquos laicos poſſe imponi, de immu. eccl. c. 1. lib. 6. & dixit gl. 16. q. 1. c. generaliter. in fi. ꝙ l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. ecc. hodie ſit correcta, quod non credo, ſed dic, vt. ſ. & vide Bart. in d. l. reſcripto. §. fina. de mune. &
23 hono. Et adde prædictis, an † pedagium, vel gabella, quæ ſoluitur à tranſeuntibus poſsit exigi à clericis, quæ eſt quæſtio Bar. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo lo.

Ex. §. Si qua.

S V M M AE.

1 *Fructuarius in re fructuaria ſuſtinet ſeruitutes, ne proprietarius in pœnam incidat.*
2 *Fructuarius debet cauere, ne proprietarius incidat in pœnam.*
3 *Factum, quo quis incidit in pœnam, non dicitur factum arbitrio boni viri.*

1 §. ſi qua. ¶ Non dr̃ fructuarius † vti arbitrio boni viri, niſi ſuſtineat ſeruitutes impoſitas, adeò ꝙ proprietarius in pœnam nõ incidat. h. d. & ponit duo diuerſa exẽpla. ¶ In tex. ibi [fructuarius]
2 ſcilicet à locis interdictis. ¶ Not. quòd fructuarius non debet aliquid facere, propter quod dñs incidat in pœnã.
3 ¶ No. ſecundò, † ꝙ nõ dr̃ vti arbitrio boni viri, qui aliquid facit, propter quod is, à quo cãm habet, incidit in pœnam. ¶ In glo. vlt. in fi. not. ad quæſt. quam format glo. in l. 3. §. opus. in glo. 2. in fi. de no. ope. nun.

Ex L. Numiſmatum.

S V M M AE.

1 *Ornamentorum poteſt vſusfructus legari.*
2 *Miles ſignum ſibi ab Imperatore conceſſum, alteri militi legare poteſt.*

1 L. Numiſmatum. ¶ Ornamentorũ † põt vſusfructus legari. h. d. ¶ In tex. ibi [vſusfructus] i. vtilitas, quaſi velit dicere, ꝙ cõmoditas eſt in hoc, ꝙ põt legare cõmoditatẽ, quæ poteſt percipi, ſed non ipſum ius vſusfructus. ſ. eo. l. vſusfructu legato. & eſt caſus. ꝟ. de pign. l. ſi is qui. §. 1. in
2 glo. fi. & hæc faciunt, vt ſignum † Imperatoris conceſſum militi, poſsit miles ipſe alteri militi legare.

Ex L. Omnium.

S V M M AE.

1 *In legato vſusfructus omnium bonorum, deducenda eſt Falcidia.*
2 *In legato vſusfructus omnium bonorum veniunt nomina debitorum.*
3 *In obligatione bonorum veniunt nomina debitorum.*
4 *Quæ veniant in legato vſusfructus, adiecto verbo, & dominio rerum mearum, remiſsiuè ponit Author.*

1 L. Omnium. ¶ Summat ſeipſam, vel breuiter ſic. Põt † legari vſusfructus oĩum bonorum: deduci tamẽ debebit falcidia. ¶ In tex. ibi [oĩum bonorum] & ẽt partis. ꝟ. eo. l. ẽt partis. ¶ In tex. ibi [& illud defalcat.] vt. ſ. eo. l. vſusfructus. nam hrs dẽt hr̃e quartã ꝑ falcidia iure ꝓprietatis, & vſusfructus, vt. ꝟ. ad. l. Falc. l. 1. §. ſi vſusfruct'. aliàs abſtinere vr̃. ꝟ. eo. l. ſi mihi. ſed rñde, vt ibi not. ĩ gl. ibi, de trien. & ſemiſ. §. prohibemus. nã vr̃ aliud in filijs; quia ẽt extrane' hr̃s hẽt quartã ꝑ vſufructu. l. 1. §. ſi vſusfructus. ꝟ. ad. l. Falcid. de quo tangeẽ. ꝟ. eod. l. ſi mihi. ¶ Ex. pro declaratione literæ
2 dubitari põt, † an in iſto legato vſusfructus oĩum bonorũ veniant et noĩa debitorũ, de quo vide glo. q̃ dicit, ꝙ ſic, in l. hr̃ditatem. & an eorũ cõmoditas ſpectet ad legatarium, & vr̃ ꝓbari, ꝙ ſic in l. vxori meæ. ꝟ. de vſuf. leg. adde an in
3 cõtractu, vel in obligatione † oĩũ bonorũ veniant nomina debitorum, de quo vide glo. quæ dicit ꝙ ſic, in l. hæredẽ. C. de hæred. act. Et Bar. in l. Quintus. §. argento. ꝟ. de aur.
4 & arg. leg. vbi format quæſt. quid ſi diceret. Lego vſumfructum, & dñium rerum mearum, de quo vide ibi oino.

1 L.Si Titio. ¶ Legatum † vsusfructus quasi caducum pertinet ad legatariũ proprietatis, non ad hæredẽ. ¶ In tex. ibi [proprietas] dicatis deducto vsufructu, & sic nõ ob. l. 1. §. inde Neratius. ȷ. ti. 1. ¶ In tex. ibi [relinquet] iure consolidationis. Intellige ergo istum tex. de iure cõsolidationis, non consũptionis; quia inter legatarium vsusfructus, & legatarium proprietatis nulla est coniunctio, vt hic in gl. ex quo patet, ꝙ
2 inter fructuarium † & proprietarium distinctos, non hẽt locum ius accrescendi, sed vsusfructus tantùm vnitur proprietati. ¶ In gl. 2. hoc est satis dubiũ per notata, de verbo. sig. in l. rectè dicimus. videt ergo verius, qđ primò dictum est, ꝙ portio caduca, vel quasi, vel pro non scripta in vsufructu præstatur proprietario, non autem hæredi, vt hic: sed si est relicta proprietas, quæ est caduca, vel quasi, quæritur hæredi, vt ibi, & potest assignari ratio; quia testator, qui erat dominus, non excipit vsumfructum hæredi; quia vsumfructum legat vni, & proprietatem alij, & in re aliena non constituitur vsusfructus, l. in concernẽdo. ȷ. de aqua plu. arc. & l. 1. commu. prædio. sed post mortem dominium est legatarij, ergo per legem non potest in illa cõstitui vsusfructus hæredi, cũ ꝓprietas sit Mæuij legatarij.

Ex. §. vsumfructum.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus in omnibus non conuenit cum proprietate.*
2 *Sententia absolutoria lata in parte proprietatis, nocet parti accrescenti, quod est secus in vsufructu.*
3 *Ius accrescendi alluuioni æquiparatur, & alluuione augetur.*
4 *Accrescens portio, non trahit ad se deperditam.*
5 *Sententia non nocet extra Iudicis pronunciatum.*

1 §. Vsumfructum. ¶ Licèt vsusfructus † habeat quædam similia cũ proprietate: non tñ in omnibus, ẽ ei similis non in iure accrescendi; quia in vsufructu portio non accrescit portioni, sed personæ: sed ĩ proprietate portioni accrescit
2 h. d. ad literã. ¶ Vel sic. Sentẽtia lata in parte proprietatis absolutoria nocet in alia accrescẽte: secus ĩ vsufruct. h. d. notabiliter, & facit ad no. s. eo. in l. 3. ¶ In tex. ibi [exceptionẽ obstare] siue actor succũbat, quia nõ probat suas, siue ꝙ reus probauit suas. ¶ In tex. ibi [Iulianus] si actor, ideo probauit suas; quia rẽ sibi relictã aliquo modo amisit. ¶ In tex. ibi [quoniã portio] aliàs debita iure accrescẽdi. ¶ In tex. ibi [alluuio] i. incremẽtũ alluuionis. ¶ In tex. ibi [portioni] s. amissæ. ¶ In tex. ibi [accrescet] non autẽ
3 portioni amissæ. Allegatur quottidie, ꝙ † ius accrescendi æquiparetur alluuioni, & secundùm hoc, quòd augetur per alluuionem, & per ius accrescendi videtur iudicandum ijsdẽ moribus, & legibus, in quibus principale, quod intellige verum, quando per modum augmenti fit tale incrementum: secus si per modum directæ accessionis, de quo vide, quod no. per Gul. in l. si conuenerit. §. si nulla. ȷ. de pign. actio. vbi ponit de comitatu vnito comitatui, vel ciuitati, vel de comitatu prouinciæ, vide glo. primam, in c. 1. ne sede vac. Contra istum tex. videtur facere; quia ius accrescendi causatur à coniũctione legali. l. 1. ȷ. tit. 1. & perempta parte vsusfructus est perempta cõiunctio, saltem realis: sed potest responderi, quòd sufficit coniunctionem affuisse à principio, vt duret eius effectus, etiam cõiunctio
4 ne dissoluta, vt hic. An autem portio † accrescens huic trahat ad se partem perditam, dic quòd non; quia ius accrescendi remanens apud perdentem partem suam, nũquam trahit ad se partem. l. sicut in annos. §. pe. ȷ. tit. 2. fallit in l. qui vsumfructũ. ȷ. eo. ¶ In glo. speciale ibi; quia illa probauit: sed si tamen non fuit expressa in sententia, dicit Iac. But. quòd non obstat exceptio rei iudi. in parte accrescente; quia reus præsumĩt absolutus; eò quia actor amisit partẽ suam: non aũt ideò; quia nõ fuit relicta sibi, per ea, quæ notantur in l. si iudex. s. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. facit, quod not. in l. si quis ad exhibẽdum. de excep. rei iud. & quod Mod. not. in l. ex morte. C. ad l. Aqui. Non obst. not. in l. si iudex; quia loquitur ibi in causa alimentorum, & filiationis; quia est fauorabilis, & incidens, hic autẽ in principali. Adde prædictis quod not. de vulg. & pupil. in l. ex facto. §. Iulianus. ¶ In gl. personæ [ibi] ꝙ capitis diminutione amiserat, & sic iustè succũbuit. Sed cõtrarium not. ȷ. tit. 1. l. interdum, & ȷ. quib. mod. vsu. amit. l. 3. §. idẽ Põponius, & istud videtur verius, vt ibi dicitur. ¶ Pro cõclusione dic, quòd aut constat, ꝙ fructuarius succubuit per imperitiam iudicis: & tunc quæritur sibi alia portio vsusfructus, vel postea deficiens, vt hic cum simili. Aut constat, quòd vsufructuarius iustè succubuit in suo vsufructu: vel est dubium, an succubuerit iustè, vel iniustè: & tunc recurritur ad distinctionem glo. hic, vt sit locus contrario, sm̃ quod glo. distinguit, & est ratio; quia
5 iniuria † iudicis non nocet nisi in parte, quæ in sententia continetur, vel in ea, quæ postea obuenit iure proprio: facit. quod not. in l. 2. §. Pomponius. s. alleg.

Ex l. quoties.

SVMMAE.

1 *Ordo nominationis refert voluntatis ordinem.*
2 *Plures patroni vnius ecclesiæ non possunt conuenire, quòd vnus vna vice, alter alia conferat ius præsentandi.*
3 *Partium consensu, ius patronatus indiuiduum, diuidi potest.*
4 *Primò nominatus in legato pluribus facto, vt alternis annis quilibet vtatur re legata, cæteris præfertur.*
5 *Auxilium promissum duobus monasterijs vni post aliud, primo nominato debetur.*
6 *Pulchra distinctio circa ordinem voluntatis, & scriptura, earumque prioritatis relata ab Auctore.*
7 *Legatũ, alternis annis factũ pro primo est purum, pro cæteris est conditionale.*
8 *Dos nuncupatur ius vniuersale.*
9 *In vsufructu omnium bonorum, non continentur futura.*
10 *Differentia inter legatum generale, & vniuersale. ponitur ab Auctore.*
11 *Portio vsufructus deficiẽs (duobus relictis vsufructuarijs) per mortem vnius, alteri acquiritur per ius accrescendi.*
12 *Legatum omnium bonorum æquiparatur legato hæreditatis.*

1 L.Quoties. ¶ Ordo † nominationis designat ordinem voluntatis, & prædilectionis; ideò primò nominatus præfertur. & vbi de ordine non constat, nisi nominati in vtendo consentiant, impediunt se cõcursu, & si vsufructuarius proprietatẽ acquirit, desinit esse fructuari⁹, & in ꝓprietate alienata vsusfructus renascitur h. d. ¶ In tex. ibi [se impediẽt] nec obst. ȷ. de excus. tutor. l. si duas. in princ. & de test. tut. l. ꝙ si plures; vt in qualibet earũ notatur. ¶ In tex. ibi [habebit eũ vsumfructum] cõtra hoc videtur l. si tibi fundi. ȷ. qui. mo. vsu. amitt. Sed dic, quòd ibi loquitur, quando sine suo facto proprietatem perdit; hic autem quando facto suo.

Not. hic legatum in forma, dum dicit Titio, & Mæuio, per quæ verba colligitur, quòd legauit coniũctim duobus alternis annis. Et secundùm hoc videtur mirabile, quòd vnus habeat vno anno, alter alio, & non habeantur loco vnius. quod videtur contra casum. ͞j. quib. mod. vsufruc. amit. l. 1. §. cum singulis. ver. multum. vbi videtur probari, ꝙ debeant haberi loco vnius, & sic frui debeant vno anno, & hæres alio anno, vide quod dicet ibi. ¶ Not. istũ tex. dum dicit [consenserint] nã quidã dicunt, ꝙ per istũ
2 tex. ꝙ si sint† plures patroni vnius ecclesiæ, ꝙ possint inter se conuenire, ꝙ vnus vna vice præsentet, alter alia, hoc tamen non placet Inno. in c. 1. de iur. pat. ¶ Not. tex. dũ dicit [inuicem se impediunt] per quem tex. dicit Innoc. in c.
3 prudẽtiã. de offi. deleg. in gl. in verbo, videt, ꝙ licèt† vsus iuris patronatus sit indiuiduus: tamen diuidi potest cõsensu partium, vbi sola versatur vtilitas ipsarum, de quo. ͞j. de serui. in l. via. Allegatur etiã iste tex. per Io. And. in c. 1. de leg. lib. 6. super verbo, nominatus. ¶ Est etiã vtilis iste
4 tex. ad legatum factum pluribus de castro, hoc acto, vt alternatis annis quilibet debeat exercere iurisdictionẽ, vel imperium; nam primò nominatus videtur præferri tanquam prædilectus: vbi autem ordine nominationis non constet; vt quia non est confecta scriptura, & testes non recordentur, quis fuerit nominatus; vel quia ambo sunt eiusdẽ nominis, vel quia reperirentur in circulo rotũdo scripti, adeò ꝙ nõ posset apparere, quis sit primus: tũc deberẽt diuidere vsum pacto, vel sorte, si inter se non cõueniãt, vel nõ cõcordẽt in concursu: sed se impediant, vt hic.
5 ¶ Itẽ facit iste tex. ad quæst. de eo, † qui promisit monasterio adiuuare ipsũ in omni sua causa, & id fecit secundo monasterio, & ista monasteria inuicem litigent, quòd debeat patrocinari primo. Quam quæstionem vide tactam per Io. And. in c. contractus. in 1. quæst. in mercur. vt est etiam hic casus. ¶ In glo. 1. ibi, dum alleg. §. si verò null⁹. sed ibi loquit, qñ ordo est de substãtia. ¶ In ead. ibi [l. qui soluẽdo] [sed ibi cõstabat de mẽte. ¶ In eadẽ ibi. [§. fidei tuę] solue, ibi loquit in legatis, vt valeãt, & sic ad eorũ effectũ ordo non seruat, vt ibi; quia omniũ relictorũ dies simul cedit. l. Plauti⁹. ͞j. ad. l. Falc. Sed vbi constat de mẽte legantis, illa seruatur. ͞j. de reg. iur. l. in testamentis. aliàs ordo debet seruari. de vulg. & pup. l. 2. §. prius. & de hoc ibi, & in l. nec enim. quę hic allegatur ad fi. ¶ Pro cõclusio
6 ne tamẽ latiori potest dici, ꝙ † aut quæritur de ordine quò ad seipsum, & debet seruari. d. §. inordinatum. in Auth. de hære. & falc. Aut de ordine quò ad alium, & tunc quęritur, an ordo vitiet rem, de qua agitur, an ex ordine ius resultet. primo casu, si ordo est necessarius, vitiat. l. vt debitũ. C. de hæred. act. & d. l. 2. §. prius. Si verò ordo est volũtarius, talis ordo omissus non vitiat. Insti. de leg. §. nam hæredis. & d. l. qui ita. si est dubiũ, an sit necessarius, vel voluntarius: ordo præsumitur in dubio voluntarius. vnde si omittatur, non vitiat. C. de testam. l. præposteri. & l. ambiguitatem. Secundo casu, quando queritur, an ex ordine ius resultet, dic, ꝙ si constat de dispositione, & mente legis, seruatur, nec curatur de ordine. ͞j. de sol l. nõ enim. & d. l. cum pater fidei tuæ. sed si incerta, attenditur ordo, vt hic. & d. l. qui soluendo. & d. §. quid ergo. & l. si quis. & de de libe. & posthu. l. Gallus. §. quidam rectè. ¶ In glo. 7. in fi. dic ꝙ si nolit cõcordare, & velint, ꝙ iudex eos cõcordet, impediẽt se propter hanc cõtradictionẽ, vt ibi, & sibi imputent, ꝙ nolint hoc per iudicem declarari. ¶ In glo. quæ
7 incipit [alterius. s. illius] ad fi. No. ꝙ vbi legatur alternis annis, vel in vnũ, vel singulis, quòd in primis annis legatũ est purũ: in sequentibus verò conditionale, dũmodo supreuixerit legatarius, vt. ͞j. de ann. lega. l. in annos. & l. in singulos. ideò tales legatarij sunt separati: vnde portio vnius deficiens, non accrescit alteri. Quid autem si cõiunctim, & re ipsa reliquisset, an si vnus emisset proprietatẽ, perderet immediatè, & transiret ad alium, posset dici, quòd sic ratione coniunctionis. Sed verius videtur dici contrarium, quasi dicendum sit, ꝙ potius debeat expectari, ꝙ aliquo casu illum perdat, vel non vtendo, vel morte, vel aliter. l. quarta. §. non solùm. ͞j. tit. prox.

Ex §. Si colono.

SVMMAE.

1 *Ad consequendã liberationẽ, competit actio ex contractu, quo quis remanet obligatus.*
2 *Colonus vendicat vsumfructũ sibi legatũ, & agit ad impensam pro eo factam.*

§. Si colono. ¶ Ad liberationem consequẽdam agitur actione ex eo con
1 tractu, † ex quo qs extitit obligatus. ¶ Vel breuius, & sic. Colonus vsumfructũ sibi legatum, potest vendicare: ad expensas verò eius factas ex conducto agere: sed ad re
2 missionem mercedis vtraque uia agere potest. h. d. cum glo. ¶ In tex. ibi [vendicabit] nec ob. tex. ͞j. de leg. 1. l. si creditori, in fine, & l. seq.; quia ibi legatum creditori non conferebat aliquam utilitatem, secundùm Pet. hic.

Ex. §. Vniuersorum.

SVMMAE.

1 *Legato vsufructu bonorum, forma mutata, non perit legatum, fallit in legato rei singularis.*
2 *Legatum vsusfructus substantiæ, remanet in quacunque parte substantia remanente.*
3 *Legato vsufructu formali, perit forma distincta.*
4 *Perit legatum sub appellatione formali relictum.*
5 *Domo destructa, remanet legatum vsusfructus.*
6 *Legata uniuersitate, ueluti grege, eo aucto, uel detracto, durat legatum.*
7 *Dos est quid vniuersale.*
8 *In vsufructu omnium bonorum, non continentur futura.*
9 *Differentia inter legatum vniuersale, & generale remissiuẽ.*
10 *Facta donatione à filio matri de usufructu certorum bonorum, pacto adiecto, quòd ipsa transeunte ad secunda uota, ad ipsum, & eius hæredes reuertatur: demum ipsa matre relicta usufructuaria omnium eius bonorũ, & instituto hærede in proprietate, & tandem mortua, ad quem spectet usufructus dict. certorũ bonorum, an ad hæredem proprietarium per ius accrescendi, uel alium, ponit Author.*

§. Vniuersorum. ¶ Si legatur vsusfructus bonorum, licèt
1 mutetur forma, non perit legatum vsusfructus †: secus si legetur vsusfructus rei singularis. ¶ Vel pinguius. Si legetur vsusfructus substãtię, manet in quacunque parte, sub
2 stantia remanente, sed si legetur vsusfructus formalis ali
3 cuius formati, extincta forma, perit legatum. † Et est vtile ad id, quod no. ͞j. eod. in. l. qui vsumfructum. ¶ In glo. ibi [in l. si duo] dic quòd regula illius. l. fallit hic propter rationem huius glo. in fi. vel dic, quòd est eadẽ ratio in vtraque ibi, hic diuersa, vt ibi patet in litera. vel dic, quòd hic non sunt æquipollentiæ; quia cũ legatur aliquid sub appellatione formali (puta vsusfructus) illa appellatio ædium sumit

sumit effectũ à forma eius, ergo illa destructa, destruitur
4 legatum sub appellatione formali relictum. arg. ℑ. ad exhib. l. Iulianus. §. sed & si is. sed vbi legatur sine appellatione formali, vt puta vsufructus bonorũ; tũc venit omnis substãtia in legato: sed area tẽpore legati erat in substãtia, licèt non esset formaliter area; quia super ea erat constructa domus; ergo destructa domo, remanet legatum
5 vsusfructus † in ea; quia ante relictum erat, licèt non formaliter. ¶ In gloss. [substantia] ad fin. pro hoc facit, ꝙ quando legatur vniuersitas, vt grex, & similia, habetur respectus ad futura; quia si aliquid augetur, vel detrahitur,
6 adhuc durat vniuersitas † de leg. 2. l. grege. ¶ Idem in peculio. ℑ. de pecu. l. peculiũ crescit. Idem in dote. l. si marito. ℑ. solu. mat. §. fi. vbi dos augetur in fructibus, & dos
7 † appellatur quid vniuersale. ℑ. de impen. l. quod autem. Idem si legatur hæreditas. l. item veniunt. §. fructus. s. de pet. hære. secunda tamen pars glo. verior videtur; quia vbi legatur aliquid generale, vel vniuersale, vt est hic vsus
8 fructus omnium bonorum. non continẽtur futura †, nec obst. dicta. l. fi. quia ibi agitur de obligatione bonorũ, quæ est modici præiudicij, vt ibi no. Quæ autem sit differen
9 tia inter legatum generale, & legatum vniuersale † probatur per l. vlt. §. 1. de leg. 2. & de fund. instruc. l. pen. Nec obst. dicta l. si ita, vt ibi not. & per Cy. in l. vltima. C. de pact. & hoc tenet Bart. & communiter Doct. Et hæc sunt vti
10 lia ad quæstionẽ testatoris, † qui in vita fecit donationem eius matri inter viuos de vsufructu certorum bonorũ: ita tamen, ꝙ ipsa moriente, vel ad secunda vota transeunte, dictæ res donatæ deberent ad ipsum reuerti, vel eius hæredes liberè, & in totum, omni exceptione postposita: demum in testamento dictam eius matrem, & suam vxorẽ reliquit usufructuarias omnium bonorum prædictæ hæreditatis sine molestatione aliqua suorum, & vniuersalẽ hæredem instituit certum hospitale, quo testatore mortuo, & eius hæreditate adita, decessit dicta mater, vnde extinctus fuit usufructus sibi donatus: vxor superuiuens dicebat illum sibi deberi, & ei accreuisse illam possessionem, seu portionum vsusfructus, quæ tangebat illam matrem: hæres verò è contra dicebat ad se spectare vsufructũ dictarum rerum donatarum. Certum est, ꝙ dicta mater, & vxor fuerunt coniunctæ in legato vsusfructus: vnde altera earum deficiente, alia potest admitti ad eius portionem per ius accrescendi. l. 1. in princ. & l. inde Neratius. §. non solùm. ℑ. tit. proximo. stat dubium solùm in portione bonorum, quæ spectabãt ad dictam matrem tit. donationis, & sic nõ erãt in patrimonio defuncti tẽpore mortis, sed postea per mortem matris reuersa sunt ad hæreditatem per verba illa donationis. Ita tamen &c. an. s. ad istam superuenientiam trahatur legatum vsusfructus, & videtur, quòd sic; quia verba legati respiciunt vniuersitatem bonorum, & sic videtur includere ipsorum bonorum substantiam, l. cogi. in princip. ad Trebel. ergo effectum suũ porrigit ad postea quæsita ad instar vniuersitatis gregis, vel peculij, vt de leg. 1. l. grege. vel dotis, vel ẽt hæreditatis per iura. s. alleg. Pro hoc in specie videtur esse hic casus cum glo. quem allegat in l. si quis seruum. §. fi. de leg. 2. vbi videtur æquiparare legatum omnium bonorum, & legatũ hæreditatis, de qua in isto legato videtur fieri mentio, dum dicit hæreditatis prædictæ: hæreditatem autem augmentum admittere tamquam verum vniuersale nõ est dubium, per iura. s. alleg. secus si esset vsus verbo, substantia, de qua loquitur, tex. in fi. & pro ista parte multa alia possent induci. Econtra pro alia parte, quòd legatũ vsusfructus non trahatur ad bona superuenientia in hæreditatẽ prædictã, & sic eorum vsusfructus potius spectare debeat ad suos institutos, faciunt iura alleg. super gloss. & etiam quia testator verisimiliter non cogitauit de bonis postea in eius hæreditatẽ superuenientibus: sed solùm de his, quæ erunt tempore mortis, dicta. l. si ita, hic alleg. & tale legatum censetur magis generale, quàm vniuersale, inter quæ est magna differentia, d. l. fi. §. 1. de leg. 2. & de fundo instru. l. pe. & hæc pars videtur mihi verior.

Ex l. si vsusfructus.

SVMMÆ.

1 *Fructuarius habet actionem contra hæredem, ob moram retardatæ solutionis.*

2 *Actio de dolo committitur contra hæredem, dolum in adeundo committentem.*

3 *Proprietatis legatum cedit à morte testatoris, vsusfructus autem ab adita hæreditate.*

L. Si vsusfructus ¶ Hęres tenetur fructuario ex mora re
1 tardatæ solutionis. ¶ Vel sic. Hæres committens dolum
2 adeundo, tenetur de dolo, & retardatio aditionis hæreditatis obligat ipsum hæredẽ fructuario. ¶ In tex. ibi. [præstabitur] scilicet quod interest legatarij agnitam esse suo loco hæreditatem, & sic consequitur fructus medij temporis: non autem liberabitur pro tempore vsusfructus, si tẽpus subrogetur pro tempore vsusfructus; quia & alius est vsusfructus vnius tẽporis, alius alterius, vt. ℑ. l. proxima. §. fi. & in l. sequenti. ¶ Et ex isto tex. collige, ꝙ licèt lega
3 tum proprietatis cedat à morte testatoris. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. toll. legatũ tñ vsusfructus solùm ab adita hęreditate, & hoc declarat. l. si tibi. §. cum seruus. de leg. 1. ¶ In glo. in ver. præstabitur ibi, [vel ex testamẽto] Hæc secunda pars tamen verior videtur; in qua tñ actione habebitur mentio dotis. l. eleganter. §. nõ solum. & §. si seruũ. s. de dolo. nõ autẽ dabitur de dolo actio, ex quo alia cõpetit. ℑ. de doli excep. l. 1. in fi. ¶ In eadem gl. in fi. hoc intellige, quando etiam maturi peruenissent ad fructuarium, aliàs secus; quia tunc fraudat proprietarium, ad quem peruenissent reales fructus pendentes, & ita oportet, ꝙ intelligantur iura hic alleg. aliàs malè intelligerentur. Item hoc intellige, nisi ipse fructuarius fraudem commisisset; vt quia speraret in breuem terminum vsumfructum finiturum, vt. ℑ. loca. l. hæc distinctio, & ℑ. solu. mat. l. filiæ meæ.

Ex §. Vsusfructus serui.

SVMMÆ.

1 *Non dicitur desinere vti fructuarius, pro fructibus æstimationem recipiens.*

1 §. Vsusfructus serui. ¶ Non dicitur desijsse vti fructuarius, qui pro fructu æstimationem recipit. hoc dicit. ¶ Vel sic. Modus, vel conditio fructuariæ rei abiectus in defectum vsusfructus (soluta æstimatione) non vendicat sibi locum, & remanet eadem. h. d. ¶ In tex. ibi [futurus esset] & sic non ante erit liber, sed eo tempore tantũ, quo fieri debet, si hæres non retardasset, & facit istud ad no. in l. qui nos. §. fi. ℑ. de fur. & in l. videamus. s. quod metus causa. ¶ In gl. vltima. in fi. secus si facta fuisset æstimatio ipsius rei, ita suppleuit Iac. de Beluis.

Ex. l. qui vsumfructum.

SVMMAE.

1 *Perempta forma, perit legatum vsusfructus.*
2 *Mutatio formalis rei legatæ, non vitiat vsusfructus legatum.*
3 *Perit vsusfructus paternus in re filij aduentitia, mutata illius forma.*

L. Qui vsumfructum. ¶ Si legat vsusfructus rei recipientis substantiam à forma, perempta forma, perit legatum, aliàs secus; cum eãdem substantiam
1 semper retineat. hoc d. ¶ Vel sic. Media mutatio formalis facta de re legata, nõ vitiat legatum vsusfructus, si est eadem forma tempore testamenti, & mortis. hoc dicit.
2 ¶ In tex. ibi [non idem iuris.] huic vr̃ obstare. ĵ. eo. l. si cui. sed responde, vt ibi not. ¶ In tex. ibi [facta sit,] quia non debetur vsusfructus insulæ nouiter factæ. ¶ In glo. 3. ibi. [§. aream.] Aduerte, quia videtur ibi aliter decidi, per quæ quidam reprobant istam glo. contra quam videtur esse casus in l. si ita. §. fi. de leg. 1. Sed dic attendendũ, an testator reficiat, vel hæres, vt ibi not. Et adde, quod no. ĵ. quib. mo. vsu. amit. l. fi. ¶ In vltima gl. ibi [in naui] Istud de naui debet intelligi, si destruatur eo animo, vt reficiatur eisdem tabulis, vt satis probatur in dicto. §. &
3 nauis. allegatur iste tex. q † vsusfructus, quem habet pater in re aduentitia filij, pereat mutata forma rei; ad idem melius facit. l. repeti. §. fi. ĵ. quib. mod. vsusf. amit. In contrarium arguit Bal. in Auth. excipit. de bo. quæ lib. C. eo. concludit, q primus vsusfructus pereat, sed nouus inchoetur, cui adde quod dicam. ĵ. l. proxi. in fi.

Ex. §. Stipulatus sum.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus extinguitur cum persona.*
2 *Idem operatur expressa vsusfructus reseruatio, quod vera concessio.*
3 *Detractio vsusfructus à promittente, vel legante, non transit in hæredem promissorem, aliud testatore non sentiente.*
4 *Appellatio hæredis intelligitur de primo.*

§. Stipulatus sum ¶ Vsusfructus exceptus finitur cũ
1 persona percipientis, nisi aliud actum sit tacitè, vel expressè. h. d. & sic collige ex isto tex. q idem operatur expressa
2 reseruatio vsusfructus, quod vera concessio. ¶ Vel sic; de-
3 tractio † vsusfructus à promittente, vel legante non transit in hæredem promissoris, nisi testator aliud senserit. h. d. ¶ In tex. ibi [constitueretur.] Attende, quòd vbi videtur
4 de hærede cogitatum, intelligitur † de primo hærede tantùm. C. eo. l. cum antiquitas. vnde etiam & si de se, & Titio prouidisset, adhuc intelligitur de primo hærede tantùm. ¶ In tex. ibi [proprietas] intellige nuda, & per hoc tollitur contrarium de l. si alij. s̃. de vsufr. leg. ¶ In tex. ibi [decesserit] & sic ante vsumfructum formalem consumptũ. ¶ In tex. ibi [hæres]. s. testatoris, qui erat interim fructuarius. ¶ In tex. ibi [decesserit;] quia prius ex ista conditione, sub qua mihi erat relicta proprietas, consequar fundum pleno iure &c.

Ex §. Vsusfructus.

SVMMAE.

1 *In obligatione vsusfructus, succedit post moram obligatio ad interesse.*
2 *Mora non prugatur in vsufructu obligato.*
3 *Obligatus ad vsumfructum, remanet obligatus ad factum.*
4 *Cõmissa mora in obligato ad faciendum, succedit obligatio ad interesse.*

1 §. Vsusfructus. ¶ In obligatione vsusfructus, succedit post morã obligatio ad interesse; & est rõ huius; quia diuersorum tẽporũ nõ est idẽ vsusfructus, vt hic, & ĵ. l. ꝓxima. & de vsu fru. lega. l. vsusfructus legatus in bienniũ. & ideo non est possibilis subrogatio tẽporis ꝓ tẽpore, de quo tangit per
2 Cy. in l. 3. C. eo. ¶ No. ex isto tex. colligi, quòd in obligationibus vsusfructus non habet locum purgatio moræ, & ratio est; quia post moram impossibile est solui illud idẽ, quod erat in obligatione, vt probatur hic cum. l. seq. & d. l. si vsusfructus. ergo purgatio impossibilis. ¶ Secundò not. ibi [obligatum esse] quòd obligatus ad vsumfructũ,
3 dicitur obligatus ad factũ, sic. s̃. eo. l. Titia. §. dare. ¶ No. quòd in obligationibus faciẽdi statim (commissa mora)
4 succedit obligatio ad interesse, ẽt quò ad petitionem, licẽt multi contra, & malè in l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. de verbo. obligatio. ¶ In prima glo. ibi [vel hic contemplatione serui, ibi domini.] intellige, & hic constet: idem si legatur filio; quia tunc vsusfructus residet in eius personam, & finitur eius morte. prout no. glo. C. de bon. quæ lib. in Authen. idem est. quod videtur verum, si legans ignorauerit eum filium, aut seruum, arg. ĵ. de vsu. & hab. l. plenũ. §. equitij. & ĵ. de hære. inst. l. si pater, & l. sequen. Sed si sciuit filium, vel seruum: tunc sciuit, vel scire debebat hoc ad patrẽ, vel dominum pertinere: vnde tunc finitur vsusfructus morte patris, vel domini, non serui vel filij. C. eod. l. fina. & ita intelligatur glo. in l. placet. de acquiren. hæredi. Idem si sit dubium cuius contemplatione legauit, & an sciuerit eum filium, vel seruum, an ignorauerit, dicta. l. fi. C. eo. sed si constat, quòd contemplatione patris, vel domini legauerit: tunc vsusfructus residet in persona patris, vel domini rerum, morte tamen eorum finitur. Ita loquitur dicta l. fi. in fi. & de hoc. s̃. §. prox.

Ex l. Lex quæsitum.

SVMMAE.

1 *Seruitium certo tempore præstari debitum, etiam alio tempore præstari non potest.*
2 *Pro Domo locata scholari pro vno anno, impeditus eo tempore vti, agit ad interesse, & non ad vsum anni sequentis.*
3 *Res perempta in obligatione dandi per moram debitoris, potest peti, & etiam ipsius æstimatio.*

L. Quæsitum. ¶ Ista vult idem, quod prçcedens. h. d. Et no. istum tex. contra aliquos, qui minus periti dicunt, quòd si aliqui
1 debet certo tempore præstare (puta) seruitium, quòd põt per tantundem temporis prçstari, quod est falsum, vt hic; quia tẽpus præteritum est inæstimabile; vt hic, & idem si domus fuit locata scholari pro vno anno, & non potuit vti. illo

vti illo. vel fuerunt vendita datia pro aliquo tempore, & illo tempore non potuerunt vti, non potuit locans vel cõmune reſtituere tempus pro tempore, vt hic, imò tenebitur ad intereſſe temporis præteriti, vt hic. ¶ Contra iſtum tex. dum dicit [rectè peti] videtur, quòd petenda ſit æſtimatio. l. ſi vſusfructus in biennium. ff. de vſuf. leg. Iac. de Aret. dicit, quod ibi vſusfructus erat finitus, hic durabat: ſed hæc ſolutio non videtur bona; quia licèt hic duret vſuſfructus pro tẽpore futuro: finitus eſt tamen pro preterito; tutius ergo dicendum videtur, quòd vſusfructus poteſt re
3 ctè peti, vt hic; quia in obligatione, rem dari, licèt † res pereat per moram debitoris, res tamẽ ipſa petitur, licèt æſtimatio peti poſsit. l. ſi ſeruum. §. effectus. ff. de verb. oblig. ſic & in propoſito; cum fructuario ſit obligatus conſtituẽs inuitus dare. s. eo. l. 3. poſt mortem ipſe vſumfructum petere non pòteſt: ſed conſequetur æſtimationem, vt hic. nõ obſt. d. l. ſi vſusfructus; quia vſumfructũ petere poterat, ſicut in alijs obligationibus dandi, & per hoc glo. proxima dicit. præſtabitur æſtimatio non autẽ dicit. petetur. & de hoc in l. qui Stichum. & in l. Iulianus. ff. de confeſ. & in l. vinum. ff. ſi cert. pet. vbi plenè habetur.

Ex l. Non vtitur.

SVMMAE.

1 *Fructuarius dicitur vti, ſiue per ſe, ſiue per alium re fructuaria vtatur.*
2 *Vendens iuriſdictionem ſibi à Principe conceſſam, dicitur ea vti, quod ſecus eſt in donante.*
3 *Iuriſdictio quomodo quæratur, & quæſita conſeruetur, remiſſiuè tradit Author.*

L. Non vtitur. ¶ Fructuarius dicit vti, cũ vtitur per ſe, vel per
1 alium verè, vel interpretatiuè, & qui pretium recipit, vti dicitur, licèt emptor non vtatur. h. d. cum ſequen. duabus, & per Innoc. in c. olim cauſam. ext. de cẽſ. ¶ No. tex. in l. quia. qui videtur facere differentiam, quòd qui vẽ
2 dit iuriſdictionem, quam habet in aliquo loco à Rege, vel à Principe ſibi conceſſam, ſatis videatur ea vti: ſecus ſi do
3 nauit; licèt donãtis nomine donatarius vtatur. ¶ Quomodo autem iuriſdictio quæratur, vel quęſita conſeruetur, vide per Innoc. de capel. mon. in c. dilectus, quod declaraui in materia ſeruitutũ in l. ſeruitutes. ff. de ſerui. ¶ In glo. 3. in fi. ibi [hoc nõ ius, ſed cõmoditas,] hoc eſt natura, vt no. s. eo. in l. arboribus. §. ſi vſusfructuarius. collige tñ ex hac glo. ꝙ nil tranſit ad ſingularẽ ſucceſſorem, quod non tranſeat ad vniuerſalem, niſi aliter actum ſit.

Ex l. Statuę.

SVMMAE.

1 *Imaginis, vel ſtatuæ poteſt conſtitui vſusfructus.*
2 *Oblata imagini, cuius efficiantur.*

L. ſtatuæ. ¶ Poteſt cõſtitui vſusfructus imaginis, vel ſtatuæ, vel alterius ima-
1 ginis, vel rei aliquam vtilitatem afferentis, h. d. ¶ In glo. in ver. [& imaginis] ſ. cum non ſint in dominio noſtro. s. de re. diui. l. in tantum. ¶ In ead. in fi. & ſecũdùm hoc, hic eſt caſus, quòd datum cani, vel animali alicuius, non obſtante, quod animal ſit incapax: tamen pertinet ad dominum, ſicut in vſufructu. ¶ Ext. glo. poteſt poni exemplum in mercatore habente imaginem pro ſuo ſigno, ad quam multi concurrebant; poteſt enim legare vſumfructũ. Idẽ in mercatore, qui haberet aliquod ſignũ, quod plurimũ æſtimaretur. ¶ Ext. allegatur ad quæſtionem de
2 oblatis † imagini, quæ facit miracula in loco priuato, ad quem ſpectẽt talia data, hic videtur caſus, quòd ad eum, cuius erat domus: de quo vide quæſtionem diſputatam, quæ terminata fuit per iſtam l. & aliàs quæ incipit. In re fulgenti delitiarum palatio.

Ex §. Licèt.

SVMMAE.

1 *Vſusfructus rei maioris impenſæ, quã ſit fructus, conſtitui põt.*

§. Licèt. ¶ Poteſt conſtitui vſusfructus in re, in
1 qua † plus impendatur, quàm recipiatur de fructu. h. d. in glo. 1. ſic ergo aliud eſt, nullum vſumfructum percipi poſſe: aliud poſſe, ſed cum impenſa excedente vſumfructum; quia iſto caſu poteſt vſusfructus cõſtitui, & pone exemplum in hac l. in caſtro, vel in turri, in cuius cuſtodia plus expenditur, quàm percipiatur, vel in legato molendini, in cuius conſeruatione plus expenditur, quàm percipiatur, vel pone exemplũ in palatio poſito in villa, cuius nulla habetur commoditas, niſi ſolatij, & amęnitatis.

Ex l. Si alij vſus.

SVMMAE.

1 *Legato uſufructu, quod vſuario ſupereſt, ad fructuariũ ptinet.*
2 *Fructuarius percipit, quod vſuario ſupereſt.*
3 *Cauſa vſuarij præualet cauſæ fructuarij.*

L. ſi alij vſus. ¶ Si vni legetur vſus, alij
1 fructus eiuſdem rei, quod vſuario ſupereſt, ad fructuarium pertinet, & non vltra,
2 ¶ Vel ſic & breuius. Fructuarius † percipit, quòd vſuario ſupereſt. & videtur intelligenda hæc lex, quando res eſt talis, cuius redditus poſsit ſatisfacere vtrique, & legiẽ duobus modis in gl. ¶ In gl. 1. ſuper verbo [legat] vel ab eodẽ, ſecundùm vnam lecturam, vel primò à teſtatore, ſecundò ab hærede, ſecundùm aliam, & hæc videtur tutior. ¶ In eadem ibi [& ipſe]. ſ. vſufructuarius, ſecundùm primam lecturam, vel vſuarius ſecundùm aliam lecturam. ¶ No.
3 ex iſto tex. ꝙ concurrente † cauſa vſuarij, & vſufructuarij, potior eſt cauſa vſuarij.

Ex. §. Nam ſæpius.

SVMMAE.

1 *Legatum multiplex in ſpecie non augetur, in quantitate, vel genere ſic.*
2 *Teſtator legans rem, æſtimationem eiuſdem videtur legare.*

1 §. Nam ſæpius. ¶ Multiplicatio legati in ſpecie, legatum non auget, in quantitate verò, vel genere ſic. ¶ Vel ſic, ſi pluribus idem legetur, & in eadem forma, non multiplicatur legatum: ſecus ſi diuerſum, & in forma diuerſa; & caſum in terminus pone, vt hic in gloſſ. ¶ Not. iſtum tex.

istum tex. ad id, quod tangit Dinus in reg. bona fides,
de regul. iur. lib. 6. vbi dicit, ꝙ si testator leget rē, æstima-
2 tionem eiusdem videtur legare, cum non ampliat legatū,
per l. Titiam. §. Mella. Sed Bar. & Docto. dicunt, ꝙ hic est
casus contra hanc doctrinam Guliel.

Ex l. Etiam partis.

S V M M AE.

1 *Appellatione partis, continetur dimidia.*

1 L. Etiam partis. ¶ Appellatione † partis continetur dimidia, & ad hoc allegatur. Dubiū poterat esse hic; quia omnes res videntur diuidi in. 12. partes, & sic poterat dubitari, ꝙ potius intelligeret hic de duodecima parte bonorū. arg. Inst. de hæred. instit. §. hæreditas. & l. seruum meū. §. fi. j. de hæred. instit. sed potest responderi, ꝙ illud procedit in hæreditate, cui attribuitur ciuilis diuisio in duodecim partes, & sic in alio non habet locum: sed attende, ꝙ in alijs vti possumus hac diuisione, vt patet. j. man. l. si verò remunerādi. §. idem Papinianus, de quo tangetur etiā. j. eo. in l. defuncta. §. 1.

Ex l. Vsusfructuarius.

S V M M AE.

1 *Fructuarius non innouat, Domino inuito meliorando.*
2 *De emphyteota ad fructuarium non licet arguere.*

1 L. Vsusfructuarius. ¶ Fructuarius nil nouum † facit, inuito domino, licèt meliorem faciat eius conditionē h. d. & vide istam l. allegatā per Bart. in l. quo minus. in 6. quæstione. de flum. & an ista l. habeat locum in emphyteo-
2 ta, puto quòd non; quia habet vtile dominium in re emphiteotica l. 2. C. de iure emphit. & sic de eo ad fructuarium, non est bona argumentatio, & vide. j. eod. l. vsufructuarius nouum.

Ex l. Sicut.

S V M M AE.

1 *Fructuarius alit seruum fructuarium, & medicinas præbet.*
2 *Cibariorum appellatione, non continentur medicamenta.*
3 *Potestas officialibus suis malè valentibus, non tenetur ad medicamenta, nisi fieret modica impensa.*
4 *Appellatione alimentorum legatario relictorum, non veniunt pertinentia ad disciplinam.*

1 L. Sicut. ¶ Fructuarius tenetur † cibare seruum fructuarium, & impendia valetudinis facere, h. d. & vide quod dictū est. s. eo. in l. sed & si quis. §. 1. ¶ In glo. ibi [maximè] Aduerte; quia videtur dicendum, ꝙ ista dictio, maximè, abūdet, aliàs implicaret, quòd etiam si esset impensa magna, quòd spectet ad fructuarium, quod videtur contra not. s. eo. in l. hactenus. in princ. ad quod facit quod etiam not. in l. omnino. de impen. in reb. dot. fact. ¶ Ext. not. istum tex. qui clarè pro-
2 bat, ꝙ appellatione † cibariorum non continentur medicamenta: sed bene cibaria continētur appellatione medicamentarū l. si cū dotem. §. sin autem. sol. matr. de quo. s. eo. l. sed & si quid. in §. mancipiorum, & de verb. signif. l. verbo victus, & in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. & ibi per Cy. & Iac. de Are. Et ibi refert Cy. an Potestas † te-
3 neat exhibere officialib⁹ suis ægrotātibus omnia necessaria ad salutem, & ibi concludit, ꝙ non, nisi sit modica impēsa, & alleg. l. in rebus. §. postea. j. cōmoda. Nec obst. dicta l. si cum dotem. §. sin autem in sequissimo; quia loquitur in vxore, quæ est socia diuinæ, & humanæ domus. j. si aduers. credi. expi. hæred. Nec obst. similiter ista l. quia loquitur in habente commoditatem rei, & ideo ei non incūbit expensa valetudinis. s. eo. l. hactenus. & adde prædi-
4 ctis, quòd appellatione † alimentorum non veniūt, quæ pertinent ad disciplinam legatarij. l. legatis. j. de alimen. & cib. leg. & l. qui filium. vbi pupil. edu. deb. secus videt, si alimenta debentur iure sanguinis veri, vel saltem præsumpti. l. de bonis. §. fin. de Carbo. edic. de quo videtur sentire Dyn. in dicta l. legatis, & adde quod dixi. s. l. 3. in princip.

Ex l. si extraneo.

S V M M AE.

1 *Legatarius nudæ proprietatis ad legatum admissus, iure speciali consequitur vsumfructum.*
2 *Ius consolidationis est potentius iure accrescendi.*
3 *Filius emancipatus à patre præteritus, non dicit testamentum nullum.*

L. Si extraneo. ¶ Etiam proprietati cōseruatæ ex iure speciali
1 consolidatur ius vsusfructus. h. d. ¶ Vel sic. Legatarius nudæ proprietatis, qui ad legatum admittitur de iure speciali, ius consolidationis consequitur. h. d. ¶ No. apertè, ꝙ est
2 † potētius ius cōsolidationis, quàm ius accrescendi, quod probatur hic iuncta l. mulieri, & Titio. de cond. & demō. & l. si Titius, in prin. ¶ Secundò adhuc apparet, quòd non obst. l. 3. §. sed & si cōiunctim. j. de leg. præstan. quia hic non consequitur per ius accrescendi: sed per ius consolidationis, quæ contingit in vsufructu deficiente. ¶ Quid autem si omnium bonorū, deducto vsufructu, proprietas esset relicta matri, & petita bonorum possessionem per filium contra tabulas, secundùm legatum videtur, ꝙ debeat habere plenam proprietatem, & secūdùm hoc filius nihil habebit, quod videtur absurdum. ¶ In glo. iure consolidationis, in fi. No glo. quæ alleg. ꝙ testamentum, in
3 quo filius emācipatus est præteritus, fit nullum ipso iure. contrarium not. glo. C. de colla. l. si emancipati, & s. de minor. l. filius, & C. de lib. præter. Auth. ex causa. in glo. magna, & tangitur hic articulus in dicta Auth. ex causa, & in d. l. Gallus. in. §. quid si tantùm. de lib. & post. vbi Dy. conclusit, an esset præteritus cum causa, & tunc habeat locum glo. in d. l. si filius, & aliæ similes: sed si sine causa, & tunc fit nullum ipso iure, & hoc est, quod voluit glo. in §. exhæredatos, in Auth. de hæred. & falc. ¶ Not. 2. ex ista glos. ꝙ titulus de leg. præst. est hodie correctus, quod etiam tetigit glo. in l. prima. de bon. poss. cōtratab. pet. multi tamen contra, vt ibi, & in d. Auth. ex causa.

Ex. §. Si testator.

S V M M AE.

1 *Hæres iussus, nō reficiēs domū fructuariā, tenetur ad interesse.*

§. si te

1 §. Si testator. ¶Hæres † iussus reficere domum fructuariam, si non reficiat, ad interesse tenetur. h. d. cum sequēti. facit. s. eo. l. quo tiens. §. fi. & vide quod ibi dixi.

Ex l. Si absente.

SVMMAE.

1 *Impendens in rem propriam, alieno nomine, et in eius cōmodū, repetit actione negotiorum gestorum.*
2 *Tempus præsens attenditur, & non futurum.*
3 *Vasallus potest feudo renunciare, sicuti emphyteota prædio emphiteotico.*

1 L. Si absente. ¶Impendens† in rem propriam nomine alieno, & principaliter ad cōmodum alienum, potest repetere actio
2 ne negotiorum gestorum. h. d. ¶No. considerari† præsens tempus non futurum, & cuius interest principaliter, inspecto præsenti tempore. ¶In gl. prima, in fi. ibi [. §. sciendū] sol. ibi principaliter creditor prospiciebat sibi, & suum negotium principaliter gerebat; sed secundariò, & in consequentiam gerebat alienum, hic è contra principaliter alienum, & principaliter alteri prospiciebat, licèt in consequentiam sibi, vt not. ĵ. eo. l. Titius. contra quam solutionem videtur facere, de bon. auth. iud. præstan. l. prætor. §. his verbis; sed responde, vt ibi not. f. quia ibi impendit in negotio cōmuni, quod pro parte expediri non poterat. ¶Ext. allegatur iste tex. q vasallus possit †renunciare feudo. &
3 emphiteota prædio emphiteotico in preiudicium domini, de quo per Dy. ĵ. de aqua plu. arc. l. in diem. de quo vide quod dicam omnino. ĵ. eo. in l. sed cum fructuarius.

Ex. §. Syluam cæduam.

SVMMAE.

1 *Fructus immaturi collecti, ad fructuarium pertinent.*
2 *Fructuarius potest colligere vuas in agresto.*
3 *Datiarij molendinarij molentes in fine temporis pro minori gabella, tenentur ad interesse futuro successori.*

1 §. Syluam cæduam. ¶Fructus immaturi collecti, ad fructuarium pertinēt. Ad hoc alleg. & etiam est iste tex. allegabilis. ¶ Ex isto tex. collige, quòd fructuarius
2 posset †colligere vuas uitis in agresto; quia sūt in vsu, & in fructu, sed si non essēt in fructu, hoc non posset; pone exemplū; quia vua esset in flore, vt segetes in herba. s. eo. l. ex sylua, cum l. sequenti. & l. vsufructu legato, & hoc tenuit Fran. Accur. & hoc not. pro, & contra illos, qui emunt fructus, redditus, & prouentus aliquorum bonorum pro certo tempore, & in vltimo anno volunt colligere fructus immaturos: nam ex prædictis videtur, quòd possint, si sint in vsu, aliàs secus, & est vtile ad quæstionē Datiariorū molendinorū, qui ī fine tēporis molūt pro minori gabella, quod
3 tendit in dānum futurorum. Circa quod vide tex. in l. hęc distinctio. §. 1. ĵ. locati. sed an fructuarius in hoc casu colligens immaturos, licèt faciat fructus suos, teneatur tamē ad aliquid proprietario. Iac. de Are. respondet, q sic; quia non vtitur arbitrio boni viri, quod intelligo, si hoc faciat impertinentijs proprietarij, ad quem peruenturi maturi erant. d. l. & hæc distinctio. §. primo, & hoc videtur velle glo. in d. l. & hæc distinctio, & in l. pen. de vsufructu leg. sed aduerte; quia illa glos. loquitur in colono, qui nummus colit, & sic non habet in fructibus, sicut fructuarius.

Ex l. Si mihi & tibi.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus pluribus hæredibus debitus, diuiditur inter eos pro hæreditarijs portionibus.*

1 L. Si mihi & tibi. ¶Præstatio† vsusfructus legati diuiditur inter hęredes pro hæreditarijs portionibus. h. d. Fuit autē in hac lege ratio dubitandi: videtur enim cōtra; quia obligatio vsusfructus, est obligatio faciendi. s. eo. l. qui vsumfructum. §. fi. vnde videbatur indiuidua. sed contrariū hic deciditur, nam pro parte potest constitui, & pro parte recipit præstationem, vt hic. ¶In tex. ibi [quadrantem] non autem singuli à singulis semissem: quia erant distincti, & seperati, & cessaret inter eos ius accrescendi, vt. ĵ. tit. 1. l. cum singulis. ¶In glo. ibi [. §. quinimo] & prodest ista computatio; quia isti fructuarij erant coniuncti re: vnde inter eos habet locū ius accrescendi. ĵ. tit. 1. l. 3. §. non solum, sed si fieret computatio, q ego ab vno habeam dimidiā, & tu ab alio aliam dimidiam, tunc essemus separati, nec esset inter nos ius accrescendi, ut. ĵ. tit. 1. l. pen.

Ex l. Titius Mæuio.

SVMMAE.

1 *Legatarius usufructuarius de restituendo grauatus, repetit impensas ante restitutionem.*

1 L. Titius Mæuio. ¶Legatarius† vsusfructus de restituēdo grauatus, ad restitutionem non tenetur, nisi refusis sumptibus, quos fecit in rem. h. d. ad litteram. ¶In tex. ibi [Titius] .i. cuius nomine facta fuit impensa, & hoc tollit contrarium. ¶In tex. ibi [haberetur] hoc intelligo secundùm cōditionem ipsius personæ; quia si esset senex, minus taxabitur, si iuuenis plus, arg. eorū, quæ habentur. s. eo. in l. omnium, & adde casum in l. hæreditatum, ad l. Fal. ¶In prima glo. in fi. & sic non obstat. s. eo. l. æquissimum. §. idem Nerua, vbi non potest de nouo edificare, sic. ĵ. eo. l. vsusfructuarius nouum. ¶In gl. in ver. haberetur, ibi [peruenire sperabatur.] Item hic loquitur, quando est impensum in reficiendo, ibi in faciendo, & ita soluit Iacob. de Beluis.

Ex l. Titio cum morietur.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus dum extinguitur, non incipit.*
2 *legatarius reiecto tempore, quo morietur, an interim habeat vsumfructum, quærit Author.*

L. Titio cum morietur. ¶vsus fruct⁹
1 non potest incipere, quādo debet finiri. h. d. ¶Vel sic. Nō potest res incipere in tempore, quo iam cæpta debet finiri. h. d. dubitatur an interim talis legatarius debeat habe-
2 re vsum-

re vsumfructum relictum tempore, quo morietur; quia
glo. videtur sentire, q sic. C. de hæred. instit. l. extraneũ.
quod tamen nõ puto verũ; quia dicit hic [inutiliter], sed
pro saluatione glo. potest dici, q ista l. loquitur in legato,
illa loquitur in institutione hæredis.

Ex l. Vsufructu.

S V M M AE.

1 *Onus subiectorum pertinet ad fructuarium, nisi testator aliud disponeret.*

1 **L. vsufructu.** ¶ Onus subiectorum est fru
ctuarij, nisi testator †speciali
ter grauasset hæredem. s. quod agnoscat illud onus, & cir
ca hoc vide quod dixi in l. hactenus. & l. si pendentes. §. si
quid cloacarij, vbi dixi plura, quæ hic repeti possent.

Ex l. Si cui.

S V M M AE.

1 *Legatum vsusfructus soli, cuius area ad fructuarium pertinet, durat quandiu durat solum.*
2 *Fructuarius num aream fructuariam possit reducere ad hortum, quærit Autor.*

L. Si cui. ¶ Legato vsufructu in solo, cuius
areæ vsusfructus † ad fructuariũ per
1 tinet, durat in totum, quandiu durat pro aliqua particula
ipsius. h. d. ¶ In tex. ibi [remanet.] & ita firma, quòd habi
tari posset, secundùm Iac. de Rauen. secus si habitari non
posset, vt videtur casus. ff. de seru. vrba. prædio. l. seruitu-
tes. §. si sublatum, in ver. & ideò sublato &c. ¶ Ex hoc
2 collige; an in parte, quæ ruit, & est ad aream redacta, pos-
sit fructuarius facere ortum. & sic illam partẽ destructã
posit ad aliquam vtilitatem perducere.

Ex. l. Sub conditione.

S V M M AE.

1 *Causa exceptionis extincta, extinguitur exceptio.*
2 *Proprietate vendita, excepto vsufructu sub conditione legato, ea defecta, vsusfructus pertinet ad venditorem.*
3 *Causa reseruationis cessante, cessat & reseruatio:*
4 *Vendito fundo, excepto iure coloni, nulloque reperto colono, num venditor acquirat medietatem fructuum. Author contendit.*

1 **L. Sub conditione.** ¶ Finita causa
exceptionis, fi
nitur exceptio. ¶ Vel sic. Exceptio facta contempla-
tione tertiæ personæ, nihil operatur, si illi non potest
exceptuatum acquiri. hoc d. ¶ Vel ad litteram sic. Si
2 venditur proprietas vsusfructus, vsufructu excepto, qui
erat sub conditione legatus, deficiente conditione ad
venditorem pertinet vsusfructus, nisi aliud actum sit.
h. d. ¶ In tex. ibi [detracto] No. ex isto tex. quòd ille
qui retinet, debet declarare intentionem suam, vt appa-
reat, quomodo intelligat eam. ¶ In tex. ibi [si nõ extiterit]
ista quæstio soluitur. ff. in vers. itaque si conditio. ¶ In tex.
ibi [& interierit] Ista quæstio soluitur in vers. Itaque. ¶ In
tex. ibi [reuertitur]. i. nõ ad hæredẽ, à quo discesserit. ¶ In
tex. ibi [non extiterit,] & sic vsusfructus formalis nun-
quã discessit ab hærede. ¶ In tex. ibi [obseruentur]. i. vt
demum amissus præstari debeat emptori. ¶ In tex. ibi [so
lent] hæc vera, nisi vsusfructus sit exceptus gratia legata-
rij, & hoc sequitur in ver. cęterum. in quo declaratur, q di
cta superius obtinent in dubio: sed si aliud actum appare
ret inter contrahentes, hoc esset seruandum. & hoc sequi
tur. ¶ In tex. ibi [emptori debeat] secus si gratia sui hære
dis; quia primò ad hæredem, secundò amissus pertinet
ad emptorem. ¶ Not. tex. ibi, qui quotidie allegatur,
dum dicit [legati causa] quòd cessante causa reseruatio-
3 nis, cessat reseruatio, † sicut cessante causa exceptionis, ces
sat exceptio: & est utile ad plura, maximè ad reseruatio-
nes, quas summus Pontifex facit, circa qđ vide tex. in l. si
quis duas. §. si in vẽditione. ff. cõm. præd. & quæst. hãc po
nit Bar. in l. si quis legauerit. in princ. ff. de leg. 1. & quãdo
4 quis vendit fundum, excepto iure coloni, qui habet me-
dietatem fructuum, si ibi nullus reperitur colonus, an
venditor habeat medietatẽ fructuũ, & ibi iste tex. allegatur,
q ista exceptio nil operetur, nisi fortè vterq; sciret nul-
lum esse colonum; quia tunc talis exceptio proderit ven-
ditori, vt dicta. l. si quis duas. §. in venditione. ¶ In glo. ibi
[qui pecuniam] cui adde l. si filius. ff. de in rẽ verso.

Ex l. Si Infantis.

S V M M AE.

1 *Valet legatum vsusfructus serui infantis, etiam inutilis.*
2 *Vsusfructus rei inutilis, de præsenti potest constitui.*

1 **L. Si infantis.** ¶ Valet legatũ vsusfructus
serui infantis, licèt ei' operę
interim nullæ sint. h. d. ¶ Vel sic. Vsusfructus † rei inutilis
2 de præsenti, potest constitui propter spem de futuro. h. d.
¶ In tex. ibi, [etiã si nullus] nec obstat. ff. de reg. Cat. l. 1.
vt colligitur ex no. in l. 3. eo. ti. & adde; quia licèt dicatur,
q nulla sit opera infantis: dicit tñ alibi lex id esse verum,
nisi essemus in casu, de quo habetur. vt. ff de lib. cau. l. fin.
in fin.

Ex l. An vsusfructus noĩe.

S V M M AE.

1 *Vsusfructus relictus municipio, siue ciuitati, durat centum annis, ne proprietas fiat inutilis.*
2 *Præscribitur per centum annos in casibus, vbi certum est nullo tempore posse præscribi.*
3 *Bannitus, an per sentẽtiam banni amittat vsumfructũ, Author contendit.*
4 *Emphiteota ad non modicum tempus monasterium ingrediente, factaque professione, eoque mortuo, nunquid finiatur emphiteosis, an transeat in Ecclesiam, contendit Author.*

L. An vsusfructus noĩe.
1 Tenet vsusfructus † relictus municipio, & durat centum
annis, ne proprietas reddatur inutilis. h. d. ¶ In tex. ibi
[quæsitũ est.] videtur, quòd non, per rationem, quæ sequi
tur. ¶ In tex. ibi, [esse videbatur] nec potest illo tempore
(tanquam morte naturali præsumpta), cum finitum est,
vlterius durare. Aduerte tamen, quòd reperitur quãdo-
que aliquem plus uixisse, vt in Authen. de mona. §. si vero

intra terminum.& ibi facit mentionem de Abbate Coſi-
mo viro Deo amabili, qui propè vigeſimu,& centeſimum
ætatis annum egit pollens animi virtutibus, & corporis
operationibus. Item legitur ab Adam vſque ad Abraam
nongentis, & amplius annis homines vixiſſe, vt tran-
ſumptiuè refert Gratianus. xxxiiij. diſtin. c. fina. ſed ad ta-
les caſus tanquam de raro contingentes lex non arctatur
principaliter. l. nam ad ea. ſ. de legi. ¶ Not. ex iſto tex. ꝙ
ciuitas poteſt capite minui per ſñiam Superioris, facit qđ
not. Imo. in c. 2. de no. ope. nuncia.& de ſent. excom. in c.
Romana. §. fi. lib. 6. ¶ Item dicebam per iſtam. l. in mate
2 ria præſcriptionum, ꝙ licèt in certis caſibus† lex dicat, ꝙ
nullo tempore poſsit præſcribi, vt in caſu. l. penul. C. ne
rei. domi. vel temp. & l. comperit. de præſcript. xxx. vel
xxxx. anno. tamen præſcribi debeat ſpacio centum anno
3 rum, per iſtam legem. An autem iſta lex habeat † locũ in
emphyteoſi,& feudo de ſui natura non reiterabili,& ſic in
eis ſit neceſſaria renouatio de centum annis in centum
annos: poteſt dici, quòd ſit aliud in eis; quia in eis non eſt
inutilis proprietas, cum pro feudo præſtetur obſequium,
& pro emphyteoſi debitus canon. ¶ In glo. 1. in fi. C. eo.
tit. ſed hoc pendet ex not. in l. amiſsione. §. qui deficiunt.
ſ. de capi. diminu.& in quæſt. diſputata per Bart. de qua
ibi facit mentionem. ¶ Ext. not. iſtum tex. ibi, dum dicit
[procul enim eſſe videbatur] nam iſta ratio facit ad no-
4 tabilem,& quotidianam quæſt. ſi is, qui conduxit† ad non
modicum tempus, vel in emphyteoſim rẽ ab eccleſia, vel
priuato, intret monaſterium, & facta profeſsione moria-
tur; num finiatur emphyteoſis, an verò tranſeat in eccle-
ſiam, quam profeſſus eſt,& remaneat penes illam? hic. n.
videtur probari, ꝙ reuertatur ad concedentem. hæc quæ-
ſtio tangitur per Doct. in Auth. ingreſsi. & per Bar. in l. ſi
ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.& formata fuit per Gu-
liel. in Spec. de loca. in §. nunc aliqua. in ver. 117. 118. &
152. & ꝙ tranſeat in eccleſiam, videtur eſſe de mente
Bar.& Io. And. de probatio. in c. in præſentia. pro quo ẽt
facit quòd tranſeat. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus.& quod
ibi not. ĵ. de dam. infec. & pro iſta parte aliàs in quæſtio-
ne fuit conſultum,& obtentum. Dicebam tamen verius
reſponderi, ꝙ reuertatur ad eccleſiam, vel ad alium con-
cedentem, ſi hoc perierit infra annum, per tex. in corpore
de alien.& emphy. in §. primo.

Ex l. Dominus.

SVMMAE.

1 *Sententia reſciſſoria teſtamenti, retro fingit teſtamentum non tenuiſſe.*
2 *Teſtamento reſciſſo per querelam, debentur legata, & fideicommiſſa.*
3 *Querela teſtamentum reſcindens, reſcindit legatum proprietatis, reſeruato vſufructu fructuario relicto.*

L. Dominus. ¶ Sententia reſciſsoria te-
ſtamenti retro fingit teſta-
1 mentum non tenuiſse. ¶ Vel ſic. Reſciſso teſtamento per
2 querelam† reſtituũtur legata,& fideicommiſsa. h. d. quod
declara, vt. ſ. eod. l. quoties. §. ſi Titius. vbi de hoc dixi.
3 † Quandoque tñ adeo res talis est, q non patiatur hãc diuisionẽ, vt puta in puncto. Ciuilis autem alia potest appellari iuridica. puta inter nudam proprietatem, & vsumfructum. Et istam recipiũt omnes res corporatę, excepto homine libero, in quo nec proprietas nec vsusfructus cadit, licèt cadat præstatio operarum, & homagiorum: similiter non cadit in rebus, quæ consummuntur vsu; quia non est dare ibi vsumfructum à proprietate diuisum, vel separatum, vt patet in toto tit. de vsufruc. ea. re. quæ. vsu consu. ¶ Alia est diuisio quotitatiua, puta per vncias. vel per alias partes: & ista similiter cadit in omnibus rebus corporeis, vt ĵ. de verb. sign. l. nomen filiarũ. § portionis. et Insti. de hære. insti. §. hæreditas. & ĵ. cod. in l. seruũ. § hæreditatis. In incorporalibus autem, vt in act. & obli. dic, q secundùm naturam istæ sunt indiuiduæ; quia nec videri, nec tangi possunt. Sed secundùm iuris ordinationẽ dñr diuiduæ, vel indiuiduæ, secundùm naturã earũ rerũ, quæ in obligationẽ deducuntur. l. eadem. §. Cato. de verb. oblig.
4 ¶ Item aduerte, † q in qualibet seruitute prædiali debent considerari quatuor. s. fundus seruiens, & dominans, & instrũm, quo quis vtit seruitute; & tps, quo quis vtitur respectu fundi seruientis & dñantis; & hoc respectu dñtur indiuiduę; quia non pôt quis ire pro parte: vel pro parte vti, vel aquam ducere pro parte illius fundi pro diuiso. š. eo. l. pro parte. Respectu verò instrumenti, quo vtor seruitute, si illud sit indiuiduũ, vt est homo, vel iumẽtũ, quo quis vtitur seruitute; quia non potest vna pars hominis ire sine alia, vel ẽt iumẽti: ista etiã dr indiuidua isto respectu. Sed si sit diuiduum, vt in seruitute aquæ ductus, quæ diuiditur quo ad commoditatem, isto respectu dicitur diuidua, licet ipsum ius seruitutis omnino sit indiuiduum, vt hic, respectu tñ temporis posset dici diuidua; quia ois seruitutis
2 commoditas posset diuidi. s. eo. l. via. §. j. Remanẽt tñ indiuiduę quo ad alios effectus. Diuisio ergo aquæ instrumenti, vel tẽporis non diuidit seruitutẽ: sed potius dr eã modificare. š. eo. l. 4. §. fi. ¶ Nec ob. prædictis. si dicat diuisio est propriè, quando fit pro diuiso, vt in tit. fam. her. & in tit. commoda. Sed ad certã partem pro diuiso seruitus potest constitui; & remitti tam respectu fundi dominantis, quam seruientis. š. eo. l. ad certam & l. si cui. & cõmuni. prædi. l. qui per certum. ergo omni respectu seruitus videtur iudicãda diuidua: quia respõde, q licet fund⁹ diuidatur: quęlibet tñ pars pro indiuiso potest dici vnus fundus, & cuilibet parti pro diuiso deberi integra seruitus; quia debetur fundo, non parti. l. si quis duas. § si quis partem. cõm prædi. Et si dicatur, si remittitur certa pars seruitutis, in alia remanet certa pars; ergo diuiditur. Respondę, q tunc dicitur potius modificari. š. cod. l. 4. §. modũ. Dicitur enim esse seruitus tota in toto, & tota in qualibet parte fundi. ĵ. ti. ij. l. via constitui. §. fi. & dixi. š. eod. l. pro parte. vbi vide. ¶ No. istum tex. qui rectè facit, q si moriatur dominus, qui rem concesserat in feudum singulis eius hæredibus, à quibus sit præstandum iuramentum fidelitatis. Nam ista obligatio est indiuidua ergo &c. vt hic, & de ver. ob. l. 2. §. ex his. & de hoc tangitur per Bar. in l. de pupillo. §. si plurium ĵ. de ope. no. nun. & eadem ratione. Et cõtra facit, q singuli hæredes vasalli debeãt, de quo Ia. de Are. & Bar. in l. stipulatio. co. tit. Adde tñ de isto iuramento Inno. de iureiu. in c. necessitatis. ¶ Vnum no. q licèt tex. hic dicat, q singulis hæredibus solida petitio debeat: Isti tamen non iudicantur plures rei. & sic inter se habent beneficium diuisionis. casus est no. ĵ. de euic. in l. rem hæreditariam, quam no. Et hoc sentit glo. in l. 2. §. si cum hominem. de verbor. obliga. & Cyn. de duo. re. in Auth. hoc ita. & Bartol. in l. ij. § ex his. de verbor. obli. ¶ In fi. j. glo.
5 † Dicitur autem vsusfructus seruitus diuidua, sed nõ vsus, quia vsusfructus est certus. Continet enim commoditatẽ totius rei: sed vsus commoditatem personæ [illegible]. š. de vsu & ha. l. plenum §. j. Quæ commoditas, & necessitas personæ est incerta: quia hodie indiget vno pane, fortè cras duobus Ita sentit gl. & Pe. clarius in vsu panis. Bar. tamen in l. stipulationes nõ diuiduntur in vl. q. primæ partis dicit clarius, quod vsus non dicitur indiuiduus; quia omnimodam similitudinem habet cum seruitutibus realib⁹. Nã illæ debent occasione rei, & habẽt respectus ad necessitatem prædij dominantis. ĵ. ti. 2. l. ergo. sic & seruitus vsus debetur à re personæ, habito respectu ad necessitatem personæ: nec potest vti pro parte pro indiuiso, quin etiam alia vtatur: nec affert tantam commoditatem in parte respectu partis, quãtam in toto respectu totius; quia nõ sufficit habere diuiduum tãtum eius, quod quis debet cõmedere. Sed vsusfructus nõ habet similitudinem cũ aliis; quia licet sit ius debitũ à re personæ: non tñ habetur respectus ad necessitatem personæ, sed habet similitudinẽ cum dominio. s. de vsufr. l. iij. Et ideo sicut potest acquiri dominium certe partis pro indiuiso; alias indiuiduo. ita & vsusfructus. & sic est diuiduus, & quo ad restitutionẽ. & quo ad effectum distributionis inter hæredes, & quo ad solutionem. š. de vsufru. l. v. ¶ Item quia vsusfructus constitutus tantam vtilitatem affert in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius. ¶ Item nec potest se qui inconuenies. l. in executione. §. pro parte de ver. obl.

ꝙ pro parte detur vsusfructus, pro parte æstimatio; quia
qui tenetur constituere vsumfructum, tenetur dare: vnde
potest præcise cōpelli, sicut in obligatione dandi. j. de vsu
fru. l. 3. in prin. & tangitur per Cy. & C. de vsufr. in l. corru
ptionem. Quod intellige, vt per Bar. in l. 2. §. 1. de ver. ob.
¶ Nec ob. quod in vsufructu consistat vsus. l. per seruum.
§. 1. ſ. de vsu, & habi. & sic debet dici indiuiduus, in quo
Bar. dixit. cogita. Tu responde, quod in vsufructu non con
tinetur vsus, prout est seruitus diuidua per se: sed prout est com
moditas, vt eundi, & in illa est diuiduus. ¶ Glo. 2. ibi [se-
1 cus in hæredibus.] Ex quo colligitur †, quod licèt alienatio
partis corrumpat stip. seruitutis, quando alienatio fit pro
parte titulo singulari. d. l. pro parte. Secus tamen est, si fiat
titulo vniuersali, vt hic. Nam ad hæredem vniuersalem trā
sit insolidū stipulatio. ¶ In gl. fi. [& ibi obtinet] sed an sen
tentia pro vno tantum eorum agente proderit alijs; quia
sententia dicitur dari prædio, non personæ. l. qui aliena. in
fin. ſ. de nego. gest. Item videtur expressum in l. loci cor-
pus. §. si fundus. si ser. vend. vbi dicitur, quod victoria vnius
alijs prodest. ¶ Tu dic contra, per generalem regulam, ꝙ
2 sententia lata pro vno, non prodest a alijs. Nec ob. §. si fun
dus; quia loquitur, quando vnus egit confessoria, & obti-
nuit pro seruitute iam constituta: vnde sententia prodest
alijs; quia confessoria est in rem. Sed hic sumus in actione
personali, in qua sententia lata pro vno, non prodest alijs.
Et ex hoc sequitur, quod si vnus egit, & obtinuit: deinde
alius egit, & succubuit, ꝙ seruitus numquā constituitur; quia
non potest constitui pro parte: sicuti impeditur cōstitutio
seruitutis, si promisi tibi seruitutē per fundum meum: dein
de alienes partem tui fundi. Nam cū emptore non habeat
obligationem, non impeditur cōstitutio. ſ. eo. l. pro parte.
¶ Idem esset, si vnus eorum facit pactum de non petendo,
non impeditur actio omnium: quia ille non habet actionē,
qui fecit pactum. Hoc tamen mihi videtur iustum, quod il-
le, per cuius factum impeditur cōstitutio seruitutis, sit ob-
ligatus alijs. l. hæredes. §. si incerto. j. fa. her. facit. l. 2. §. ex
his. de verb. oblig. hic alleg. ¶ In ea. glo. ibi [§. ex his.] ibi
sunt opi. glo. tamen residere videtur in hoc, quòd interim
non vtatur, donec omnes egerint, per l. receptum. j. com-
muni. prædi. Quod verum. s. quod non vtatur vt seruitute:
tamen acquiri non potuerit, vel seruitus ad communē fun
dum ad voluntatem omnium. d. l. pro parte ſ. eo. & l. vnus
ex dominis. sed bene potest vti eo respectu; quia qui con-
stituit eam seruitutem, non potest eam prohibere, quin vta
tur. Casus est. in l. per fundum. de seru. rusti. prædi.

ADDITIO.

a ¶ Prodest alijs. Adde quid dicendum in casu econuerso.
Alex. in consi. 84. inci. in causa, & lite. in 3. vol. per tot. cō-
sil. vbi examinat nunquid sententia contra vnum lata ter-
tio non citato nocere habeat.

Ex l. Papinianus.

SVMMAE.

1 *Dominium rei hæredis legatæ, non transit in legatarium.*

L. Papinianus ¶ Seruitutes per aditionē confusæ debet per restau
rationem reponi. h. d. Et legitur duobus modis in glo. vno
modo in re testatoris, alio modo in re hæredis. ¶ In text.
ibi [in omnibus seruitutibus] s. vrbanis, vel rusticis hędi
debitis ratione proprij prędij, vel ab eo ratione hæredita-
rij. ¶ Glo. ibi [ad Silla. l. 1. §. seru.] vbi probatur, quòd in
in vltimis voluntatibus conditio existens, non fingitur re-
tro: secus in contractu. l. potior. & l. qui balneum. qui po.
in pig. ha. Primum tamen dictum intellige verum in lega-
tis. Nam in hæreditatibus secus. j. de mil. test. l. quod dici
tur. ita intellige. d. §. 2. ¶ In ea. glo. ibi [cum non fuerit de-
1 functi.] † No. glo. ꝙ rei hæredis legatæ non transit domi-
nium in legatarium. & ita est vera doctrina, quæ semper
allegatur; licet gl. notet contra. in l. 2. C. commu. de leg.
Cum illa tamen videntur concordare, ni fallor. alleg. in l.
1. C. manda. & j. ad l. Falc. in l. hæred. de actio. empt. in l.
Titius. de leg. 1. in l. si hæredis seruus. & in l. hmōi. §. qui
seruum. in glo. quæ incipit [in diem vel sub conditione] &
ad leg. Fal. in l. hæred. in fi. & de pecu. in l. sed si damnū. §.
sed creditor. ¶ Vnum tñ no. quod rei tacite legatę non trā
sit dominium ipso iure. l. emptor. §. ancilla. ſ. de rei vendi.
¶ Ext. glo. tamē poni posset exemplum in re testatoris le
gata in diem; nam interim non transit dominium. de vsu-
fruc. leg. l. Sempronius Attalus. Et est ratio; quia translatio
dominij est quædam executio, quæ non fit ante aduentum
diei. ¶ In ea. gl. ib. [l. cum filius. §. dominus.] & ratio patet
ibi. & in l. Mæuius. §. fundo. eo. tit. quia fructus portionis
pars est.

L. Si fundo quem ¶ Seruitus etiam inutilis pōt imponi prædio. h. d. ¶ Vel sic. Seruitus pōt imponi etiam de eo, quod principaliter non interest: si tamen spes sit, quòd interesse poterit in futurum. h. d. Ad cuius intelligentiam vide, quod dixi. ſ. eo. in l. quotiens. ¶ In tex. ibi [si aquam alicui ducere non expediret] s. habebā fundum quem rectum: alias non posset ipso iure imponi. j. communia prę. l. 2. Si tamen de præsenti non intererat mea habere illam aquā; quia non indigebam: sed valet constitutio: quia posset mea interesse in futurum habere, & ducere posse aquā ad fundum, alias secus. ſ. eo. l. quotiens. secundū Odof. tamen vide quod ibi dixi.

Ex l. Quotiens.

SVMMAE.

1 *In seruitutibus incorporalibus duo requiruntur.*
2 *Mitti qualiter quis possit in possessionem rei incorporalis.*
3 *Vsufructuarius possidet naturaliter.*
4 *Patientia est quasi possessio.*

L. Quotiens. ¶ Obligatus ad seruitutem, traditionis loco pati debet
aduersariū vti. h. d. ¶ Vel sic. In incorporalibus patientia
1 aduersarij habet loco traditionis. ¶ † Nota ergo duo re-
quiri in illis corporalibus, scilicet vsum, & patientiam ad-
uersarij. facit. j. tit. 1. l. hæc autem iura. In corporalibus au
tem requiritur titulus, & obligatio ad tradēdum. ſ. de rei
2 ven. l. quadam mulier. ¶ † Qualiter potest quis mitti in
possessionem rei incorporalis, dicit Inno. inducendo ipsū
incorporalem, de qua ius incorporale est. ſ. de vsufr. l. 3. in
prin. vt in possessione fundi decimaiis, secundum Inno. de
resti. spo. super ver. prius. postea tamen. j. quasi per duas
col. dicit hoc sibi non placere nisi vtatur ipso iure, vt deci
mam colligendo; & l. seruus. §. incorporales. j. de acq. re.
dom. & l. datio. §. si iter. j. de actio. empt. Nec ob. d. l. 3.
quia ideo expresse vult, quod debeat vti, & exponitur ibi,
pro, &. & sic ibi probatur, quod sola traditio non sufficit,
nisi interueniat vsus, vt etiam probatur de publi. l. si ego.
3 §. 1. & de vsucap. l. sequitur. §. si viam. ¶ † Itē vsufru-
ctuarius naturaliter possidet. l. naturaliter. in princi. de
acq. pos. quod non facit decimarius, vel habens seruitutem,
de quo

de quo vide ibi latius per eum. ¶ In tex. ibi [cauendum] ad id autem compelli potest officio iudicis. l. 1. in fi. ĵ. tit. 2. & hoc tenet Bar. in l. 2. §. 2. de verb. oblig. ¶ In tex. ibi [possit] .s. emptor, quem inducet venditor in fundum. ¶ In tex. ibi [visum] cum patientia. ¶ In tex. ibi [constituta sunt] pro quasi poss. prædicta seruitutum tuenda, qd' declara. s. eo. l. seruitutes rusticorum. Et adde etiam quod
4 statim dicam cum glo. ¶ Itē no. quod † patientia est quasi possessio. Ex quo patet, quòd in illis incorporalibus non potest queri illa quasi possessio, nisi aduersario sciente: & sic licet corporalia præscribantur, aduersario etiam ignorante. l. fi. in fi. C. de præscrip. lon. temp. Secus in incorporalib'. C. eo. l. 2. vbi hoc Doct. tenent, & dixi. s. eo. in l. seruitutes. Et idem Inno. ext. de electio. in c. querelam. & de rest. spol. in c. in literis. facit ad quod dixi de capel. mona. c. dilectus. vbi declaratur quasi possessio iurisdictionis. Et ex illis percipitur modus articulandi, vt necessariò contineat, quod est vsus sciente aduersario, cuius scientia requiritur. Et prædicta omnia vide examinata plenè. s. eo. in l. seruitutes. ¶ In glo. 1. ibi [vt. ĵ. vti pos. l. fi.] Aduerte, quia contrarium videtur notari. C. vti poss. in l. 2. Adde etiam, ꝙ videtur competere interdictum vnde vi, secundùm no. ext. de cau. poss. & prop. in c. cum ecclesia. & ext. de resti. spol. in c. olim inter te. Circa quod vide quod not. Innoc. ext. de elect. in c. querelam. de istis tamen remedijs, & de omnibus competentibus dicam latius in l. 2. in princ. ĵ. si ser. ven. ¶ Ext. glo. vide illum tex. alleg. per Inno. de rescr. in c. super literis. in glo. quæ incip. illo siue forsan. ver. secus autem est dicendum. Et ad illius dicti declarationem vide eundem Inno. de postu. præla. in c. bonę. in glo. quare cum. & de cap. mon. in c. dilectus. in glo. si recuperauit.

Ex l. Si intercedat.

S V M M AE.

1 *Locus medius, qui non seruit, quando non impediat seruitutem constitui.*

2 *Statutum, vel consuetudo permittens fieri pontes, & similia super viam publicam valet.*

L. Si intercedat. ¶ Publicum solum debet esse liberum vsque ad cęlum, nec intelligitur alicui debere seruitutem. h. d. ¶ In tex. ibi [seruitutes impedit] quia non nocet publico. Nec hic obstat. ĵ. titu. 2. l. fin. dic, vt ibi not. Adde ꝙ non impedit construi posse haustum aquæ. s. eo. l. seruitutes. §. publico. ¶ In tex. ibi [seruitutem impedit] ratio clara; quia publico nocet. breuis ergo intentio illius literæ
1 est, ꝙ † medius locus, qui non seruit, non impedit seruitutē constitui. quando non oportet ad vsum seruitutis aliquid in medio loco fieri, quod non liceat fieri; quia tunc aliter bene impediretur constitutio seruitutis. Et not. illum tex. ibi [quia cœlum quod. s. &c.] qui clare decidit, ꝙ de iure communi non possent constitui pontes, & similia super viam publicam, & de hoc ĵ. tit. 2. l. qui sella. §. in rusticis.
2 Puto tamen, † ꝙ valeat statutum, vel consuetudo hoc permittens. C. de ædi. priua. l. an in totum. & quod vi aut clā. l. prohibere. §. planè.

Ex §. Si vsusfructus.

S V M M AE.

1 *Probibitio proprietarij non afficit vsufructuarium.*

§. Si vsusfructus. ¶ Actio pro seruitute intentari debet contra dominum proprietatis, non contra fructuariū. h. d. ¶ In tex. ibi [mecum in solidum agi potest] ad reficiendum, vt ego reficiam columnas meas ædium mearū. ĵ. tit. 1. l. eum debere columnam. & si ser. vend. l. & si fortè. §. etiam. aliàs non tenetur aliquid facere. s. eod. l. quoties. in fi. secundum Odofre. ¶ In glo. nullo modo, ibi [§.
1 competit] & secundùm hoc hic est casus, † quòd prohibitio proprietarij non afficit vsufructuarium: potest tamen ille tex. intelligi simpliciter in seruitute oneris ferendi, in qua dicitur esse quædam obligatio personalis ad factum, quæ non transit contra vsufructuarium; quia censetur singularis successor. ¶ Extra glo. no. istum tex. per quem iuncta. l. fi. de lib. ho. exhi. dixit Inno. ꝙ cum agitur de subiectione, vel de excommunicatione aliquorum, quòd contra eos, qui eos sibi subiectos dicunt, vel eos exemptos, est agendum. Ita dicit de præscrip. in c. auditis. in princ. vbi etiam aliquid Ber. tangit de maio. & obed. in c. inter quatuor. ¶ Et adde quod not. ipse Inno. de offi. ordi. in c. conquerente. in glo. vbi not. loquitur.

Rub. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.

¶ Glo. continuat, & benè. & ideò incipit ad speciem vrbanorum, tanquam nobiliorem. Nam rustica sequitur vrbanam. l. qui ex vico. ĵ. ad municip.

Ex l. Vrbanorum.

S V M M AE.

1 *Iura prædiorum appellantur tam seruitutes, quàm libertas.*

2 *Nomen debet sumere quælibet res à digniore parte sui.*

3 *Seruitus rustica potest constitui negatiuè.*

VRbanorum ¶ Seruitus, & libertas appellantur iura prædiorum, & quædā sunt seruitutes affirmatiuæ, quædam negatiuæ. Hoc dicit cum glo. ¶ In tex. ibi [iura.] No. istud argumentum, quia refertur ad libertates, & seruitutes, vt patet per exempla, quæ statim subijciuntur. ¶ In tex. ibi [altius] Not. ꝙ iura
1 prædiorum appellantur tam seruitus, quàm libertas. ¶ In tex. ibi [tollendi] de necessitate. Et hæc est libertas, quod ipse potest altius tollere, quantum vult. ¶ In tex. ibi [non extollendi] ex voluntate. & hæc est seruitus. ¶ In tex. ibi [aduertendi] i. inmittēdi, & hæc est seruitus. ¶ In tex. ibi [non aduertendi] in domo mea. & hæc est libertas. i. non manu tenendi. ¶ In tex. ibi [projciendi] aquam, vel quid simile. ¶ In tex. ibi [protegendi] .i. protectum faciendi supra area vestra. ¶ Glo. & officiendi, ibi [vel tertiò] Barto. hic tenet istam tertiam. ¶ Glo. aream, ibi [à prædio, cui
2 debetur] q. d. non ab eo quod debet. Et est ratio; † nam quælibet res sumere debet nomen à digniore parte sui, vt not. ĵ. de verbo. obli. in rubr. facit de sta. hom. l. quæritur hermaphroditum. & simile huic not. de aqua plu. arcen.
3 in l. 1. §. apud Labeonem. & de ser. leg. l. pater. ¶ † Extra not. quod etiam seruitus rustica videtur posse negatiuè constitui per casum. s. tit. 1. l. quotiens. 2. responso. dic vt ibi not. glo.

Ex.l.Luminum.

S V M M AE.

1 *Promissio seruitutum luminum quid importet.*

L.Luminum. ¶ Seruitus luminum est ea recipere, & ad vicinú trásmittere. Seruitus verò luminibus ne officiatur, est nihil facere posse, quod habeat luminibus officere. hoc dicit. Et sic sunt duæ partes; quia primo loquitur in seruitute luminum: & sic in affirmatiua. Secundo in negatiua, scilicet ne luminibus officiatur. Secunda ibi [cum autem.] ¶ In tex. ibi [nostra excipiat.] licet tamen domum suam altius tollere: quod secus est in seruitute sequenti, de qua loquitur
1 versi. cum autem. in fi. primæ gl. † ¶ Alij tamen dicunt ecótra, vt plus sit promittere seruitutem luminum; quia talis nedum non potest altius tollere: sed oportet quòd factum destruat, vt nobis lumen sit. Sed in illa, ne luminibus officiatur, hoc est, ꝙ altius non leuet, secundú Bar. quod est notandum, & menti tenendum.

Ex.l.Inuitum autem.

S V M M AE.

1 *Taciturnitas nunquã iudicatur pro consensu, vbi agitur de præiudicio tacentis.*

2 *Promittens aliquem facere, consentire, intelligitur, ita ꝙ de iure valeat.*

L.Inuitum autem. ¶ In seruitute amittenda, vel custodienda, vel constituenda, inuitus videtur, qui non consentit expressè. h.d. ¶ Vel sic. Siue agat de seruitute quærenda, siue retinenda patiens non habetur pro consentiente. h. d. ¶ In tex. ibi [inuitum. Quæ differentia sit inter inuitum & reclamanté. vide tex. extra de spon. in c. veniens. & vide tex. & glo. 31. dist. 1. in c. 1. ¶ In tex. ibi [non. n. ad factú] & ad códitioné expressam. ¶ In tex. ibi [sed ad ius] i. cósensum exp̃ssum, quo seruitus cóstituitur de iure & hoc est in
1 substantia iuris. ¶ † Nota ergo, ꝙ vbi agitur de præiudi-
a cio tacentis a, taciturnitas nunquam iudicatur pro consensu: sed pro contradictione. fallit fauore publicæ vtilitatis. j. ad municip. l. 2. Item fauore pupilli. l. cum ostendimus. in fine. j. de tu. Item fallit, vbi diceret in fraudem alterius; nã illa probata, habetur pro consentiéte in eius pœná. C. ad Velle. l. si fine. in fi. Et de isto brocardo vide per Cy. de procu. in l. 1. § inuitis de hoc etiam extra de præsump. c. nonne. vbi late tractatur de ista materia. & 24. dist. c. Diaconus. plene per Dy. in reg. qui tacet. per Io. Mo. de
2 spon. impube. in c. 1. ad fi. lib. 6. ¶ † Nota etiam ex isto tex. argu. quod qui promittit aliquem facere consentire, intelligitur ita, ꝙ de iure valeat. Nam hæc iura non ad verum factum: sed ad ius referuntur, quod est no. secundum Bal. facit de lega. 1. l. huiusmodi. in princip. Barto. tamen hic dixit, quòd illa verba, inuitis nobis, non referuntur ad finem, idest, quod acquiratur vera contradictio: sed ad ius seruitutis; quia sufficit, quod ipsum ius seruitutis sit contrarium illi operi, quod fit; nam ipsum contradicere videtur. Et ita declarari potest, quod tangitur hic in gl. quæ omnia no.

ADDITIO.

a ¶ De præiudicio tacentis. Adde, & aduerte, ꝙ Alex. in cósil. 1. incí. viso processu. in 3. vol. nu. 12. dicit, quod tacens consentire videtur, quotiescunque aliquis præsens actui fuerit: quem posset cótradicendo impedire; per. l. fideiussor. §. pater. & ibi not. ff. de pig. l. cum apud. cum glo. ff. de pig. act. in l. sæpe. ff. de re iu. & in l. Titia cum testamento. §. Lucia. cum gl. ff. de le. 2.

Ex.l.Hæc autem iura.

S V M M AE.

1 *Casus in quo in seruitutibus incorporalibus requiritur factum præscribentis.*

2 *Dominus licèt spatio longissimi temporis (puta centum annorum) non requisiuerit obsequia vasalli, & modò requirat: non potest vasallus allegare se præscripsisse libertatem; nisi medio tempore gessisset se pro libero, domino sciéte & patiente. & nu. 3.*

4 *Præscriptiones sunt inuentæ contra negligentes.*

5 *Seruitus est indiuidua, & non potest perdi pro parte.*

L.Hæc autem iura ¶ Libertas vrbana, & seruitus sine præscribétis facto, non potest præscribi: quia non sufficit dominum prædij dominantis non vti: sed ꝙ altius eleuetur, vel foramé obscuretur. hoc d. ¶ Vel sic. Effectus libertatis in seruitute vrbana, non potest præscribi per solum non vsum domini prædij dominantis: sed factum hominis requiritur, & bona fides præscribentis. Factum autem interuenit, si domus altius eleuetur, vel foramina claudantur. Effectus vero libertatis in seruitute rustica sine his præscribitur. h.d. ¶ In tex. ibi [non vtendo pereunt] hic primo dictú in géñre, a quo tñ excipit. ibi. Nisi ꝙ hæc. Secundò principaliter infert in specie, ponendo exemplum ad propositú. Tertio illud exemplú probat per extensioné ad aliud, ibi. Item si tigni. ¶ In tex. ibi [si vicinus] qui aliquid faciat, quod impediat vsum seruitutis, aliàs secus, vt sequitur. & j. l. proxi. ¶ In rusticis autem sufficit sola negligentia nó vtentis. ¶ In tex. ibi [per statutum tempus]. 10. vel. 20. annorum. Quãtum tempus requiratur, vide quod dicá. j. quemad. ser. amit. in l. si sic. ¶ In tex. ibi [retineo seruituté] etiam si tenuero continue fenestras spatio. 10. vel 20. annorum. ¶ In tex. ibi [permanet] quia retineo seruitutem. Et in hoc aliud in ista seruitute, quam in rustica, vt
1 probatur. j. de vsuca. l. sequitur. §. si viam. ¶ † No. ergo hic casum, quod in istis incorporalibus requiritur factú præscribentis. s. in præscribenda libertate. Et sic patet, ꝙ licet in præscribenda libertate seruitutis rusticæ, non requirat bona fides præscribentis, vt de vsucap. l. sequitur. §. si viam. Secus tñ in præscriptione libertatis seruitutis vrbanę, vt hic: & hoc voluit glo. s. eod. l. 1. & j. eod. l. si ædes. & communia prædi. l. precario. & in l. fi. quemad. ser. amit. & C. eo de seru. l. 2. Et secundum hoc debet intelligi, quod i. o. in l. Attilicinus. j. titu. 1. quia illa loquitur in præscriptione libertatis contra seruituté rusticam, in qua non requiritur bona fides. Et ratio diuersitatis est: quia in illa rustica, nec factum hominis præscribentis requiritur: sed sola negligentia non vtentis. Et illa est ratio, per quá Bar. intulit in d. §. si viam. quod reg. possessor. de reg. iur. lib. 6. non habeat locum in præscriptione contractus; quia illa currit ex sola negligentia non petentis absque facto præscribétis: quia dicit possessor. Et quomodo hoc procedat, vide quod dixi. s. eo. in l. seruitutes. ¶ Item ex ista. l. no. ꝙ
2 videtur decidi †, quod licet dominus spatio longissimi téporis, puta centum annorum: nó requisiuerit obsequia vasalli, & modo requirat, non possit ille allegare se præscri-

psisse libertatem, nisi medio tempore gessissent se pro liberis dominis scientibus,& patientibus. Similiter & aliud
3 decidetur,scilicet quòd si dominus,vel ciuitas habens iurisdictionem in castro,vel homines certæ villæ in collectando, puniendo,& similia; licèt in tali iurisdictione non vtatur etiam longo tempore:castrum tamen,vel villa non possunt allegare vllo tempore se præscripsisse libertatem,nisi gesserint se pro liberis,& non subiectis,vt dictum est de vasallo. facit. C.de decu.l.in filijs.lib.10.quod no.Innoc. de capel. mo. in c.dilectus.quod retuli.in l.seruitutes.§.ti.1.¶ In fi.glo. [ne luminibus.]hæc ratio non est tuta. nam in rustica requirit expressa.§.tit.1.l.si iter.& maximè in seruitute aquę ductus;& ideo alij dicunt, quòd ratio est alia,scilicet quia in vrbana habetur possessio continua animo & corpore: quod secus in rustica,secundum Odo. Sed certè nec ista tuta, & per Bar.reprehenditur hic ex eo,quia nulla seruitus possidet, sed quasi possidet animo;quia sic omnis quasi possessio seruitutis haberet quasi causam continuam. Contra no.§.tit. 1.l. seruitutes. Et ideo alij, vt Mar. de Sil. aliter dixerunt. quòd est ratio;quia sunt nobiliores, & magis interest reipublicæ, quòd conseruentur. Ita hic simpliciter tenet Bar. Et pro hoc adduco saltem in ar.j.de pigno.l.si is qui.§.fi. & quod ibi no.¶ Sed Guil.alibi ponit alias rationes,quas reprobat. & ideo eas non refero. † Sed dic, quòd præscrip.
4 sunt inuentę contra negligentes.l.pe.& fi. C. de anna. excep.Sed in non vtente seruitute rustica, non potest assignari alia ratio,quàm negligentia: secus in non vtente seruitute vrbana; quia facit expensas claudendo fenestras & eximendo tignum. Et ideo potest capi alia coniectura, ar.j. de prob.l.cum de indebito.§.1. Ita dicit Guil.vbi reassumit istud dubium. C.de serui.in l.fi.Sed potest dici, quòd hęc non sit varia ratio:sed declaratio rationis.¶ In fi. glo. [sic obscuraueris]ad idem etiam bene facit.§.de vsufru.l.si cui
5 insulæ. † Item quia cum seruitus sit indiuidua, non potest perdi pro parte.§.tit.1.l.2.& l.pro parte. & hoc tenuit etiam Odof. hic. Idem tenet etiam Bar. hic. ¶ Sed contra hanc determinationem rectè facit,quod ibi dicitur,quòd qui aurem hominis tāgit,totum hominem tetigisse videtur.l.vulgari. in prin.j.de fur. Et qui partem fundi accipit, totum fundum accepisse videtur.l.3.§.1.de acqui.pos. Et hanc partem tenet hic Bn.contra gl. Nec ob.l.vna est via.quia ibi nullum factum præscribentis interuenit.Ideo tota retinetur:Sed hic interuenit,ideo contra totum præscribitur,& hæc pars fauorabilior videtur;quia fauet præscriptioni libertatis;quę fauorabilior est,quam seruitus. quæ omnia nota.

Ex.l.quod autem.

SVMMAE.

1 *Præscriptionem nō sunt apta ad causandum,habētia inter se diuersitatem & difformitatem.*

2 *Colonus,qui per.30.annos possedit fundum,& nunquam soluit pensionem,an possit allegare se præscripsisse.*

L.Quod autem. ¶ per appositionem arboris, quæ habeat officere luminibus vicini, non præscribitur libertas contra seruitutem altiùs tollendi. h. d. ¶ In tex. ibi [propter motum naturalem.]Item; quia hoc factum non cadit sub forma seruitutis,nec sub forma libertatis;quia aliud est altiùs ędificare, aliud arborem ponere,secundum Bal.¶ No.
1 ergo,† quòd ex isto tex.colligi potest, quòd habentia inter se diuersitatem,& difformitatem, non sunt apta ad causandum præscriptionem:sed ea solum,quę habent inter se conformitatem. Et sic facit iste tex.ad id,quod alle. per Guil.
2 C.de præscrip. 30.vel.40.annorum. in l. malè agitur.† in illa.q.glo.de colono,qui.30.annis possedit fundum,& nunquam pensionem soluit:an possit allegare se præscripsisse, in qua ibi glo.conclusit,quòd non possit allegare præscriptionem:sed ius agendi ad pensionem sic. Guil. autem ad propositum ibi dicit,quòd si colonus ad aliquos annos, illis finitis,virtute tacitæ relocationis remansit in re, & non soluit pensionem, si pensio erat difformis; quia vno anno soluat plus,quàm alio,non potest allegari præscriptio, & quòd potest expelli, ar. eius, quod hic dicitur de arbore diuersitatem,& difformitatem habente. De hac quæstione vide ibi latius.

Ex.l.Parietem.

SVMMAE.

1 *Vicinorum alter si velit deponere parietem communem, & ipsum meliùs reformare &c.an poterit ab altero prohiberi.*

L.Parietem. ¶ Alter sociorum nō potest in re seruitutis parietem communem demolire, vel reficere.h.d. ¶ Nota ergo istum tex.qui
1 clarè decidit,† quòd si alter vicinorum velit deponere parietem communem, & ipsum fortè meliùs reformare, vel alio modo vult illum fortificare vel fortiorem facere: fortè vt in alio possit firmare suos arcus voltæ lapideę;vel fortè grauiora pondera super imponere,quàm consueuit: quæ secundum sui primam formam supportare nō posset hoc, nullatenus poterit contradicere socio,vel vicino.¶ Contra hoc tamen videtur fortiter facere.j.pro socio.l.cum duobus.§.idem respōdi.& l.4.C.de ædi.priua.Sed respōdeo, quòd illa loquitur in communi pariete indigente refectione.Sed hoc debet intelligi, quando non indigebat hac refectione,vel innouatione:& ita intelligitur.d.l. 4. vt ibi not. gl.C.de ædi. priua. Tamen in casu huius.l.paries erat cōis &c. sed ad intellectum huius.l.vide Bar.in l.inter quos.de dā. infe. In glo. [ius seruitutis]hoc dicit: quia res cōis nō seruit,sicuti res propria.j.eo.in l.re cōi.& l.vtifrui.§.si vsufr. pe.adde,quòd nec iure societatis pōt.j.com.diui. Vel nisi esset hoc actum, vt reficere posset.d.l.si ædes,vel nisi indigeret refectione,vt dixi ad.l.4.C.de ędifi.priua.& l. cum duobus.§.idem respondit.¶ Extra no.istam. l. per quam fuit determinatum,quòd si vnus de habentibus commune molen
2 dinum vult ibi ponere meliores molas,& alter sociorum nolit teneri ad istam impensam, quòd melior est cōditio prohibentis.¶ Ad idē facit quod no.de dam.infec. in l.si ædibus,& in d.l.inter quos. ¶ Non ob. d. l. cum duobus. §. idem respondit. per quam dicebant contrarium, quia res erat aliter peritura non facta illa expensa, hic autem non.

ADDITIO.

2 ¶ Commune molendinum. Adde Alex.cons.339.inci.cōsideratis verbis.in 2.vol.nu.12.& per totū consi.vbi etiam determinat,quid agendum si alteri officiat,in quo loco cōstare licitum sit & breuiter totam molendinorū materiam discutit in præal.consi.

L.Cū eo qui. ¶ Potest qs eleuare domū suam vsq; ad cęlū,nisi iure seruitutis impediatur.h. d. Aduerte tamen, quòd de iure communi hic non conceditur volenti ædificare publicum locum,vel solum,vt fuit decisum.in l.fi.§.ti.proxi.¶ In gl. 1.in fi.Nec ob.j.eo.l.fi.& j.tit.2.l.2.in princ.& in l. 1. §. eo.& in quolibet eorum no.

Ex.l.Binas

Ex.l.Binas ædes.

SVMMAE.

1 *Aditus an debeatur.*
2 *Hæredi si sit concessa facultas nocendi luminibus: non tamen intelligitur concessa tollendi in altum taliter, quòd habitatio reddatur inutilis.*
3 *Statutum, quòd si quis truncauerit membrum: cōprehendit debilitatum taliter, quòd non possit haberi vsus.*
4 *Statutum puniens fodientem oculum alicui: an comprehendat offuscantem taliter, ꝙ nihil penitus videat.*
5 *Bannitus mortuus an possit spoliari.*

L.Binas ædes. ¶ Lumina domus legatæ non potest hæres totaliter obscurare: sed in parte sic, dummodo tantùm remaneat luminis, quod iudicari possit sufficiens ad vsum, & habitationem illius domus legatę. h. d. Et primò ponit tres quæstiones, vsq; ibi [Marcellus vni.] Secundò respondit ad primū vsque ibi. [Item dicendum.] Tertiò extēdit ad extraneam q̄stionem vsq; ibi [non autē.] Quartò loquitur, vel ratiocinatur. Quintò vsque ibi [sed ita] ex quo colligitur sol. quarto responso supra tradito ad primam quæstionem declaratam, & limitatam in principali modificatione Iurisconsulti statuentis, ꝙ licèt hæres habeat potestatem ędificandi: non tamen in totum lumen excludendi. quid ergo si obscuret in totum. dic, quòd poterit legatarius agere contra hæredem actione ex testamento, non confessoria, vel negatoria; quia non est seruitus constituta ipso iure, licèt hęres cōstituere teneatur. l. seruū filij. §. fi. ȷ̃. de leg. 1. & hoc ideo; quia hæc seruitus non fuit legata expressè. Tunc em̄ bene cōpeteret seruit⁹ ipso iure, sicut & ipso iure trāsit dn̄ium rei expressè legatæ. l. si partē. §. fi. queadmo. serui. amit. sed videtur legata tacitè, & rei legatæ tacitè non transit ipso iure dominium. l. emptor. §. ancilla. s̃. de rei ven. sic & ius seruitutis. Ita sentit. Ia. de Are. & Bar. post eū. in d. l. seruum filij. §. fi. de leg. 1. ¶ In glo. in ver. solet queri. ibi [. l. in vendendo. in prin.] hoc intelligitur, nisi esset seruitus tigni immittēdi vel oneris cohęrentis; quia tunc ipso iure res videtur legata & vendita. ȷ̃. de dam. infe. l. quod cōclaue. & de serui. le. l. 2. & l. si is qui, duas. ¶ In fi. eiusdem glo. Tu conclude aliter, scilicet ꝙ iter hic debeat, etiam si sit legata proprietas tātùm, & aliud sit in contractibus, aliud in vltima voluntate, vt hic. & hoc videtur voluisse glo. in l.
1 proxi. pręcedenti. ¶ † In hoc ergo dubio vtrùm aditus debeatur, conclude; quia aut ille, à quo peto seruitutem, mecum non contraxit nec quasi: & tunc non habeo ius petendi ab eo istum aditum. s̃. l. proxi. Aut mecum verè contraxit: & tunc, si supra vsufr. dic, ꝙ debet aditum, non iuxta seruitutē: sed loco cōmoditatis. d. l. sed & si quid. §. ꝓprietaris. alleg. in glo. Et idem in quolibet alio contractu, qui concernat principaliter vsum rei. ar. ȷ̃. loca. l. sed addes. §. illud. Si verò contraxit super proprietate rei, & tunc si vendidit proprietatem: tunc de seruitute nō conuenitur. l. in vēdēda. s̃. de cōtrah. emp. & de euic. l. q libertatis. §. fi. quod limita primò, vt dixi. s̃. ¶ Hoc verū, nisi in instrumento venditionis reperirent inserta illa verba [cū introitibus & exitibus vsq; in vias publicas] quę quotidie apponūtur in instrumentis. Aut iste quasi contraxit, vt in casu isto hæres adeundo cum me legatario: tunc dic, ꝙ seu sit legata proprietas, seu vsusfructus, debetur aditus per domus hęreditarias, vel proprias ædes. per casum huius. l. quæ inducit hoc vtiliter. facit ad hoc. l. 2. ȷ̃. de ser. leg. Et hæc omnia. s̃. dicta no. secundùm Iac. Bu. ¶ In fi. glo. fi. fol. vt ibi. & me-
2 lius dixi. in glo. 3. s̃. Ex hoc ergo collige, † quòd licèt sit cō cessa hæredi facultas nocendi luminibus: non tamen offuscandi in totū, ꝙ habitatio reddatur inutilis. Et sic no. pa-
3 ria in totū extinguere, vel inutilem reddere. † Et facit ad statutum. Si quis alteri truncauerit membrum, vt cōprehēdat non solùm truncantem: sed debilitantē taliter, ꝙ non
4 possit haberi vsus. † Et facit ad statutum puniens fodientē oculū alicui, vt cōprehendat ne dum effodientem: sed offuscantem taliter, quòd nihil penitus videat. Item per hāc l. secundùm modum prædictum, dicitur posse argui, quòd licèt per statutum permittatur bāniti, vel rebellis offensio: non tamen videtur permitti eius totalis extinctio. Cōtrariū tn̄ determinatum fuit; quia cum statutum loquatur simpliciter, & indeterminatè permittat offensam, qualibet offensa ex generalitate sermonis intelligebatur esse permissa argumen. l. 2. §. quod autem. ȷ̃. de aleat. & ibi glo. Et hoc tenendo posset responderi ad istum tex. ꝙ hic loquitur in sua materia, & in casu, in quo hoc iudicatur, ex natura præcedentis causæ. i. legati, cui hoc debetur, quasi loco cuiusdam accessionis. Vnum tamē nota, ꝙ talis licētia (quantuncunque latè concessa) extinguitur per iudi-
5 cem banniti vel rebellis. † Et ideo licèt posset offendi in ære, & in persona: mortuus tamen non poterit spoliari. argu. l. si pœna. ȷ̃. de pœn.

Ex.l.Qui luminibus.

SVMMAE.

1 *In seruitutibus negatiuis, vbi præcedit præscriptio, requiritur prohibitio & vsus.*

L.Qui luminibus. ¶ Contra formā statutā, ne vicini luminibus officiatur, quis ædificare non potest. h. d. in nube. & si sit dubiū de mensura, recurritur ad arbitriū. hoc secundò. ¶ Et aduerte; quia, vt colligitur ex gl. hic. ista. l. potest exemplificari in seruitute præscripta. Item secundò in seruitute constituta. Est secundum istum sensum no. hic, ꝙ licèt agatur de reparatione antiqui ædificij dirupti: non tamen permittitur refectio vltra modum debitæ seruitutis. Et si de modo dubitetur, vel de eius excessu: potest ad arbitrium boni viri recurri. ¶ In tex. ibi [antiquorum ædificiorum] quæ vigore statuti, consuetudinis, vel pacti vltra certum modum extolli non possunt, sm̄ communem modum ędificandi. ¶ In tex. ibi [arbitriū accipere] No. de assumptione calculationis. Et facit ad not. in l. non solum. §. sed vt probari. de ope. no. nuncia. secundùm Barto. & ibi etiam dixit Ioan. ¶ Gl. 1. ibi [&. C. eo. ti. l. & si manifeste] secundùm istam literam, pondera quòd ista. l. loquitur in seruitute præscripta. ¶ In ea. gl. ibi [seruitutem debebat] & sic secundùm istam lecturam loquitur in seruitute cōsti-
1 tuta. ¶ In fi. eiusdem glo. No. ergo ex ista glo. † ꝙ in seruitutibus negatiuis, vbi pręcedit præscriptio, requiritur prohibitio, & vsus. In affirmatiuis non requiritur prohibitio, In istis. n. nō quæritur quasi possessio. ita intelligatur. s̃. tit. 1. l. seruitutes. la grāde. in glo. magna. circa illa verba glo. [non vi, aut clam &c.] Et no. bene istam glo. cui consonat alia. in l. 2. C. eod. & alia in c. abbate. extra de verbo. signi. in 3. glo. Et probatur hæc doctrina. ȷ̃. si ser. ven. in l. & si forte. §. 1. & allegatur per Dyn. de ope. noui nuncia. in l. si prius.

Ex l. Edifi-

L Aedificia ¶Plātatio arboris non est contra seruitutē altius non tollendi:sed cōtra seruitutem prospectus sic.h.d. Et sic loquitur de alia seruitute,quàm loquatur.ȷ.eo.l.si arborem.quę loquitur in seruitute,ne luminibus officiatur.¶No.ergo, ꝙ aliud est debere seruitutem certi generis,& formæ; puta altius nō tollendi. & aliud est debere seruitutē latam,& generalem, vt est seruitus præscriptionis. Nam primus non prohibetur,nisi respectu eorum,quæ specificata sunt:secūdus autem prohibetur ab omnibus,quę obesse possunt seruituti,secundùm Bal.

Ex l.Quidam Iberus.

SVMMAE.

1 *Caminum non licèt facere in pariete communi; ita ꝙ per ignem comburatur,vel deterioretur communis paries.*

2 *Aedium appellatione an comprehendatur porticus.*

3 *Domus appellatione an contineatur quodlibet ædificium,et an porticus.nu.4.*

5 *Statutum pœnale contra inuentum extra domū sine lumine,an comprehendat inuentum in porticu.*

6 *Statutum augens pœnam contra insultātem alium ad domum, an comprehendat facientem insultum sub porticu.*

L.Quidam Iberus ¶Non est licitū supra vel iuxta parietem communem aliquid innouare,per quod paries deterioretur. Et ex vrbanitate dēt creditor extra iudicium debitorem requirere,& non de necessitate.h. d. Primò ponitur thema,& quæstio.Secundò eius responsio.ibi [non licèt autem]tertio consilium,vel quædam suasio. ibi [qua de re]¶In tex.ibi [secundùm parietem]idest,iuxta. ita etiam sumitur.ȷ.eo.in l.fistulam. & de præscrip. verb. l.duo secundùm. Alijs tamen modis accipitur.C. de contrahē.emp.& commi.stip.in l.secundùm.vbi Cy.C.de insti.& substi.in l. si testamento. & de lega. 3. in l. cum quis decedēs.§.qui testamēto. C.de excusa.mu.in l.negotiatores.lib.10.& s̄.de inoffi.testa.in l.si pars.de pigno.in l.si superatus. in prin.& extra de ver.sig.in c.abbate.& de cōst. pe.in l.eum qui.§.Iulianus quoque. Et adde,quando reperitur appositum in priuilegijs an apponatur,vel conditionaliter.quod tangit Archi.3.distin.in c.priuilegia. vbi gl. dixit,ꝙ illa verba [si vt iure possides] sumūtur pro,quia. ¶In tex.ibi [neque parietem quidem suum:sed parietem communem] qui minaretur ruinam,& refectione indigeret , etiam si communis esset, præstitaque etiam cautione construere posset.vt.l.in parietis.& l.inter quos. in princi.
1 ȷ.de dam.infec. ¶Nota hic tex.probantem , † quòd non licèt facere caminum in pariete communi : ita quòd per ignem comburatur,vel deterioretur cōmunis paries. Si tamen ibi solum faceret tubam camini ; ita quòd solum fumus ascenderet,& ignis non appropinquaret parieti;& sic cessaret ratio deteriorationis : videtur dicendum hoc esse permissum.& hoc tenuit Bar.per l.fistulā.§.pe.& fi. ȷ. eo. & l.hoc dictum.§.fi.ȷ.eo.Idem tenet Bal.no.¶Etiam no. ex ista.l.moralitatem prius loquendi cum aduersario &c. hoc tamen est simplex consilium.l.cum postulassem.ȷ. de de dam.infec.& C.de pig.l. debitores. non est autem necessitas. Et ita dici: hic Oldra. ponendo casum:alibi tamē præcipitur, quòd cum Fausto loquatur. extra de syndi. in c.1. Item contra istum tex. videtur facere. l. si seruus seruum.§.si furnum.ȷ.ad.l.aq.l.Sed solue,vt ibi no.¶In gl. ad parietem.ibi [duos pedes,vel vnum] No.glo.quæ quotidie allega.& potissimè ad illam questionem.si quis insultauerit aliquem ad domum &c. de qua in l. apud Labeonē. §.inter conuitium.ȷ. de iniur. vbi per Ia.de Are. & Bald. Sed ad istum tex.tamen posset responderi,quòd hic terminus sit statutus secundū conuenientiam subiectę materiæ. Et ideò in q.proposita,an dicatur factum ad domū,quod fit in porticu,videtur tex.quòd porticus non comprehendatur appellatione ædiū.de leg.1.l.cætera.§.hoc senatus-
2 consultum. In contrarium facit de incen.rui. nauf. l. qui ædes.Bar. dicit † ꝙ appellatione ædium comprehenditur porticus; quia ædes dicuntur ab edo edis. quod idem est, quod pono , seu ædifico: vnde ædes idem est,quod ædificium : vnde continetur porticus ; quia ædificium est.
3 † Sed appellatione domus quodlibet ædificium non continetur,nisi habeat parietem,& tectum.s̄.de rei vendi.in l. solum . porticus ergo non est domus : sed accedit domui. vnde facta sub porticu,non dicuntur facta in domo,sed ad domum.ar.eius,quod hic no.cum ista glo.¶Adde etiam, quod ipse tetigit post Guil.s̄.de offi.proconsu.& lega. in l. meminisse.vbi loquitur de statuto.Si quis aggrediatur aliquem in domo. Adde etiam casum.in l.1.§. 1. ȷ. de cloa.
4 † In hoc tamen dubio forte posset dici,an contineatur ap-
a pellatione domus*,ꝙ vbi ampliaret significatū verbi ędiū,
5 vel domus: de facili tunc cōprehendat etiam porticū. † Et ideo statutum pœnale contra inuētum ex domum sine lumine , non comprehenderet inuentum sub porticu; prout
6 facit.l.prædijs.§.pe.&.§.1.ȷ.de leg.3.¶ † Item statutum augēs pœnā cōtra aliū insultantē ad domum, nō cōprehēdat facientem insultum sub porticu domus; maximè quia aliud est dicere ad domum,& aliud in domo:vt.d. §. conuitium.& l.lex Cornelia.§.domum.ȷ.de iniur.aliàs tamē aliter dixi,ꝙ si porticus sit affixa ædibus,vt sunt Bononiæ, ꝙ tunc pars ædium , censeāt , vel domus. l.quod cōclaue. ȷ. de dam. infec. Et ideo tunc continetur porticus ędis appellatione;secus si nihil habeat.s̄.s. quod cōtingat cum domo,vt patet in Tuscia;tunc.n. porticus nō cōprehendit̄ appellatione domus . ¶Item quod est factū in confinibus ecclesiæ,dicitur esse factum in ecclesia , & sic consistens in hostio ecclesiæ,non potest capi.in l.præsenti.§.fanè. C.de his,qui ad eccle. confug. quod bene nota.

ADDITIO.

a ¶Appellatione domus. Adde Pau.de Ca.in cons. 211. in 1.lib.nu.1.circa principium ipsius cōsilij,vbi decidit, quæ contineantur appellatione domus. Et de duplici significatione huius dictionis,domus , quę interdum sumitur pro domicilio,interdū pro familia,interdum pro simplici habitatione.& alijs pluribus modis:vide eundem Pa.de Ca. in consil. 92. in 1.volu.versic.his tamen non obstantibus. nume. 3.

§. Parietem communem .

¶Paries communis potest licitè incrustari, & pingi: tempore tamen demolitionis , & in cautione damni infecti nō venit consideratio picturarum.h.d. Et præmitto, quòd legitur duobus modis, vno modo , quòd loquatur in vicino socio, & secundùm istam lec. procedunt contraria formata in glo. Secundò, ꝙ loquatur in vicino non socio,& istam lec. ponit gl.1.ibi [vel dic secundò] quæ dicit, quòd ita ponendo casum,non habent locum contraria hic formata. vide.ȷ.de ver.sign.l.impensa.in fi.¶In tex.ibi[picturas.] Et est ratio;quia socij non interest.l.Sabinus.ȷ.cōi diui. ¶ In tex. ibi [si vicinus] scilicet socius,secundùm primam lec. & cauerat socio.de dam.infec.vel dic. non socius,secundū aliam lec.¶ Glo.in ver.sic vicinus ibi[& tunc nō cauetur]

non

non committitur stipulatio. ¶ In ea. glo. ibi [. l. inter quos] & de hoc vide quod no. Bar. vbi hoc reassumit. in l. damni. la. 3. §. cum parietem. ʒ. de dam. infec. In contrarium allegatur in gl. & in l. ex damni. §. quotiens. ¶ In ea. gl. ibi [l. in cõmuni. &. l. se.] Nunc hic attende; quia hoc potest procedere, quando licitè ædificat. Sed si illicitè: tunc aut erat communis pro diuiso, & idem, aut pro indiuiso: & tũc dẽt præstari cautio. Sed sibi imputet, qui nõ prohibuit ædificare. l. q bona. §. si quis iuxta, & ibi no. de dam. infe. & l. Sabinus. ʒ. communi di. ¶ In ea. gl. ibi. [l. ex dãni. §. quotiens] hoc verum, nisi alter socius prætiosiora haberet ædificia. & sic maius damnum sentiret. d. l. inter quos. in prin. ¶ In ea. gl. ibi. §. cum parietem, & hic Bar. latius reassumit. in d. l. inter quos.

L. Imperator. ¶ Quilibet potest liberè ędificare in suo, si nõ appareat oppositum propter seruitutem, & ædificet sñ legis. præceptum. hoc dicit. Et præmitto, quod tãgitur in 2. gl. ¶ Gl. super ver. à vicinia. in fi. Sed contra hoc videtur facere. l. quæ probat, quòd imò sufficiat dimitti vnum pedem, vel duos. l. fi. ʒ. fi. regun. sed solue, vt ibi no. & C. de ædi. priua. l. Mæuiana.

L. Inter seruitutes. ¶ Seruitus ne ꝓspectui officiatur, & seruitus ne officiatur luminibus, differunt inter se, & hñt se vt excedẽtia, & excessa. h. d. Et legit̃ duob⁹ modis in glo. Sed secũda lec. planior est, quæ ponit̃ in gl. 2. ibi [põt ẽt alr̃ intelligi.] ¶ In tex. ibi [& liberũ.] Et sic nõ põt aliquid facere impediendo prospectũ inferioris, licèt nõ obscurẽtur lumina. ¶ In tex. ibi [ad luminis impedimentũ] Secus ergo si non impediat lumen, licèt prospectũ impediat de longinquo: dum tamen possit videri cælũ. ʒ. l. proxima. ergo plus habet offendi. ar. ʒ. de offi. præsi. l. illicitas. §. ne tenuis vitæ. vbi gl. facit mentionem de porcello.

Ex. §. Si seruitus.

SVMMAE.

1 *Procuratore in rem suam debet intentare vtiles contra dominum.*

2 *Fructuarius non habet vtilem confessoriam: sed solam directam.*

3 *Dominus potest nunciare domino.*

§. Si seruitus. ¶ Cõstituenti aliquid, per qd⁹ seruituti luminum officiatur. potest opus nouum nunciari. h. d. cum. l. se. ¶ In glo. super ver. nunciari. ibi [in rusticis autem non] l. qui viam. ʒ. eo. & ibi gl. dicit (quæ ponit hanc so.) ꝙ in rusticis est speciale fauore agrorum. ¶ Sed hæc sol. ibi reprehenditur per tex. in l. 1. §. siue autem. ʒ. eo. ti. & in l. in iudicio. 2. ʒ. fa. her. Dico autem, ꝙ alia ratione non est bona; quia fortè per ædificium tolletur mihi ius eundi ad fundum. Posset ergo dici, ꝙ alia sit ratio diuersitatis. s. quia seruitutes vrbanæ constituuntur in quadam perpetuitate, vt colligitur. ex no. in l. si is qui. §. fi. cum seq. ʒ. de pigno. Sed quia hæc so. videtur violare literam, ideò communiter non tenetur. Sed aliter soluitur, vt. ʒ. dicam. ¶ In ea. gl. ibi [familiæ. l. in hoc iudicio] volentes tamen istam defendere, dicebant, ꝙ illa. l. in iudicio. debeat restringi ad seruitutes vrbanas. Et pro ratione differentiæ recurre ad gl. in d. l. q viã. vt. ʒ. proximè declaraui. ¶ In ea. gl. ibi [domino proprietatis non.] Et ratio est; quia constituenti eum procuratorem, non potest nũciari nomine Domini; quia sic ipse videretur nũciare sibi-
1 ipsi. Ex quo no. † ꝙ procurator in rem suã, non potest illo iure vti contra dominum. s. vt intentet directas: sed debet intentare vtiles sibi concessas. Simile. ʒ. de rei vend. in l. si culpa. vel actiones descendentes ex contractu, qui resultat ex cessione. l. 2. §. peruenisse. ʒ. de hære. vel acti. vendi. &
2 de hoc per Dy. in reg. pro possessore. in fi. ¶ Item nota †, ꝙ fructuarius non habet vtilem cõfessoriam; quia posset etiã intentare contra dominum: quod tamen negat. d. l. 1. in fi. ʒ. si vsufr. pe. Habet ergo solam directam, quæ nascitur ex constitutione vsusfructus, quam contra dominum non intentat. sed solo iure: per hoc tamen nondum solutum est cõtrarium. ¶ In ea. gl. ibi [sed in vsufructu.] Aduerte; quia gl. facit differentiam inter seruitutem realem, & personalem, quæ differentia non videtur vera, per casum. in l. de pupillo. §. imposititiã. ʒ. de ope. no. nunc. vbi loquitur in reali, & tamen domino nunciatur. Alij ergo aliter responderunt ad contrarium, vt sentit glo. in d. l. qui viã. ꝙ si ædificans confitetur nunciantẽ ius habere, vel hoc constat: tunc potest nunciari, aliàs nõ. Et istam so. tenuit ibi Ray. Sed non videtur bona ista so. quia non debet à principio huius nunciationis constare de iure nũciantis. l. 2. in princ. de ope. no. nu. vbi dicit, siue iure, siue iniuria. &c. Alij dicũt hic speciale in seruitute luminũ, & oneris ferẽdi, aliàs nunquam, & in consequens, quæ so. ibi reprehenditur per Bar. per casum. l. in iudicio. fam. her. Et ideo nec ista est bona solutio. Ad contrarium, so. ergo, vt dicam in fi. glo. ¶ In ea. gl. ibi [vsufructuarius, ergo nulli nunciat] Sed quare cũ habeat ius in re. l. 2. ʒ. de vsufruc. Nec potest proprietarius in re illa aliquid noui facere. ʒ. de vsufruc. l. vsufru. lega. §. hac ratione. ergo ratione sui iuris debet posse nunciare, quando à domino vel vicino ædificatur, ita ꝙ noceat fructuario; nam & tunc potest petere cautionem. l. qui bona §. & qui superficiarium. de dam. infe. Secus si per ædificiũ nõ noceat fructuario, sed tñ dño; quia tunc nõ noceat proprio nomine: sed procuratorio nomine dñi tñ. Bar. tñ dicit, quòd hic videbatur contra casum. in d. l. 1. in fi. quia & ibi fiebat deterior vsusfructus. ¶ Ad contrarium ergo formatum dicit aliter, quòd licèt habeat ius in re fructuarius; tñ est adeo debile, quòd illius vigore non potest nunciare; quia de facili periturum. Ita notat Dy. in l. de pupillo. §. impositiam. & gl. in d. l. qui bona. §. 1. de dam. infec. ¶ In fin. eiusdem glo. Tu autem pro conclusione veritatis dic, quòd aut loquitur in seruitute personali, vt vsufruc. aut in reali. Si in personali: tunc si ædificat̃ in ipso loco, in quo debetur vsusfructus: tunc fructuarius potest denunciare tam domino, quã extraneo. l. vsufructu legato. ʒ. de vsufruc. Ratio est; quia habet ius in re. Si autem ædificatur in alio loco: tunc extraneo non nunciat nomine suo, licèt procuratorio nomine domini, à quo videtur constitutus procurator. l. 1. in fin. ʒ. vsufruc. quemad. cau. domino verò non potest nunciare. d. l. fi. cum. l. seq. ¶ Secundo casu quando loquitur in seruitute reali: tunc dic, ꝙ siue sit rustica, siue vrbana potest nunciari, vt hic & in d. l. in iudicio. & l. de pupillo. §. sextus. de ope. no. nun. ¶ Non ob. l. qui viã. quia loquit̃ in reficiẽte; ideo non põt ei nunciari. l. 2. §. si quis ædificiũ. eo. tit. & hic est cõis intellectus ad illam. l.
3 ¶ Nec ob. de iti. ac. que priua. l. 3. §. hoc aũt. & §. seq. † ꝙ dominus potest nunciare domino, vt. d. l. qui viã. & hic no. glo. l. lumen. super verbo. inferioribus. ibi [vt excedentia & excessa] quia si debeatur prospectus sine determinatione loci, se habet in plus, quàm lumen. vt. ʒ. l. proxi. Sed si respectu certi loci potest haberi prospectus in loco, vnde lumen non habet: secus est, vt de se patet.

Ex l. Ar-

Ex l. Si arborem.

S V M M AE.

1 *Quondam, dictio circa quæ versetur.*
2 *Interesse consideratur in seruitutibus.*

L. Si arborem. ¶ Vbi per appositionem arboris impedit aspectus cœli vr̃ fieri cõtra seruitutẽ luminũ. Et sic si impediat venire solẽ, vbi multũ expediat venire, aliàs secus. Et depssio arboris, vel ædificij regulariter non iudicat esse contra debitam seruitutem. h.d. vsque ad. §. hæc. l. Et primò ponitur thema, ex quo tacita quæstio, & eius solutio. Secundò eius ratio ibi. [Nã & arbor.] Tertiò noua formatur quæstio in versi. [licet tamen] cui subdiuisioni respondet vsque ibi [per contrarium.] Ibi formatur noua quæstio in deponente, vel colente, vsque ibi. [Interdum] ibi proxima responsio limitatur. ¶ In tex. ibi [Cui sol fuit necessarius] sicut contingit in persona Diogenis Cynici, ad quem in sole sedentem cum Alexander accessisset, hortareturque, vt si qua sibi præstari vellet, indicaret. inquit Diogenes. Interim vellem, vt à sole mihi non obstes. Ita refert Valerius in lib. 5. in c. de cõtinentia & abstinẽtia in plurib' exẽplis.
1 ¶ In tex. ibi [quondam] † Nota istam dictionem, quondam,
2 versari circa rem. Quandoque versatur circa personam, extra de testa. c. quia ingredientibus. & c. filius noster. Qñque respicit officiũ, ita sumitur in l. tuto rẽ quondam. C. de arbi. tute. Quandoq; versatur circa dominium. l. cũ affirmans. C. de lib. cau. ¶ Nota ex ista. l. ꝙ in istis seruitutibus consideratur interesse, & vix impetratur fieri contra debitam seruitutem, vbicunque aliquid fiat, quod lædat, siue contingat per modum excessus, siue per modũ depressionis, siue decessus.

ADDITIO.

2 Dictionem, quõdam. Adde quòd dictio, quondam, importat præteritum tempus. Fely. in c. ex parte. C. de fo. compe. col. 1. versi. prima intelligentia. Et quid si in testamento dicatur. Titius filius Sempronij, & Sẽpronius pater non viuebat, & sic deficiebat [quodam] an testamentum sit nullum. vide eundem Feli. in d. c. ex parte. B. vnde no. cautelã ad sustinendum testamentum, in quo dicit filius. M. quamuis mortuus sit Martinus. tamen subauditur, quondam. & ista est communis opi. quam tenẽt omnes in d. c. ex parte. B. Sed quid econtra. Pone in instrumento testamẽti dictũ est, Titius olim Sempronij, & in veritate Sempronius pater viuebat. vide Bar. in l. 1. §. 1. ff. de noui. ope. nun. col. 1.

Ex §. Hæc lex.

S V M M AE.

1 *Verba obscura semper interpretantur ad nocumẽtum eius, qui intentionem suam fundant ex eis.*
2 *Res semper videtur vendi libera in dubio.*

§. Hæc lex. ¶ Verba obscura & maximè captiosa interpretantur cõtra proferentẽ. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Obscuritas in verbo, sui natura nocet exprimenti. hoc dicit. ¶ Et conclude pro huius
1 intelligentia, † quòd semper interpretatur ad nocumentum eius, qui intẽtionem suam fundat ex verbis obscuris. Et primò loqtur in seruitute stillicidij. Secundò in seruitutibus alijs. Secũda ibi [quę de stillicidio.] ¶ In tex. ibi [stillicidiorum] scilicet domus emptæ. ¶ In tex. ibi [excipiendo rum] scilicet in viam, domum, vel curiam. ¶ Et no. istum casum ad no. in l. veteribus. ff. de pac. hic tamen non erat obscuritas ratione rerum: sed in modo intelligẽdi verba prolata. ¶ Item sic in hoc est differentia inter verba obscura prolata in contractibus, vt. d. l. veteribus. & l. si in emptione. in princ. de contrahen. emp. & de ver. obliga. l. quoties in stipulationibus. Et prolata in iudicijs, vbi interpretatio pendet à solo proferente. l. si quis intentione. ff. de iudi. tangitur extra de resti. spo. c. cum ad sedem. per Dy. in reg. in obscuris. Adde Glo. no. in l. Pomponius. ff. de rei vendi. & de verb. oblig. l. quicquid astringendæ. ¶ Nota ergo ex isto
2 tex. † quòd in dubio semper res videtur vendi tanquam libera &c. Nota ergo, quòd verba expressa in contractu, quæ possunt sapere seruitutem, in dubio intelligũtur de seruitute actiua, non passiua. ¶ Sed contra istum tex. videtur casus. ĩ. communi prædi. l. in tradẽdo. in prin. l. quicquid. eo. ti. & l. eum debere columnam. ĩ. tit. nostro. So. vt in eis no. ¶ In fi. glo. pollicetur. Aduerte quia finis huius glo. in vtraque parte procedit, quòd in princip. loquitur: quando domus vicini erat apta ad seruitutem illam recipiendam. Et sic generaliter loquendo, videtur emptorem decipere. Finis ergo loquitur, quando in euidenti apparebat domũ ad hoc non esse aptam. Et pro hac distinctione facit. ĩ. de contrahen. em. l. ea quæ commendandi.

Ex l. Si fistulæ.

S V M M AE.

1 *Actio in factum subsidiaria competit pro damno dato de non corpore in corpus cum culpa.*
2 *Actio legis Aquiliæ datur, vbi homo est immediata causa damni.*

L. Si fistulæ. ¶ Si fistulæ appositæ iure seruitutis domui meæ, dent mihi damnum, agam vel lege Aquilia, vel actione ex stipulatu. Hoc dicit. Sed quia iste casus procedit secundùm vnam lectu. Ideo summo in nube sic. ¶ Damnum, quod datur à fistula, venit in actione in factum, & in cautione dãni infecti. Hoc dicit. ¶ Et præmitte, quòd legitur dupliciter, primò, quòd fistulæ erant applicatæ iure seruitutis: & hunc intellectum prosequitur prima glo. magna. Secundò quòd nulla seruitus debeatur, & hoc sensit hæc vltima gloss. secundùm quam cessarent omnia contraria prima hic formata. ¶ In tex. ibi [ducis] iure seruitutis secundùm vnam lec. ¶ In tex. ibi [mihi dent] debenti seruitutẽ aquæductus, secundùm illam lectu. ¶ In tex. ibi [competit] contra te, cui debetur seruitus, quando culpa tua interueniente, mihi datur damnum. ¶ Nota alio modo
1 allegari posse istum tex. scilicet, quòd † pro damno dato de non corpore in corpus cum culpa, competit actio in factum subsidiaria leg. Aquilię. Vbi autem datur damnum vitio naturali: tunc competit propriè actio ex stipulatione damni infecti. ¶ In gl. in factum [vti debes] & si vitio naturali sine tui culpa læsio contingat, non teneris. ĩ. tit. 1. l. si mihi. §. seruitus. Si autem tui culpa, teneris, vt hic. ¶ In ead. gloss. ibi [scilicet gestione fistularum] scilicet immediatè. Sed si tui in culpa, sum mediata causa dãni. ¶ In ea. gl. ibi [negat Aqui.] s. directam, sed habet locũ in factum; vel vtilis Aquilia, secundùm Bu. quare autem di
2 catur negari Aquil. dic, ꝙ ideo; quia † illa datur, vbi homo est immediata causa damni. ĩ. ad l. Aquil. l. sed & si quicũque. §. 1. hic autem homo non fuit immediata causa, vt. ff.

dixi. Et adde ad istum casum alium casum in l. si seruus seruum. §. fi. ad leg. Aquil. ¶ In ead. glo. ibi [& diuersis casibus hic, dicit dari.] Vel dic aliud ad contrarium, quòd cautio damni infecti (licèt extraordinaria) concurrit cum actione in factum subsidiaria, vel Aquil. vt hic, licèt non concurrat cum lege Aquilia ordinaria. facit quod not. in l. quemadmodum. §. magistratus. ad leg. Aquil. & in l. de pecoribus. C. eod. & ita intellexit Bar. ista iura. ¶ In ead. glo. ibi [ex defectu naturæ] non propter aliud extrinsecus secundũ But. in fi. eiusdem glo. ¶ Vel posset dici, q hic fistulæ erant applicatæ non iure seruitutis, & sic cessat hoc contrarium vltimum. Et hoc satis innuit hæc glo. Sed vr extra glo. q ideò nunquam habeat locum cautio damni infecti; quia non habuit locum, nisi cum potuit prouideri l. fluminum. §. hæc stipulatio. de dam. infec. sed habet locum actio legis Aquiliæ. ita loquitur d. §. pacti. ¶ Si verò ex defectu ædificij, & culpa hominis simul: tunc attende. Aut. n. fuit culpa commissa in faciendo, & non habet locũ actio leg Aquil. sed actio in factum, vel leg. Aquil. vt d. §. pacti. Aut in non faciendo: & tunc non potest habere locũ actio leg. Aquil. d. l. si cuius. §. denique. s. de vsufruc. & tũc habet locum actio damni infecti, & stipulatio interposita committitur, vt hac. l. in fi. ¶ Si verò damnum interuenit sine culpa aliqua: tunc verum est nullam actionem competere. d. l. fluminum. §. hæc stipulatio. & eod. tit. l. sed ita idoneum. ¶ In fi. glo. damni. ex hac glo. collige secundam lect. ad tex. de qua. s. dixi in princ.

L. Fistulam.

¶ Nõ possum prohiberi aliquid in meo facere, dummodo aliquid in alieno non immittã. h. d. ¶ Vel sic. Non est licitum in communi pariete aliquid facere, vel aliquid ei apodiare, per quod paries corrũpi potest: & quod nõ possit per se subsistere, etiam conducto pariete. h. d. Et not. istum tex. ad declarationem. l. quidam Iberus. s. eo. ¶ In tex. ibi [non iure] hic potest intelligi: s. seruitus, quãdo res communis nemini seruiat. j. eo. l. in re communi ¶ In tex. ibi [prohiberi]. i. iure, vt dixi. s. eod. l. quidam Iberus. vbi vide. ¶ In tex. ibi [in tricliuio] de isto quid importat. vide j. cõmo. l. si vt certo. §. si de me petijsses. ¶ In tex. ibi [qa remoueri possunt] ex quo collige, quid in scalam lapideã applicante ipsi parieti. ¶ Not. ergo vltra summariam doctrinam, & contingen. inter socios communionem hñtes fortè in pariete, an aliquis possit ad illum parietem aliqd applicare. Nam debet attendi, an subsistere possit sublato pariete, an non. Item an impediat refectionem communis parietis. ¶ Not. istum tex. in ver. [scalas] quem Bal. allegat, q non idem iuris est de scala, & de muro: vnde scala quæ est foris hostium, non continetur apppellatione domus: & sic maleficium, quod fit in scala exteriori, non videtur domi factum: quod not. secundum Bal.

Ex l. Seruitutes.

SVMMAE.

1 *Seruitutes rusticæ perduntur sola negatiua.*

2 *Factum requiritur ad possidendum in incorporalibus.*

L. Seruitutes.

¶ In incorporalibus quasi possessio dr hri, & retineri facto quodã. h. d. ¶ Vel magis ad literã. In seruitute tigni, vel stillicidij (immediatè facta immissione) dr quis habere continuam possessionem. h. d. ¶ In tex. ibi [si supficie] vt sunt seruitutes vrbanæ. s. eo. l. 1. ¶ In tex. ibi [pos. retinent] impropriè, vt. s. tit. 1. l. seruitutes. ¶ In tex. ibi [possideo] seruitutẽ tigni immittẽdo: & ideò nõ pdo, nõ vtẽdo, nisi tu (actũ contrariũ faciendo) libertatem præscribas. s.
1 eo. l. hæc autem iura. Sed seruitutes rusticæ sola negligentia pduntur. j. de vsuca. l. sequitur. §. si viam. Et quæ sit rõ diuersitatis inter istas seruitutes, vide qđ dixi in l. hæc aũt iura. & in d. l. seruitutes. s. tit. 1. ¶ In tex. ibi [& si menianum]. i. solariũ. C. de ædi. priu. l. meniana. ¶ No. hic tex. q in incorporalibus ad possidendum vr factum requiri. Sed attende, q hic potest procedere in his incorporalibus quæ hñt aliquid facti. Secus aũt in his, quæ nullũ, aut nihil facti hñt, vt est ius eligendi, hñdæ, & exercendæ iurisdictionis, & similibus. ¶ Et hanc dñiam nota pp id, qđ subtiliter dicit Inno. q dicit, q licèt in incorporalibus, in quibus aliquid facti requiritur (ẽt post sñiam) victor non põt occupare rem sibi adiudicatam: sed p executorem debeat sibi tradi. C. de arbi. l. pen. §. 1. & de iudi. l. properandum. Tñ in istis incorporalibus iuribus, in quibus corporale attenditur, vt electionis, iurisdictionis, & similibus statim lata sñia, potest actor ingredi possessionem, & aduersari⁹ possessionem amittit. Consilium tñ est, vt oĩs dubietas tollatur, q iudex dicat in sñia. Adiudicamus vobis ius eligendi, & aduersario silentium imponimus. At in corporalibus, in quibus aliquid corporale attingitur, vt in præbendis, possessor condemnatus per aduersarium, non prohibetur exercere, vt prius, si ille, qui in possessione erat, si nõ est ei impositum silentium, cogitur cauere, q de cætero iure illo, vel seruitute non vtetur. j. si ser. vendi. l. harum. Ita vult Inno. de concess. præb. in c. 1. per duas col.

Ex §. Si domo.

SVMMAE.

1 *Constitutione simplici seruitutis eundi absq; alia expressione, quid concedatur.*

§. Si domo

¶ Qñ aliquid promittitur, intelligitur ita promitti, q ex eo possit vtilitas percipi. h. d. ¶ Vel sic. Licitũ est alicui facere illud, sine quo non põt habere vsum seruitutis. h. d. ¶ No.
1 q † ex simplici constitutione seruitutis eundi absque alia expressione, videtur concessa facultas, & licentia faciendi scalas, & similia, sine quibus iter haberi non potest.

Ex §. Si sublatum.

SVMMAE.

1 *Ecclesia destructa, postea restituta, durat priuilegium indulgẽtiarum.*

2 *Lazarus resuscitatus an debeat recuperare sua bona.*

§. Si sublatum.

¶ Seruitus prędialis rei mutatione nõ tollitur, licèt personalis sic. h. d. ¶ Aedificium destructum, & restitutum (quò ad iura realia) videtur idem, licèt secus sit quò ad personale. h. d. ¶ In tex. ibi [idem intelligitur.] Nõ ob. de aqua quot. & æsti. l. hoc iure. §. aquęductus. & de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacrã. in fi. & in qualibet earũ not. ¶ In tex. ibi [interijt] quod est verum de iure. Et quæ sit ratio diuersitatis inter habere seruitutem personalẽ, & realẽ, dicã statim sup gl. ¶ No. istũ tex. primò, qa facit, q
1 † destructa ecclesia, & postea restituta, duret priuilegiũ indulgentiarũ, sñ Bar. Tu aũt dic, q hoc pcedit, qñ destruit de facto.

de facto. Secus si de iure. Ita dixit Inno. de ope. no. nun. c. cum ex iniuncto. vbi vide. Et adde quod no. per Dyn. & alios. in l. cum pater. §. Tusculanus. de lega. 3. ¶ Secundò nota ibi. Et idem intelligatur, ꝙ paria sunt quid esse verè
2 idem, vel reputari idem iuris fictione. Sic facit, † ꝙ Lazarus resuscitatus debeat recuperare sua bona; quia licèt nõ sit idem numero, vt quidam dixerunt: tamen idem reputatur iuris fictione; ergo &c. Alij tamen dixerunt, ꝙ omnino est idem homo; quia cum eædem sint partes substantiales in eo: & surrexerit moriturus; ergo est idem homo: secus si non moriturus: quia non reputaretur idem homo, secundum beatum Thomam. de hoc etiam dixi. s. de legi. in l. 4. & adde glo. 32. q. 7. c. licitè, & quod ibi tetigit Archid. ¶ In glo. pars ibi [& si fortè. §. etiã] & iõ diuersitatis est; quia seruitutes personales facilius amittunt. C. de vsufr. l. corruptionẽ. Extinguũt. n. mutatione rei, & formæ, qđ secus est in realibus. vt hic. & d. l. repeti. §. rei. s. qui. mod. vsusfru. amit.

Ex. §. Si seruitus.

SVMMAE.

1 *Seruitus potest meliorari ex industria dominorum.*

§. Si seruitus. ¶ Dominus domus dominantis nõ potest aliquid innouare, per quod conditio seruientis deterior fiat: sed melior sic. Hoc dicit. ¶ In tex. ibi [si antea] tempore seruitutis constitutæ. ¶ In text. ibi [facere poterimus] nos, quibus debetur seruitus stillicidij. ¶ In text. ibi [fieri posse] ab eo, cui seruitus ipsa debetur. ¶ Nota
1 † quòd seruitus potest meliorari ex industria dominorũ. ¶ Not. secundò, quòd quædam alteratio potest fieri sine incommodo debitoris, quæ non permittitur cum eius incommodo. Ex quo no. regulam, quæ colligitur hic ad fi. & colligitur ex summario.

§. Qui in area. ¶ Dominus prædij debẽtis stillicidium recipere, potest ibi ædificare; dummodo per hoc non impediat stillicidiũ. h. d. ¶ Vel sic. In suo potest dominus quilibet ędificare pro libito, dummodo non noceat seruituti constitutæ. h. d. ¶ In gl. qui in area. ibi [sol. vt ibi] quia ibi ædificium impedit vsum seruitutis, hic non.

Ex. l. Si domus.

SVMMAE.

1 *Seruitutes habens duas separatas, renunciando vni, non intelligitur renunciare alteri.*
2 *Statutum municipale continens idem, quod ius commune, non tollitur per nouam constitutionem: quæ de illo non fecit mentionem.*
3 *Proponens duas exceptiones, si renunciat vni earum, non intelligitur propterea alteri renunciare.*

L. Si domus. ¶ Si habens plura iura, vni eorum renũciet, intelligitur alterum retinere. h. d. ¶ In tex. ibi [non liceat] nam remissio personæ seruientis potest procedere sine remissione secundæ: & ideo non importat remissionem illius fieri,
1 vel non fieri: aliàs secus esset, vt in glo. ¶ No. ergo, † ꝙ habens duas seruitutes seperatas, renunciando vni, non intelligitur renunciare alteri: & ideo in vim seruitutis retentæ, adhuc habet ius prohibendi. Et sic per hanc leg. ar
2 guitur, † quòd statutum municipale continens idẽ, quod ius commune, non tollitur per nouam constitutionẽ, quæ de illo non fecit mentionem; quia ibi concurrunt duo vincula, vnum iuris ciuilis, aliud iuris municipalis; ergo licèt vnũ tollatur, aliud remanet, vt hic. Ita induxit Io. de Lig. de præscri. in c. 1. licèt gl. tenuerit contrarium. de consti. ĩ c. 1. lib. 6. Bar. tetigit aliquid. ĩ l. 2. §. 1. ad leg. fal. ¶ In gl.
3 tollere hoc modo relata glo. ad tex. vult, † quòd si proponens duas exceptiones, vni earum renunciat, non intelligatur propterea alteri renunciare, nisi sint ita connexæ, ꝙ non possint separari. & hoc vult glo. facit de acqui. hære. l. pro hærede. §. proinde & quod ibi no. ¶ Item facit, ꝙ si intentetur petitorium & possessorium: quod potest in in-
a corporalibus fieri a, vt no. Insti. de act. §. æquè. non videatur agens ad hoc se astrinxisse, vt licèt non probetur in petitorio; per hoc succumbat in possessorio. arg. huius. facit etiam de appel. l. Seio. & de do. inter vi. & vxo. l. si sponsus §. si maritus. & hic in duab. actionibus. Secus si esset vna habẽs admixtam causam proprietatis, & possessionis. l. 2. §. quædam. vbi no. de interdi. & tangitur per Inno. de postu. c. bonæ. il. 2.

ADDITIO.

a ¶ In incorporalibus fieri. Adde Alex. consil. 218. incip. in causa & lite. in 2. vol. per totum consil. an petitorium, & possessoriũ possint simul intẽtari in eodem libello, & nunquid per recentiorem titulo in ipso petitorio intentio fundata sit, & quo nam pacto iudex coram quo agitur super vtroque membro pronunciare debeat. vide determinationem Alex. in prædic. consi.

L. Qui ædificium. ¶ Seruitus ne luminibus officiatur, extenditur ad lumina præsentia, & futura, si hoc est actum. h. d. No. ergo seruitutem posse imponi præsentib' & futuris luminibus. ¶ Quid autem si sit simpliciter interposita, vide casum statim. in l. seq. & vide istam. l. alleg. per Inno. de rescrip. in c. si gratiam. lib. 6.

Ex. l. Si seruitus.

SVMMAE.

1 *Tempus præsens non complectitur futurum.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali, & quomodo. nu. 3.*
4 *Princeps si concedit alicui potestatem creandi tabelliones, & concedendi eis facultatem inter omnes personas cuiuscunque loci, non obstante aliqua consuetudine, vel statuto, an videatur tollere statutum etiam post factum.*
5 *Immunitas generalis, si sit præstita alicui, an ille teneatur de collectis impositis ratione guerræ; vel alterius imminentis necessitatis.*

L. Si seruitus ¶ Oratio finita nõ æquipollet vniuersali, secus indefinita. Hoc dicit. Secunda ibi. Quòd si ita. ¶ In tex. ibi [nunc sunt. &c.] cum limitatione tẽporis. ¶ In tex. ibi [cautum] scilicet indefinite, & sic non ob. de au. & arg. leg. l. si ita. ¶ In tex. ibi [humanius] No. verbum, quod videtur innuere, quòd secus sit de rigore iuris, & sic facit ad id, quod. ĩ. dicam. ¶ In tex. ibi [significari] Nota hoc verbum; quia econtra facit, quod ex proprio significatu verbi. ¶ In tex. ibi [post tẽps conuentionis.] Not. quia facit ad no. ext.
1 de priuil. in c. quia circa. vbi vide. ¶ † No. quòd tẽpus præ

sens non complectitur futurum: dixit tamen hic Butriga. quòd si omnino concipitur super verbo, semper significet secundùm illud.l.si à colono.de verb.obliga. Et not.quod not.Dy.de verbo.significa.in l.verbum oportebit. Sed si concipiatur super participio descendente à verbo. adhuc idem; quia participium significat sm tempus verbi, sub quo concipitur.l.si quis stipulatus sit.cum glo. de ver. oblig. Vbi autem concipitur sine verbo, vel participio, dic quòd si adijciatur pronomen, meum, facit restringi ad præsens tempus.de au.& argen.leg.l.si ita. Fallit etiam, si omnia respiceret; quia resultaret aduersario modicū damnum. C. quæ res pign.obli.poss.l.fi.vbi probatur, ꝙ omne tempus comprehendit, licèt pronomen, meum, adiectum sit. Adde tamen hoc, quod.j.dicam.super glo. ¶No.se-
2 cundò, quod quotidie allegatur, † quòd indefinita æquipollet vniuersali.& sic oratio prolata sine definitione temporis, ad futura extenditur: quod est verum, secundū Dy. quando est eadem ratio, & conditio particularium sub indefinita comprehensorum, aliàs secus. Ita not.de reg.iur. super rub.& de leg.2.in l.si pluribus. Et istud tāgitur per Io.And.de electio.in c.vt circa. in glo.super ver.aliorum.
3 lib.6.¶ † An autem æquipolleat indefinita vniuersali [a] ex
a interpretatione, vel propriò significatu, posset iste tex. allegari pro vtraque parte. In duobus verbis.§.ponderatis super tex.tu conclude, ꝙ æquipollet vniuersali ex significatione interpretatiua ex mente, seu attenta mente, seu ratione, non ex necessitate sermonis, & hoc est, quod vult ista litera. Ex quo patet, ꝙ etiam in statutis assumitur pro vniuersali, quando est eadem ratio, & conditio particularium. Nam ratio, & mens statuti ponderanda est, sicut & ratio consuetudinis, vt probat tex. in l.1. C. quæ sit lon. consue. Et istud tenuit Bar.in materia statutorum.¶Item facit iste tex.ad materiam quæstionis tacitè, per Cyn. post Pet.in vlti.q.in l.placèt.C.de sacros.eccle. & per Guil. de episc.& ele.in l.omnia priuilegia.§.de priuil.vel immun. eccl.vel aliter pro possessionibus suis. an extendatur ad postea quæsita, & per istū tex.determinatur ꝙ sic. Sed certè contrarium videtur facere de consti.pecu.l.nec enim.& in clem.literas.de rescrip. Et ad istum tex. posset responderi, ꝙ hic in concessione vertebatur, quod habebat causam successiuam. Et ideò non mirum, si extenditur ad fu-
4 tura. ¶ Item allegatur iste tex. † quòd si Princeps concessit alicui potestatem creandi tabelliones, & concedendi eis facultatem inter omnes personas cuiuscunque loci, non obstante aliqua consuetudine, vel statuto; quòd videatur tollere statutum, etiam postea factum, per quod est prouisum, quòd instrumenta à nullo Tabellione facta, valeant, nisi habeant licentiam à communi:& omnia illa videtur tollere dictum statutum, quę in futurum obstare poterant per hanc legem in ij.respon. Ita determinauit Dy. de lega.1.in l.si mihi & tibi.§.fin.vbi Bar.idem. Pro hac tamen parte facit.C.de furt.Auth.nauigia. & C. commu. de suc.Auth.omnes peregrini. & quod not. Iac.de Are.in l.fi.de testam.& Pe.C.de serui.in l.cum modus. ¶Item pro hoc facit, ꝙ ista verba, non obstante &c.sunt verba indefinita, & apta omne tempus comprehendere. de iure codicil.l.Ploeiana.& de verb.sig.l.verbum erit. ¶ Item facit iste tex.ad not.per Cy.post Pet.in prealleg.l.non modus. C.de serui.vbi vide, & pondera quod concludit in quęstione eius, qui tenebatur singulis de ecclesia dare certum quid, puta vnum solidum in die anniuersarij, quòd non teneatur adempto numero.¶Item facit iste tex.ad fi.hic,
5 quòd † si alicui sit præstita generalis immunitas, non teneatur de collectis impositis ratione guerræ, vel alterius imminētis necessitatis.facit de lega.1.l.si ex toto. in prin. & i l.2.de in.immu. Et pro hac parte videtur casus in l.1. vt nem.li.in emp.spe.se execu.lib.x.¶In gl.nihil.Tu in hoc dic clarius, quòd vbi dispositio testantis, vel etiam contrahentis est certa, semper illa debet seruari.l.in conditioni-
b bus. de condi.& demon.& l.pater [b] Seuerinā.§.conditionum.eo.tit.Si verò mens disponētis est dubia: tunc debet attendi qualitas legati, vel dispositionis. Aut enim legatū est vniuersale, & inspicitur tempus mortis.l.si mancipia. & l.Lucius.de fun.instruc.instru.leg. Aut est generale, vel singulare:& tunc, si testator vtitur verbo futuri temporis, inspicitur tps mortis, & non posterius. de au. & arg.lega. l.2.& l.apud.& l.fi.de opt.leg. Si verò vtitur verbo pręsentis temporis, & simpliciter: tunc aut est verbum extensiuum, & inspicit tps mortis. de leg.2.l.si ita quis testō. Aut est verbū simplex, qd' nō est extensiuū: tūc attēde cui' fcō cōtingat alteratio:& tūc inspicit tps mortis.l.Mela.§.1.de ali.& cib.lega. aut aliter cōtingit, q̄ facto testatoris: & tūc aut in principali, & inspicit tēpus testamēti.d.l.si ita. Aut in accessorio: tunc, & si agatur de magno pꝛiudicio, inspicitur tempus mortis.l.si ex toto.§.1.& l.quod in rerum.§.si quis post.de lega.1.& de lega.2.l.cum fundus.& de libe. leg.l.Aurelius.§.testamento.& l.fi.§.fin.eod.titu. Aut de modico præiudicio, & tunc etiam præsens tempus attenditur, vt hac lege.

ADDITIONES.

a ¶Vniuersali. Adde Alex.cons.315.incip.viso processu. in 2.vol.nu.23.ver.& fortificatur. dicit, quòd indefinita apposita circa personas, æquipollet vniuersali, si sumus in materia fauorabili.

b ¶Mens disponentis dubia. Adde Pau. de Cast.in consi. 332.in 1.vol.ver.ibi, & constat, ꝙ dispositio. determinat ꝙ dispositio testatoris dubia limitatur, restringitur, & declaratur ex causa, vel ratione, quæ ex verbis testatoris colligitur, & ex quibus fuit motus.l.nomen debitoris.§.fi.ff. de leg.3. l.cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. l.emptor.§.si ancilla.ff.de rei vend.& l.in fideicom.§.cum Pollidius.ff.de vsu.vide Pau.de Cast.in cons.147.in 2.vol.

Ex §. Futuro quoque.

SVMMAE.

1 *Instruere potest quis, vel commodum conferre in ecclesiam construendam nondum constructam.*

2 *Priuilegia possunt impetrari pro ecclesia construenda, nondum constructa.*

§.Futuro quoque. ¶Potest seruitus imponi, vel acquiri etiam ædificio non constructo. h.d. ¶ In tex. ibi [seruitus potest]& ratio est; quia illud, quod adhæret, præsupponit id, cui adhæreat:& ad hoc allega.istam.l.per allega.in quodam consilio. ad idem allegatur.j.titu.1.l.La-
2 beo.& de pe.leg.l.1.& 2.¶Item facit iste tex. † quòd quis potest extruere, vel commodum conferre in ecclesiam construendam nondum constructam. ad idem facit.l.seruos.de alimen.& ciba. lega. In contrarium tamen facere videtur de re iudi.c.abbate sanè.lib.6. vbi tex.probat, quòd monasterio nondum constructo, non potest donari. de quo vide Bar.in l.seruos.§.allega. & Ioan.mon.in d.c. Abbate sanè. ¶ Item facit iste tex. † quòd priuilegia possunt impetrari pro ecclesia construenda nondum constructa. De hoc vide quod nota. de consuetud. in c. cum olim. & quod not. Innocen. de eccle. edif. in c. ad audientiam.

dientiam il. 2. vbi dicit, quòd Papa non concedit priuilegium ecclesiæ futuræ; quia non subitò: sed cum deliberatione debet concedi. all. 23. dist. cap. communis. ¶ Gloss. vel acquiri. ibi [vt quis obligetur nomine seruitutis.] No. quòd licèt futuræ rei non possit constitui seruitus. scilicet vt dicatur seruitus constituta: potest tamē quis se obligare vt facto ædificio constituat. l. hæredes. §. an ea. fam. hær. & ita declarat Inno. in d. c. ad audientiam. & vide qđ no. ad idem de desp. impu. in c. ad dissoluendum. in glo. 3. vbi tangitur de hoc.

L. Cuius ædificium

¶ Habēs ędificiū iure seruitutis supra alterius ædificium, potest moderatè ædificare supra suū ædificiū. h. d. ¶ Vel sic. Quilibet potest ad libitum ędificare in proprio: dum tamen vltra debitum non grauet.

L. Hoc quod dictum

¶ Seruitus tigni immitendi non potest deberi ei, qui non habet ædificium. hoc dicit. Ratio autem huius potest colligi ex l. fi. s. tit. 1. Et aduerte; quia hoc debet intelligi, quòd non possit deberi, scilicet iure seruitutis: sed ex quadam cōuentione sic, vt per l. vt pomū. & quod ibi no. s. ti. 1. quod declara vt ibi. ¶ In tex. ibi [hoc quod] No. hanc distinctionē, hoc demōstratiuum etiam verificari in eo, quod non potest oculariter demonstrari, & de hoc vide Bar. in l. 1. super ver. hoc. de ope. no. nun.

§. Si ex tribus.

¶ Medius vicinus non potest impedire libertatem vicini inferioris. hoc dicit. ¶ Vel sic. Seruitus, quæ aliàs tibi debetur à domo vicina, non impedit dominum alterius domus ædificare super communem parietem. h. d. Et legitur principaliter duobus modis hic in prima gl. & primus modus subdiuiditur in duos. ¶ In tex. ibi [ædibus] diuersorum dominorum. ¶ In tex. ibi [seruiant] fortè, ne luminibus officiatur, vel ne altius tollatur. ¶ In tex. ibi [habiturum] & sic per hoc officiatur luminib' per herū ædiū. ¶ Gl. 1. ibi [inferior dominus] vt. s. tit. 1. l. ad certam. ¶ In ea. gl. ibi [non dēt teneri] scilicet dñs mediarū ædiū. ¶ In ea. glo. ibi [. l. quoties.] & per hoc patet, q̧ nō obstat fortè cōtrariū, quod formari posset, q̧ in re seruiente nihil dēt fieri in pⱥiudiciū eius, cui dētur seruitus aliàs dñs rei seruiētis tenetur. s. eod. l. si arborem. in prin. & l. si domus. quia illud est verum in eo, cuius res debet seruitutem: sed hic fuit alius ædificans, & nil potest imputari domino rei seruiētis; quia aut erat ille paries cōmunis pro diuiso, aut pro indiuiso, vt in ista glo. colligitur. ¶ In ea. gl. ibi [erat cum esset inferioris tantum] & sic nihil potest imputari domino mediarum ædium, qui dicitur seruitutem debere. ¶ In glo. inferiores ibi [ei non potuit] Attende quia secundū hanc sol. & se. loquitur, quando erat commmunis pro indiuiso. ¶ In ea. glo. ibi [pro parte constituitur] Attende; quia secundùm hanc oppositionem & eius sol. loquitur, quando erat communis pro indiuiso. ¶ In ea. glo. ibi [dic hic certam.] Intellige, quòd constituit seruitutem in domo, quæ domus erat separata, & propria ipsius seruitutem constituentus. Nam paries tantùm communis erat, vel solue aliter, & melius, vt præcedens contrarium, intelligendo scilicet, quòd erat communis pro diuiso iste paries; vnde non tenuit in aliquo impositio seruitutis, vt. j. tit. 1. per l. fundum.

Ex. l. In re communi.

SVMMAE.

1 *Discordia vt plurimum causatur à communione.*

L. In re communi.

¶ Seruitus non potest cadere in re communi. hoc dicit. ¶ Vel sic. In re communi non potest quis aliquid facere, vel prohibere iure seruitutis: sed succurritur ei per communi diuidundo iudiciū. Et primò ponit dictū. Secundo remediū subdit. ¶ Secūda ibi [itaq; &c.] ¶ In tex. ibi [res sua nemini seruit.] Cōtra hoc videtur. s. de vsufru. l. Proculus. & j. eo. l. & qui duas. & j. si seruí. vendi. l. Testatrix. §. fi. Sed sol. vt in qualibet earū no. Et adde quod no. j. com. prædio. in l. si quis duas. §. fin. ¶ No.
1 † discordiam vt plurimū causari à communione. ad hoc tamen facit. C. quando & qui. quar. pars debe. l. 2. li. 10. facit. l. alleg. in glo. ¶ No. etiam quo remedio succurritur socio contra socium aliquid innouantem, vel innouare volētem in re communi. ¶ In gloss. ibi [meum est] & in illa non cadit seruitus, vt hic. Sed quò ad dispositionem suæ partis potest res communis appellari cuiuscunque sociorum. l. serui electione. §. fi. de lega. 1. vbi aliquid Bar. & de cond. inst. l. 2. Nō quò ad dispositionem partis socij. C. de cō. re. alie. l. falso. Quò aūt ad dispōnem totius, si res illa erat ordinata ad aliud, ad quod disponitur, pōt dici disponentis. l. in tantùm. §. in commune. s. de re diui. Secus si non erat ad illud destinata, vt. l. Sabinus. communi diui. Fallit fauore fisci. d. l. falso. & l. vnica. C. de vend. re. fisc. cū pri. li. 10. ad Sill. l. 1. §. quid deinde. & de act. emp. l. Iul. §. idem Celsus. Et hoc procedit in re communi pluribus vt vniuersis, quæ non potest dici alicuius, vt. l. in tantùm. §. vniuersitatis. s. de re. diui. & ibi no. Et secundùm prædicta intellige tex. in l. pupillus. §. fi. & quod ibi no. j. de ver. signi. ¶ In gl. ibi [& hoc eo absente] hæc secunda melior: dic tamen plenius, quòd si volo impedire fiendum possū, vt hic. Sed si volo, quòd tollatur iam factum: tunc si fuit factum me præsente, non possum: & si me absente sic, vt in contrario.

Ex l. Sed & si inter.

SVMMAE.

1 *Habens ius immittendi trabem in communem parietem; non potest tantum vltramittere, quòd transeat in partem vicini.*
2 *Seruitus non præsumitur retro fuisse per pactum antequam cōstituta fuerit.*

L. Sed & si inter.

¶ Negatoria pōt intētari, si aliquid innouet ex ꝓprijs ædib' in cōe, vel ecōtra. h. d. ¶ In tex. ibi [agere licet] s. negatoria, vt. s. si vsufr. pe. l. vti frui. j. si ser. ven. l. 2. Inst. de actio. §. econtra quoque. secundùm Odof. ¶ In tex. ibi [rem perdere] si lōgo tempore tacuit; quia seruitus est ius ex tēpore, & patiētia acquisitū, sm̄ primam lec. Alio tñ modo hoc verbum exponitur in gl. & sm̄ illā ista. l. alle. ad id, qđ dicā super gl. ¶ In tex. ibi [tecū est actio.] s. negatoria, de qua. s. quā perdo tacēdo lōgo tēpore; qa seruit' tigni mittendi habeat causā continuam. C. de serui. l. 1.
1 & 2. ¶ No. † q̧ licèt qs habeat ius immittendi trabē in cōmunem parietem: non tamen potest tm̄ vltra mittere, q̧ transeat in partem vicini secundùm Bal. ¶ Glo. 1. ibi [non autem alio modo.] hæc est bona solutio, & probatur in simili per no. C. de ser. fu. s l. 1. facit qđ no. in l. lōgi. de diuer. & tem. præscr. sm̄ Barto. ¶ In ea. gl. ibi [sed ibi in perdēda]

da] pro parte,& sic non ob.ʒ. eo. l.idemq; . in prin.quia ibi in totum perdidit. sed in §. sed si is. pro parte. ¶ In ea. glo. [vel dic perdere. i. destruere.] Ex hac.l.no.bene,ꝙ sicut illud,qd' mittit̃,vel innonatur in rem meã propriam à me possessam,possum ꝓpria auctoritate destruere,vt.d.l.quemadmodum.§.1. Ita & illud , quod mittitur in rem communẽ,licèt ab altero sociorũ, vt in casu huius. l.& hanc expositionem multum no.hic Bar.¶In ea.gl. ibi [sed dices] q. d. responde, ꝙ sit speciale in præscript. Et ratio sit,ne rerũ dominium in incerto sit,vt.l.1.ʒ.de vsuca. Bar.tamen dixit,quòd prima potest sustineri;quia quãdo tempore quæritur,lex est immediata causa, licèt facto hominis.Sed quando per pactum:tunc econuerso ; quia homo est immediata causa quærendi cum auctoritate legis. l.legitima.§.de pac.Tu adde aliam rationem diuersitatis. s.quia , quando aliquid fit tempore , sic retro fuisse fingitur , vt si præscribam , præsumar fuisse dominus retro. Et sic præscriptio præsumit seruitutem fuisse retro,& tũc nõ
2 impeditur,vt.l.pomum.§.fi.§.titu.1. † Sed per pactum nõ potest,nec præsumitur retro fuisse seruitus, antequam per pactum constituta fuerit. hæc ratio videtur posse colligi ex verbis Guil.in l.si non sortem.§.si centum. ʒ. de condi. & demon.

§.Si in area. ¶Inuito socio non potest in cõmuni re ædificari , licet hoc sit ex concessione domini prædij dominãtis.h.d.¶No.quòd semper est potior conditio socij prohibentis vt hic, & l.Sabinus . ¶ Fallit in casibus exceptis in d. l. Sabinus. communi diuidun.

Ex l.Foramen.

SVMMAE.

1 *Seruitutes quæ dicantur habere causam perpetuam , continuã & naturalem.& quæ non continuam, nec naturalem.*

2 *Causam discontinuam dñr habere requirẽtia hominis factum.*

L.Foramen. ¶Seruitus,quæ nõ habet causam continuam , non potest acquiri longo tempore. Et causam continuam non habet seruitus illa,ad cuius vsum non requiritur hominis factũ , & damnum contingens ex seruitute non iure debita, venit in cautione damni infecti.h.d.cum seq. Et primò ponit dictum.Secundò illud declarat. ibi hic ita.Tertiò ponit vnã regulam,ibi [omnes seruitutes] Quartò ex illa regula infert,ibi.& ideo.Quintò in l.si quid. remouet vnum dubiũ. ¶ In tex.ibi[neq; tempore longo.] sed possessionem tempore acquiri,cuius non extat memoria.l.hoc iure.§.duct' aquæ.de aqua quoti.& æsti.& no.gl.in l.seruitutes.§.tit.1. ¶In tex.ibi [quod manu fit] sine alia natura insita rebus, sm̃ Odof.¶ In tex. ibi [omnes autem] habet tres lec. ¶In tex. ibi [habere debent] .i. dñr constitui cum quadam perpetuitate ad hoc, vt possint præscribi longo tẽpore,secundùm veram lec.vel ad hoc,vt possint possidere cõstitutã,secundùm secundã,vel vt possit concedi, seu ab initio concedi,secundùm tertiã lect. ¶ In tex. ibi [aquæ ductus potest] per modum præscriptionis, non dico pacti , secũdùm Butri.q.d.quòd non potest,vt sit seruitus,sed valebit,tanquàm pactum.l.2. & ibi no.ʒ. communia prædi. ¶No.istã.l.regularẽ melius in hac materia declarantẽ , ꝙ
1 alia,†ꝙ inter istas seruitutes q̃dã sũt,quę hñt causam perpetuã,cõtinuã,& naturalẽ ,vt sunt illæ,quarũ vsus semper est,vt ẽ seruit' tigni immittẽdi, qa tignu sẽp extat ibi.Idẽ in seruitute aquę ductus;qa aqua naturaliter semper fluit. Quædã discontinuæ & naturales,quarũ vsus semper est in potẽtia,licèt in actu nõ sẽper, sed solũ natura sine hoĩs facto operat̃,vt seruitus stillicidij.Quædã sunt,quæ non hñt continuam,nec naturalem; quia earum vsus consistit in facto,& ministerio hoĩs,vt seruitus itineris,vel aquæ balneãdæ,vel potandæ ab hoĩe.Et de istis generibus seruitutũ habetur hic theorica per exẽpla ordi. huius.l.& l.seruitutes.
2 §.tit.1.¶No.ergo ex ista l. † quòd requirentia hoĩs factũ, dicuntur habere causam discontinuã;quia non potest hoc esse semper in actu aliquid faciendi,vel operandi.¶Et facit ad dubium,q̃uo probetur continua possessio. Et quib' verbis testis habeat vti super illam deponens , de quo per Inno.de proba.in c.licèt causam.& per Bar.de vsuca.in l. Celsus. Et ideo q̃uo excusetur,qui dicit se vidisse cõtinuè aliquem possedisse, cuius dictũ debet referri ad actũ possidendi,nõ ad actum videndi,vide tactũ in d.l.Celsus.per Bar.& per Dy.in l.1.ʒ.sol.mat.Et adde tex. in l.stipulatio ista.in §.hoc quoq;.de verb.obl.& qd' ibi not. facit ẽt iste tex.q̃uo probetur continua possessio , vel quasi in iuribus incorporalib',de quo per Inn.de consue.in c.cum dilect'. & de pscrip.in c.de quarta. qd' declara,vt plenè dixi i l.seruitutes.§.ti.prox. ¶In glo.ibi[iter hẽt perpetuam cãm]& tñ non continuam,& tunc dr̃ esse seruitus.§.tit. 1.l.si iter.

Ex l. Si quis ædes.

SVMMAE.

1 *Seruitus dicitur extingui,vbi simul iungitur dominium in dominante,& seruiente prædio.*

2 *Seruitutis extinctio non inducitur per acquisitionem partis.*

L.Si quis ædes. ¶ Confunditur seruitus,si dominium vtriusque fundi perueniat ad vnum insolidũ: secus si pro parte.h.d.in vtroq; responso. ¶Vel sic.Seruitus, acquisitione rei extincta, non reintegratur per alienationẽ:sed de nouo imponi debet.h.d.Rõ est,quia natura extinctionis est perpetua.Nam ad similitudinem naturæ procedunt inuentiones humanæ;quia sicut homo semel moritur,ita & ius , & nunquàm resurgit,vt l.qui res.§.aream. de solu.& ibi Bal. ¶In tex.ibi [sibi accepit] in totum,aliàs secus in l.fi.¶In tex.ibi [seruitus est] quia sua domus non potest sibi seruire.§.eo.l.in re communi.¶In tex.ibi[vẽdere vult] s.ædes seruientes redemptas.¶In tex.ibi [liberè veneũt].i.vendi tæ intelliguntur.Secus si per aditionẽ fiat cõfusio seruitutis;quia tũc de nouo dẽt seruit' imponi, si petatur ex legato.§.ti.1.l.Papinian'.Nec ob.ʒ.de hære.vel act.ven.l.2.§. fi.pro vt ibi no.vel dic ad l.Pap.ꝙ ibi idem est,qd' hic,sed in alio differunt;quia vbi emo ex voluntate mea,confunditur seruitus.Secus vbi instituor ex voluntate testantis , sic intelligit.d.l.2.§.fi.de hær.vel act ven.sm̃ Odof. ¶In tex. ibi[partem prædij] & pro indiuiso.¶In tex. ibi [seruitus retinetur] insolidum,licèt non possit pro parte acquiri.§. ti.1.l.pro parte.concor.l.vt pomum.§. 1.§.tit. proxi. ¶In tex.ibi[tradidero] ex causa habili ad dominij translationem,puta emptione , vel simili. ¶In tex. ibi[manebit] s. seruitus insolidum.¶In tex.ibi[interrumpit seruitutem] quæ est pars dominij,non totum dñium , & sic consonat, nec contradicit prædictis. ¶No.ergo,†ꝙ vbi simul iungitur dñium in dominante,& seruiente pdio, seruitus dr̃ ex-
1 tingui, sic vt.ʒ.quemadmo.ser.amit. l.1. hoc tñ intellige, vbi nulla alia domus sit in medio,q̃ ẽt debeat seruitutem, alias.n.secus esset. ʒ.ti.1.l.tria.& no.in l.quicquid ʒ ti.2.

¶Secundò

2 ¶Secundò not. quòd †per acquisitionem partis non inducitur extinctio seruitutis, & hoc operatur natura ipsius iuris seruientis; quia est indiuisibile.

Ex l. Si testamento.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus potest constitui in testamento.*
2 *Aedificium quando subrogatur loco alterius ædificij seruientis, debet eandem seruitutem, quam debebat primum ædificium.*

L. Si testamento. ¶Per mutationẽ rei, nõ tollitur seruitus prædialis, licèt vsusfructus extinguatur. h. d. facit. š. eo. l. seruitutes. §. si sublatum. ¶Vel sic. Domus dirupta potest vsque ad statum pristinum restaurari, non obstante seruitute, ne luminibus officiatur. h. d. ¶In tex. ibi [vtilis
1 actio] ex testamento, & etiam confessoria. ¶Not. hic, †ꝙ sicut vsusfruct⁹ potest in testamento constitui. l. 3. in prin. š. de vsufruc. sic & aliæ seruitutes, vt hic. ¶Secundò not.
2 quòd †vbi ędificium subrogatur loco alterius ędificij seruientis: debet eandem seruitutem, quam debebat primũ ędificium: & sic est hic clarè casus, quòd licèt funditus dirimatur ędificium prohibitum á testatore altius tolli: tamen ędificium sapiet eandem naturam, & eam seruitutẽ debebit, facit. l. eum debere. j. eo.

Ex l. Si ædes.

SVMMAE.

1 *Libertas potest præscribi sine titulo.*
2 *Mala fides apta aliàs generare præiudicium, non præiudicat nisi aduersus eum, respectu cuius est mala fides.*
3 *Licentia, quæ conceditur ab vno, non extenditur ad alium.*
4 *Argumentum de præscriptione ad pactum est licitum.*

L. Si ædes. ¶Licèt aduersus vnum sit mala fides: tamen impeditur per hæc præscriptio aduersus alterum. h. d. ¶Vel sic. Ex eodem opere potest aduersus vnum libertas præscribi, aduersus alium non. h. d. ¶In tex. ibi [per constitutum tp̃s] ad amittendam seruitutem. de quo in l. si sic. j. quemadmo. serui. amit. ¶In tex. ibi [vsucapiam] non aduersus Titium; quia cẽsetur possidere, dum precario recognouit ab eo. Et ideò contra possidẽtem non currit præscriptio. l. malè agitur. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. ¶In tex. ibi [sed duæ] & sic vna potest tolli præscriptio, altera remanente: sicut & per pactum, vt sequitur in tex. dixit autẽ, quòd sunt duæ; quia si esset vna, non posset pro parte remitti. j. ti. 1. l. vna est via. cum communis seruitus sit indiuidua. l. 1. §. si vsusfructus. ad leg. Fal. & dixi in l. via itineris. š. titu. 1. ¶No.
1 †hic libertatem posse præscribi sine titulo, vt in glo. ista
2 hic, ad fi. ¶Item no. quòd †mala fides apta aliàs generare pręiudicium, non præiudicat, nisi aduersus eum, respectu cuius est mala fides. l. Fulcinius. §. quid si aduersus. ex qb. cau. in pos. ea. & l. qui bona. in fi. de acqui. possess. ¶Not.
3 etiam, quòd †licentia, quæ conceditur ab vno, non extenditur ad alium. Et sic facit, quòd si plures habeant represalias: licèt vnus concedat licentiam, nõ impedit, quin ali⁹ possit eis vti: facit. š. de pact. l. si vnus. §. ante omnia. ¶Itẽ
4 no. hic in ver. argu. quòd † licèt arguere de præscriptione ad pactum. facit. l. nam satis. §. 1. j. quemadmo. ser. amit. Nam iudicantur paris potentiæ, vt quod potest operari vnum, operetur & reliquum: facit quod no. in l. fi. rẽ ra. ha. Simili modo arguẽdo vtitur glo. quæ dicit argui de pacto ad statutũ. C. de decre. decu. super rub. lib. x. prout dixi. š. de pac. in l. nõ impossibile. ¶Gl. i ver. arg. ibi [pñt tñ &c.] põt dici, ꝙ ibi vna est seruitus. hic duæ, vel alio modo põt induci pro contraria, ꝙ si vni socio potest seruitus pro sui parte remitti, ex quo diuiserat cõem fundum seruientem: & tñ non poterat p̃scribi; & tũc rñde, ꝙ ibi agit̃ de seruitute perdẽda, ꝑ parte, hic i totũ, sm̃ not. š. eo. i l. sed & si inter.

Ex §. Libertas.

SVMMAE.

1 *Non possidens non habet bonam fidem, nec malam.*

§. Libertas. ¶Contra vrbanam seruitutẽ non potest præscribi, nisi vrbana prædia continuò possideantur. H. d. ¶Vel sic. Non potest accessorium possideri sine principali, nec qualitas sine subiecto: & tunc pręscriptio interrupta de nouo inchoari debet. H. d Primò dictum ponit in genere. Secundò infert in specie. ibi [quare.] ¶In tex. ibi [vsucapitur]. i. præscribitur. nomen. n. vsucapio, olim erat cõe ad res mobiles, & immobiles, vt Insti. de vsuca. in prin. & C. de vsuca. transfor. l. 1. ¶In tex. ibi [habebat] bona fide contra seruitutem debitam. ¶In tex. ibi [ante statutum tempus] ad præscribendam libertatem seruitutis vrbanæ: de quo in l. pen. C. de ser. ¶In tex. ibi [vsucapio est] quia in vsucapione requiritur possessio. j. de vsucap. l. 3. ¶In tex. ibi [qui easdem ędes possidet] quò ad pręscribendam libertatẽ, & sine titulo, dummodo interueniat bona fides. Et attende; quia loquitur hic in pręscribenda libertate seruitutis prædij vrbani, in qua requiritur factum, & bona fides pręscribentis. š. eo. l. hæc autem iura. †Et ideò si non possidet,
1 non habet bonam, nec malam fidẽ; & ideò nihil agit. Sec⁹ ergo esset in pręscribenda libertate prędij rustici. In illa. n. ex sola negligentia nõ vtentis, seruitus perditur. j. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. & j. quemad. ser. amit. l. fin. ¶In glo. qui ędes possidet. ibi [occidit alterius dominium] melius dic, ꝙ imò potius transfert̃ de vno in alium, vt not. j. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. sm̃ Bar. hic.

Ex l. Eum debere.

SVMMAE.

1 *Verba simpliciter, & indistinctè prolata, debent intelligi in casu possibili.*

L. Eum debere. ¶Nihil põt esse perpetuum sub sole. ad hoc alleg. ¶Vel sic. Non est dare alicui rei ꝓpinquitatẽ, nisi per subrogationẽ. h. d. ¶ Vel sic. Seruitus oneris ferendi importat in persona eã constituẽtis necessitatem reparationis; quia aliàs, seruitus non affert commoditatẽ, saltẽ perpetuã, de qua cogitatum vr̃. h. d. Et primò ponit dictũ. Secundò eius rõnem, ibi [nam cum in lege &c. Tertiò declarat ibi [non enim.] Quartò per simile ꝓbat ibi [quẽadmodũ.] ¶In tex. ibi [restituere] reponere. ¶In tex. ibi [vellet imponere.] Nec ob. j. de cõtrah. em. l. i lege. & ibi no. s. ꝙ illud, qđ ibi dr̃, est regulare: hic aũt est casus sp̃alis; ex eo quia si non traheret̃ ad futura, nihil aut modicũ operaret. ¶In tex. ibi [vt nũc est, ita sit] in perpetuũ, & sẽper

rõne seruitutis, non ratione rei: & sic non ob. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. hoc interdictũ sm Ray. ¶ In tex. ibi [ne dari debeat.] Rationem huius collige ex no. in l. sicuti. §. di-
1 stant. ff. si ser. vend. ¶ Not. † quòd verba simpliciter, & indistinctè prolata debēt intelligi in casu possibili. Et facit
2 iste casus ad dubium, an & quando infinitas euitetur: † de quo vide. in l. qui bona. §. fi. & l. si finita. in princi. de dam. infe. ¶ In fi. primæ glo. ibi [vel hic speciale] scilicet quò ad istam seruitutem, de quo & hanc tenet gloss. ad cuius declarationem vide etiam quod no. in seq. glo. ¶ Glo. parietem. ibi [de præsenti columna tantùm] quia non esset seruitus perpetua, sicut esse debet. s. eo. l. foramen. ¶ In ea. glo. ibi. [l. maritus.] Sol. vt ibi not. nam ibi non debet facere opus perpetuum: sed hic tenetur facere seruitutem perpetuam. alleg. de polli. l. j. in fi. ¶ In ea. glo. ibi [de polli. l. 1. in fi.] posset ad illam dici forte, ibi ita statutum, ne aduersario detur occasio delinquendi. Vel solue, vt statim sequitur in glo. ¶ In ea. glo. ibi. [l. quoties. §. seruitutum] ratio diuersitatis not. in. l. sicuti. §. distant. ¶ In fin. gloss. ibi [non est ambiguitas] circa seruitutem, quę est principale.

ADDITIO.

2 ¶ Quando infinitas euitetur. Adde ad intelle. huius not. Alexã. in consi. 288. incip. quoniam abunde. 2. volum. nu. 19. & seq. vbi determinat, quando infinitas, & in quibus casibus concedatur, & comprehendatur.

L. Et qui. ¶ Non pōt qs imponere seruitutem rei propriæ, nisi hoc faciat in actu suo, quo alteri tradidit. h. d. ¶ In tex. ibi [areas] Idem in ædibus, vt. ff. l. prox. ¶ In gl. tradendo. ibi [propter nimiam vicinitatem.] Nota verba, propter quæ dico hanc. l. videri necessariò intelligendam, quando fuit facta traditio postea, non ex magno interuallo: aliàs non videretur ipsum pactum repetitũ, secũdum no. s. de pac. in l. item quia conuentiones. & l. Titia. §. idem respondi. de verb. ob. vide Bart. ad intellectum huius. l. & seq. ¶ In ea. gloss. ibi. [l. fundus.] No. ergo, quòd in concursu duorum, præsumitur factum id, quod prius erat fiendum, ad hoc facit. ff. de acq. hæred. l. illud. & quod ibi not. facit etiã quod no. de milit. testa. l. filius. & de ver. ob. l. sciendum.

L. Si binarum. ¶ Si omissa sit reseruatio, illa potest condici. h. d. ¶ Vel sic. Tradens sine reseruatione, quod tradere debebat, potest cõdicere. h. d. ¶ In tex. ibi. [dixisset] tempore contractus: quod non sufficit ad realem constitutionẽ seruitutis. Et vide casum. in l. si in venditione. ff. communia prædio. ¶ In tex. ibi [non fecisset mentionem seruitutis,] scilicet per errorem. ¶ In tex. ibi [ex vendito] in formata secundùm. l. fundi. in princip. ff. de actio. emp. ¶ In fin. glo. ibi. [l. sed si me putem.] Et vide quod hic not. de ista conditione. Adde ad intellectum huius gloss. quod not. gloss. secundùm Bald. & Ioan. And. in l. ea lege. C. de cond. ob cau.

Ex l. Binas quis ædes.

SVMMAE.

1 *Legatarius necessitatur ad patiendum tignum à defuncto immissum quiescere eo modo, quo erat tempore defuncti.*
2 *Tignum censetur quid immobile, donec est iniunctum domui.*

L. Binas quis ædes. ¶ In legato, vel venditione ædium ita videtur actum, vt contignationes ita fient, vti stāt. h. d. ¶ In tex. ibi: [habebat.] Nec obst. quod habet. ff. de dã. infe. in l. Proculus. & ibi no. ¶ In tex. ibi [fore tigna] pro parte tangente, seu prout eius domus protenditur.
1 † Not. quòd legatarius necessitatur ad patiendum tignum a defuncto immissum, quiescere eo modo, quo erat tempore defuncti: & idem dicitur hic in habente titulum inter viuos. Aduerte tamen; quia ista non est seruitus, seu proprietas tigni, & quatenus est inter proprium, posset procedere. ff. cõmunia prædio. l. si arborẽ. & ff. de acq. re. dom. l. ꝓ re
2 gione. secundum Bald. hic. ¶ Glo. fi. in fi. vel dic, † quod tignum, donec est iniunctum domui, censetur quid immobile: & ideo esse potest pro diuiso cuilibet domui pro parte sua. Sed cum est separatum à domo, esset quid mobile: & tunc æstimatione pro indiuiso. Et idem est in arbore posita in confinio duorũ vicinorum. ff. commu. prædio. l. si arborem. Et hanc sol. tangit ibi gloss. & secundùm Docto. hæc verior.

Ex l. Si edes.

SVMMAE.

1 *Aedificia, quæ se adinuicem non contingunt, non possunt sibi inuicem seruire.*

L. Si ędes. ¶ Constitutio vrbanæ seruitutis non potest cadere, nisi inter vicinos. h. d. ¶ Vel sic. Medius locus omnino impediẽs effectum seruitutis, illum impedit constitui. h. d. ¶ Not. ergo,
1 † quòd non possunt adinuicem seruire sibi illa ædificia, quæ se inuicem non tenentur: quod intellige, quando distãtia loci habet impedire commoditatem seruitutis posse peruenire de vno prædio ad aliud; aliàs secus esset. l. seruitutes. §. publico. & l. fi. s. tit. 1. Et ideò si aqua posset conduci per medium montis, non impediretur seruitus aquæ ducendæ. ¶ Verùm tamen sit differentia inter seruitutes, rusticam, & vrbanam. vide quod not. in l. qui sella. §. fi. ff. tit. 1. ¶ No. etiam in l. sequen. quòd vbi quis propter loci distantiam, vel naturam, non potest alteri nocere, nec potest imponere seruitutem non nocendi; quia talis impositio iudicatur frustratoria.

L. Eos qui. ¶ In communi pariete non potest quis facere fenestras, etiã pro habendo lumine, nisi sibi fuerit concessum. hoc dicit. Vult ergo dicere, quòd non potest in hoc communi pariete aliquid fieri iure seruitutis. s. eod. l. in re communi. quod not.

Ex l. Olympico.

SVMMAE.

1 *Legatum habitationis an extendatur ad hortum.*

L. Olympico. ¶ Legatarius debet præstare hrẽdi, transitũ penes quę remansit res, ad quã aliunde aditus cõmodè haberi non potest. H. d. ¶ Vel sic. Per legatum alicui factum ad vitam, in dubio non videtur imposita seruitus; licèt eundi facultas duret. h. d. ¶ Præmitte. l. prædijs. §. balneas. & sequen. ff. de leg. 3. alleg. in Glo. ¶ In tex. ibi [deberet] s. hęredi. & videbatur quòd non; quia Olympicus habebat seruitutem habitationis, & seruitus seruitutis esse non potest. l. 1.

test.l.1.ȷ.de vsufr.le. ¶ Item hæres erat dominus vtriusque,& res propria nemini potest seruire.š.ea.l.in re communi.secus ergo,si alterum prædium foret hæredis. ¶ In tex.ibi [posse] ex præsumpta voluntate defuncti,non iure seruitutis. ¶ In tex. ibi [non noceat] scilicet nimis. vt.š. de serui.l. si cui. Et quia hic permittit hæredi transire, videtur obstare.ȷ.de contrahen.emptio.l.in vendendo. Sed
1 responde vt ibi no. ¶ No. hic† casum quotidianũ in legato habitationis;quia quotidie fit habitationis vsus fructus,vt
2 tale legatũ non extendatur ª ad hortũ licet,ad illum aditus haberetur per illam domũ.Quod tamen intellige,nisi iudicaretur domui accedere.secundùm.l.prædijs.§.pe. & alia iura hic alleg. Et eo casu,quo non accedit,hic est casus, ꝙ præstari debet aditus ad illum hortũ per locum cõsuetũ. ¶ Itẽ potest reddi alia ratio; quia seruitus debet esse perpetua.š.eo.l.foramen.at hic relicta est habitatio,donec viuit;ergo non esset perpetua. ¶ Item quia habitatio est seruitus;ergo nõ potest alij deberi,cum seruitus seruitutis esse non possit. l.1.ȷ.de vsufru.lega.& š.dixi.

ADDITIO.

a ¶ Non extendatur ad hortũ. Adde ad materiam huius cõsil. Alexan.consi.25. incip. consideratis verbis. in 4.volu. num.14. vbi decidit, nunquid domum dono dans, siue concedens, hortum concedere videatur:vide ibi in præalleg.consilio.

Ex.§.Lucius Titius.

SVMMAE.

1 *Stillicidia,quæ sunt supra domum,de iure demonstrant quantũ extendatur proprietas inferioris loci.*

§.Lucius Titius. ¶ Licitũ est cuique aperire ianuam versus viam,quatenus se extẽdit rigor stillicidij.h.d. ¶ In tex. ibi [nullam habere.] quia nemo prohibetur facere in suo, cum non noceat vicino.ȷ.si ser.vẽ.l.sicut.§.distant. ¶ No. ergo secundùm Bal.ꝙ est licitum (nõ obstante prohibitione vicini) facere in suo solo prædicta,dummodo nõ exten
1 datur vltra stillicidia. Et sic facit,& probat iste † tex.quòd stillicidia, quæ sunt supra domum,de iure demonstrant, quantum extandatur proprietas inferioris loci,sñ Bal.

Rub. De seruitutibus rusticorum prędiorum.

¶ In tex.ibi.super rub.ibi [rusticorũ] quæ dicuntur deputata ad culturam,siue in forma ruris,siue in vrbe sit posita. ȷ.de verb.signi.l.si vrbana.&.C.de pręd.mino.l.si prędiũ. Quæ autẽ sint istæ seruitutes,dicitur.ȷ.eo.i l.1.2.& 3.& l. pecoris.Qualiter autem constituantur,dicã.ȷ.eo.in l.1.in fi.Qualiter petãtur no.ȷ.eod.in l.via. Qualiter perdantur no.ȷ.eo.in l.si communi.

Ex.l.seruitutes.

SVMMAE.

1 *Seruitutes rusticæ constituuntur affirmatiuè.*

Eruitutes. ¶ Rusticorum prędiorum seruitutes hac. lege subiectæ, & specificatæ sunt. Et earũ quædã sunt nominatæ, quædã innominatæ.h.d. vsque ad §.traditio. ¶ In tex. ibi [vti potest] scilicet quò ad commoditatem,non quò ad seruitutem: & per hoc cessat contrarium hic formatum. ¶ In tex.ibi [via est.] Quantæ autem latitudinis esse debeat,dic, ꝙ via legalis taxata est. ȷ.eo. l. via. Conuentionalis autem esse debeat sñ partiũ conuentionem,vt.ȷ.eo.l.via. ¶ In tex. ibi [continet] quò ad commoditatem. ¶ In tex. ibi [arenæ fodiendæ] fortè gratia constituendi domum in fundo meo ad reponendos fructus:& sic solum ad indigentiam prædij rustici. & isto modo non obstat contrarium.de.l.ergo.§.1.& l.veluti.ȷ. eo. Item aduerte, quòd iste versi. addit prædictis;quia.š. dixerat de seruitutibus nominatis, hic de innominatis.
1 ¶ Nota ex ista.l.clarè colligi,† quòd istæ seruitutes rusticæ omnes constituuntur affirmatiuè,sed vrbanę negatiuè, & affirmatiuè,secundùm no. in l.1.š.tit.1.vbi omnino vide. ¶ Glo.actius. ibi [non quantùm ad seruitutem] quia qui habet actum,non habet seruitutem itineris de per se: sed dicitur esse vna seruitus tantùm.s.actus. ¶ Gl. computanda. ibi [in prædijs constituuntur] quasi dicat; quia debentur à prædio, non personæ: vsusfructus autem debetur à prædio; personę; vt.ȷ. de publ. l. Imperatores & no.š.de serui.l.1. ¶ In eadem gl. in fine.sed personales respiciunt indigentiam personæ;vt dixi.š.tit.2.l.1.& no.š. de vsu & habitatione.in l.plenum.§. sed & Sabinus.

Ex.§.Traditio.

SVMMAE.

1 *Constituens seruitutem,potest iudicis officio compelli, vt patiatur illum vti seruitute concessa.*
2 *Existens in quasi possessione seruitutis sibi constitutæ,potest cõtra quemlibet eum impedientem se tueri iudicis officio in sua quasi possessione.*
Et qualiter sibi consulatur. nu.3.
4 *Alleganti se turbatum in iure seruitutis,an competat remediũ facti.& nu.5.*
6 *Abbas,Canonicus, vel quicunque alius habens ius aliquod in aliqua Ecclesia,si venit ad Ecclesiam,& vtatur iure suo, & inueniat aliquem se ei opponentẽ, potest per violentiam illum expellere,& distringere.*
7 *Vsufructuarius potest agere, vt seruitutes et similia tollantur.*

§.Traditio. Pro seruitutibus rusticorum prædiorum sufficit iudicis officium. hoc dicit. Vel sic. ¶ In seruitutis traditione patientia debẽ iudicis officio. Hoc dicit. Aduerte tamẽ;quia hic in Glossa legitur quatuor modis.& secundùm quamlibet lecturã potest allegare pro se.vt dicam legẽdo glo. Allegatur moraliter iste tex.quòd vbi petitur destructio rei,quæ in moralibus fieri debet,debeat implorari officium iudicis, facit ad nota.š.de rei vendi.l.qui restituere. ¶ Gl. patiẽtia. ibi [ideo autem] & no.C.eo.l.penulti. ¶ Et ex hac prima
1 lec.nota,† quòd ille,qui constituit seruitutem;potest iudicis officio compelli, vt patiatur illum vti seruitute cõcessa. ¶ In ead.glo.ibi [de vsu.l.1.] vide quod ibi dixi. ¶ In ea.glo.ibi [vel inducit officium] hic ponit secundam lec. ad istum tex.ex qua no. quòd existens in quasi possessione seruitutis sibi constitutæ, potest contra quemlibet eum impedientem se tueri iudicis officio: si probet sibi seruitutem

3 tutem constitutam. ¶ In ead. glo. † ibi [vel dic traditio] hic ponit tertiam lec. quæ notabi. est, ex qua no. quòd existens in quasi possessione seruitutis sibi constitutę, potest cōtra quemlibet eum impedientem se tueri iudicis officio in sua quasi possessione. ¶ In ea. gl. ibi [vel conuerte] hic ponit quartam lec. quæ notabilior est, ex qua no. ꝙ asserens seruitutem sibi concessam, nō potest iudicis officium implorare, vt ei præstetur patientia vtendi seruitute, & vt ei quasi tradatur. Et hoc est etiam vtile ad alia iura incorporalia, de quibus statim. ¶ Sed extra gl. opponitur, & videtur, quòd imò quis cogatur ad patientiam, & traditionem iure actionis, non officio iudicis. s. de seruituti. l. quotiens. Quod patet. Nam tradendo nōdum liberatur. Ideo adhuc tenetur ad patientiam, vt no. s. tit. 1. l. inter seruitutes. & C. de vsuf. l. corruptionē. ¶ Sed pro solutione dic, ꝙ hoc potest intelligi duobus modis. vno modo cum agitur contra eum, qui seruitutem vendidit, vel promisit: & tunc ad hoc agetur iure actionis, & iudicis officium erit supra hoc, vt faciat eum cauere. l. egi. & l. harum. ff. si ser. vend. Alio modo, cum agitur confessoria contra possessorem prædij seruientis: & tunc quia ille nunquam fuit obligatus, non venit agens iure actionis, nec obligatur. Sed sicut in reali quis cogitur officio iudicis rem restituere, vt in d. l. qui restituere. de rei ven. ita & hic cogitur per officium iudicis rem restituere, & pati illum in seruitute. & hoc habetur pro traditione, vt. s. de seruitu. l. pe. & l. 3. §. dare. s. de vsufruc. Ex isto. §. secundū præcedentes varias lec. collige varios modos practicandi. ¶ † Aliud principale dubium in ista materia incorporalium, scilicet qualiter cōsulatur possessori talium iurium in cōseruatione suæ possessionis, in qua per alium turbatur, vel quæ per alium occupatur. In hoc vide Inno. de rest. in inte. in c. 2. super verbo facta. vbi ponens exemplum in iure eligēdi, si alius exequatur possessionem, & intrat: consuluit, quòd ille, qui est in possessione eligendi, vtatur iure suo, quàm cito potest esse in electione, & est statutum tempus. ext. de electio. c. ne pro defectu. & de concess. præben. c. 2. In alijs autē est arbitrariū. Vel quàm cito potest, agatur interdicto retinēdæ: de quo hic per glo. contra eligentē; quia qui eligit, vel instituit alium (alio possidente) videtur turbare possessionem eius: consuluit autem in retinendæ, quòd stultum esset agere in recuperandæ: quia sic fateretur se possessionem amisisse. & illam esse apud aduersarium, vel etiam potest impetrare officium iudicis, vt ille remoueatur ab ecclesia, cum ille non sit electus per eum, vt hic satis probatur secundùm aliam lec. Alias si negligit facere alterū prædictorum, videtur suspicari se posse repelli, vt solo animo possessionem perderet: nec amplius ei competeret interdictum, vti possidetis, nisi fortè tradidisset ex aliqua iusta causa; vt infirmitatis, defectu iudicis, vel similium. Hoc tamen intelligo, vbi non appareret agens per aliquē actum spoliatus; vt quia fuisset prohibitus seruitute vti; tunc enim non agetur retinendæ; nec prodesset ei dicere, ꝙ aīo possideret; quia de facto perdidit eā, nisi statim eligat, vt dixi; vel possessionem amissam recuperet; quia posset etiam per vim. l. 1. C. vnde vi. Itē ideo dicitur turbari, & sic ei datur interdictum, vti poss. de quo hic; quia ex electione prætendit se esse in quasi possessione iuris. Et idē in similibus: quo casu competit hic interdictum. vti poss. l. 1. §. inter litigatores. & l. si duo. & l. fi. vbi autem ex actu, quem fecit, hoc non contenderet, non daretur hoc interdictum: sed pro iniuria, quam fecit, posset agere iniuriarum contra eum, si ille alio iure non iuuetur contra eū. ¶ Vnū tamen nota, ꝙ si quis dicat solùm extra iudiciū inter amicos ad se pertinere ius prohibendi istum vti fundo, vel similia, per hoc non dicitur turbare possessionem illius. Ita vult Innoc. ibi notanter, vbi etiam no. decidit, ꝙ, vti poss. non datur contra turbantem, non contendentē se possidere, vel contra malitiosè, vel erroneè confirmantē electum à non possessore; quia licèt turbet verum possessorē: non tamen turbat eum super poss. iuris competentis, puta eligendi, vel similia: licèt aliàs sit puniendus, si malitiosè fecit, de sen. excommuni. c. vt famæ. §. 1. ¶ Quid autem si agens in libello suo dicat, cum cōsueuerim vti tali iure, & tali seruitute, & iste turbet me: ego peto, quòd ipse non turbet me &c. Per hoc enim verbum, consueuerim, dicitur deduxisse omne ius, scilicet possessionem, & proprietatē. Ita dicit de cau. posses. & ,ppriе. in c. cū ecclesia. in prima, aliàs secūda gl. ¶ Idē si dixisset, ꝙ ad me pertinet ius talis seruitutis. ff. de verb. sig. l. verbū illud, pertinere. Secus si dixisset. Peto cassari talem electionē, vel talem actum innouatum; quia ad me pertinet de iure. vel de consuetudine. Nam tunc petitorium (secundùm eum) videtur deductum tantùm vt ipse no. in d. c. cum ecclesia. vbi etiam vide Io. An. super ver. consueuerit. in nouella. ¶ Ex his potest inferri ad aliud, † an alleganti se turbatum in iure seruitutis, cōpetat remedium facti; vt quia vult propria auctoritate intrare domum, per quam dicit se habere ius eūdi: & sic esse in quasi possessione, vel iurium, aut sepē constructam, quæ habet impedire possessionem immunitatis, extra de immu. eccle. c. 1. in gl. 1. ponit exemplum in persona ecclesiastica, aut seculari, quæ pro recognitione beneficiorum collatorum alicui ecclesiæ reseruauit sibi certum annuum censum, vel hospitium: quod de iure debetur. 18. q. 2. in c.

4 (margin, at "ri ad aliud")

5 Eleutherius, & extra de censi. c. quanto. ¶ † An ergo ei venienti non receptato liceat sua auctoritate intrare domū, & necessaria in hospitium accipere; cū habeat ius hoc recipiendi, & sit in quis possessione, & ibi refert quosdam dixisse, quòd sic, quia cuilibet licet ius suum extra possessionem suam defendere, & vim vi repellere. C. vnde vi. l. 1. de resti. spo. c. olim. il primò. & sic licebit ei domum frangere ad hospitan. ar. qđ vi aut clam. l. fi. §. si ad ianuam. & C. quod cum eo. l. seruus. & ff. si ser. vend. l. si eo loco. & ad l. aquil. l. quemadmodū. §. 1. & 2. ¶ Sed imò vř, ꝙ nulli clerico, vel laico licitum sit violenter rumpere domum Ecclesiæ, ratione illius iuris sibi debiti; quia Ecclesia & omnia eius bona sancta sanctorū sunt dño consecrata. Ita, quòd qui in eis violentiam facit: committit sacrilegium. 12. q. 2. c. nulli. & c. quicunque. & seq. & de foro compe. c. con-

6 questus. ¶ Ibi etiam in eadem glo. decidit, † quòd si Abbas, canonicus, vel quicunque alius habens ius aliquod in aliqua ecclesia, veniat ad eā, vt vtatur iure suo, & inueniat aliquem opponentē se eidem, quòd potest per violentiam illum expellere, distringere, vel aliter opponenti resistere violenter. sed ecclesiā, domū, ostia, vel sepē simpliciter rumpere non potest. Et rō diuersitatis est; quia quando eijcio personā mihi contradicentē vti possessione mea, defendo possessionem meam, & vim vi repello: quod licitum est. Sed vbi intro violenter possessionem rumpendo ostia; vel sepem: tunc dico mihi ius: quod nō est licitum, nisi in casibus specialibus, qui not. in C. quando lic. vnicuique sin. iud. se vin. ¶ Et quod dictum est de ecclesia, vel domibus ecclesiarum. dicit Inno. idem esse in rebus prophanis. seu secularium priuatorum. Nam prætendens se habere seruitutem in fundo alterius, in cuius est in possessione, si fiat murus vel sepes, per quem impediatur vti illa seruitute: non potest illum rumpere: sed bene potest impedientes expellere. Nec ob. s. de vsufru. l. 3. in prin. vbi dicitur, ꝙ per vsumfructū inducitur legatarius in possessionē fundi fructuarij. vnde dicitur, quòd sicut dominus proprietatis

prietatis posset rumpere murum, qui fieret de nouo super solo suo: sic & posset fructuarius, & alij qui sunt in possessione suorum iurium; quia dicit Inno. licet proprietario rūpere domum; quia illa cedit solo, & per consequens domino: & ideo licet ei diruere illam; quia rem suam diruit, non alienam, vt patet Insti. de re. di. §. cum in suo. & C. de rei vendi. l. 2. Sed secus in vsufructuario; quia non est domin'. ff. de vsufru l. æquissimum. §. fructuarius. & §. se. de hoc tamen constat; †quia nedum dominus; sed etiam vsufructuarius, & quilibet alius habens ius in re, agere potest, vt seruitus, & similia tollātur. ff. si ser. ven. l. si eo loco. & l. egi. Aduerte tamen; quia contra hanc determinationē Inno. videtur magis facere tex. in l. si alius. §. bellissimè. ff. qd' vi aut clā. vnde potest dici, q dicta determinatio debeat limitari, & intelligi secundùm ibi no. ¶ Adde prædictis, quòd si in hoc iudicio oriatur dubitatio; puta quia agens diceret se esse in quasi possessione illius iuris iure suo. Alius verò dicat eū possidere precariò: quis habeat in hoc iudicio probare. vide Inno. de postu. præla. c. bonæ. il 2. super ver. requisitus. facit quod dixi. in l. seruitutes. super gl. magna. ff. de serui.

7 (margin number beside "men constat")

L. Rusticorum.

¶ Ponit alia exempla seruitutum in prædijs rusticis, quæ etiam innominatè debent appellari, vt dixi. ff. l. proxima. §. in prædijs. ¶ In tex. ibi [licere] & hoc tollit contrarium in gl. formatū. ¶ In tex. ibi [cloacam habere] ad quā vadāt coloni agri mei, vt hic in glo. & ita ponebat Odof. ¶ In gl. 1. ibi [vel dic quòd in alio] Ista tertia verar vel extra glo. dic, vt no. in l. 1. ff. tit. 1. quia altius ædificare de necessitate, est seruitus: sed de voluntate, est quædam liberalitas.

Ex. §. Aquæductus.

S V M M AE.

1 *Concessio prima non impedit secundam, quando non impediunt se concursu.*

§. Aquæductus.

¶ Concessio seruitutis ductus vel haust' aquę potest etiam pro diuerso tempore pluries fieri, dummodo omnibus sufficiat, & etiam pro eodem tempore. Hoc dicit. ¶ In tex. ibi [ducatur] vt eadem hora. Nec obstat. ff. eo. l. per quem. vt ibi no. ¶ Adde etiam hic casum. ff. eod. l. ex
1 meo. & quod ibi no. ¶ No. † quòd prima concessio nō impedit secundam, quando nō impediunt se concursu. Et sic clarè concluditur, quòd licèt vni sit facta concessio aquæ, potest pro eodem tempore & secundo concedi sine requisitione primi. ex quo commoditas potest per vtrunque percipi. Et facit ad. q. concessionis aquæ factæ prædicatoribus: quæ postea fuit facta minoribus: scilicet q tenuerit, vt dicit Iac. But. de qua Bar. facit mentionem. in l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar.

L. Item sic.

¶ Potest imponi seruitus de pascendo animalia ad culturā agri colarium deputata. Et vt in agro vicini fructus possint imponi, & ex illo pedamēta sumi. Hoc dicit. & ponit alia exēpla rusticarum seruitutum, quæ & innominatæ sunt. ¶ In tex. ibi [scribit.] Nec ob. ff. de vsufru. l. si quis binas, & ibi no. Similiter nō ob. de vsuf. lega. l. 2. vt ibi not. ¶ In tex. ibi [pedamenta] idest pali. ff. de seruit. l. ex sylua. & ff. eo. l. veluti. §. 1. & ibi gl. ¶ In tex. ibi [vicini prædio.] quod est ibi prope. alias esset seruitus personalis. ff. de vsufruc. l. item si fundi. in fi. vel dic, q ibi intelligit, q qui habet vsumfructū, possit pro vinea habere.

Ex. §. Qui habet.

S V M M AE.

1 *Iurans dicere veritatem super principali, intelligitur etiam iurasse super accessorijs, & connexis.*
2 *In concessione haustus, an accedat concessio aditus.*
3 *Ad, dictio posita super loco, ponitur inclusiuè.*
4 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur.*

§. Qui habet.

¶ Cui conceditur aliquid: videtur cōcedi omne id, sine quo illud esse non potest. Et sic si non valet expressum, nec valet tacitum. h. d. ¶ Et vide istum tex. alle. in l. si Barsatoram. in glo. 1. ad fi. C. de fideius. ¶ No. quod dixi in summario. Ex quo videtur posse inferri, q commissa cognitione causæ, videatur commissa definitio, per regulam. l. de qua re. ff. de iudic. aliqui tñ dixerunt contra, vt not. de offi. Archi. in c. ad hæc. ¶ Nota secundò, quòd cui cōceditur cōsequens, videtur cōcedi & antecedēs, & ecōtra. Et ideo in potestate vendendi bona fiscalia, videtur includi potestas dandi fideiussorem euictionis, & apponendi pœnalia, secundùm morem regionis, secundùm quem aliter non posset vendi: de qua videtur casus. in l. bene à Zenone. C.
1 de quadrien. præscrip. facit etiam iste tex. † quòd iurans dicere veritatem super principali, intelligitur etiam iurasse super accessorijs & connexis. Et hoc voluit Inno. de cōfes. in c. cum super. in gl. 1. ad fi. Idem videtur tenere de excep. in c. dilecti. il. 1. de accusa. in c. inquisitionis. Qd' verū, quando iuramentum non releuaret, nisi porrigeretur ad pendentia, & connexa, vt hic. aliàs secus Ita intellige Inno. de testib. in c. per tuas. ne contradicat de præcedentibus.
2 ¶ † No. etiā, q in concessione haustus, accedit etiam concessio aditus: quod credo procedere, qñ ista facultas eundi erat apud concedentem: vbi autem non erat, an concedens teneatur ad illud, dic quòd non: si concessio nō erat obligatoria. ¶ Attende; quia si in concessione venit aliqd' successiuū, vt est seruitus, vt hic, vel vsusfruct': tunc teneatur. ff. si vsufr. pe. l. 2. in fi. Sed si venit aliquod momētaneū: tunc secus. ff. de contrah. emp. l. in vendendo. vbi patet, q si vendo fundum, non videor vendere viam, sine qua nō potest iri ad fundum, si illa nō est mea. ¶ No. etiam hic in ver.
3 fine, † quòd dictio, ad, posita a super loco, ponitur inclusi-
a uè. ¶ Nota etiam, quòd ex actu vtili, nō dicitur tacitus, seu præsumptus consensus. ¶ Gloss. in ver. ad hauriendum, ibi [econtra non.] Nec ob. C. de luitione pig. l. 2. vbi sublato principali durat accessorium, sed sol. gl. ibi. §. fi. Cōtra hoc
4 tamē videtur facere; † quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur. de leg. 1. l. 3. & C. si pen. appel. l. si is, & vide, ibi Pe. & vide quod statim dicam in glo. vlti. ¶ Gl. agere ibi [quibus mo. pignus vel hypo. sol. l. 1.] sol. vt ibi. ¶ In ea. gl. ibi [de hæredi. insti. l: qui filio] sol. ibi vtrunque fuit expressum, licèt in diuersis voluntatibus. vt ibi patet in litera. ¶ In hoc tamen articulo Bart. concludit, quòd vitiato expresso non vitiatur tacitum, quando est ita æquè principaliter tacitum, sicut expressum. Et ita respondet ad contraria. hic non vitiatur tacitum, quod est accesso-
b rium expresso. ¶ Tu cōclude ad hoc: an vitiato expresso b, vitietur tacitum; quia aut expressum consequitur propter tacitum. Aut econtra tacitum sequitur ad petitionem expressi:

pressi: primo casu valet tacitum; licèt nō valeat expressū, vt. d. l. si fideiussor. de leg. 1. Secundo casu, aut expressum inualidatur de iure communi, aut de iure speciali. primo casu dic, ꝙ si est eadem ratio vitiandi expressum, & tacitū: vitiato expsso, vitiatur & tacitū, siue expssum non valeat à principio vt hic &. C. de remis. pig. l. debitum: siue vitietur ex postfacto, vt. l. si is. hic alleg. Sed si non sit eadem ratio in vno, quę in alio: tunc aut tacitum habet se ad expressum per modum accessorij, & vitiato expresso, vitiatur tacitum dicta. l. cum vnus. ff. de bon. aucto. iudi. poss. & hic. Aut habet se per modum principalis: & tunc non vitiatur tacitum. d. l. si fideiussor. in princ. Si verò de iure speciali: tunc si tacitum sequitur necessariò ad positionem expressi, nec potest capere effectum, nisi per solemnitatē expressi: tunc si non valet expressum, nec tacitum. d. §. si maritus. Sed si non sequitur necessariò, licèt consecutiuè, & pōt p se valere, & subsistere sine expresso: tunc vitiato expresso, nō vitiatur tacitum. d. l. 1 §. 1. qui. mo. pig. vel hypo. sol. Ita fuit de mente Iaco. de Bel.

ADDITIONES.

a ¶ Dictio, ad, posita. Alex. consi. 54. inci. viso processu. in 5. vol. nu. 3. fol. 45. dicit ꝙ dicendo ad ripam, dictio, ad, vicinitatem, non intrinsicitatem denotat.

b ¶ An vitiato expresso. Adde ad intel. huius reg. Alex. cōsil. 59. incip. Attentis verbis. in 3. vol. nu. 1. cū seq. fo. 5. vbi determinat nunquid tacitum, & expressum idem operentur.

L. Pecoris. ¶ Realis seruitus transitum facit in oēs, nisi coarctata reperiatur specialiter ad certam personam. h. d. ¶ Vel sic. Seruitutes pecoris pascendi, & ad aquam appellendi sunt prædiales. potest tamen talis seruitus cum persona finiri, si hoc agatur. Hoc dicit. ¶ In tex. ibi [demōstrauit] per modum taxationis, non simplicis demonstrationis. ff. de proba. l. si pactum. facit. s. de pac. l. iurisgentium. §. pactorum. ¶ In tex. ibi [seruitus] prædialis de æquitate per exceptionem, de rigore secus. ff. l. proxi. ¶ In tex. l. ergo. ibi [vendicare poterit] ab hærede: sed ob. exceptio. ¶ In fi. glo. non eadem. Sic ergo istud pactum continebit ius obligationis, non autem ius seruituris; licèt Rog. statim aliter senserit. Sed Pe. tenuit opi. Rog. C. de vsufruc. in rub. vbi vide Cy. Sed pro opi. gl. videtur casus. s. de seruit. l. 4. & s. de vsufru. l. si quis binas. de hoc per Bar. in l. Mela. §. quidā. ff. de alim. & cib. leg. Tu vide quod dixi. s. in d. l. pomum.

Ex. l. Qui sella.

SVMMAE.

1 *Transitus si cōcedatur alicui per pactum: debet intelligi, quòd fiat innoxiè sine læsione fructuum.*

2 *Statutum, quòd quicunque habuerit coria in die fori in platea: debeat soluere certam gabellam, vel pœnam, quomodo intelligatur.*

L. Qui sella. ¶ Hic in effectu declarat cōmoditatem seruitutis, vt itineris & actus, ponendo exempla: de qua dixerat. s. eo. l. 1. ¶ In tex. ibi [iumentum ducere, non potest] vel vehiculū seorsum à se, vt hic. & s. eo. l. 2. ¶ In tex. ibi [agere potest] non solū sub se, sed seorsum à se. s. eo. l. 1. ¶ Et generaliter ad istam. l. vide quod no. Insti. de seruitu. in prin. ¶ Nota
1 secundo hic in fi. principij. secundùm Bal. a. † quod si cū aliquo sit initum pactum, ꝙ transitus possit per eius locū hři, debet transitus innoxie fieri, nec debet fructus lædi. & in hoc conari debet transiens, nec est melior tex. de hoc secundùm Bald. Sed certè melius probatur. s. de serui. l. si tam, vbi plenè dixi. ¶ Gl. nisi ascendar, ad fi. No. istam par
2 uam glo. quam Bar. adduxit †, quòd si ex forma statuti cauetur, quòd quicunque habuerit coria in die fori in platea: debeat soluere certam gabellam, vel pœnam, an tenēs ibi coria super bancho, vel in manibus, teneatur ad gabellam, vel pœnam. dicebatur, quòd non; quia non tenebat in platea illa coria. Sed contrarium est per hanc. l. à Bar. determinatū: hoc tamē intellige, nisi retineret sui vsus causa, vt pro fulcimento sui corporis; nam tunc non tenetur soluere. ff. de ver. sign. l. in lege censoria. & C. de vecti. l. 8. Et in hoc vltimo vide glo. l. si publicanus. in fin. ff. de publica.

Ex. §. In rusticis.

SVMMAE.

1 *Seruitus an possit acquiri loco medio.*

§. In rusticis. ¶ Medium prædium impedit seruitutē rusticam. h. d. ¶ Vel sic. Medium vitiosum inhabile, vitiat extrema. Et inducitur in contrarium per glo. de obseruan. ieiu. in c. 1. vbi dicitur, quòd si occurrit aliquod festum in die lunæ, pro cuius vigilia volumus ieiunare, quòd debemus ieiunare in die sabbati. ecce ergo, quòd dies dominicalis est medius: & tamen non impedit referri ad festum, quod est die lunæ. Sed solue, vt ibi no. ¶ In tex. ibi [prædium medium] scilicet priuatum, & alienū. Secus si esset dominantis. l. in tradēdis. ff. tit. 1. Nec ob. ff. eo. l. si mihi. §. pe. & ibi no. Aduerte tamen, quod hic dicitur, medium prædium impedire seruitutem, debet intelligi, quando impedit vtilitatē ex vno fundo peruenire ad alium, aliter videtur secus. s. tit. 1. l. pe. & l. seruitutes. §. 1. & ita intellexit Bar. istum tex. Tu dic, vt statim dicam. ¶ Glo. 1. in rusticis ibi. [l. seruitutes
1 publico.] † In hoc autem cōclude latius, & sic aut est talis seruitus, quæ nil exigit fieri in loco medio: tunc siue locus medius sit priuatus, siue prophanus, siue sacer, siue religiosus, non impeditur seruitus. ff. tit. 1. l. in tradendis. §. interpositis. & ff. si ser. ven. l. loci corpus. §. fi. Nec curandum sit rustica vel vrbana. Aut exigit aliqd fieri ī medio loco: tūc, si locus medius est sacer, impedit seruitutes. §. fi. s. de serui. ff. de aqua plu. ar. l. si prius. §. pen. ibi [sed loco &c.] ¶ Sed si sit locus publicus, tunc sic. Si per id, qđ dēt in medio fieri, impeditur publici loci vtilitas, vel libertas, vel publicus vsus, vt si velim de domo mea in tuam immittere trabem cooperiendo stratam publicam, vel apodiare pontem, vel si velim de tuo fundo ad meum ducere aquam faciendo in via publica riuum, hoc casu impeditur constitutio seruitutis, nisi ostēdatur concessio à Principe. d. l. seruitutes. §. publico. 2. respon. Et ibi remisi ad istam: & de aqua plu. arc. l. si in publico. in fin. prin. vel nisi hoc mihi liceret ex lege municipali; vel nisi à magistratu, cui hoc competeret ex forma statuti concederetur; aliter enim proprio magistratu non possit hoc concedere. l. prohibere. §. planè, quod vi aut clam. ¶ Si verò intercedat locus priuatus, per quem oporteat aliquid fieri: tunc impeditur seruitus, donec in medio loco ius acquisiuero. d. l. in tradendis. 1. respon. & d. l. si prius. §. fi. in princ. & ibi Iacob. de Are. & ita etiam potest loqui iste. §. secundùm Richar. Malum. Adde prædictis, quòd licèt locus medius, quandoque impediat seruitutem: nunquam tamen impedit acquisitionē dnij. ff. de acqui. re. do. l. maritus. ¶ In ea. gl. in h. de his vide bonā glo. 2 &. dist. c. qa sunt culpę, quod no.

Ex l. Viæ latitudo.

SVMMAE.

1 *Pedis mensura quæ sit.*
2 *Pertica vnde dicatur, & quid sit.*

L. Viæ latitudo ¶ Viæ legalis est octo pedum per directum. & sexdecim per anfractum. h. d. Et loquitur hic de via legali, vt dixi de conuentionali; quia illa potest esse, & latior, & angustior, sicut parti placuerit. ·j·. eo. l. certo generi. & l. via. ¶ In tex. ibi [in porrectum] .i. via est torta. Quare autem lex taxauerit ad octo pedes: dixit hic, quod in porrectum, siue directum cum vident se plaustra, clamant, sta, & in octo pedibus, potest retrahi plaustrum: sed
1 in anfractu requiritur duplicata. † Quæ autem sit mensura pedis. vide glo. 17. q. 4. c. sicut. Isidorus autem etymo. 16. in c. de mēsuris agrorum. dicit, quod digitus est pars minima in vncia, habēs digitos tres: palmus autem quatuor digitos habet, pes habet 16. digitos, passus habet quinq;
2 pedes, & ptica habet duos passus. i. pedes 10. habet. † Pertica autem à portando dicta fuit, quasi portica. Sed cum omnes mensuræ præcedentis mensuræ in corpore sunt, vt passus, pes, & reliqua: sola pertica portat. ¶ Est autem pertica. 10. pedum ad instar col. in medium templum mensurantis. Et ibi vide latius.

L. Seruitus. ¶ Seruitus secundùm antiquos incipiebat à capite. Et sic vbi erat libertas in capite, non poterat esse seruitus in reliquo: sed hodie aliter obseruatur. hoc dicit. ¶ In tex. ibi. [ex quocunque loco] dummodo aqua non sit ex lacu, vel stagno; quia tunc secus. ·s·. titu. ·j·. l. foramen. ad fin. & ibi no. Et quod hic dicit, solet intelligi secundum. l. secundā. ·s·. eodem.

Ex l. Labeo ait.

SVMMAE.

1 *Seruitutes duæ, quando reperiuntur impositæ super eodem facto, quarum vna non potest esse sine alia: secunda seruitus nūquam sortitur effectum, prius quàm prima.*

L. Labeo ait. ¶ Concessio potest fieri etiam rei non apparentis hoc dicit. ¶ Gl. potest, ibi. [Sol. variauit.] No. hanc excusationem pro excusatione Doctorum, qui vel propter imbecillitatem memoriæ, vel per mutationem opinionis, reperiuntur mutasse consilia diuersa: & sic excusantur. ¶ In
1 ea. gl. ibi [non prius.] † No. ex ista vltima so. quòd vbi super eodem facto reperiūtur duæ seruitutes impositæ: quarum secunda non potest esse sine prima, vt est aquam quærere, & inuentam ducere: nunquam secunda seruitus sortiri potest effectum, prius quàm prima; quia antequam quæratur, & inuenta sit aqua, non potest seruitus ducendi aquam in totum constituit: sed potest etiam concedi.

Ex l. Per fundum.

SVMMAE.

1 *Casus in quo consensus adhibitus separatim valet.*
2 *Confirmatio superueniens validat actum gestum.*
3 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus, si absoluatur ab vna: remanet nihilominus excommunicatus.*
4 *Ratihabitio, quando trahatur retro.*

L. Per fundum. ¶ Si plures repeCiantur habere cōmunem fundum, possunt in illo concedere seruitutem etiam seorsum: & concessio vnius, vel etiam plurium ex eis, non officit alijs. Et si ille, qui à principio non concesserat, postea concesserit, omnia confirmantur: qui tamen cōcessit, contra factum suum venire non potest. h. d. ¶ Vel sic. Quādo requiritur consensus plurium, vt singulorum, potest separatim adhiberi. Item licèt concessio vnius non transferat ius reale: concedentem tamen obligat personaliter. h. d. secundùm Bart. ¶ † No. ergo casum, in quo con-
1 sensus adhibitus separatim valet, vt hic, & ·j·. communi. prædi. l. fi. Et hoc quia consensus aliquorum non præiudicat alijs: vbi autem præiudicare posset, requiritur simul coniunctim consensus omnium. ·s·. de pac. l. & suum. §. fi.
2 ¶ Secundò no. † confirmationem superuenientem, validare actum gestum, de quo. ·j·. tangam circa gl. Sed quo tempore superueniat, an atten. sit. vide quod no. Inno. de consue. in c. cum consuetudinis, & Ioan. And. de re. eccle. non alie. c. dudum li. 6. Et Bar. tangit in l. si quis mihi bona. §.
3 iussum. ·j·. de acqui. hær. Et ex isto potest argui, † quòd si excommunicatus pluribus excommunicationibus absoluatur ab vna: nihilominus remanebit excommunicatus. Sed cum ab altera absoluatur, prima effectum recipit. Item qui est illaqueatus pluribus mortalibus peccatis, si de vno confiteatur, non est in via salutis: sed si secundum postea confitetur, prima confessio assumit effectum. Et de his vide extra de offi. ordi. c. ex parte. ¶ Item per istā l. dicit Inno. de postulatione præla. c. bonæ. il. 2. quòd vbi plures sint in possessione rei, in qua ius, vel seruitus acquiritur, quòd requiritur, quòd omnes sciant, quomodo ille intendit vti iure suo, si ex illa acquisitione fit omnibus præiudicium. Secus si eorum iura sunt ita separata, quòd vni tantùm præiudicetur; quia tunc valet acquisitio contra illum, qui scinit, & non contra alium. & ibi ponit exēpla. & aliquid etiā dixi in l. seruitutes. ·s·. de seruitu. ¶ Nota etiam istum texe. hic in fi. ad id, quod dixi. in l 2. ·s·. de serui. Et facit etiam ad no. in l. iubemus. §. sanè. C. de sac. san. eccle. & ·j·. de euicti. l. vendicantem. & extra de reb. eccle. non alie. c. si quis præsbyterorum. ¶ Gloss. non posse. ibi [contra factum suum venire.] Qualis autem sit ista exceptio, videtur probari, quòd sit exceptio impediens litis ingressum in l. post mortem. ·s·. de adop. Tamen hoc est ibi, quia factum erat præscriptione submissum, vt ibi dixi. ¶ In ea. gloss. ibi [l. post mortem.] Quò ad propositum dic, quòd hic istud factum tenebat, non quò ad ius reale seruitutis: sed quò ad ius personalis obligationis; quia concedens obligatur; ideo non potest venire contra. Et ideo dixit Inno. in simili in c. inter dilectos. de dona. quòd officium iudicis erit isto casu pronunciare istis, qui promiserunt, non competere ius prohibendi. ¶ In ea. gloss. ibi [et effectum.] scilicet per consummationem. Et ex hoc no. quòd tempus nō est modus inducendi, nec confirmandi obligationē. ¶ Non ob. ista l. quia hic superuenit causa confirmans. Ita not. Dy. extra de reg. iur. in c. non firmatur, vbi hoc Brocardum prosequitur. ¶ In ea. glo. ibi [l. donationes.] Sol. hic actus cōfirmans, erat æque principalis cum confirmato: ibi autem
4 erat accessorius. Vel dic, † quòd id, quod hodie trahat retro, vt in ratihabitione est, solum per fictione, q habe-

bet locum, vbi æquitas fuggerit. Eſt enim iuſtum ſi quod nomine meo geſtū eſt, ratum habeo, ꝙ trahatur retro: quã ab initio mei contemplatione geſtũ eſt. Iſta autem æquitas ceſſat hic. Nulla enim ſubeſt ratio, per quam fingi debeat, ꝙ ego retro conceſſerim. ¶ In ea. gl. ibi. [l. qui ſit in prin.] quia reſpondeo, quòd hic loquitur in ſeruitutibus, quæ sũt indiuiduæ: ibi verò loquitur in re diuidua. vnde procedit argumentatio. l. quæ de tota. ſ. de rei ven. Sed non procederet, ꝙ idẽ ius eſt de toto quò ad totum; quod eſt de parte quò ad partem, vt eſt tex. in l. an pars. ĵ. pro de relicto. ¶ In ea. glo. ibi [l. maiorem] de hoc per Dyn. in reg. quod omnes. de reg. iur. li. 6. & per Bar. in l. 1. C. de decur. li. 10. facit etiam. l. pen. & fi. de lega. eo. lib. Tu dic, ꝙ in eo, quod competit pluribus, vt vniuerſis: ſtatur maiori parti, vt ad minus duæ partes ſint vocatæ more ſolito, & in loco conſueto. d. l. 2. C. de decu. lib. 10. & no. ſ. quod cuiuſque vniuer. l. nulli. Secus ſi competat eis, vt ſingulis vt hic. fallit in caſu. d. l. quod maior. & l. maiorem. & in l. conſilio. in fi. ĵ. de cur. fur. & in l. ſi plures. ĵ. de relig. & ſump. fune. Et per hoc patet non eſſe verum, quod dicit Bart. in §. Cato. in l. eadem. de ver. obli. quòd ſi ſtatutum diſponit occiſorem occidi, niſi pacem habeat ab hærede offenſi: neceſſe eſt, quòd maior pars hæredum faciat pacem, vt ſatisfactũ ſit ſtatuto, in quo dubio Bald. in l. ſi manumiſſus. C. de libe. & eo. li. dixit, quòd quando ſtatutum loquitur per verba ſingularis numeri: ſtatur diſcretioni magis idonei. Alij in hoc dubio dixerunt attendi, an agatur de imponẽda condemnatione, vel obtinenda cancellatione, vel liberatione iam dãnati. ¶ Primo caſu, quãdo nõ ſequuta eſt condemnatio: vnus eorum faciendo pacem, poterit eam impedire, per caſum. l. ſi quis hac. §. quotiens. ĵ. qui, & à qui. ¶ Secundo caſu, quando iam eſſet dãnatus, ſi alter hęredum faceret pacem alijs præſentibus, & non contradicentibus, ſunt pro conſentientibus libertatis fauore. & ſic ſufficit. d. l. conſilio. in fi. ſ. alle. Sed ſi alter hæredum apertè contradixerit: tunc attento rigore, plus valet illius contradictio, quàm omnium aliorum voluntas. l. Sabinus. infra communi di. facit etiam. d. §. quotiens. & l. fin. C. de auto. præſtan. Sed humanitate, & æquitate attenta, debebit ſtari maiori parti, intelligendo maiorem partem ſecundùm. l. maiorem. ſupra de pac. hoc caſu ſit opi. Bar. vera. ¶ Aduerte tamen; quia hoc caſu vox maris præponderat voci fœminæ: quia fæmina non poteſt leuare faydam, ideſt inimicitias, vt dicit gloſſ. in c. 1. §. hoc autem notandum eſt. qui feu. da. poſ. ad fi. glo. magnæ. in ver. legibus. q. d. quòd in cauſa aliàs in eas non tranſit ius vindictæ. Sed aduerte, quòd vxor hæredis conſortis occiſi ſola præualet vocibus extraneorum hæredum: quod verum, vbi ſolum reſpicit ius vindictæ. ĵ. de acc. l. ſi plures. & l. ſi cui. §. 1. & ĵ. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. Iulianus. & l. 3. 4. & 5. ĵ. de lib. cau. ¶ Quid autem ſi in eo, quod eſt cõmune pluribus, vt vniuerſis; vel vt collegiatis. minor pars aliquid facit, poſtea tot ratificant, quòd faciũt maiorem partem, an valebit quod geſtum eſt, dic quòd non; cum à principio peccauit in forma. & fuit nullum ipſo iure. Minor enim pars non habet formam vniuerſitatis. hoc probatur extra. de elec. cap. in cauſis. Talis enim ratificatio non eſt collegialis, ſicut requiritur; quia quòd fiat collegialiter, eſt de forma actus. facit de elec. c. in geneſi. & ibi no. ergo.

L. Inter actum. ¶ Iſtam. l. declara, vt. ſ. eod. l. 1. & etiã in l. qui ſella.

Ex l. Certo.

SVMMAE.

1 *Teſtator ſi legat apothecam pannorum alteri, quid dicatur legaſſe.*
Et quid ſi legat apothecam pannorum cũ omnibus, quę ibi ſunt. nu. 2.
3 *Loci appellatione quid contineatur.*

L. Certo. ¶ Appellatio vineæ refertur in dubio ad ſolum tantùm, nõ ad ſuperficiem. Hoc dicit. ¶ Not. ꝙ licèt deficiat demonſtratio, non deficit demonſtratum. Item ꝙ ſufficit, ꝙ demonſtratio ſit ſemel vera. ſecundum Bal. ¶ Glo. actum. ibi [cui parti fundi] ad oculum demonſtrabili; quia pars, quæ non poteſt ad oculum demonſtrari, perinde eſt, ac ſi eſſet pars diuiſa. ar. de leg. 2. l. Mæuius. §. duorum. ¶ In ea. gl. ibi [continẽs
1 per conten. †] No. bene iſtã gl. quæ facit ad. q. mercatorũ habentium apothecam, & legant illam apothecam pannorum alteri, quòd debeat intelligi de pannis, & mercantijs, & non de domo, quaſi ponatur continens pro contento. & dicit Bald. ꝙ eſt veritas. Sed aduerte, ꝙ Bar. tenuit contrarium, de le. 2. l. cum pater. §. mẽſe. dixit enim, quòd in tali legato non veniunt panni, licèt illa verba, pannorũ, videantur adiecta magis cauſa demonſtrationis loci, per l. qui tabernas. de contrahen. emp. Sed fortè præcedens dictum poteſt ſaluari, quando teſtator nõ habet ius in apotheca; vt quia conducebat eam, & ideo (vt legatum aliquid
2 operetur) comprehendat merces. Adde, † quòd ſi legauit apothecam pannorum cum omnibus, quæ ibi ſunt, videntur legata, ne dũ neceſſaria ipſa ſub nomine vniuerſitatis, vt debita, & credita debeanṫ legatario: ſed videntur relictæ res corporales, quæ ibi ſunt. l. prædijs. §. pater. de leg. 3. Debet ergo dicere cum debitis, & creditis, veluti aliàs: vel vti vniuerſalibus, vel lego mercantiam, vel ſimilibus, ſecundùm Bar. ibi. Quædam enim ſunt nomina ſignificantia locum, vt domus: quædam ſignificantia vniuerſitatem iuris, vt menſa, vt probatur de fun. inſtruc. in l. tabernæ. Si tamen teſtator vtatur nomine, quod poteſt intelligi de loco, vt mercantia: inſpici debet mens teſtantis. ĵ. de le-
3 ga. 3. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ¶ Vnum no. † ꝙ quando appellatione loci continentur etiam mercantiæ, veniũt etiam ea, quæ ſunt in loco, in legato loci, vbi de modico præiudicio agitur. vt. ĵ. de pigno. l. cum tabernas. poſſet tamen dici, quòd illa loquitur, quando nullum ius prætendebat obligans in loco illo, meritò verba illa intelliguntur de negotiatione. ¶ In ead. gloſſ. in fin. præterea quæſtio communis eſt, quòd nomine fructuum vineæ, contineantur etiam fructus arborum; quia in illis fructibus arborum, videtur eadem ratio, & eadem mens contrahentium. ¶ Nec ob. prædictis de leg. 1. l. ſi quis legauerit: quia ibi excepit illius terræ vineas, facta demonſtratione certi loci: vnde cum vineæ non reperiantur, non valet exceptio: hic autem eſt certum, de quo ſolo ſenſit appellatione vinearum.

Ex §. Si totus ager.

SVMMAE.

1 *Ius diuiſibile, vel nondum diuiſum in fundo, dicitur inſpicere quãlibet glebam terræ.*
2 *Ad arbitrium boni viri, quando recurrendum ſit.*

§. Si totus ager. Si in vsu constitutæ seruitutis nō est limitatus locus aliquis, seruitus inspicit totum fundum: limitatio tamen fieri debet per arbitrum ad hoc deputandum, qui declarabit illam, secundùm declarationem, vel nisi aliter actum sit. h. d. ¶ In tex. ibi [omnes glebæ seruiant.] Not. er
1 go, † quòd quando est ius diuisibile in fundo, vel saltem nondum diuisum: tale ius dicitur inspicere quamlibet glebā terræ. Et hac ratione hic dicimus in pluribus fundum cōmunem habentibus ante diuisionem. ¶ In tex. ibi [legitima debetur] de qua. s. eo. l. viæ latitudo. ¶ Not. generali-
2 ter, † quòd tunc ad arbitrium boni viri recurrit sub aliqua determinatione fienda: quando illud non reperitur determinatum conuentione, vel legis dispositione: vbi autē determinatio facta est, vel conuentione, vel lege, non habet arbiter se intromittere. ¶ Et sic no. regularem casum, & facientem ad multa, quòd illa, quæ de se determinata sunt, alia determinatione non indigent. Et ideo si inter coniunctos, qui aliàs pro differentijs possunt compelli ad compromissum, oriatur contentio super his, quæ iam decisa sunt mutua conuentione: ex quo certum est, quid alias voluerint: non erit amplius compromisso locus.

Ex l. Per quem.

SVMMAE.

1 *Actio eadem an possit cedi duobus insolidum.*

L. Per quem. ¶ Ille, qui cessit ius viæ, vel aquę ducendæ, vel ius aliud vni: non potest postea illud alteri concedere in præiudicium primi. h. d. ¶ Et aduerte; quia ista lex debet intelligi in illa concessione, quæ affert ius reale, & sic no. pro his, quæ dixi. s. de serui. l. vt pomum. ¶ Glo. vnica in fi. Et faciunt hæc iura de aqua concessa prædicatoribus, & postea minoribus, quæ tangitur in d. l. in cōcedendo. hic all. dixi. s. eo. l. ij. §. j. ¶ Ex gl. facit ista lex ad no. alibi p Iac. de Are. quòd qui cedit iura vni, non potest eadem iura cedere alteri, vt dicit esse casum in l. non quocunque. §. qui Caium. de lega. j. Ad idem de libe. lega. l. si damnatus. de
1 leg. 2. l. qui duos. Et per hoc videtur, † quòd duobus insolidū eadem actio cedi non possit: potest tamen dici, quòd quantū ad vtiles actiones non possunt iura cedi pluribus insolidum: sed quantum ad merum exercitium directarum, sic. vbicunque cedens potest exercere directas: quod est regulariter, antequam interueniat alterum de tribus, de quibus in l. 3. C. de noua. Nam isti assimilantur meris procuratoribus, & melior est conditio præuenientis. s. de procura. l. pluribus. & extra de procura. c. si duo. li. 6.

Ex l. Quintus Mutius.

SVMMAE.

1 *Concessio simplex rei, videtur in se continere concessionē modi.*

L. Quintus Mutius. Habens ius aquę ducēdæ, facere potest in vno, quid voluerit: dummodo domino fundi non noceat. h. d. No. pulchrum tex. probantē,
1 quòd simplex concessio rei, videtur in se prægnanter continere cōcessionē modi, p quem cōmodius, & habilius perueniat ad ipsam rem, vel eius commoditatem. ¶ No. etiam,
a quòd qñ aliquid alicui [a] conceditur, vr̄ cōcedi ēt, ꝑpria habilitas, quanto maior cōcedi pt, scdm Bal. qđ facit ad multa.

ADDITIO.

a ¶ Quando aliquid alicui conceditur. Adde pro maiori declaratione, nunquid concessio propter incertitudinē vitiari debeat. vide Alex. consil. 173. inci. visis & accuratè consideratis in 2. vol. nu. 2. cum seq. fol. 29. Et nūquid cōcessio simplex, & obscura facta per hæc verba. Cōcedo tibi quicquid iuris in tali re habeo, quid operetur talis concessio, & quem effectum habeat. vide eundem Alex. cons. 150. inci. viso, & considerato in secundo volu. nume. 12. folio. 17.

L. Diuus pius. Non est concessum alicui in agro alieno aucupari, domino inuito. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [aucupari] nisi iure seruitutis nobis concessę hinc prætereuntibus, & per hunc modum hæc. l. facit ad titulum. ¶ Adde tamen huic tex. j. dis. in c. j. vbi dicit transire per alienum agrum fas est, ius non est: quæ verba expone, vt ibi. ¶ Glos. j. ibi [sed tamen contradico &c.] No. hanc determinationem, cui consonat gl. alia in l. 3. de acqui. re. do. ¶ Sed contrarium tenet Insti. de re. di. §. feræ. vbi dicit captum non effici capientis. Sed doctrina istius glo. communiter tenetur, quòd solus ingressus est prohibitus, non captura. Pro concordia tamen glo. potest dici, quòd ista gl. intelligitur in captis añ ꝑhibitionem. illa verò in captis post. Sed hoc non est tutum; quia priuati prohibitio, non impedit translationem dominij. C. de condi. ob cau. l. ea lege. de ver. obli. l. si ita quis promisit. §. ea. & per Bar. de acqui. poss. l. qui absenti. ¶ Vnde dic secundò aliter, quòd si fructus fundi consistebant in venatione: tunc si quis ibi venetur domino prohibente, non facit id, quod capit suum. Ita intelligatur gl. contraria: sed si non consistebant fructus in venatione, tunc secus, vt in hac glo. Et hæc differentia videtur probari, ar. l. venationem. j. de vsu. & s. de vsufru. l. usufructuarius venari.

Ex l. Imperatores.

SVMMAE.

1 *Aqua non potest duci de flumine publico cum alterius iniuria.*

L. Imperatores. ¶ Aqua ex flumine publico ad irrigandum agros, pro mensura agrorum diuiditur. Nisi alicui
1 sit aliter ius aliquod concessum. h. d. ¶ No. † quòd de flumine publico, non potest aqua duci cum alterius iniuria. Et sic facit ad q. de habente molendinum inferius, vt non possit concedi superiori exēptio aquæ, per quam exemptionē turbetur cōmoditas inferioris molendini. de quo vide per Bar. in l. quominus. j. de flu. & tangit etiam in l. si manifestè. C. de ser. & aqua. ¶ Itē no. hic secūdùm Bald. quod vicini debent facere simul bona vicinantiam.

Ex l. Vna est via.

SVMMAE.

1 *Ecclesia si est obligata prestare duo, & multis annis non prestauit nisi vnum tantum: non dicetur in alio præscriptum.*
2 *Incorporalia non recipiunt diuisionem.*

L. Vna est via. ¶ Si per plures fundos iter habeatur ad vnum: dicitur via esse seruitus, quæ tota retinetur

 ratione

ratione vſus in parte h.d ¶Vel ſic.Illud, quod eſt indiuiſibile, aut in totum perditur, aut in totum retinetur. h.d. ¶No.ex iſto tex.ꝙ quando aliquid eſt indiuiſibile, nõ vr
1 poſſe ſequi eius particularis extinctio. † Et ſi eccleſia eſt obligata præſtare duo. pro vnum in ſignum ſuperioritatis:& multis annis non præſtauit,niſi vnum tantùm,quòd nihil in alio dicatur præſcriptum eſſe: quia cum omnium præſtationũ ſit vna cauſa: ratione partis hoc ius totum retineat. In contrarium tamen faciunt iura,quæ ſtatim allegabo in ſe.q. ¶Item facit ad.q. de milite habente iuriſdictionẽ in caſtro, qui illa iuriſdictione vſus eſt in certis capitulis tãtum:in certis verò non per 40.annos,ꝙ in illis,in quibus non eſt vſus:nõ obſtet præſcriptio;quia iuriſdictio
2 conſiſtit in iure. Et ſi eſt incorporalis, † incorporalia diuiſionẽ non recipiunt.& ſic ius conſeruatur in illis, in quibus non eſt vſus, vt hic,& l.ſi eo. & l. ſi ſtillicidij. hic all. in gl.& ar.C.de duo.re.l.ſi ita.dicit Guil. per hæc iura in ti.de præſcri.in ver.ſed pone miles. ¶In contrarium videtur facere,& in hac,& in præcedenti.q.quia iſta ſunt diuiſibilia;ergo &c. ſ̃. de ſerui.l.vt pomum.§.j. Et hoc tenuit Alber.Galeoti. per c.auditis. de præſcri. & facit.l.de vſu fru.ſ̃.qui.mo.vſusf.amit. ¶Sed hoc declara ex no.p Inn. in c.2.de capel.mo. vbi tãgit, quomodo ex vſu iuriſdictionis in altero capitulo tantum quæratur,vel conſeruetur in alijs: quod dixi plenè in l.ſeruitutes.ſ̃.de ſeruitu.

L.Si vnus. ¶Non poteſt ſeruitus acquiri pro parte, ſed per plures poteſt acquiri,& per vnum peruenire ad plures.h.d. ¶Et ad declarationem huius.l.vide omnino in l.viæ itineris.ſ̃. de ſeruitu.¶Gl.2.in fi.ibi.[inter viuos] tu dic, ꝙ ſi ſtipulatur dominus, vel ſimpliciter:tũc quęritur dominus,vt hic.Sed ſi ſtipulatur ſibi ire agere licere: tunc non quæritur dominis,vt Inſti.de ſtip.ſer.§.ſed cum factum.& j̃.de condi.& demon.l.qui hæredi.in princ. Et ita fuit in l. & ſi maximè: nam ibi ius eundi fuit ſeruo relictum.

Ex l.Si mihi.

SVMMAE.

1 *Iuris ſuperuenientis refutatio non plus operatur,quàm currentia ipſius iuris à principio.*
2 *Concedo,verbum importat liberationem.*

L.Si mihi ¶Si dominus habens duo iura, relaxat vnum ex illis; videtur vti retentione alterius. Et talis retentio operatur illud, qđ operaretur illud per ſe ſolum à principio retentum.h. d. ¶Et ad euidentiam huius præmitte.l.ſi domus. ſ̃.tit.j. ¶Not.
1 †ꝙ nõ plus operatur refutatio iuris ſuperuenictis poſtea,
2 quàm currentia ipſius iuris à principio. ¶†Secundò nota hic de verbo,concedo, quod importat hic liberationem. In quo aduerte, ꝙ illud verbum de ſe importat titulum; quia ſonat in donatione.extra de dona.c.paſtoralis.& vide.de leg.3.l.vxori.§.fi. & ibi gl. & Bar. vide etiam gl.de vſur.c.j.lib.6. in gl. in ver.puta pignoris. verbum autem, concedo, quaſi traditionẽ importat; quia quod operatur vera traditio in corporalibus, illud operatur ceſſio in nominibus.l.fin.C.quando fiſ.vel priua. ¶Vnum not.quòd verbum concedo (licèt præſentis temporis) tamen habet vim pacti obligatorij, & ex eo agitur. & hoc tenuit Azo in ſumma.C.de dona.circa medium.Idem Bart. in l.5.§. ſtipulatio.de verbo.obli.& circa iſta verba vide caſum in l.fi.j̃.de dona. hodie tamen notarij omnia iſta verba apponunt in inſtrumentis.

§.Seruitus. Damnum irrogatum fundo ſeruienti per vſum naturaliter contingentem ſine hominis facto:non imputatur ei,qui vſum ſeruituris habebat h.d.¶Vel ſic.tolerari debet per lęſum illa lęſio,quæ contingit ſecundùm naturam ſeruitutis. h.d.¶No.ꝙ de his,quæ naturaliter contingunt nos, non debemus conqueri. ¶Glo. 2.ibi[l. placuit]quod quando ſit,dic vt ibi no.& in l.j. C.de legi.

§.Si fundo. Extremitas loci ne ſeruiat,poteſt eſſe ſeruitus loco medio. h.d.¶Vel ſic.licèt redimam fundum medium:non extinguitur ſeruitus,quæ à tertio fundo debetur. h.d.

§.Hauriendi ius. Seruitus aquę hauriendæ, pro commoditate agri iudicatur prædialis.i.realis,non perſonalis h.d. ¶In tex.ibi [ſi prædij eſt.] Et eſt vtile ſcire propter tranſitum,quem poteſt facere res in alium, vt videatur,an tranſeat cum ſua cauſa.de quo. j̃. eod. l. via conſtitui. §. ſi fundum.

L.Si mihi. ¶Seruitus itineris conſtituta ſine certi loci determinatione, facit totum fundum cenſeri ſeruituti ſubiectum: debet tamen quis vti per eam partem tantum, quò minus lædat. hoc dicit.cum ſe. ¶Nota, quòd licèt indefinita promiſſio ſit apta omnia loca comprehendere:reſtringi tamẽ debet ad loca minus damnoſa. Et qui promiſit ſocialibus, quòd poſſent tranſire per ſuum territorium, videtur concedere illud iter, per quod minus damnum recipiat concedens, & conueniat itineri. Simile.ſ̃. de ſerui.l. ſi cui. Et adde quod ibi dixi.

L.Via conſtitui. ¶Latitudo viæ aliàs taxata per legem,poteſt conuentione reſtringi.hoc dicit.Pro euidentia præmitte caſum.l.viæ latitudo.ſ̃.eo.¶No. hic, quòd per cõuentionem partium,poteſt in totum mutari forma rei: & hoc caſu operatur conuentio, vt tranſeat in aliam ſpeciem.facit.l.ſi tam anguſti.hic all. ſed melius facit de dona.cau.mor.l.vbi ita donatur. & hoc eſt allegabile ad plura.¶Glo.j.ibi[de iure cod.l.j.] de hoc dic, vt dixi in d.l. tam anguſti. tangitur per Bar.in l.j.§.ſi quis ita.de verbo. obli.per Butri.in l.j.§.cum qui.de conſtitu.pecu.Alij etiã tangunt in l.j.de iure codicil. de hoc all.

§.Si lacus perpetuus. Seruitus nauigandi poteſt per lacum perpetuum conſtitui.hoc dicit. ¶De ſeruitute autem aquæductus dictum fuit.ſ̃.tit.j.l.foramẽ. vnde iſtam partem declara, vt ibi.

Ex §. Si fundus.

SVMMAE.

1 *Ius ſeruitutis an trãſeat in fiſcum publicatis bonis eorum, qui talia detinebant.*
2 *Ius patronatus an tranſeat in fiſcum,publicatis bonis fundatoris eccleſiæ.*

§. Si fundus. Publicatio fundi seruiētis, vel dominantis, intelligitur fieri cum sua causa, & cum suo onere reali. h. d. ¶ Nota illum tex. in eo, ꝙ dicit rem cum sua causa trāsire in fiscū. Nam videtur decidere quæstionem de fundo in emphy-
1 teosim a libellis precarijs. & similibus. † An si publicatis
2 bonis eorum, qui talia detinebant: istud ius dicatur transi re in fiscū. de quo vide Bar. in l. si finita. §. si de vectigalib⁹. de dam. infec. Facit etiam ad quæstionem hic de facto cō
3 tingentem, † vtrum publicatis bonis fundatoris ecclesiæ: ius patronatus dicatur transire in fiscum. & videtur proba re, ꝙ sic, licèt dicatur, ꝙ non faciat transitum in extraneos hęredes, vt no. gl. 17. q. 7. c. filijs. Et si dicatur transire cum vniuersitate, non videtur absurdum, ꝙ transeat, & si aliàs non transiret, vt not. de re iudi. c. cum Bertoldus. ad quod etiam facit. ÿ. de contrahen. emp. l. in modicis. ¶ Item hic videtur probari, ꝙ fiscus debeat appellari hæres alicuius. In quo aduerte, ꝙ licèt dicatur haberi loco hæredis: non tamen est per omnia propriè hęres. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. ÿ. de iur. fis. l. 3. §. cum ex causa. & ibi not. & ad sill. l. cum fisco. Et ideo quædam sunt, quæ non dicuntur transitum facere in fiscum, vt instantia causæ. ÿ. solu. ma. l. si constan te. §. fi. Et quæ sit ratio, ibi not. similiter nec in eum transit ad effectum nouationis fiendæ. ÿ. de noua. l. quotiens.

ADDITIO.

a ¶ De fundo in emphyteosim. Adde quid si restituatur ta lis bannitus per Principem, nunquid recuperet res emphy teoticas iam alteri concessas. Feli. in c. inter. de maio. & obedien. col. 2. ver. limita primo. determinat, ꝙ sic: sed qd de alijs bonis iam in alium translatis. vide eūdē Feli. in d. c. inter. co. 3. in versi. inquantū aūt, ꝙ nō recuperet bona ꝑ fiscū alienata idē tenet Fel. in c. sup eo. de offi. deleg. in ver si. ꝙ non valet dispensatio. sed quid de feudo, nunquid cō fiscabitur, si vasallus deliquerit, & bona publicentur. vide Alex. in consi. 88. incip. opportunè consideratis. in 3. vol. num. 10.

§. Quæcunque. Seruitus fundo debi ta, dicitur tanquam indiuidua, cuilibet parti fundi deberi. ¶ Vel sic. Indiuisibi lia, & incorporalia consistunt tota in toto, & tota in quali bet parte totius. h. d. Et facit ad id, quod philosophi dicūt de anima intellectiua: quam dicunt esse totam in toto, & totam in quibuslibet suis partibus. vt dixi in l. pro parte. ÿ. de serui. ¶ No. hic in fine pulchrum casum, ꝙ si inter plu res sit sequuta diuisio domus, vel alterius rei: nō videtur actum, ꝙ quis habeat aditum per partem alterius, sicut primò habebat. nisi hoc specialiter sit inter eos conuentū. Et est casus multum vtilis maximè inter fratres diuiden tes domum per partes, ad quarum aliquas non potest ha beri accessus, nisi, & per partes aliorū habeatur. pone exē plum in domo habente tria, vel plura solaria, & in diuisio ne cuilibet fratrum assignetur vnum solarium, & quoti die dubitatur, an ei concessa videatur esse facultas per so lariū inferius fratre inuito, & dubium potest causare id, quod vidimus in l. binas. §. ti. j. hic tamen est expresse deci sum, ꝙ non potest nisi de consensu fratris. Et huius potest (extra literam) assignari rō; qa ista diuisio censetur ꝯmi lis emptioni. l. j. C. cōia vtriusq; iud. Cōstat aūt, ꝙ in emptio ne, vel venditione, nō venit via, vel iter, nisi expressè agat. l. in vendendo. ÿ. de contrahen. em. Et ex istis sumi potest consilium, quod in diuisorio iudicio, reseruetur expressè aditus per partem consocij, vel confratris.

L. Ex meo aquæductu. Non pōt quis concedere aquam de suo aquæductu, quem habet ꝑ fundum alienum. h. d. ¶ Vel sic. Ille, cui competit seruitus aquæ ad suum fundum: non potest eam concedere ad fun dum alienum. secundum Proculi sniam. licèt Labeo con trarium dixerit. h. d. ¶ In tex. ibi [Labeo scribit.] & mo ueri potuit Labeo; quia de suo quilibet potest disponere. ar. l. in re mandata. C. manda. Sed hæc rō non obstat; qa il lud non est verum: qū quis disponit de suo, quod est suum libere; hic autem habebat certam formam, à qua discedi non potest. Et in hoc non habet locum regula. l. in re man data. Potuit etiam Proculus reprehendens Labeonem mo ueri; quia sicut non potest pro seipso quis vti mutata for ma: ita nec debet posse alteri concedere. ¶ Glo. fin. in fin. Et hoc facit ad no. ÿ. eodem. l. per quem, & in l. secunda. §. primo.

L. Si partem. ¶ Diuisio aquæ fit per mensuram prædij domi nantis, non inspecta partium bonitate, vel necessitate. h. d. quia, vt dicit hic Bartol. oportet intelligi, quòd tota il la aqua, quæ contingebat ex diuisione, erat vtilis: tamen vna pars exegisset plus aquæ, quàm alia: quo casu non at tēditur ista necessitas, & ratio est; quia illud ius est totum in toto, & totum in qualibet parte eius. ÿ. eo. l. via consti tui. & ideo diuisio debet fieri per mensuram, vt hic. Si. n. poneretur, quòd esset vna pars, cui aqua non esset vtilis, nec necessaria: tunc non posset illi deberi. ÿ. eo. l. ergo. §. j. ¶ Nota hic, quòd diuisio fit quantitatiuè, non qualifica tiuè. Et ideo modò per hunc tex. Bal. arguit. quòd distri butiones quotidianæ debent dari pares, & æquali mensu ra, non secundùm corporal plus vel minus indigentia pro suo nutrimento: facit, quod no. per canonistas in c. cū om nes extra. de consti. ¶ Gl. bonitatis ibi [l. quod quid.] Sed pro solutione dic, quòd vbi vna res non potest accede re duobus: tunc accedit prætiosiori. Sed quando potest duobus accedere (vt erat hic) non inspicitur bonitas, vel prætiositas. ¶ Gl. vsus [ibi. l. Seiæ. §. Tirannæ.] so. dic, ꝙ ibi non in inspicitur vsus patrisfa. quia istud iudicatur po tius ius quoddam reale, competens prædio magis, quàm personæ. ÿ. eo. l. si mihi. & ÿ. de neg. gest. l. qui aliena. in fi. Præterea si vsus fiat pro parte, respicit totum fundum. ÿ. eodem. l. vna est via. & ideo non inspicitur vsus partis. quod nota.

Ex l. Si via iter.

SVMMAE.

1 *Verba debent interpretari pro eo, cuius fauore apponuntur. Et quid de verbis executiuis, si ad neutrum sint directa, cuius erit electio: tenet, quòd legatarij. nu. 2.*

L. Si via iter. ¶ Hæres potest eligere per quam viam iter con stituat sine læsione legatarij, hoc dicit. ¶ Glo. prima. in fin. Conclude in hoc clarius scilicet actū, ad quem diri gantur verba executiua, siue dirigant ad hǣdē, siue ad le gatariū; semp sit eius electio. tā in contractibus: q in vlti mis voluntatibus. de cōtrah. empt. l. si ita distrahat. & l. si

1 in empti. §. pen. Et ratio huius est:†q̃a verba debent interpretari pro eo, cuius fauore apponuntur. ℥. q̃n di. le. ce. l. nec semel. §. j. Et hanc differentiam nota in vltimis volũ-
2 tatibus. de lega. 2. l. Lucio. †Sed si verba executiua ad neutrum sint directa: tunc cõiter concluditur in legatis electionem esse legatarij. d. l. Lucio. Sed contra videtur casus ℥. de leg. 1. l. cum res. §. sed si Stichus. In contractibus est electio debitoris. l. plerunque in fi. de iure do. & not. in l. non vtique. ℥. de eo quod cer. lo. ¶ Adde quòd in pœnis criminalibus electio est iudicis. l. prima. §. expilatores. ℥. de effrac. & expil. & notat. per Butr. & Do. in l. quicunque. C. de fur. & vide notabile verbum Butr. in l. mancipia. co. ti. ¶Nota tamen, q̃ si statutum puniret in centum, aut in amputatione pedis, vel manus: ista non est proprie alternatiua, sed est quædam pena subordinata. s. corporalis in defectum pecuniariæ. de iurisd. om. in. l. si qs id quod. & de in ius vocan. l. fi. Et circa hoc vltimum vide Bar. in l. 2. de pub. iud.

L. Si communi. Redemptio in cõmuni fundo dominantis, & seruientis operatur interruptionẽ seruitutis. h. d. ¶ Vel. sic. Si à pluribus socijs dominantis fundi, ematur cõiter fundus seruiens, seruitus extinguitur: secus si non esset cõis in fundis dominantibus. h. d. ¶ Nota, q̃ sequuta confusione dominiorum, inducitur & confusio seruitutũ. ¶ Gl. deberi ibi [cõicaui alteruter, extinguit seruitus] hoc membro. Bar. hic respondit gl. Nam per redemptionem primò factam de seruiẽte, seruitus non extinguitur; quia alius remanet proprius, per communicationem postea factam de seruiente, seruitus adhuc non extinguitur; quia communicatio non est causa extinguendæ seruitutis. ℥. eo. l. vnus ex socijs. 2. responso. ¶In ea. gl. ibi [vtriusque redemptio Ioan.] quæ autem sit ratio diuersitatis inter cõmunicationem, & redemptionem. vide per gl. in d. l. vnus. ℥. eodem.

Ex l. Itinere.

SVMMAE.

1 *Deperire quid dicatur.*
2 *Iudicium sortis an sit prohibitum, vel permissum.*

L. Itinere. Discordia inter consortes impedit illud, qđ alias non potest expediri, nisi concorditer. h. d. ¶ Vel sic. seruitus in effectu acquiri non potest alicui ex pluribus legatarijs, nisi de lo-
1 co itineris consentiant. h. d. ¶Nota ex tex. in fi. † quòd illud non dicitur deperire, qđ nunquam in esse fuit productũ. facit. l. deperditũ. ℥. de peti. hær. ¶Gl. ibi [l. huiusmodi. §. fi. quæ est contra.] Circa hoc conclude, quòd vbi est discordia in facto, nunquam recurritur ad sortem: sed afferens aliquid, debet illud probare, per regulã. l. actor. C. de proba. & ℥. de probat. l. ei qui. Si verò discordia sit in iure: tunc debet attendi; aut. n. plures discordant in præiudicium tertij, aut in præiudicium sui; primo casu, si est à lege declaratum, quid fiendum in casu discordiæ; debemus sequi illud exemplum. ℥. de pac. l. si plures. Ita potest intelligi. l. in tribus. ℥. de iudi. Si verò non declaratur à lege iuris requisitio illius tertij, in cuius perniciem discordant: iudex potest eos ad concordiam compellere, quandoque pronunciando, quandoque iurisdictionem denegando. de leg. 2. l. cum filius. §. varijs. Instit. de satis. tu. §. si autem. & d. l. huiusmodi in fine. ¶Secundo casu quando discordant in præiudicium sui. dic, q̃ si aliquo iure nõ potest apparere: tunc si petant recurri ad sortem, recurratur. l. fi. in princ. C. communia de leg. hic alleg. & d. l. in tribus. Si verò hic non petant, nec aliquo modo possint conuenire: tunc se impediant, vt hic, & de vsufru. l. quotiens.
2 & l. 2. §. fi. qui. mo. vsusfru. amit. ℥. ¶ † An autem iudiciũ
2 sortis sit prohibitum, vel permissum dic, quòd iudicium sortis per taxillos non est reprobatum. d. l. fi. in prin. Sed per indiuinationes, & incantationes illud est reprobatum in casibus omnibus. extra de sortileg. c. fi. & x. col. de pac. iura. fir. §. si miles. & tangitur per gl. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ℥. ad Aquil. ¶ De sorte autem licita, & illicita vide gl. 17. q. 3. in summa. Itẽ quomodo hoc nomen, sors, sumatur multis modis. vide Io. An. in proœmio cle. super ver. sortis.

ADDITIO.

2 ¶ An iudicium sortis sit prohibitum. Adde ad hanc materiam, an sorte lis possit dirimi. vide Bar. in l. si quis duobus. C. commu. de lega. eundem Bar. in l. huiusmodi in fi. ff. de leg. 1 Io. An. in c. licet. de proba. vbi Pan. in 14. col. versi. tertia opi. vbi dicit, q̃ si vtraque pars concordat, vt lis sorte dirimatur, q̃ potest dirimi. Bart. in l. si duo. ff. vti pos. dicit nunquam res sorte dirimi, nisi quando dubium est in iure. Bal. [dicit, q̃ nũquam res dirimitur sorte, nisi in casibus à iure expressis. vide in l. meminimus. C. quando, & quib. quarta pars debe. li. 10. vide Feli. in c. licet. de præben. pe. col. versi. gloss. in verbo possidens. sed quid in beneficialibus, an sit locus sorti. vide Feli. in c. capitulum. de rescri. vers. de sortibus. col. 21. alias pe. & quid de Papatu, an possit dirimi sorte. vide eundẽ Fel. in d. c. capitulum. versi. alleg.

Ex l. Is qui duo.

SVMMAE.

1 *Concessio indeterminata aquæ recipiendæ, restringitur ad obuenientem in illo fundo.*

L. Is qui duo. Vbi concessio seruitutis reperitur determinata, operatur, q̃ quis non potest vti, nisi secundùm formam limitationis, vel determinationis sine alia adiunctione. h. d. ¶ Vel sic breuiter. Concessio aquæ mittendæ, intelligi-
1 tur de illa aqua, quæ in fundo colligitur. h. d. ¶† Nota, q̃ indeterminata concessio aquæ recipiendæ, restringitur ad obuenientem in illo fundo, non ad obuenientem extrinsecus. Et huius est ratio: quia in seruitute ponderatur vtilitas agri dominantis, vt secundùm illam iudicemus de cõmodo seruitutis. ℥. eo. l. ergo. §. j. & ideo nimirum si restringitur. Et per hoc non tenetur ad hoc socio, quem scholaris secum ducit: quod intelligo, nisi conditio illius aliud suaderet; vt quia non posset à parte recipi sine socio, vel familiari. Sermo enim ad personam relatus, debet intelligi secundùm illius conditionem. l. plenum. §. equitij. ℥. de vsu, & habi.

Ex l. qui duo.

SVMMAE.

1 *Seruitus vna potest deseruire alteri.*

L. Qui

L. Qui duo. ¶ Ille qui vendit proprietatem, & excipit aquam, & circa aquam 10. pedes videtur seruitutem excepisse, nō proprietatem retinuisse loci excepti. hoc dicit. ¶ Vel sic. illud quod accidit seruituti, accidit iure seruitutis. h. d. ¶ †
1 Nota, quod vna seruitus potest deseruire alteri; vt est seruitus itineris hic, quæ deseruit seruituti aquæ. ¶ Glo. fi. quidam dicunt. vt Dyn. in addi. quòd hic. 10. pedes fuerunt excepti propter seruitutem, & nō iure seruitutis videntur excepti. Ibi autem secus. Et hoc est satis de mente primæ gl. hic. & no. hoc etiā ad iura hic allegata ad ea, quæ no. s. de transa. in l. cū hi. §. si vna. Et adde hic quod ibi dixi. Adde etiam Bar. in l. 3. de ali. & ciba. lega. Et aduerte, quòd hic dicit Bar. quòd debemus intelligere, quòd isti decē pedes debeantur de iure seruitutis ad aquam; quia sic esset seruit⁹: quod esse non potest. Sed illi. 10. pedes seruiunt prædio dominanti, cui aquæ seruitus debetur.

L. Tria prædia. ¶ Illa, quę sunt necessaria in acquisitione, sunt necessaria in amissione. h. d. Et ita alleg. glo. istum tex. j. eo. l. vn⁹. ¶ Vel sic. Amissio, & acquisitio procedūt per easdem regulas. h. d. quia nil tam naturale &c. vt in regula iuris. ¶ Nota casum, in quo medius locus operatur conseruationem seruitutis, quasi sit ratio; quia sicut ratione medij locij impediretur acquisitio. Ita & e contra ratione medij loci inducat̄ retentio. Et secundùm hoc vide, quod inferior dñs potest habere seruitutem ad superiorem: dummodo habeat consensum impedientis vsum seruitutis.

L. Fundus mihi. ¶ In concessione partis factæ socio, potest concedens fundum, facere suum proprium seruientē fundum. h. d. ¶ Ex hoc collige pro ratione decidendi in lege, quod ad iudicādum de validitate, vel inualiditate acquisitionis, inspicitur tempus: quo fit acquisitio.

Ex l. Cum essent.

SVMMAE.

1 *Pacta, quæ apponuntur in iudicio diuisorio sunt valida.*

L. Cum essent. ¶ Impositio seruitutis pōt sequi inter socios diuidētes. h. d. ¶ Vel sic. In diuisione fundi seruiētis pars vni obueniens, an seruitutem debeat eidem fundo, qui al-
1 teri obuenit. hoc dicit. ¶ † Nota hic pacta, quæ quotidie apponuntur in iudicio diuisorio: quæ quandoque habent afficere res assignatas in partē. Nam talia pacta iudicant̄ pacta valida vt hic. Et adde hic casum. l. cū fūdo. & qđ ibi dicā. ¶ Glo. maximè, ibi [l. in traditionibus] & s. de ser. vr. præ. l. si binarū. Et ēt; quia constitutio seruitutis potest fieri sine stipulatione. l. 3. §. 1. s. de vsuf. quoniam tamen requitur speciale pactum, vel stipulatio. j. l. proxi. §. fi.

Ex §. Per plurium.

SVMMAE.

1 *Ius an possit concedi vni obligatorum.*
2 *Pactum vel cōsensus debitorum, facit valere concessionem, quæ aliàs non valeret.*

§. Per plurium. ¶ Habēs ius prædialis seruitutis, non potest ta le ius alteri cedere sine prædio, nisi ei sit hoc cōcessum ex pacto. h. d. ¶ Vel sic. Qui habet seruitutem aquæ ducendæ, non potest haustum aquæ ex riuo cōcedere, nisi hoc faciat ex pacto, & concessione domini prædij seruientis. hoc di-
1 cit. ¶ † Nota ergo acquisitiones, quæ quotidie fiunt aliquid portandi de vno loco per locum alterius. Nam tale ius etiam vni obligatorum, non potest concedi; quia iudicatur inseparabile à fundo. quod est verum, nisi aliud pa-
2 cto sit conuentum. ¶ † Et ex isto sequitur, quòd pactum, vel consensus debitorum facit valere concessionem, quæ aliàs nō valeret: vnde ex isto tex. arguit Bal. quòd vbi cessio fit volente debitore, non possit opponi de simulatione ipsius. Nec habet locū, quod dicitur in l. per diuersas. C. manda. ¶ Itē per hoc arguit, quòd si in concessione emphyteosis est expressum, quòd recipiebat in emphiteosim pro se, & eo, cui voluerit concedere ius suum, hoc casu emphyteota transferens in alium, puta titulo venditionis, vel alio (etiam consensu domini aliter non requisito) dici possit hoc licitè fecisse. ¶ In gl. fi. de hoc. s. de procur. in l. 1. in prin. & probatur de procur. c. 1. & c. fi. in 6. vbi etiam in causa ardua (puta in matrimonio) potest sic constitui. fallit hoc casu in cle. religiosus. de procura. vbi, & cum speciali mandato non constituit alium procuratorem. ¶ Quid autem, si primus constitutus esset inhabilis, cum virtute mandati ad eum directi cum potestate substituendi possit aliū substituere. fuit. q. Cy. post Vltramon. C. de procu. l. quod quis. & Io. And. reassumit in illa cle. religiosus.

Ex l. Vnus.

SVMMAE.

1 *Seruitus vel libertas non quæritur per partes.*
2 *Vasallus potest quis esse sui vasalli.*
3 *Vnio fit cum sua causa.*
4 *Ementes duo habentur loco vnius, quando fit redemptio vtriusque prædij.*

L. Vnus. ¶ Communicatio prædiorum, quæ sibi inuicem seruiunt, non interimit seruitutem. h. d. ¶ Vel sic. Vnus ex socijs nō potest communem fundum suum facere: nec ei libertatem acquirere à socio, vel extraneo. h. d. Et primò ponitur dictum. Secundò illatio. Tertiò respon. cuidam arg. contrario. Secunda ibi: ideo. Tertia ibi. Quamuis. ¶ In tex. ibi [nō personę. sed prędio.] sed vsus in patientia debetur à persona personæ. & sic tex. ibi non contradicit; quia primò dicit deberi socijs;
1 postea dicit deberi prædio. ¶ † Nota, quòd seruitus vel libertas non quæritur per partes. ¶ No. secundò, quòd prædia dicuntur sibi mutuò seruire, idest vicissim. Et sic potest dici, quòd quis sit seruus serui sui, vt. in l. eius qui in pro-
2 uinciam. §. fi. si cer. pe. Ex quo potest inferri † quòd vnus potest esse vasallus sui vasalli diuerso respectu. ¶ Item nota, quòd vnio superueniens, non extinguit seruitutem. Ex
3 quo arguit Oldra. † quod vnio fiat cum sua causa, sicut alienatio. s. eo. l. via constitui. §. si fundus. ita alleg. Old. in quadā disputatione, secūdùm quòd refert Bal. notabiliter ad hoc de vnione in gl. in c. 1. extra ne sede vac. & quod no. Guil. in l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. act. ¶ Item videtur facere ista. l. quòd si in diuisione inter fratres vni obueniat vn⁹ fundus, alij alius cum imposita seruitute, licet postea iterū communicent fundos: tamen non tollit seruitus: sed certè hæc lex non multum facit. Nam hic ponderatur sola ratio communionis, non ratio præsentiæ: at in casu proposito seruitus erat accessoria diuisionis præambulæ. Et ideò

sublato principali, & sic diuersæ diuisuræ per recõmunicationẽ factam inter fratres, tolletur accessorium. ¶ Glo. nil agit. ibi [in personali seruitute] vt.l.si vsusfruct⁹. ad l. fal. ¶ Gl.& ideo placet. ibi [sed tu dic ꝓ parte.] Idẽ tenuit glo.in l.pro parte.§.de serui.quod non est verum: quia seruitus non recipit diuisionem, vt ibi.& l.viæ itineris.eo. tit. vbi de hoc plenè dixi. Itẽ quia hic tex. satis innuit cuiq; sociorum totam deberi. Item alia ratione; quia si deberetur cuilibet pro parte; ergo quilibet posset remittere ius suũ, & sic partem, per l. si quis in conscribendo. C. de pact. & etiã tenet Bar. hic.& in d.l. pro parte. ¶ Nec ob. si dicat̃ si cuilibet debetur insolidũ; ergo quilibet potest remittere de nouo.l.si rem.§.si duo. Et no.in l. si vnus. in prin. §. de pac. quia potest responderi, quòd non debetur personæ: sed fundo, & per eum fundum personæ; cuilibet ergo parti fundi debetur insolidum. l. vna est via.§. eo. sed in qualibet particula quis habet socium; ergo in vna parte non potest vnus solus amittere, vel acquirere seruitutem, & hoc est, quod voluit iste tex. ¶ In ea.gl.ibi [quod nec liberare] Quando enim seruitus remittitur, est quasi seruitutem imponere ei, cui primò seruitus debebatur. l. 1. §. de ser. vr. prædi. Sed certum est, quòd vnus nõ potest seruitutem imponere; ergo nec remittere. ¶ In ea.gl.ibi [quàm in acquisito] nulla istarum verè habet vrgentẽ rationẽ diuersitatis: ideo glo. transiuit ad aliam in ver. Tu dic. ¶ In ea. glo.
4 in fi. † Tu conclude ergo, ꝙ q̃n fit redemptio vtriusq; prædij, duo ementes habentur loco vnius: vnde sicut vnus emptor amborum confunderet seruitutem, ita & duo, qui loco vnius habeantur, quasi in eo subiecto non possit cadere actiuum, & passiuum seruitutis: sed communicatione habentur necessariò vt diuersi, vt. j. pro soc. l. vt fit. Et ideò pro parte quilibet retinet seruitutem: sed si fiat vnius cõicatio, & alterius redemptio, dic quòd si præcedat cõicatio, & sequatur redemptio: extinguitur seruitus; quia licèt in cõmunicatione censeamur vt plures: tamen in sequenti redẽptione censemur vt vnus. Sed si econtra sequatur communicatio. & præcedat redemptio: tunc licèt in redemptione habeamur, vt vnus: tamen in communicatione sequenti habebimur vt diuersi. Et nihil prohibet à cõmuni prædio seruitutem deberi prædijs singularum. Et ideò seruitus retinetur, & sic cuilibet parti debetur. Hãc autem partem nullus potest retinere per rationes.§. allegatas.

§. Si fons. ¶ Impedimentum facti non impedit præscriptionis cursum: sed adducitur restitutionis remedium. h. d. cum se. ¶ Nota, quod res inanimata (vt fundus) retinet, & perdit possessionem seruitutis prædialis: tamen ab initio non acquirit possessionẽ, nisi interueniat actus hominis, vt. l. 1. & 2. C. de serui. & aqua.

Ex l. Et Attilicinus.

SVMMAE.

1 *Impedimentum facti non impedit tempus currere.*

L. Et Attilicinus. ¶ Hæc. l. est summata cũ §. præcedenti. ¶ Glo. fi. ibi [§. ꝓ fundũ] hęc sol. nõ est tuta cum §. præcedenti gl. fi. quia etiam lex contraria potest intelligi in præscriptione rerum incorporalium. Et ideo alij soluunt. ꝙ contrarium loquitur in impedimẽto iuris: hic autem in impedimento facti. ¶ In hoc ergo articulo conclude latius secundum Pe. quem Cyn. refert. in l. quotiens. C. de preci. Imper. offe. in 4. quæstione, scilicet aut quis est impeditus impedimẽto facti, aut iuris. primo casu, aut ꝑ casũ, & currit præscriptio: sed datur restitutio, vt hic, aut per factum tertij, & præscriptio currit: sed non datur restitutio, nisi ille tertius reperiatur non soluendo. arg. l. si. per quem fac. erit. Aut per factum aduersarij: & tunc ipso iure non currit pręscriptio. ar. §. de mino. l. intra vtile. Secũdo casu quando impedimentum superuenit añ inchoatã præscriptionem, ipso iure non currit. sed datur restitutio. l. senatus. §. de offic. præs. ¶ Sed aduerte quia in vtroque mẽbro videtur posse reprehendi. In primo mẽbro, quando superuenit impedimentum iuris, antequam ipso iure currat, & sic necessaria restitutio videt̃, casus ẽ in d. l. senatuscon. §. de offi. præs. cõiũcta ibi glo. quæ intelligit illũ text. quando contraxerunt in aliquo officio: & sic impedimentũ erat à principio. Item tex. ibi in ver. si qui tamen. satis sonat pro hoc, si tempore furti, vel iniuriæ illatæ esset in officio: & sic impedimentũ esset à principio: & tamen currit tempus, licèt detur restitutio, vt ibi dicit glo. in versi. contestetur. Similiter, & cõtra secũdum membrum, scilicet quãdo superuenit postea, videtur casus. in l. fi. §. donec. C. de iure deli. vbi impedimentum iuris superuenit ex post facto. Et tamen ipso iure desinit tẽpus currere. ¶ Quare in hoc articulo videtur melius
1 concludendum, secundùm Bu. scilicet † quòd si est impedimentum facti, nõ impedit tẽpus currere, vt hic. & in l. 1. §. si quis. j. de iti. ac. que pri. Si autem est impedimentum iuris: tunc aut occurrit ex parte præscribentis: & impeditur præscriptio inchoanda, non inchoata. l. 1. C. si aduer. vsu. & l. si fundum. j. de fun. dota. Si occurrit ex parte eius, contra quem præscribitur: tunc attende; quia si in nullo non potuit agere, non currit præscriptio ipso iure, siue impedimentum fuerit à prin. d. l. 1. de anna. excep. siue ex post facto, vt d. §. donec. quasi inchoata dormiat, vt in pupillo dicitur. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno. l. sicut. Sed si agere potuit, non tamen commodè: tunc tempus currat, sed detur restitutio: & ita intelligat̃. d. l. senatus. secundùm aliam lec. positã ibi. & hoc verius. ¶ In ea. gl. fin. Et de hoc modo agendi, qui est generalis, & habet plura iura pro, & contra, vide quod tangit Cy. in l. fi. C. de sen. pas. & Dy. in l. non vt patre. j. de pac. tangitur per glo. 26. q. 6. c. si qs de corpore. & 25. dist. c. ab exordio. & ibi glo. & 50. di. c. ferrũ. & 7. q. 1. c. pastoralis. Et fuit. q. disputata ꝑ Pil. 42. q. quæ incipit. Quidam Bononien. &c. ¶ Et hæc iura vtilia sunt ad. q. no. per gl. in l. damni. §. si is. j. de dam. infec. Sed est glo. econtra, an re dirupta, vel simili sacro loco, an eius priuilegia dicantur extincta. de ope. no. nun. in c. cum ex iniuncto. vbi concludit, ꝙ si sit dirupta de iure: perduntur priuilegia. Sed si de facto, vel de casu. secus; quia non perduntur.

Ex l. Cum fundo.

SVMMAE.

1 *Pactum ex vna persona tantùm, alteri non prodest.*
2 *Conuentio personalis non restringit primum contractum.*

L. Cum fundo ¶ Insertio personalis pœnæ, non immutat naturam primæ conuentionis hoc dicit iste singularis casus. ¶ Vel sic Demonstratio personæ in sermone pœnæ, in realibus seruitutibus, nõ restringit illas, vt reddat eas personales. hoc dicit. Et duo facit; quia primò ponit thema, ex quo quæstio, & so. Secundò obiecti remotio. ibi [nec ad rem.] ¶ In text. ibi [qua pœnam promitti placuit] quia

quia pactū ex vna persona tantū, alteri non prodest. ſ. de pac. l. si vnus. §. ante omnia. Et licèt non possit quis alteri stipulari. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. de verb. obl. tamen seruitus quæsita prædium sequitur. ſ. eo. l. via cōsti
2 tui. §. 1. ¶ Nota, † quòd conuentio personalis non restringit primū contractum ¶ No. secūdò quod iura realia afficiūt rem, & eam concomitantur, ad quencunque peruenerint. facit. d. l. via. §. j. & quod ibi not. ſ. eod. Et potest adduci ad id, quod dicam. j. tit. prox. l. caueri. ¶ Item no. quod licèt pena non transeat in singularem successorem: transit tamen seruitus. Et per hoc dicit hic Bal. se consuluisse, quod si in diuisione erat appositum pactum per verba impersonalia de certo loco alterius non tollendo, quòd tale pactum afficiat etiam singularem successorem; quia transit in eum quò ad seruitutem, licet non quò ad obligationem penale. Nā ista verba non continent pactū personale, sed impersonale: vnde ista promissio in rem, inducit seruitutem realem; ergo &c. d. l. via. §. j. supra. eo. l. cum essent. eod. tit. facit quod no. in l. fin. de ope. no. nunc. & in l. 3. §. opus. ſ. de ali. iud. mu. causa fac.

Ex l. Lucius Titius:

SVMMAE.

1 *Concessio indeterminata respectu fundi dominantis, iudicatur in dubio personalis.*
2 *Additio vnius verbi, in contractu aliquando diminuit.*

L. Lucius Titius. Verba apposita cōtra naturam cōtractus, contrahunt rem de natura sua. hoc dicit. ¶ Vel sic. & plenius. Vbi verba in contractu apposita excedunt naturam realis seruitutis, faciunt seruitutem non esse realem; sed simplicem, & quasi personalem seruitutem. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [aut vbicūq; vis nota,] quòd volēs cōstituere seruitutem prædialem, in dubio præsumitur concedere seruitutem personalē per hanc. l. 1. ¶ In tex. ibi [non oporte re] hoc verū, cū vsus aquæ est seruitus prædialis: sed cum constituitur contemplatione personæ, vt hic factum videtur; quia dixit [vbicunqve vis] ideo ad hæredem non trāsit. ſ. de vsu & habi. l. vsus. Secus si cōstitueretur gratia fundi; quia tunc iudicaretur seruitus prædialis, & sic transibilis. supra. eod. l. 1. Et hoc est de mente glo. super verbo. vbi
1 cunque. ¶ Not. † quòd concessio indeterminata respectu fundi dominātis, iudicatur in dubio personalis: videbatur autem contra; quia ex quo conferebatur vsus ad arbitriū Caij Seij, videbatur hic pendere ab eius determinatione, eā esse personalē; vel realē. ¶ Contrarium tamen hic deciditur; quia ista verba excedunt naturam seruitutis realis: vnde legis interpretatio quandoque refrenat potestatem liberi arbitrij. ¶ Glo. vbicunque. ibi [quod est personale
2 ius,] & sic patet, † quòd additio vnius verbi in contractu quandoque diminuit. Si enim fuisset simpliciter dictum, quod aqua duceretur ad domum: seruitus fuisset realis; quia terminaretur ad prædium: sed quia fuit additum, aut vbicunque vis. Ex hoc patet, quòd ex quo prædio terminaretur ad non prædium, iudicatur seruitus personalis: & sic cum persona sumitur, alias finitur.

Ex l. Flumine.

SVMMAE.

1 *Seruitus habens originem à priuato loco, non impeditur per mediationem fluminis publici.*
2 *Prorogatur aliquid facilius, quàm inchoetur.*
3 *Strata, quando desinat esse strata.*

L. Flumine. Seruitus viæ potest incipere in flumine: quod transitur ponte vel vado: Secus si transitur portibus, vel nauiculis: sed tale flumen non impedit iter, vel viam iam cęptam. h. d. Et hāc diuide, & pone casum, vt colligitur hic ex prima glo. præmitte casum. l. seruitutes. § publico. ſ. ¶ In tex. ib: [eiusdem domini prædium.] Et est verum, eo', considerato quod fieri solet, non quod fieri potest, secūdu Bar. ¶ Not.
1 † quòd vbi seruitus habet originem à priuato loco (quia tunc habet suum principium fundatum) non impeditur per mediationem fluminis publici. Dic ergo, quòd huius.
2 l. intentio est, quod vbi flumen publicum[a] est inter prædia, & coniungitur immediatè prædio, cui procuratur acquisitio seruitutis: tunc habet impedire illius constitutionem: si cum difficultate transitur, puta cum naui, vel similibus. Secus si de facili, vt ponte, vel vado, trāsiri potest; quia continuò habebo facultatem eundi. sed si cum naue traijciatur: non semper haberi potest hæc commoditas. Seruitus enim debet consistere in quadam habilitate, non in multa difficultate vsus. ¶ Sed si flumen medium non est coniunctum fundo, cui procuratur acquisitio seruitutis. sed iungitur alteri fundo: tunc seruitus potest incipere ab illo altero, & continuari in alterum fundum vltra flumen, nec curatur, an isti fundi ambo seruientes, sint eiusdē, vel diuisorum dominorum. Et ideò dic, quòd seruitus, quæ ortum habuit ab altero eorum: potest ad alterum fa
2 ciliter prorogari. Ex quo patet, † quòd aliquid facilius prorogatur, quàm inchoetur. ¶ Nota hic illa, quæ dicuntur terminare seruitutem vię; sunt enim quatuor hic enumerata in tex. ibi [intra viā publicā, &c.] Et hoc est vtile; quia facit, vt dignoscatur, quando quis dicatur alium of-
3 fendere in strata. † Cum enim strata vitiat priuatum, vel etiam publicū locū vt, plateam, desinit esse strata. ¶ Nota ēt, quod via publica, & flumē publicū ponunt, vt separata. Quod est etiam vtile ad statutum aggrauans pęnam offendentis quem in via publica, vel in strata publica. locus ergo fluminis habebitur, pro simplici loco publico, & non qualificato.

ADDITIO.

a ¶ Vbi flumen publicum. Adde ad intel. huius materiæ. Pau. de Cau. consi. 357. in 2. vol. per to. consi. vbi determinat nunquid ex flumine publico non nauigabili, cuilibet concedatur aquam ducere.

Rub. Communia prædiorum tam rusticorum, quàm vrbanorum.

Edifficia. Aedificium vbicunque positum, dicitur vrbanum prædium. Et prædialis seruitus non potest deberi, nisi à prædio. h. d. ¶ Vel sic, & plenius. Siue ædificium sit in ciuitate, vel villa: potest vrbana seruitus constitui, & appellatur seruitus prædialis; quia prædio debetur, nec potest cōstitui, vt vnus sit dominus prædij dominātis, alius prædij seruiētis. h. d. ¶ Glo. non possunt. ibi [per stipulationem, vel pactum aliud.] q. d. pro quo ad personalem obligationem non requirunt prædia, vt no. ſ. titu. 1. l. pecoris. Et adde quod dixi. ſ. eo. in l. cum fundo.

Ex l. De aqua.

SVMMAE.

1 *Permittens in flumine publico molendinum erigi ante suum molendinum, qualiter obligetur.*

L. De aqua. ¶Ius hauriendi aquam, vel ducendi aquam ex flumine per castellum non est propria seruitus. In hoc tamen iure debet quis defendi tanquam in iure seruitutis. h. d. & legitur duobus modis, vt hic in glo. quia primò ponit exemplum in flumine publico. secundò in flumine priuato. ¶Glo. 1. in prin. hæc glo. facta est timore obiectionis, quæ potest formari à diuisione; quia aut ista. l. loquitur de flumine publico: & non potest seruitus constitui. Aut de flumine priuato, & idem; cum non habeat perpetuam causam. l. foramen. §. all. propter hoc ista glo. posuit ad istam. l. duas lec. ¶In ea. glo. ibi [nisi contra concedentē.] Ex hoc potest argui, quòd si concessit quis vicino facultatem constituendi pontem, fortè ad domum suam supra viam publicam, non possit postea agere ad remotionem pontis. Et ex hoc
1 potest inferri, † quod si quis permittat in flumine publico molēdinum erigi ante suum molendinum: licet talis permissio nō operetur quò ad veram essenti. Inducit tamen quandā personalem obligationē permittentis. facit quod no. fuit in d. l. per fundum. hic alle. ¶Item facit ad aliud, quòd si supra viam publicam reperiatur fortè clausura vel locus, per quem quis habeat vsum aquæ ad suum prædium, quem alius nullo iure impedire vult, possit habens cōmoditatem aquæ, contra eum agere vtili actione, ar. huius l. facit. l. 1. §. ait Prætor. si de castel. aqua extrah.

L. Duorum. ¶Vni de duobus fundis retento potest, dominus seruitutem acquirere, vel imponere. hoc dicit.

Ex l. Caueri.

SVMMAE.

1 *Pactum non afficit bona ecclesiastica, vt capi possint sine auctoritate iudicis ecclesiastici.*

2 *Sacra non sunt omnia, quæ ecclesia possidet.*

L. Caueri. ¶Mensura vel numerus sepeliendorum in monumento, limitationem non recipit post monumenti constitutionem. h. d. ¶Vel sic. Ius seruitutis non potest afficere rem, quę desijt esse iuris humani. h. d. ¶Not. istum tex. ibi [non potest] videtur facere ad no. per Inn. de fo. compe. c. verum. vbi ponit exemplum de baronijs, vel alijs datis ecclesię cum hoc, quòd si ecclesia nō subierit onera imposita, nō liceat laico
1 illa sua auctoritate capere; dicit enim, † quod tale pactum non afficit hæc bona, vt capi possint sine auctoritate iudicis ecclesiastici; quia cum dominium talium rerum sit acquisitum ecclesiæ, est factum sanctum sanctorum Domino. Et ideò non potest capi sine auctoritate iudicis ecclesiastici; quia sacrilegium in eis cōmittitur. 12. q. 2. c. nulli liceat, & c. seq. Sed Bart. tenuit contrarium, per l. si quis. C. de epis. & cler. Et quia executio iuridica excusat a sacrilegio. de aqua plu. ar. l. quāq. in prin. ¶Adduxit etiam quod no. Dy. in l. si pupillorū. §. 1. de reb. eorum vbi dicit, quod creditores possunt vendere res ecclesiæ non seruatis sollemnitatibus, quæ alias requirūtur. Et istud firmat in l. creditores. C. de pig. act. ¶Et pro ista parte adduco contra eū text. in l. si ita qs. §. ea lege. de ver. obli. & §. ti. 1. l. via constitui. §. 1. & extra de dona. c. cum dilecti. ¶Non obst. ergo ista. l. quæ loquitur in rebus exemptis à nostro commercio, in quibus non tenet reseruatio iuris: & sic in rebus consecratis, in quibus si intelligeretur dictum Innoc. sine dubio procede-
2 ret. † Non enim omnia, quæ ecclesia possidet, sacra sunt, cum adhuc sint in commercio. facit. l. fin. ĵ. vt in posses. legat.

Ex l. Proprium.

SVMMAE.

1 *Ius decrescendi habet locum in indiuiduis in contractibus inter viuos, & in his, quæ sunt diuidua.*

2 *Feudum, vel emphiteusis si concedatur duobus partibus, & in vnius persona ius extinguitur, non accrescit alteri: sed reuertitur ad concedentem.*

3 *Ius accrescendi habet locum in donatione causa mortis.*

L. Proprium. ¶Vtile per inutile non vitiatur, si potest ab inutili separari. h. d. ¶Vel sic. Altius nō potest quis pacisci, etiā per modum reseruationis, vel exceptionis. & vbi reseruatio facta duobus non tenet in vnius persona; non per hoc inualidatur in persona alterius. hoc dicit. Et diuiditur; quia primò ponuntur duæ quæstiones. Secundò respondet primæ. Tertiò respōdet secundæ. Secunda ibi [respondi] Tertia ibi [solum autem] ¶In tex. ibi [nemo potest] quia suo propria quærere potest, non alieno. §. de serui. l. quotiens. Item quia propriæ debet imponere. §. eo. l. 1. ¶In tex. ibi [acquiri nō pōt]. §. de serui. l. 2. & de ser. rusti. per l. per fundum. Et hoc in seruitute prædiali: secus in personali, vt est vsusfructus; quia illa est diuidua: vnde debet posse imponere seruitutem vnius sine altero. §. de vsufruc. l. 4. &
1 vsusfruc. quemadmo. ca. l. fin. ¶† Nota etiam hic, quòd in contractibus inter viuos, & in his, quæ diuidua sunt, habet locum ius decrescendi in indiuiduis. Sed cum plures non faciant sibi partes per concursum, non cadit propriè ius accrescendi: ita est directò hic in seruitute, quę cuique attribuitur insolidum, vt plenè declarat Bar. in l. re cōiuncti. de leg. 3. iuri autem accrescendi non est locus in contractibus. ĵ. de verb. oblig. l. si mihi & Titio. & sic etiam in eis, qui nullo modo admittuntur ad partem, faciunt partem; licèt secus sit in vltimis voluntatibus, secundùm. l. planè. §. si coniuncti. de leg. 1. & no. in eo. titu. l. huiusmodi. §. Titio. ¶Nota etiam, quòd tota exceptio, cui non interest excipientis demum; quia in casu huius. l. dicitur habere locum ius non decrescendi, licèt non ius accrescendi, vt dictum est: conclude, quòd in vsufructu habet locum ius accrescendi. l. 2. in fin. de vsufruct. accrescen. In alijs diuiduis tamen dic, quòd si fiat concessio Principis habet locum ius accrescēdi. l. 1. in fi. de vsufruc. accres. C. eo. l. 1. si Imperialis liberali. soc. li. 10. Si verò est cōcessio inferioris a Principe: tunc dic, quod si cōcedētis interest locum habere ius accrescendi: tunc habet locum. l. fundus ille. ĵ. de contrahen. emp. Si verò non interest, non habet locum. d. l. si mihi, & Titio. de verb. oblig. & de iure
2 iuran. l. si duo patroni. in prin. † Et ideo si concedatur feudum vel emphiteosis duobus parentibus, & in vnius persona ius extinguitur, non accrescit alteri: sed reuertitur ad concedentem. ĵ. ad Trebel. l. Lucius. §. Caio de leg. 2. l. fi. §. filium. & 10. colla. de duo. fra. de no. benefi. inuest. c. 1. Et si concedatur vni tantùm præsenti, vt Petro, & fratri suo absenti

suo absenti: tunc si concessio fiat ex causa lucratiua: nõ valet ab initio, nisi pro dimidia. d. l. si mihi, & Titio. Nec est locus iuri accrescẽdi. Sed si fiat ex causa onerosa, puta pro certa pensione: tunc accresceret à principio; quia in alteri' persona nõ valet. d. l. fundus ille. de cõtrahen. emp. Si verò concedatur Petro recipiẽti pro se, & nomine fratris sui valet à principio concessio in totum, & portio deficiens reuertitur ad dominum: sicut si alter fratri præsenti concessisset. ff. de act. emp. l. fundum cum mihi venderes. & ideo non est locus iuri accrescendi, nisi sit dictum, vt d. c. 1. de duo. fra. à capi. inuest. vbi dixit notanter Iac. de Bel. quòd etiam in feudalibus post commodum acquisitum, est loc' iuri accrescendi, per l. vtrùm. de asig. liber. Sed si assignatio esset facta patri recipienti pro se & filijs, & vnus filiorũ sine hærede decedat, redit ad patrem, & ita consuluit. Et ad istam. q. vide Guil. in tit. de dona. §. 1. & tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 69. & quod tangitur per Cy. in l. 1. C. qñ nõ pe. par. pet. accres. & per Dy. in l. codicillis. de vsufruc. lega. ¶ Aduerte tamen, ꝙ ibi videtur parificare Dyn. feudum & emphiteosim. Alibi etiam videtur dicere, quòd differant, de verbor. obliga. in l. quod dicitur. & in l. vt iu-
3 risiurandi. §. si liberi. de oper. liber. ¶ † Adde prædictis, quòd in donatione causa mortis, habet locum ius accrescendi. l. 1. §. fin. C. de cadu. tollen. Item in mortis causa capione. l. Thais. §. Stichus seruus. de fideicom. lib. ibi enim non erat legatum, vel fideicommissum, de lega. 1. l. planè. la. 2. in fi. sed causa conditionis implendæ, & in hanc partem Bar. inclinauit. ¶ Sed contra hoc videtur esse casus in l. 1. §. pen. de condit. & demon. Nec ob. §. Stichus seruus. quia potest dici, ꝙ illud illa verba [& hæredib' meis] operantur: & ita videtur intellexisse Bar. in l. si communis seruus ita. ff. de stipu. ser.

Ex l. Si quis duas.

SVMMAE.

1 *Successiuè potest aliquid fieri, quod non posset simul.*

L. Si quis duas. ¶ Potest quis tempore traditionis facere, vt prædium, quod traditur, seruiat ei, quod retinet, vel ecõtra. Sed diuersas res simul tradẽdo diuersis, nõ potest quis inuicem suas facere. h. d. ¶ Vel sic. Siue prædia sint rustica siue vrbana, vnò vendito, & alio retento: potest agi, vt vẽditũ seruiat retẽto, vel ecõtr, etiã si sit alteri non seruiens in medio: dũmodo vsum seruitutis nõ impediat. sec' si nullus fundus retineatur. h. d. ¶ In tex. ibi [alteras tradat] ex causa habili traditionis dominij, vt emptionis, vel simili. ¶ In tex. ibi [potest legem] & hoc si ageretur tempore conuentionis, & traditionis. Secus si tempore traditionis tantùm. vide. l. si binarum. ff. de ser. vr. præ. & ff. de cond. indebi. l. sed. & si me putẽ. §. 1. & ff. de act. emp. l. si tibi liberũ. ¶ Nota primò istum tex. ad q. de nobili, qui relaxauit cõmunitati aliqua sua castra, scilicet quòd aliàs potuerit le-
1 gem pedagij, vel alterius oneris imponere. ¶ † Nota secundò in vers. duas autẽ. quòd aliquid potest fieri successiuè, quod nõ simul. ¶ Glo. ambæ ibi [l. in tradendis.] hoc declara vt ibi. & ff. tit. 1. l. qui sella. in fi. ¶ Glo. non potest, ibi [post hoc] videtur esse verum, nisi istud nominatum ageretur, quia intẽdebatur imponere seruitutem de vno prædio ad aliud. ff. eo. l. quicquid. in fi.

§. Si quis partem. ¶ Tradendo partem ædium, vel fundi pro indiuiso, non potest quis illam suam facere: secus si pro diuiso, & plures tradendo simul vel separatim, possũt idem efficere, ꝙ vnus solus, & insolidum sit dominus. secus si pro parte dominus fuerit. h. d. ¶ In tex. ibi [alteru tri.] scilicet parti retentæ, vel diuisę. ¶ Nota, ꝙ de quolibet fundo possunt fieri plures per appositionem termini districtuum. Ideò sola destinatio domini hoc operatur. l. quod in rerum. §. si quis, hic alleg. in gl. post. sed aliud iudicatur in ædificijs. Nã lex requirit aliquid in ędificijs, puta interuentum parietis. Bald. hic refert, quòd Old. dicebat, ꝙ sicut appositio terminorum distinctorum, est separatio vnitorum: ita econtra vnio terminorum districtuum per habentem potestatem vniendi, est vnio distinctorum, facit. ff. de officio assesso. l. si eadem prouincia, & in Auth. vt iudi. si. quo quo suffra. §. illud. & extra ne sede vacan. c. 1.

Ex l. Si in venditione.

SVMMAE.

1 *Exceptio seruitutis, quæ non est constituta, censetur valida.*

L. Si in venditione. ¶ Si tempore contract' dicat quis rem venditã esse seruã simpliciter, potest illam seruitutem, quam vult, imponere. Secus si hoc dixit, dubitans de seruitute iã cõstituta. h. d. ¶ In tex. ibi [ex empto tenebitur] quia potius intererat eius debere seruitutẽ Titio, quàm alij, ar. C. de pac. conuen. l. fi. ¶ In tex. ibi [putat permittendum] quia interest eius. ¶ In tex. ibi [nullam seruitutem] quia nõ videtur sua in aliquo interesse. ¶ No.
1 ergo, † quòd iudicatur valida exceptio seruitutis, etiã quę non est constituta: & sic facit, quòd in cõtractu possit excipi etiam id, quod non est in esse productum. Et sic per istum tex. videt posse decidi, quòd si vendat quis fundum, salua dimidia fructuum, quæ est coloni, & nullus ibi inueniatur colonus, quòd exceptio nil operatur. facit. ff. de vsu fru. l. sub conditione. ¶ Item quia in in re propria nõ potest quis habere ius coloni. ff. de contrahẽ. emp. l. pacta. §. fi. ¶ Item quia istud pactum non fuit inductiuum noui iuris: sed fuit pactum solùm ad confirmationem iuris, quod erat. Et ideò cum nullum sit ius, quod possit confirmari, pactũ non valet, d. l. sub conditione. ꝓ hoc d' euic. l. minor. §. fin. & de act. emp. l. fundum. & l. si mercedem. §. fin. In quo dubio potest concludi, quòd si inter partes cõstitisset: tunc nullum esse colonũ, nisi ipsum venditorẽ: & tunc videtur debere intelligi, quòd venditor habeat ius coloni, per istum tex. quod adhuc procedit, quando dixisset, salua parte coloni; tunc enim non retulit se ad ius: sed ad factũ quoddam, quod potest cadere etiam in re propria.

Ex l. In tradendis.

SVMMAE.

1 *Exceptio generalis valet, vbicunque est vniformis ratio inclusorum.*
2 *Verba quando habent duplicem intellectum: debent interpretari secundùm illum, secundùm quem valeat dispositio.*
3 *Interpretatio quando sit facienda cõtra producentem.*

L. In tradendis. ¶ Volẽs excipere seruitutem, debet eam specialiter excipere. h. d. ¶ Vel sic. Oratio indefinita, non de sui natura: sed potius de necessitate, vt res valeat, quam

5 dominū non impedit præscriptionem libertatis. Et hoc ideò; quia loquimur hic in seruitutibus, quę propriè non possidentur; vt no. j̄. de vsuc. l. sequitur. §. si viam. vbi de hoc. quod ēt pondera ad declarationem eius, quod tangitur. j̄. in vlti. glo. ¶ Glo. 1. ibi [quare ergo secus] Dyn. assignauit rōnem. in l. si priùs. de op. no. nun. & in ca. semel malus. de re. iud. lib. 6. quia persona potest esse serua ab origine, vt si ex serua nascatur. Sed res ab initio est naturaliter libera. C. de ser. l. altiùs. ¶ Et ideo si ratione seruitutis naturaliter res esset serua; idem esset dicendum circa res, quod circa personas. l. 1. in fi. de aqua plu. ar. licèt ergo quælibet res iudicetur sm̄ pręsentem statum. l. moueor. C. de ser. export. tamen in his qualitatibus, quæ nō possunt inesse ab origine rei, vt in seruitute rerū, de facili probatur contrarium. Et istud est, quod voluit Io. in d. l. si priùs. in glo. super ver. egisset. ¶ Sed in his, quæ insunt, vel inesse possunt, nō ita de facili probatur cōtrariū secundū Dyn. In effectu Barto. dixit, quòd ista nō est perfecta doctrina; dixit ergo, q̄ vbi naturalis status rei, q̄ fuit ab initio de necessitate, concordat cū intētione eius, qui dicit cōtra p̄ntē statū, ī cuius possessione, vel quasi res est, vt in seruitutibus realibus: tūc ꝓcedit opi. Io. & doct. Dy. Nā posito, q̄ qs sit ī quasi possessione seruitutis realis, si dico illā liberā, naturalis status rei concordat mecū, vel possibile est cōcordare cū intētione mea. & iō mihi non præiudicat, & in me remanet onus probādi, & ista videtur magistralis doctrina. ¶ Sed cōtra prædicta vr̄ reg. semel malus. de re. iur. lib. 6. de accu. l. si cui. §. ijsdē. & de re mil. l. non omnes. §. à barbaris. Nā constat, q̄ ab origine status cuiusque est sine malitia, & sine peccato actuali: & tamē, si aliquis est semel malus; & sic est in quasi possessione malitię, semper præsumitur malus, & ei, qui dicit eū bonū, incumbit onus probandi, vt ibi, licèt naturalis status concordet cū sua intentione. ¶ Pro solutione dic, q̄ supra dicta procedūt in qualitate, quæ hēt petitoriū, & possessoriū, si possessio est separata à proprietate à pricipio, vt in seruitute p̄sonarū, & rerū. Sed si nō hēt, nec petitoriū, nec possessorium, necesse est, q̄ ita demum quasi possessio continuatur, si non adest ipsius natura, & essentia, vt in quasi possessione malitiæ. Cum ergo talis quasi possessio sit mutata cum ipsa rei veritate, & proprietate, vt id quod semel est, præsumatur esse, nisi contra probetur. C. de proba. l. siue possidetis. ¶ Conclude ergo ex prædi-

6 ctis, † cum quęritur, an possessio, vel quasi, alicuius status, seu qualitatis transferat in eum, qui contradicit, onus probandi, vel non. Aut status talis, vel qualitas inest, vel est apta inesse ab origine rei, & transfert onus probandi in eum, qui contradicit. Ita loquitur. d. l. non oēs. § à barbaris. in cōtrariū alleg. Aut nō inest, nec est apta inesse ab origine rei: & tūc, aut status, vel qualitas naturalis originalis rei nō cōcordat de necessitate, seu apta nō est cōcordare cum intentione contradicentis: & tunc aut talis status, & qualitas diuiditur in petitorium, & possessorium, ita q̄ possessio po est esse separata ab ipsa proprietate, & veritate: & tunc non transfert onus probandi in cōtradicentem totaliter, vt in istis seruitutibus realibus: vt hic. & d. l. si priùs. Aut talis qualitas, seu status est talis, q̄ proprietas non separabitur à possessione: tunc talis qualitas, & quasi possessio transfert onus probandi in eū, qui contradicit, vt d. c. semel malus. & si. sup. alleg. ¶ Ad de prædictis, q̄ quandoque pręsens non contradicit, nec cōsentit origini: sed id est ꝓter iuris naturā, vt quia reperitur quis de præsenti in quasi possessione vectigalis exigēdi, vel iurisdictionis in loco exercendæ, vel clericatus. & si. & in istis quasi possessio non prodest, nisi de titulo doceatur; quia ista sunt accedentia præter naturam, & non sunt iusta, nisi iustificentur, quod not. Pet. & Cyn. in l. solēnibus. C. de si. inst. & Bar. in l. Herēnius. j̄. de decu. facit ēt extra de priui. c. cum personę. lib. 6. ¶ Et ideo Datiario agenti ad pęnam fraudati datij, non sufficit probare, q̄ sit in quasi possessione datij exigendi, nisi verè probet conductionem: nec clerico agenti ad beneficiū, vt obtineat, licèt sit in habitu, & tonsura: nec vt euitet iudicē secularem, nisi appareat de titulo clericatus, quod intellige, sm̄ no. de sen. exc. in c. si iudex laicus. lib. 6. Quantùm verò ad cōmodū aliorū, sufficit p̄ns status sine probōne titul i; vt cū versatur publica vtilitas: & q̄tū ad excusandū à pœna, quā quis īcurrit percutiēdo clericū inuentū ī habitu laycali, vel dehonestādo matronā repertā in habitu meretricio, pōt eā euitare. Ita dicit gl. l. si ignorans. j̄. loc. ¶ An tñ, & qñ ex p̄senti indicat̄, seu p̄sumat̄ in pręteritū. vide oia no. verba, q̄ scripsi in ī l. nō est necesse. j̄. de ꝓba. quæ hic nō repeto. ¶ In fi. eiusdē gl. No. ergo gl. quæ quottidie allegatur, † q̄ quasi possessio releuat quē ab onere

7 ꝓbandi de dñio, quod intellige verū, qñ dominiū incidenter deducitur. ¶ Et ideo aduerte, q̄ q̄tū ad onus probandi ista litera debet intelligi, q̄ possessio fundi dn̄antis releuet à probatione proprietatis; quia illa venit incidenter: sed possessio seruitutis non releuat ab onere probandi seruitutē deberi; quia ista seruitus in iudicium principaliter deducitur. vnde cū hic agatur causa petitorij, nō possessorij, simplex possessio nō releuat. & hoc est, qd̄ subtiliter

8 ista gl. voluit. ¶ In hoc tñ, † an, & qñ ex possessione p̄sumatur dñiū. Dic, aut dñiū deducitur in iudiciū per modū accidentis, aut per modū exceptionis. Primo casu aut deducitur principaliter, vt rei vēdicatio: & tunc probādo possessionē, nō probatur de dñio. l. in rem. in prin. sup. de rei vend. & C. de alie. iud. mu. cau. fa. l. 1. in prin. ¶ Fallit, qñ agitur cōtra eū, qui violenter occupauit. l. si quis emptionis. §. sed hęc super illis. C. de pręscr. 30. anno. facit qd̄ no. Dy. in reg. qui ad agendū. in 6. Aut deducit̄ incidēter, vel accessoriè, quod est, qñ venit, vt quoddā preābulū, vt hic in confessoria; q̄a ēt pōt examinari seorsum à seruitute. l. fundi. j̄. de excep. & C. de adul. l. qñ Alexandrū. tūc si probauit dñiū, iudicat̄ pos. de præsenti, & præsumit̄ dominus. Ita gl. posita hic alleg. & in l. pe. de cond. instit. Et alleg. tex. cū gl. in l. 2. sup. fam. erc. facit quod no. Cy. C. quæ

C. quæ sit lon. consue. l. 2. in 4. q. prin. & in l. ignorat. C. q. accu. non pos. ¶ Et an istud habeat locum in quasi posses sione incorporaliũ, vide no. per Cy. in l. ij. C. vbi cau. sta. de quo dixi. s̃. no. gl. Adde ad istud membrum, ꝙ dominium quandoque probatur per famam, vt cum allegatur dominium multum antiquum, cuius non extet memoria de origine. Ita no. gl. in l. proprietatis. C. de proba. facit. l. at qui natura. §. cum me absente. s̃. de nego. gest. cum ibi not. per Gl. ¶ Et prædicta vera, nisi constaret contrariũ. s. eum non dominum. l. item Mela. §. pe. s̃. ad le. Aqui. & l. 1. §. 1. de ser. corru. In quibus apparet, ꝙ possessio non fundat intentionem agentis, qui debet esse dominus, ita quòd dominus præsumatur, licèt incidenter dominiũ deducatur. Sed si deducat possessionem de præterito: tunc præsumitur dominus. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ĵ. de pig. Et no. in l. cum res. C. si alie. res pign. da. sit. & Insti. de act. §. item seruiana. Adde aliam gl. C. de agri. & cẽsi. i. d. l. litibus. li. 11. in gl. est ergo. Secundo casu principali, quando per viam exceptionis: tũc aut hoc probat post fundatam intentionem actoris, quem reus vult excipiendo repellere, & non præsumitur dominus. l. siue possidetis. C. de proba. & sic oportet dominium probari ᵃ per

a reum, & se vsum iure dominij. ĵ. de exce. l. 2. & de proba. l. in exceptionibus. Aut hoc probat ante illã fundatam, & præsumitur dominus, & sufficit, quòd probet se vsum tanquam dominum. ar. de solu. l. Titia. Et probatur istud mẽbrum. C. ne vx. pro mari. in l. ob maritorũ. s̃. all. & gl. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. de re iudi. ¶ Adde etiam vtilem glo. in l. 2. C. quando fis. vel priua. ¶ Adde etiam prædictis, quòd quando dominium est de essentia contractus, vt in mutuo naturali, an tradens præsumatur dominus; eò quia erat in possessione pecuniæ: quod not. per Gul. ĵ. si cer. pe. i. l. nã & si fur. & per Cy. C. co. ti. in l. nõ. ¶ Glo. in dominio ædium. in fi. & facit. s̃. si vsusfruc. pe. l. vti frui. §. sed si fortè. & ad huius declarationem vide qđ dixi super tex. in vlti. no.

ADDITIO.

a ¶ Dominium probari. Adde ad hanc practicabilem doctrinam Alex. in consi. 146. inci. Videretur inspectis, quæ in themate. in 2. vol. ver. verùm quia modus. vide etiã de modo probandi dominium Pau. de Ca. in consil. 179. in 1. volu. per totum consi. Et quando sufficiat dominiũ probari incidenter, & non principaliter. vide etiam Paul. de Cast. in consi. 113. nu. 1. & 2. in 1. vol.

Ex §. Aristo.

SVMMAE.

1 *Bannitũ vnius territorij an sit licitũ capere in alio territorio.*

2 *Prohibitus vti re sua, qñ vult, dicitur ĩ possessiõe illiꝰ turbari.*

3 *Interdictum, vti possidetis, vtile competit pro seruitute.*

§. Aristo. Nõ est licitũ in alienũ mittere, ẽt ꝓ iuribus incorporalibus, ꝓ qbus sunt inuenta iudicia possessoria. h. d. ¶ Vel sic. Dñs partis inferioris loci, nõ põt ĩ superiori parte iure seruitutis fumũ immittere. Similiter, & dñs superioris partis non potest in inferiori mittere aquã, nisi inter eos aliud actũ sit, & talibus danẽ istæ actiões, q̃ pro seruitutibus cõpetũt, & interdicta possessoria. h. d. ¶ No. primò regulã, ibi [in suo .n. &c.] Cũ. n. ꝑmittat alicui in suo ptãtem istã, restringit

1 in alieno. ¶ Et isto mõ ꝑ istũ text. arguit Bald. † ꝙ non sit licitũ bannitũ vnius territorij capere in alieno territorio. etiam si appareat eum fugatum de territorio prohibito, peruenisse ad aliud territorium. ¶ In oppositum tamẽ videtur facere de adul. l. capite quinto. Quod tamen dixi priùs verius esse eadem ratione; quia cum ad alienum territorium se contulerit, statim priuatur dominus primi territorij potestate capiendi. pro hoc optimè facit iste text. dum dicit, quòd non licet mittere pedem in alienum territorium. Mutato enim territorio mutata est potestas. ar. ĵ. de fur. l. si dominium. & quod ibi no. facit etiã de ędil. edic. l. quid sit fugitiuus. §. idem Celsus. ¶ Non obst. l. capite quinto. quia ibi durabat potestas retinendi pariter. hic autem secus propter mutationem territorij. ¶ Et ex hoc infertur, quòd cum captura non tenuerit, non poterit contra talem captum ad aliquam executionem procedi, imò cum captura non tenuerit, ante omnia esset relaxandus, imò & capiendus videtur obligatus actione iniuriarum. extra de verb. sig. c. ex parte. in princ. ¶ Glo. iure in fi. Hãc differentiam Bart. reprehendit propter æquiparationem hic, & in d. l. pen. de iniur. dicit ergo, quòd si dominus partis inferioris facit ignem solitum ad regimẽ familiæ: põt licitè facere, nec tenetur, licèt fumus ascendat. Nisi hoc faceret animo iniuriandi. d. l. pen. ¶ Et eodẽ modo si dominus partis superioris effundit aquã per suum solarium: vnde modo alio non tenetur, si aliqd descenderet, nisi faceret animo iniuriandi. Sed sicut dominus inferioris partis non posset ibi facere tabernã, in qua continuò conuersaretur magnus ignis. Sic nec dominus superioris aquam vltra solitum effundere; & ita loquitur hic secundùm eum. ¶ Glo. immitti. in fi. Solus ergo dominus tenetur fructuario ad patientiã. Et sic ciuilis possessio, vel quasi, quæ dicitur esse penes fructuarium respectu iuris sui, vt dicit fin. gl. j. in l. ait Prætor. §. item ei. s̃. ex qui. cau. ma. Cui adde glo. in l. si plures. §. j. in glo. 2. de vi, & vi ar. Quod etiam tenuit Pet. C. de rei vend. in l. certũ. quia dicitur esse penes eum solum respectu dominij. Ita alle. Bart. istã glo. alibi dicens non posse fructuarium, vel vsuarium in iure suo turbari, nisi à solo domino. Ita dixit in l. naturaliter. in prin. de acq. poss. Quia non videtur verum de iure, cum eis competat interdictum, vti possidetis, aduersus quoscunque. l. j. in fi. vti poss. Circa quod idẽ ẽt videt in l. 2. §. hoc autem. s̃. eo. ¶ Glo. vti poss. in fi. No. j. ex tex.

2 cum glo. † ꝙ prohibitus vti re sua, quomodo vult, dicitur in possessione illius turbari, vt recurrere posit ad interdi

3 ctum possessorium, vti pos. ¶ No. 2. † pro seruitute cõpetere vtile interdictũ, vti pos. & idẽ dixit gl. in l. j. C. vti possi. qa ista gl. declarat hic, & intelligit, qñ agitur pro quasi possessione seruitutis turbatæ. Sed ratione possessionis fundi dominantis turbatæ ageretur directò; quia turbatus in ista seruitute, videtur turbari in possessione fundi. l. pen. de aqua plu. ar. Et circa hoc ponit hic Bar. duo verba Iac. de Are. Tu autem dic, vt dixi in l. 2. §. Pomponius. s̃. eod.

§. Apud Pomponium. Conuẽtio, per quã agitur, ꝙ alicui liceat, quod iure cõi facere poterat, iudicatur de iure cõi inualida. h. d. ¶ In tex. ibi [cuniculum] dicitur riuus, vel locus coopertus, per quẽ aqua ducit. Ita exponit in l. Proculus. de dam. infect. ¶ No. casum, ꝙ quando qs nihil immittit in alienũ, non põt fieri pactũ, ꝙ hoc liceat. ¶ No. 2. ꝙ pactũ continẽs idẽ, qđ ius cõe, non inducit pactũ; quia nil adiicit. Et isto modo põt

a induci ᵃ ad illud statutũ continens idẽ, qđ ius cõe, ꝙ nõ adiiciat vinculum: de quo per glo. in c. j. de constit. l. 6. aliàs in c. j. eo. tit. in antiquis, vbi præcipuè Ioan. de Lign. Bar. aliquid tetigit in l. j. in princ. ad legem Falc.

ADDITIO.

a ¶ Induci. Adde tamen, an pacti, & statuti sit eadem potẽtia, ponit Gl. in Rub. C. de decu. lib. x. vide Bart. in l. non impossibile. ff. de pac. in vlti. co. ver. quæro. & in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iu. Est tamen licitum arguere à pacto ad statutum; quia arguitur à minori ad maius affirmatiuè: si potest per pactum, quod est minus, ergo per statutum, quod est maius. Ita ar. tex. in l. fi. vbi Bart. & Bal. C. de fideiuss. in tantùm, ꝙ illud, quod potest fieri per pactũ, potest fieri per statutum simplex. Ita Bar. in d. l. fi. & Bal. in l. cunctos populos. in xj. co. C. de sum. tri. & fide ca.

L. Si eo loco. ¶ Natura confessoriæ est, vt per eam destruatur, qc quid est factum contra seruitutem. Et vbi superueniens ædificium extinguit ius seruitutis, agitur actione de dolo h. d. ¶ No. ex isto tex. primò, quòd & si exclusus sit à iure ordinario, quod ei competebat ratione iuris sui; eo respectu tñ; quia ius aduersarij facto eius est extinctum, nõ est exclusus saltem ab actione de dolo. Secundò probatur hic, ꝙ vbicunque quis vult se subijcere iuri meo, vel in vsu illius me impedire, possum illi de iure meo obijcere. Et hoc modo facit ad illud, ad quod inducitur per Innoc. ꝙ si secularis, vel ecclesiastica persona pro recognitione beneficiorum suorum reseruauit sibi aliquod hospitium in aliqua ecclesia, (qđ ei de iure debetur. 18. q. vlti. c. Eleutherius.) si negetur ei hospitium, potest domum ecclesiæ frangere, & violenter potest intrare ad hospitium, per l. istam. & C. quod cum eo. l. si seruus. & ĩ. ad le. Aq. l. quemadmodum. §. 1. In contrarium tamen ibi decidit, potissimè; quia omnia bona ecclesiarum sunt sancta sanctorum, & domino sacrata, & in eis sacrilegium committitur: quod ibi probat per plures rationes, quas probat, ibi vide per te. Ita dicit Inno. de immu. eccle. c. 1. in prin.

§ Qui latiore. ¶ Licèt in vsu seruitutis excedatur, vel diminuatur modus, non per hoc dicitur perdi seruitus. Et ad istũ casum adde no. casum in l. is, qui vsumfr. habet. ſ. quib. mo. vsusfru. amit. ¶ No. ergo, ꝙ à iure simplicis seruitutis non excluditur quis, dato ꝙ illud misceatur, patet hic in mixtura aquarum, quæ non habet impedire simplicem seruitutem aquæ ducendæ. ¶ Secundò no. istum text. qui videtur facere, ꝙ si habens iurisdictionem suspẽdendi, decapitandi, vel alias magnas pęnas imponendi; imposuerit etiam magno tempore paruas: tamen non per hoc potest dici exclusus à potestate magnas imponẽdi. & sic potest dici ad no. per Inno. de ca. mona. in c. cum dilectus. vbi docet modum probandæ iurisdictionis in loco. quod plenè declaraui in l. seruitutes. la grande. ſ. de serui.

Ex l. Si quis diuturno.

SVMMAE.

1 *De titulo non est necesse ei probare, qui fuit in longa quasi possessione in iuribus incorporalibus.*

2 *Quasi traditio tacita non plus valet, quàm expressa.*

3 *Allegans precariam indulgentiam, debet eã probare.*

4 *Præscriptionis causatæ à iure reali quis sit effectus.*

5 *Præscriptiones habent priuilegium facti, & sunt stricti iuris.*

L. Si quis diuturno. ¶ Ista. l. est regularis in materia, & vt plurimùm allegabilis, & in effectu hoc intẽdit. In præscriptione realium seruitutum non requiritur titulus, & per talem præscriptionem acquiritur ius vtile,
1 non directum. h. d. ¶ Nota, † ꝙ in iuribus incorporalibus ei, qui fuit in longa quasi possessione, non est necesse docere de titulo. & illud est regulare. Fallit quando præsumptio iuris esset contra præscribentem, vel quando pręscriptio curreret contra leges, vel constitutiones, vt extra de rest. spol. c. ad decimas. & de præscri. c. 1. lib. 6 Quod declara, vt dixi in l. seruitutes. ſ. de seru. ¶ Potest etiam
2 ista l. allegari, † ꝙ nõ plus valet tacita quasi traditio, quã expressa, vt hic. & ĩ. eo. l. si à te. & ĩ. loca. l. qui ad certũ. & C. de acqui. pos. l. 2. & l. si. eo. ti. & ĩ. de contrah. empt. l. fistulas. §. fundum. Et ideo dicebam in d. l. seruitutes. ꝙ vbi scientia, & patientia habentur pro quasi traditione, ibi talis debet esse sciens, & patiens, ꝙ habeat potestatẽ quasi tradendi: de quo vide ibi pleniùs. ¶ Item hic videt̃ casus, ꝙ in incorporalibus agens habeat necesse probare ꝙ nõ vi, nõ clã, non precario, cõcessit. qđ examinat Inn. in c. bonæ. il 2. super ver. requisitus. de postu. præla. Et Io. An. ponit in nouella super tertia gl. vbi Innoc. intellexit istum tex. in agente confessoria, vel petitorio pro aliquo iure; quia tunc illi incũbit probatio. Sic in interdicto, qđ vi aut clã. Et eodẽ mõ si ageret interdicto, recuperãdæ, aliàs retinendæ. l. 1. ĩ. vti possi. Et interdicto, de iti. actuq; priua. & de aqua quotti. & æsti. & simi. ¶ Alij tamen sim-
3 pliciter dicunt, † ꝙ allegans precariam indulgentiam, debet eã probare, per c. cum venissent. de insti. vbi Archiepyscopus dicebat se personaliter concessisse: & nisi probet personalem concessionem, & sic gratiam, obtinebit Archidiaconus. & istam partem pro veriori tene. Nõ ob. l. 1. quia dico, ꝙ hoc probat eo ipso, ꝙ cõtrarium nõ probatur; quia negantis factum per rerum naturam, &c. vt ĩ. de proba. l. ei qui. & C. de proba. l. actor. ¶ Item nota. ex
4 ver. Agi autem. † ꝙ effectus præscriptionis causatæ à iure reali, porrigitur ad omnes: vnde probare videtur, ꝙ qui præscripsit iurisdictionem in aliquo territorio, potest punire etiam forenses delinquentes, dato ꝙ quò ad eos nũquam fuerit vsus aliqua quasi possessione. quod potest esse multùm vtile, & secundùm hoc extenderet̃ iste text. ad dicendum, ꝙ præscriptio extendatur de persona ad psonã. Multi tñ dixerũt, ꝙ nõ extẽditur de vna specie ad aliã. vñ qui præscripsit seruitutem aquæductus, non videt̃ propterea præscripsisse seruitutẽ viæ. ¶ Similiter qui præscripsit iurisdictionẽ in vno articulo, puta in causa appellationis, vel simili, non vr̃ propterea præscripsisse ius simplicis querele. ¶ Similiter q pscripsit iurisdictionẽ in ciuili-
5 bus, non intelligit̃ pscripsisse in criminalibus. † Nã pręscriptiones habent priuilegium facti. Et iõ sunt stricti iuris, vt l. 2. de iti. actuque pri. facit quod no. Archi. de offi. Archi. in c. dilecto. Sed ipse Innoc. aliter vr̃ sentire ex̃ de capel. Mo. in c. cum dilectus. in gl. in uer. possessoriũ. de hoc ẽt tangi t̃ per Cy. post Pe. in l. 2. in fi. C. de eman. li. Quod declara, vt in l. seruitutes. ubi uide, ſ. de serui. ¶ Glo. 1. ibi [sine titulo præscribuntur.] q. d. quòd sola bona fides sufficit in istis incorporalibus. C. de ser. & aqua. l. 2. Et quæ sit ratio, vide Dy. de reg. iur. in c. possessor. li. 6. quod dixi etiam in l. seruitutes. ſ. de serui. ¶ In ea. glo. ibi [l. si quis emptionis. §. 1.] de quo dic, ut per Cy. in Auth. nisi tricẽnale. C. de bo. mater. ¶ Glo. 2. in fi. hoc totum prosequere, quod declara ut in d. l. seruitutes.

L. An vnus. Põt alter ex socijs alterũ ædificatẽ impedire iure cõionis, non iure seruitutis. h. d. ¶ Vel sic. In pari causa melior est

est conditio socij dissentientis.h.d.& sic concor.l.Sabinus ꝟ.communi diui.¶ No.j.moraliter ex text.ꝙ non dicitur habere liberam potestatem in re, qui habet consocium, vel consortem.¶ Nota.2.moraliter, ꝙ vnus ex pluribus dominis vnius Castri,non debet vti arbitrio, & imperio, quasi sit solus dominus; quia videtur per hoc occupare ius aliorum condominorum,vt hic. moraliter ergo (instè agendo)debent omnia vnanimiter, & communi consensu deliberari,& expediri: & sic potest trahi ad commune prouerbium, ꝙ pars socij non impinguat.i.impinguare non debet; quia non debet occupari.

L.Egi ius illi. ¶Victus in negatoria, cogitur cauere, ꝙ in futurũ seruitute non vtetur.h. d. ¶Vel sic. Ratione iuris competentis de præsenti, præstatur cautio ad cautelam futurorum.h.d. ¶Et aduerte,quia hic videtur loqui in negatoria;vt l.harũ.ꝟ.eo.& nõ in confessoria. in vtraq; tamen præstatur ista cautio; vt ibi dixi.& in l.1.& 2. vbi formatũ modum declarãdæ petitionis.de quo per Guil.in Spe. de cau.pos.& proprie.in §. in retinendæ. ver. cæterũ. vbi vide.¶ Adde duo,primò, an ista cautio debeat esse cum fideiussore:vide examinatum per Bar. de ope.nou.nunc. in l.si priùs.in 3 parte.l.versi.3.quæro.¶ Adde,ꝙ si conuentus,& conuictus (cui est mandatum, ꝙ caueat) reperiatur contumax in cauendo, quomodo agenti subueniatur,quod declara. vt ꝟ.eo.l.is cuius.& ibi dicam.¶Gl.1. ibi[de vsufru.l.si cuius.]hic est quasi Brocardicum,quõ, & qualiter iudex se interponat super tractu futuri temporis,quod declara,vt ibi dixi.

L.Fistulas ¶Non est licitum alicui aquæductum tenere in suo, per quod aqua proijciatur in alienum. & ideo si contra fiat, potest contra eum agi ius illi non esse.h.d.¶Not. hanc.l.ad facientes ductus aquæ per suos parietes.Nam hoc nõ possunt,quatenus per hoc damnum aperitur parieti vicino; bene facit.l.fistulam.ꝟ.de ser.vrba. prædio.facit etiam,ꝙ ductus aquæ ad fontem, vel ad aliam commoditatem publicam,si transeat per domum priuati,debeat ita conseruari,& manuteneri expensis publicis, ꝙ illi priuato non noceat,& ad hoc agi potest,vt hic.Quod intellige,nisi appareret ad actum de consuetudine aliud obseruatum. ¶Gloss.agere ibi[pro nobis.in eo ꝙ no .ꝟ.] ꝙ negatoria competit etiam,vbi seruitus nunquam fuit constituta.

Ex l.Si cũ meus proprius.

SVMMAE

1 *Rusticus,qui.30.annos portauit vnum par caponum omni anno ad dominum,an teneatur deinceps portare.*

2 *Nobilis,qui singulis annis hospitatur in domo sua Episcopum visitantem ecclesias,an ad hoc postea teneatur.*

L. Si cum meus proprius. ¶Concesio,vel patientia respectu vnius, non extendit, vt trahatur ad alterius consequentias.h.d. No.concesionem, vel ciuilitatem non extendi. ¶ Et sic potest induci,† quòd rustico,qui iam. 30. annis omni anno portauit par vnum caponum nobili.f.ꝙ præsumatur de ciuilitate fecisse,aliquo titulo non apparente, & sic non teneretur in futurum.qđ tenet gl.fi.in l.solent. de offi. procon. & leg.& pe.in l.si certis annis. C.de pac. & Inno. de cau. 2 pos.& proprie.in c.cum ecclesia Sutrina.† Et ponit exemplum in nobili, qui Episcopum singulis annis visitantem ecclesias suas hospitabatur in domo sua. Sed si allegaret titulum dominus:tunc ex diuturna præstatione bene pręsumeretur, vt dicit gloss.in l. 2. §. circa. ꝟ. de do.excep. quod not.

§.Si paries. ¶Contra socium, qui facto rei communis alteri nocet, potest intentari negatiua,si hoc asserat sibi licere iure seruitutis. h.d.tex.& gloss.

L. Altiùs ædes. ¶Vbi minoris administrator aliquid innouat contra seruitutem minori debitam, potest tutelæ conueniri,& etiam confessoria.h. d. ¶Nota. moralem casum probantem,ꝙ quis non potest licitè illud facere,ad quod prohibẽdum ex officio tenetur: & allegatur etiam per gl. ꝟ.de pac.l.cum in eo.vbi vide multa iura. ¶ Et facit contra Episcopos,ad quos spectat cura, & diligentia, ꝙ per Commissarios vltimæ voluntatis fiant distributiones, & executiones sine fraude.& si ad ipsum Episcopum executio deuoluatur, fortè propter negligentiam Commissariorum, non debeant ipsi Episcopi aliquam fraudem in distributione committere, quam ipsi debent alijs prohibere.l.si quis ad declinandam.in fi.C.de epi. & cle. Cum enim in hoc sint nudi ministri,& meri executores,non debent ratione talis iuris alios deuoluere, & aliquod lucrũ percipere vt ꝟ.de le. 2.l.si quis Titio.& l. Lucius.§.à te peto.Similiter nec inter suos possunt distribuere, sicut nec etiam Cõmissarij;vt ꝟ.man.l.si tibi mandauero. §.si tibi. Facit etiam contra prædicatores prędicantes bene,& malè pro se viuentes. Contra quos vide no.verbum Io.Chrysostomi dicẽtis.Si bene dixeris,& malè vixeris, tui solius condemnator eris.Nam bene viuendo, & bene decendo populum instruis, quomodo viuere debeat: bene autẽ docẽdo,& malè viuendo dominum instruis, quomodo te debeat condemnare.Ita loquitur transsumptiuè.40.di.c. multi sacerdotes.¶Vlti.vide istam l.all.per Ioa. An.extra de censi.in c.quamquàm.in glo.pe.lib. 6.

L.Si à te emero. ¶Ex titulo, & quasi possesione seruitutis consequitur quis actionem,& exceptionem.h.d.¶Vel sic plenius.Pendente titulo,sequens patientia habet vim traditionis,vel quasi.h.d.¶Et aduerte quia.l.dicit in incorporalibus.idem tamen dicitur incorporalibus. vt not.in l.quędam mulier.ꝟ.de rei ven.& in l.2.C.de acquir.poss.

L.si quando inter. ¶ Vicinus hñs ædificiũ, qđ ꝟ. meũ inclinatur, põt à me compelli tollere per negatoriã actionẽ.h.d.¶No.ergo,ꝙ immisio in alienum prohibita est,illo inuito,etiam si non extendatur,nisi per mediũ pedem. hoc tamen videtur magis notare facti contingentiã,quã iuris ministerium; quia nullo modo potest in alienum prætendi,etiam per duos digitos.quod no.

§.Cũ in domo. In loco, q debet seruitutem, vt ibi nihil imponatur,non possunt ibi poni syluę,vel herbæ excrescentes.h.d. Vel sic.Etiã id,qđ de facili tolli põt,nõ debet fieri,qñ per hoc venit contra formã conuentionis, vel pactorum,vt hic ponitur exemplum de cucumelis. h. d.no.

§. Secundum. Nõ eſt licitũ iuxta parietẽ alterius aliquid ponere, per quod paries illius deterior fiat. h.d. ¶ No. ꝙ hic videtur eſſe tex. per quem poteſt argui, quòd ſi quis conſtruat loca communia iuxta domum vicini, de quibus cauſaretur humiditas ad illa vltra ſolitum, cogi poſsit ad talem purgandum, & purgatum retinendum. ¶ Poteſt etiam dici, ꝙ iſte tex. nihil facit; quia loquitur in loco, qui nõ erat ad hoc deputatus. Attenderetur ergo, an conſueuiſſet ibi tenere, vel non, vel an teneretur ad commune commodũ vtriuſque vicinorum, vel non.

Ex l. Is cuius.

SVMMAE.

1 *Contumax in actione propoſita pro ſeruitute conſtituenda patitur miſsionem: quæ nõ debet reuocari, niſi miſſo ſatisfiat de damno, & intereſſe.*

2 *Confeſſoria in rem datur poſsidenti ſeruitutem in incorporalibus.*

L. Is cuius. ¶ Ad euidentiam huius præmitte, ꝙ quandoque agitur de ſeruitute contra comparentem, & loquitur l. harum. ſ. eo. Quandoque contra eum, qui contumax eſt. & loquitur iſta l. & l. ſi priùs. de ope. no. nun. & l. à quo fundus. j. de damno infecto. ¶ Secundò præmitte, ꝙ iſta. l. legitur duobus modis. vno modo, quando agebatur perſonaliter ad ſeruitutem conſtituendam. Et iſtam lec. ponit hic 4. gl. & iſtam priùs proſequitur, ſecundùm quam iſta l. hoc
1 intendit. ¶ † Contumax in actione propoſita pro ſeruitute conſtituenda, patitur miſsionem, quæ non debet reuocari, niſi miſſo ſatisfiat de damno, & intereſſe. h.d. Et iſtã lect. ad iſtum tex. tenuit glo. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. in 4. gl. ſ. eo. ¶ Et litera poteſt diuidi, vt primò quærat, quale ſit officium iudicis quò ad litigantem pro ſeruitute contra reum contumacem: cui ſecundò reſpondet. Tertiò ſubdit, quale ſit officium iudicis, illo comparente. Secunda ibi. reſpondi. Tertia ibi. & non ante. ¶ Pro iſta prima lec. facit tex. ibi [ius aquæ ducendæ conſtituiſſet] nõ erat ergo adhuc conſtituta, ſed agebatur, vt conſtitueretur. ¶ Item pro iſta facit, quia ſi ageretur reali pro ſeruitute iam conſtituta, non fieret miſsio in omnia bona, vt voluit hic tex. ſed ſolùm in re petita. l. ſi quis emptionis. C. de præſcri. 30. ann. Gl. tamen hic voluit reſpondere, dũ dixit, ꝙ aliud olim, aliud hodie, per. §. ſi verò quidam. in Auth. de exhi. re. coll. 3. qui tranſſumptiuè ponitur. C. de bo. auct. iudi. poſ. in Auth. ei qui iurat. ¶ Ex qua gl. no. ꝙ ille. §. ſi verò. loquitur ſolùm in perſonalibus. Et ideo ſi ageretur hypothecaria, etiam hodie in omnia bona fieret immiſsio. quod clarè firmat gl. in l. eum, qui res agit hæredum. C. de procu. ¶ Sed contra iſtam lec. quæ vult, ꝙ ageretur perſonali hic; quia ſi hoc eſſet, aduerſarius rediens ſtatim (etiam alio non probato) deberet recuperare dictam poſseſsionem. d. Auth. ei qui iurat, & ex qui. cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. Celſus. Quod hic non eſt, iõ durat ius miſsionis, donec conſtituatur. glo. tamen videtur voluiſſe hic reſpondere, ꝙ durat ad tempus, non perpetuò. ¶ Item contra iſtam lec. facit, quia non videtur de mente huius literæ in prin. in ver. [prohibeat.] & j. in ver. [prohibitus] quę includunt, ꝙ ſeruitus iã erat conſtituta. Et ideo hic fuit actum confeſſoria. & ſecundùm iſtã lect. iſta lex poteſt ſummari ſic. Agens confeſſoria pro ſeruitute, & pro intereſſe (ratione contumaciæ) mittitur in poſſeſsionem omnium bonorum, à qua non debet recedere, niſi integra reperiatur facta ſatisfactio. Et hanc ſecundam lect. ſimpliciter ſequitur Bar. hic, & in d. l. ſi priùs. in ver. x. oppo. circa fi. ¶ Nec ob huic lect. tex. in ver. conſtituiſſet. quia debet exponi. ſ. de facto. ſ. patiendo aquam duci. ¶ Ad cuius declarationem attende, quòd licèt in rebus incorporalibus non detur poſsidenti actio realis, niſi ratione detentationis. ſ. de rei vend. l. officium. & C.
2 de alie. iu. mu. cau. l. 1. † in incorporalibus tamẽ ſecus; quia etiam poſsidenti ſeruitutem, datur confeſſoria, quæ eſt in rem. l. 2. in prin. ſ. eo. & in l. & ſi fortè. §. 1. ſ. eod. ¶ Agens ergo hic poſsidebat ſeruitutem, q impediebatur à tertio vti, vel agebat contra eum, vt caueret de non impediendo, & quia fuit contumax, fuit miſſus agens in poſſeſsionem, non rei petitæ. ſ. ſeruitutis, quia illam habet: ſed in omnia bona; quia ius, qđ peto mihi caueri. ſ. officium iudicis, ſapit iſto caſu (propter contumaciam) naturam perſonalis, & non realis. & non diſcedet de poſſeſsione, donec ei caueatur de non impediẽdo, & donec agatur negatoria. & hoc quia agens confeſſoria erat in quaſi poſſeſsione ſeruitutis. Sed ſi non fuiſſet, ſed ſolùm eſſet miſſus ex primo decreto, reus veniens intra annum, recuperaret poſſeſsionem, ſicut in reali. l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcri. xxx. ann. & no. in d. l. Fulcinius. §. Celſus. & & per Doc. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iu. & hoc reſpectu ſeruitutis; reſpectu autem intereſſe petiti ſufficit, ꝙ conuentus idoneè caueat de defendendo. d. §. ſed & ſi quis. Et ita dixit Bar. ſupplendo text. hic in ver. [& ſi quid] dũ dicit, ꝙ tenetur ſoluere, ſubaudi vel ſatiſdare. Ita voluit hic in fi. & in d. l. ſi priùs. Et ſecundùm hoc poteſt dici, ꝙ etiam hodie iſte caſus remanebit incorrectus, per d. §. ſi verò. vt etiam hodie iſto caſu fiat miſſio in omnia bona, licèt omnes in iſta materia contradicant. & Bar. clarè in d. l. ſi priùs. Et ſecundùm hoc no. limitationem ad d. §. Celſus. & ad prædicta iura, quæ volunt ſolùm in rem petitam fieri miſsionem; quia illud dico verum, quando per viam agendi poſſet eſſe conſultum: ſed quando non (vt quia conſequeretur, quod habet) tunc debet fieri in omnia, vt hic. quod no. ¶ Ex prædictis conclude, ꝙ poteſt agi pro ſeruitute conſtituenda, & pro iam conſtituta. Primo caſu, ſi faceret conuentionẽ ſeruitutem deberi, vel hoc conſtet: tunc habet locum hęc lex. Sed ſi neget, nec conſtet: tunc ſufficit venienti, ꝙ reficiat ſumptus litis, & ſatiſdet, vt tenutam recuperet bonorum. j. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi iã ruerit. & §. ſi poſt. & in corpore. i Auth. de exhi. re. §. ſi verò. facit qđ no. Ia. de Are. in l. properandũ. §. ſin autem reus. C. de iudi. Et quod not. etiam extra de conſti. in c. ex literis. & de ſent. excõ. in c. ſacro. & not. Inno. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. 2. in gl. 2. quam etiam. j. reaſſumam. ¶ Secundò caſu, quando agitur pro iam conſtituta: tunc ſi agens eſt in poſſeſsione (non tamen pacifica) fit miſsio per inhibitionem, ꝙ non moleſtetur, quamdiu aduerſarius de iure ſuo doceat, & iſtud eſt primum decretum. ¶ Item per impoſitionem perpetui ſilentij. & iſtud eſt ſecundum decretũ. & ita debet intelligi. d. l. ſi priùs. cum gl. ſua. Sed ſi non eſt in poſſeſsione ſeruitutis: tunc ſi ad conſtituendam quaſi poſſeſsionem ſeruitutis oportet aliquid fieri in prædio ei ſeruiente, & ꝙ tigna immittantur, vel aperiantur ductus aquæ, & ſimilia: tunc imponitur primũ decretũ, & ꝑ illud mittitur in poſſeſsionẽ rei ſeruiẽtis. l. à quo fundus. de dã. infe. Et ſi petebat intereſſe, fiebat miſsio in omnia bona olim, ſicut quando agebatur, vt hic eſt caſus. Sed ſi non oportet aliquid fieri in loco ſeruiente: tunc per impoſi-

impositionem primi decreti datur alia possessio; sed cogitur solùm aduersarius cauere, secundùm formam. d. l. si priùs. Sed tamen, & isto casu si peteretur interesse, fieret missio in omnia bona: licèt hodie secus, secundùm communem opi. Doct. de hoc vide latè per Bar. in d. l. si priùs. in 1. parte. in 10. opp. & in 3. parte. l. in 4. q. & in se. vide tamē quod. s̄. dixi. ¶ Et secundum prædicta potest intelligi, & declarari glo. Inn. in c. 1. de eo, qui mit. in poss. vbi dicit in glo. 2. post prin. in ver. veriùs. q̄ quando agitur confessoria, iudex debet mittere actorem in possessionem seruitutis, vel alterius iuris petiti, & erit verus possessor, non simplex custos, & prohibebit reo, ne eum turbet, quandiu de iure suo doceat, & super hoc cauebit, & faciet interim quasi possessionem pacificam seruitutis, vel alterius iuris petiti gaudere possessione, & alleg. istam. l. & d. l. si priùs. & s̄. de vsufru. l. cuiuscunque. & de opt. leg. l. mancipiorū. & c. de inge. ma. l. diffamari. & vt in poss. le. l. si pecuniæ. §. 1. & l. si mutiles. Aliàs subdit, quòd si agitur negatoria, nō fit missio in possessionem; quia nec potest; sed cauebit de non molestando, vt dictis iuribus. ¶ Extra no. hic coniuncta. 1. glo. quod factum familiæ non obligat Dominum, nisi de eius voluntate fiat. Et facit ad no. de resti. spo. in c. cùm ad sedem. Si tamen dn̄s scit, & non prohibet: eo ipso videtur permittere, ex quo prohibitio spectabat ad eum. Non enim caret scrupulo societatis occultæ; qui manifesto facinori desinit obuiare. Ita dicit extra de homi. c. sicut dignum. & de sen. excom. c. quantæ. cum multis ibi concor.

Ex l. Si de communi.

S V M M AE.

1 *Sententia lata contra vnum ex socijs, an noceat alijs.*

2 *Locus non debet dirui, vel debilitari propter delictum cōmissū ab vno ex socijs, vel dominis.*

L. Si de communi. ¶ Culpa vnius ex consortibus (commissa etiam in indiuiduo) non præiudicat alteri. h. d. ¶ Et ad huius declarationem vide omnino quod dixi. in l. loci corpus. §. si fundus. s̄. eo. ¶ Vel sic. † Contra alterum ex socijs sententia si lata sit, interueniente culpa eius, cōtra quē lata est, nō præiudicat alijs socijs: secus si succumbentis dolus interuenit. h. d. Et ex isto tex. potest colligi, q̄ si in contumaciam eius, cōtra quem lis mota erat, lata esset sententia: tunc videretur præiudicare quò ad cōsocios; vt hic, & l. si ideo. ȷ. de euic. ¶ No. ergo duos casus, in quibus diuersum deciditur. Ratio autem huius. l. primo casu est; quia si culpa vnius socij præiudicaret alijs, nō haberēt socij alij regressum contra eum; quia non tenetur adhibere aliam diligentiam in rebus communibus, quàm in proprijs. l. hæredes. §. non tantùm. fa. erc. Sed quando dolus intercessit, socij habent regressum cōtra eum; vt hic. ¶ Ex quo Bar. infert, quòd si in primo casu culpa esset talis, per quam socius teneretur socijs, quòd tunc culpa præiudicaret socijs; quia est eadem ratio, quę in dolo. Adde tamen quod sentit hic no. glo. quòd si per actionem, quę daretur contra socium colludentem, socijs non esset consultum: tunc socijs non præiudicaret factum socij; per l. fi. in prin. s̄. de eo per quem fa. erit. ¶ In glos. ibi [hæc placet] notandæ sunt omnes so. quia verę. vnde simul possunt iungi, licèt prima notabilior sit, vt. s̄. dixi. ¶ Extra no. istū
2 tex. quia præbet ar. † quòd ratione delicti commissi ab vno de consortibus, vel pluribus condominis eiusdem loci, non debet locus ille (vt puta castrum, vel turris) dirui; vel debilitari; quia secundùm hoc generaret periculum in parte alterius consortis: de qua tamen. q. vide per Bar. in l. Attei⁹. §. de eo. ȷ. de aqua plu. ar. ad hoc. vide. s̄. de seru. & quod ibi dixi.

L. Testatrix. ¶ Legans rem videtur velle, quòd ei concedatur seruitus per aliam rem ipsius propriam, prout ipse ita vtebatur. h. d. ¶ Vel sic. Per fundum legatum debetur aditus, qui remanet penes hæredem. Et legans fundum, non videtur per hoc legare domum coniunctam positam extra fundi extremitatem. h. d. ¶ Hoc tamen secundum intellige, & declara secundùm. l. prædijs. §. balneas. & in §. se. ȷ. de le. 3. ¶ In tex. ibi [respondi deberi] Licèt ergo ex vltima voluntate debeatur seruitus: tamen non intelligitur ipso iure constituta. Quod videtur contra. l. si partem. §. fi. ȷ. tit. 1. Sed dic, quòd hic fuit legata tacitè, ibi expressè, de quo dic, vt per Bar. in l. binas. s̄. de ser. vr. præd.

§. Plures. ¶ Certa pars vniuersitatis potest habere communia, quę seruitutem debeat prædijs singulorum, & talis seruitus transit cum alienatione prædij dominātis: licèt alienatio fuerit extra corpus vniuersitatis. h. d. & est not. casus. ¶ Vel sic. & clariùs. Prædium vniuersitatis potest prædijs singulorum seruire, & cum prædio dominante translato in alium quocunque titulo, transit ius seruitutis, nisi sit specialiter exceptum. h. d. ¶ Gl. [legatario.] in fi. ¶ No. primò ex prima expositione, quia probatur hic apertiùs ex gl. pluribus, quòd certa pars vniuersitatis potest facere syndicū, & habere arrengū p se, & facere statuta per se. & sic alleg. in arg. l. omnes populi. s̄. de iust. & iu. & per istum tex. dicit Bald. hic, quòd si aliqui sunt exititij alicuius communitatis: præsentes possunt facere syndicum, & exititij alium. ¶ Not. demum duas sol. hic ad contrarium, quæ possunt adiungi: licèt dicatur, quòd secunda violet literam, pro cuius declaratione etiam attende literam hic in verbo [ius compascendi haberent.] Ex quibus satis colligitis prædiū fuisse in communi emptum, vt omnibus seruiret, & sic loquitur de iure seruitutis. Et ideo pascuis simpliciter emptis, etiā non adiecto, quòd ius pascendi haberet: tunc locus esset proprius vniuersitatis; nec seruiret alijs, vt in contrario. Quod tamen intelligo verum, nisi illa emptio fuisset ab vniuersitate facta tm̄ ad cōmodū omniū, & singulorum de vniuersitate, ar. de ver. ob. l. Titia. §. idem respondit.

L. Si qua aqua. ¶ Potest inter partes de iure agi, quòd liceat aquam inuenire, & inuentam ducere. h. d. ¶ Vel sic. Nō est propriè seruitus, donec appareat. & hoc voluit Labeo. Sed Paul. voluit posse esse seruitutem. Qui diuersis casibus verificatur. Intelligo enim Labeonem cogitasse de actu. & Pau. de potentia. h. d. ¶ Nota ergo ēt Iurisconsultorū responsa ad concordiam reduci, quando diuersis respectib⁹ saluari possunt.

Rub. Quemadmodum seruitus amittatur.

ERVITVTES. Quando coniungitur dominiū prædij dominantis, & seruientis, in eius persona non est possibilis conseruatio seruitutis. h. d. ¶ Vel sic. ¶ Seruitus confunditur ratione sui peruenientis

peruenientis dominij. Ratio huius decisionis percipitur ex illa regula, quæ est, quòd res propria nemini potest seruire. l. vtifrui. §. si vsufru. pe. & l. in re cõmuni. §. de ser. vrb. prædi.

Ex l. Qui iter, & actũ habet.

S V M M AE.

1 *In indiuiduis qui vtitur parte, videtur & toto vti.*

L. Qui iter, & actum habet.

¶ Ratione vsus partis quò ad partẽ retinetur tota seruit⁹.
1 h.d. ¶ No. ergo, † quòd qui vtitur parte, videtur toto vti; & hoc habet locum in his, quæ indiuidua sunt, & facit ad id, quod dixi. §. tit. 1. l. si eo loco. §. fi. vbi vide tex. concor. cum isto.

L. Iura prædiorum.

¶ Iura realia nõ pereũt morte, vel capitis diminutione. h. d. Et ratio hui⁹ est; quia non dicuntur cohærere personæ; sed ipsis rebus. Et ideo ex alteratione, quæ contingit circa personam ista non mutantur.

Ex l. Iter sepulchro.

S V M M AE.

1 *Clerici ecclesiæ qualiter dicantur habere ius eligendi.*
2 *Quasi possessio iuris eligendi, vel præsentandi dicitur habere quasi causam continuam.*

L. Iter sepulchro.

¶ Ius eundi ad sepulchrum nõ perditur per non vsum. h. d. ¶ Vel sic. Ius, quod nõ potest exerceri nisi in morte, non perditur non vtendo. h. d. ¶ Potest
1 iste tex. in arg. adduci † quòd licèt clerici ecclesiæ multis annis nunquam Prælatum sibi elegerint; quia ecclesia non vacauit, nihilominus superueniente morte Prælati, dicuntur habere ius eligendi; quod sine dubio procedit, quando nunquam occurrit casus eligendi. facit de decu. l. in filijs. li. 10. ¶ Tu vide Inno. de consue. in c. cum dilectus. & de
2 pscrip. in c. de quarta. vbi dicit, † ꝙ quasi possessio in iure eligendi, vel præsentãdi dicitur habere quasi causam cõtinuam propter aptitudinem; quia ecclesia naturaliter semper est apta vacare, & per hoc aperire viam ad ius eligendi, & præscribẽdi. ad quod facit quod no. per Guil. §. de iu. om. iud. in l. imperiũ. de quo latiùs. in l. foramen. §. de ser. vrb præd.

L. Seruitus.

¶ Per quẽcunque nomine Domini vtentẽ, dicitur seruitus retineri. h. d. Nota ergo de fructuario, qui seruat ius domino, nec mirum; quia censetur eius procurator. l. 1. in fi. de oper. no. nunc. ¶ Similiter, & nota, de possidente bona fide. Et in eo est ratio: quia domini contẽplatione possidet. l. apud antiquos. C. de fur. ¶ Adde tamen idem in possidente mala fide. j. eo. l. pe. ¶ Glo. nam satis. ibi [hic in retinendo.] Iura enim faciliora sunt in conseruatione iuris iam quæsiti, quàm in quærendo de nouo, vt ibi not.
1 ¶ Et no. istum tex. per quem potest argu. †, quòd si sunt plures domini vnius castri, & per alterum eorum tantùm iurisdictio exercetur, omnes videntur vti, & esse in quasi possessione iurisdictionis.

Ex §. Si ego via.

S V M M AE.

1 *Seruitus viæ an possit diuidi.*
2 *Pactum potentius est, quàm præscriptio.*
3 *Grauatus vno respectu, non debet conqueri, si alio respectu cũ sequatur maius commodum, quàm sit grauamen.*

§. Si ego via

¶ Data vnitate viæ, illa iudicatur indiuisibilis, quantum ad amissionem, vel retentionẽ: sed illa diuisa in duas potest vna amitti, & alia retineri. h. d. ¶ Vel latiùs. Per vsum vnius ex pluribus socijs ante factam inter eos diuisionẽ fundi tui seruitutem debentis, potest seruitus cõseruari: sed nõ per vsum postea secutum post factã diuisionẽ fundi seruientis, in quo via erat ad certũ locũ coarctata, si diuisio est facta per longitudinem: potest seruitus non vtẽdo in vna lõgitudine perdi, & in alia retineri. Secus si p latitudinem; quia tunc nisi retineretur in totum, perderetur in totum propter medium, quod non seruit. Et quando diuisio est facta per longitudinem viæ; si dominus prędij dominantis redimit alteram partem, durat seruitus in altera non redempta, nisi locus sit adeo angustus, quòd non recipiat formã seruitutis illius speciei: quia tunc tota perditur, partim ratione dominij, partim ratione angustiæ. ¶ Vbi asit seruitus illa nõ erat determinata rõne loci per diuisionem fundi seruientis, fiunt plures seruitutes, & vna potest perdi, & alia remanere. Nec potest dominus conqueri; quia contra incommodum præsens, habet commodum duplicationis in latitudine seruitutis. h. d. Et diuiditur; quia primò ponitur duplex quæstio. Secunda ibi [Celsus] prosequitur primam. Tertia ibi [sed si is fundus] prosequitur secundam. Et ista tertia subdiuitur, quia primò declaratur, quando seruitus debebatur per certum, & limitatum locum fundi. secundò in versi. Cæterùm. quando indeterminatè debebatur per quamlibet fundi partẽ. ¶ Item prima subdiuiditur; quia primò decidit, qualiter seruitus amittatur tempore. Secundò in versi. Possunt tamen, qualiter amittatur petitio. Tertiò, in ver. Certè si is, qualiter amittatur pro redemptione partis seruientis. Quartò in versi. Nec video. declarat vnum dubium, quãdo admittitur petitio. ¶ Itẽ prima subdiuiditur in duas. quia primò loquitur, quando fundus diuiditur per longitudinẽ, secũdò per latitudinẽ ibi [si verò.] ¶ In text. ibi [pede octenos] hæc verba expone, vt. §. de ser. ru. prædi. l. viæ latitudo. vbi declaraui, quid sit palmus, pes, pertica & similes. ¶ No. hic, quòd licèt seruitus viæ dicatur indiuidua. l. via constitui. §. de serui. vbi de hoc tamen declaratur hoc
1 esse verum respectu iuris. † Nam respectu soli, bene potest diuidi, & per longitudinem & latitudinem, vt hic. & ita debet intelligi glo. §. de ser. rusti. prædi. l. vna est via. Simile habemus. in l. Pomponius. §. de rei ven. & l. in si cũ duorum. j. de stipu. ser. ¶ Secundò not. est. in ver. Possunt
2 tamen, qui cum glo. facit hic notari, † quòd potentius est pactum, quàm præscriptio: licèt enim præscriptio alterari non possit natura rei: petitio tamen sic, vt hic. Et sic potest adduci, quòd licèt pactum naturale, &c. j. de solu. l. Stichum. §. naturalis. Secus tamen in præscrip. de quo vide Dy. & Bar. in l. fi. j. rem ra. ha. ¶ Nota etiã hic, ꝙ per diuisionem nõ impeditur, nec excluditur aliquis à potestate va-

te variandi, sicut nec excluditur per alienationem à iure eligendi. casus est de opti. lega. l. mancipiorum. Nota in
3 vltimo responso ad moralitatem, † quòd non debet con queri, qui vno respectu grauatur, si alio respectu consequatur maius commodum, quàm sit grauamen. Et facit contra eos, qui grauantur subuenire communitati pro leuandis satellitibus, vel gentibus armorum bona, ac possessiones deuastantibus, per quorum amotionem seruātur eorum redditus, possessiones, & bona: & sic potest dici, quòd multò plus meliorantur, quàm grauentur. quod not.

Ex l. Si sic constituta.

SVMMAE.

1 *Et. copula cuius sit naturæ.*
2 *Quasi possessio iurium incorporalium quomodo amittatur.*
3 *Spoliari quando quis dicatur iuribus incorporalibus.*
4 *Dolus requiritur necessariò in spoliatione incorporalium, sicut in spoliatione corporalium.*
5 *Quasi possessio iuris alicuius non perditur per simplicem negationem verbalem aduersarii.*
6 *Possessio beneficij quomodo perdatur.*

L. Si sic constituta. ¶ Vbi seruitus nō habet quotidianum vsum, in eius præscriptione causanda (propter non vsum) requiritur duplicatio temporis. h. d. ¶ Vel sic. Quādo seruitus interpellatur, vel diuiditur per mēses, semestria, vel annos, non perditur, nisi tempore duplicato. Sed quando diuiditur per dies, vel noctes, sufficit simplum tempus ad præscriptionem. h. d. ¶ In tex. ibi [quotidianum sit.] h. d. & sic reputatur esse continua. Et sic not. differentiam inter magnum, & breue interuallum. Simile de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quotidiana ab æstiua. ¶ No. ergo de duplicatione temporis. Alibi, in simili dicit, propter inobidentiam confinia duplicari. ỹ. de pœnis. l. aut damnum. §. quisquis. ¶ Et hoc facit ad no. per Bar. qui dicit de alia duplicatione pœnarum in l. Lucius. §. impuberem. ỹ. de leg. 2. allegatur etiam iste tex. per gl. 1. in l. 1. §. 2. de iti. ac. que pri. in glo. concludit vsum. Et de isto tēpore duplicato vide Guil. in l. fi. in princ. C. de seru. facit etiā ad dubium eius, qui habet ius eligendi, quanto tēpore præscribitur. Et idē in iure decimas colligēdi. quæ quādoque singulis annis, quandoque singulis mensibus colliguntur. de quo vide Inno. de præscrip. in c. ad aures. & in c. de quarta. ¶ Glo. 1. ibi [scilicet tempus duplicetur.] &
1 est ratio; † quia de natura huius copulæ, Et, est, vt trahat copulata ad identitatem naturæ. ar. de fun. instru. l. Seiæ. §. Caio. ¶ Glos. constituto ibi [vicennio inter præsentes] quòd in decennali, & vicennali præscrip. locum habet ista duplicatio, non in annua. Ita dicit glo. in l. cum notissimi. §. fi. in prima gl. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno. ¶ Gl. quia vna ibi. [l. Attilicinus] & vide quod ibi dixi in ea. gl. ibi, & l. hoc autem. hic declara, vt ibi dixi. & in l. qui luminibus. & aliquid dicā ỹ. eo. in l. fi. ¶ Extra glo. hic videtur posse concludi alius articulus de pollicita. s. in prin. hui'
2 libri, † scilicet quomodo, & quibus modis quasi possessio istorum iurium incorporalium dici possit amissa, vel amitti, in quo solum aliquas conclusiones ponam. Et prima cōclusio sit, quòd si ille, qui potest vti iure seruitutis alicui', ad illud patiatur se admitti de gratia, si aduersarius protestatur, perdit possessionem, si quam habet. ỹ. de preca. l. si is qui. & ext. de appel. c. sollicitudinem. in fi. Et ita conclusiuè tenuit Inno. de postu. præla. in c. bonæ. in l. 2. & c. ingratum. & Io. An. in nouel. super. 3. glo. ¶ Secunda cōclusio sit, quod cum per negligentiam, & præscriptionem perdatur dominium, potest dubitari, quanto tempore præscri-
2 beretur a possessioni. Et quidam dixerunt per annum, alij, quòd per 10. vel. 20. annos. per l. sequitur. §. si viam. ỹ. de vsuca. Inn. de elec. in c. querelam. in glo. refert quendam dixisse hoc tanquam indeterminatum esse arbitrarium, ar. l. 1. §. fi. de iure delib. Ibi idem Cōpostel. & Io. An. ar. Inst. de obli. quæ ex quasi delic. §. 1. ¶ Adde tamen, quòd licet per annum, vel plures omittam ex causa petere pensionē debitam, vel vna vice omisi interesse electioni, nō per hoc perdo electionem, quæ sine animo nō perditur, & solo animo retinetur. l. 3. §. in amittenda. ỹ. de acqui. pos. ¶ Quod verum est secundùm Inno. ibi, quando eram in possessione interessendi electioni tanquam vnus de capitulo. Sec' verò esset, si essem in possessione solùm eligendi, vel prouidendi: quia tunc si alius eligat, vel prouideat, me patiente eū haberi p electo, vel prouisio habeatur à subditis: tūc bene perdo possessionē; quia non videor animum habere detinendi eam, cum electum ab aliquo patior esse in dignitate sua. ¶ Et rationem diuersitatis inter hos duos casus vide ibi per Inno. vbi in effectu subdit, quòd si petam possessionem, & denegetur, per hoc perdo possessionem. arg. C. de serui. & aqua. l. 2. Tunc ergo poterit recurri ad interdictū, recuperandæ, in quo veniunt pensiones omniū temporum præcedentium, vt. in d. c. querela. ¶ Alia con-
3 clusio sit; † quòd sicut dicitur quis spoliari iuribus incorporalibus, & eorum quasi posses. perdere, cum ea, quæ fuerunt hactenus soluta, præstita, vel facta certis terminis, nō soluuntur à debitore nolente: eodem modo in posterum non soluente, vt. d. c. querelam. vt ibi sensit Inno. super verbo, subtractaui. Quod intellige verum, ex quo recipere debens, vel cui debent solui, præstari, vel fieri, suspicās est: aliàs non perderet possessionem, quæ sine animo nō perditur, quæ in ignorante non deprehenditur: secus esset, si obligatus affectaret soluere, sed nō posset. ar. de ritu nup. l. si quis tutor. §. quæstio. & s. tit. 1. l. sicuti. §. planè. ¶ Et
4 ratio est; † quia sicut in spoliatione rerum corporalium requiritur necessariò dolus, sic in spoliatione incorporalium, vt. l. 3. §. hoc interdictum. de vi, & vi, arma. & ỹ. vi bo. rap. l. 2. §. doli. ¶ Adde tamen, quòd si ille, cui pensio debebatur, vel aliud ius, erat adeò potens, quòd non credebat debitorem volentem eū priuare possessione, posse possessionem retinere, vel ius illud, quod debebat; quòd tunc nō priuet ea; non. n. videtur per hoc priuatus possessione; cum per hoc non videatur suspicatus se posse repelli, vt. ỹ. de vsuca. l. non solùm. §. si dominus. Et bene facit. l. & si fortè. §. 1. s. tit. 1. Alij tamē dixerunt cōtra, quasi debuerit suspicari se posse repelli; eò quia pensionem ei debitam de iure auferre non potest per vim. s. quod met. cau. l. extat. & ad l. Iul. de vi priua. l. 1. Et hanc secundam partem Hosti. dicit esse veram ibi. Tu autem aduerte; quia hac ratione cessante, vbi violēter possem vti iure meo, & illo inuito, vt in casu seruitutis, vel iurisdictionis, vel simili. prima opi. videtur uerior: tunc autem cognoscetur, quòd debitor habuit animum spoliandi. vel priuandi creditorē: cum tempore debito debitor requisitus noluit soluere, vel facere, quod cōsueuit: vt. d. c. querelam. ¶ Similiter adduco in re corporali mobili, vbi si me venientem quis non admittat ad possessionem, quam priùs habebam, dicor possessione priuari, & illam perdo. l. clā possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poss. ¶ Alia est conclusio, quòd talibus iuribus quis potest spoliari etiam per non debitorem, sed à tertio, vel mandato debitoris, vel sine mandato

dato (eius tamen nomine) & ipse debitor ratum habet. Ista etiam est conclusio Inn. in d. c. querelã. ¶ In ea. gl. ibi [etiã] declarat, quomodo quis dicatur spoliari iure eligẽdi, scilicet cum electio fit de aliquo sine eo, animo tñ spoliandi, vel fortiùs, si eo eiecto elegerint. Secus tamen si ex simplicitate, vel ignorantia, vt quia credebant eũ non præsentem, vel ex iusta causa, vt quia interesse non poterat; quia erat fortè excõmunicatus, vel suspẽsus; tunc. n. non amittit possessionẽ, nisi eligẽtes habuissẽt animũ spoliãdi, vel ius suũ subtrahẽdi. Sicut. n. possessio, ita nec quasi possessio potest amitti sine animo. l. quemadmodũ. ∫. de acq. pos. Et quia vis non fit ei sine dolo. l. 1. ad Syl. de vi, & vi, ar. l. 3. §. hoc interdictum. & vi bo. rap. l. 2. §. doli. hũc animum habere debet, & scire intelligitur, quam citò eligẽtes ei notificãt, vel eum non admittũt. ¶ Adde, ꝙ si eijciatur de capitulo, vbi tractabatur de electione, nõ est tamẽ ad electionẽ processũ, non dicitur per hoc spoliatus quasi possessione iuris eligendi, nec ad illam datur ei restitutio: sed bene competit iudicis officium, vt restituatur ad capitulum, quo spoliatus est. ∫. de vi & vi ar. l. si plures. §. fin. Nã sub electione cõprehẽditur capitulũ, vbi de eo habetur tractat⁹, vt de elec. c. dudũ. 2. Inn. tñ in hoc dubitauit ibi: nec hoc multũ ei placet, ꝙ ꝓpter hoc videãtur eũ priuare possessione capituli, dato ꝙ nõ admittatur. ¶ Adde etiã, ꝙ eo casu, quo dicũt se nõ habuisse animũ eũ spoliandi, licèt ille non possit agere interdicto, recuperandæ, non poterit petere cassari electionẽ, vel id, quod factum est eo cõtẽpto, & sic nõ seruata forma. extra de elec. c. quod sicut.

5 ¶ † Alia conclusio est, ꝙ propter simplicem negationem verbalẽ aduersarij nõ perditur quasi possessio iuris alicuius. Ita dicit Inno. de resti. in integ. in c. 2. in glo. per monachos, vbi ponit, ꝙ quasi possessio præficiendi Abbatẽ in aliquo monasterio, quã prætẽdit Episcopus, vel cõuẽtus, vel ẽt Abbas, nõ ꝑditur, q̃ instituť hoc verbis negat. Itẽ ponit ibi, cum sit in quasi possessione subiectionis, vbi vide plura alia. ¶ Vnũ tamẽ ex verbis suis collige, ꝙ possessio iuriũ incorporalium ab ignorante non perditur; quia non amittit sine animo, vel corporali expulsione, quæ in iuribus fieri non potest. de acqur. pos. l. quemadmodum.

6 & l. clam possidere. & C. de acq. pos. l. licet. ¶ † Quomodo autem perdatur possessio beneficij, vide per Inno. de resti. spo. in c. in literis. in gl. super verbo, possessio autem pri⁹. vbi refert quosdã dicere, ꝙ perdit per cõtrarios modos, quibus acquiritur, puta per expulsionem, vel per suspicionem, vel destitutionem, vel per institutionem acquiritur: quod est verũ, (secundũ eum) si fiat per eũ, qui super hoc auctoritatem habeat. alleg. de præben. c. in lateranẽsi. vt patet in milite, quando, exauctoratur. š. de his, qui not. infam. l. 1. §. ignominię. in verbo exauctorauerit. patet etiã in sacerdote, & alijs clericis. 24. q. 1. c. subdiaconus. & c. seq. & 11. q. 3. c. Episcopus, presbyter, aut diaconus. & de præben. c. 2. in 6. Secus si fieret per alium, qui non haberet ex officio eũ expellere; quia tunc non perderet generalem possessionem suæ dignitatis: sed tãtũ illius loci, vnde fuit expulsus, & illius tantum loci restitutionem petere debet, vt probatur de renun. in c. cũ inter. P. Nã aliorum bonorũ (quibus non est spoliatus) pos. ipse retinebit. ¶ Nec ob. si diceretur per vnum actum corporalem auctoritate superioris habitum intelligi quæsitam possessionem omnium aliorum; quia magis extendi debet possessio data legitimè, quàm spoliatio facta iniustè. Sentit tamen ibi notanter Inno. aliud dicendum, si quis esset spoliatus à Superiore, iuris ordine seruato; tunc enim hoc ipso, quod inductum est ex consuetudine, quod possessio data auctoritate superioris extendatur, hoc ipso eadem consuetudine videtur inductũ, quòd spoliatio facta legitimè auctoritate Superioris similiter extendatũ. Hosti. tamẽ sensit ista differre; quia aliud fauorabile, aliud odiosum. ¶ De possidentibus autem sine auctoritate Superioris, certum est, quòd eodẽ modo perditur possessio, quo acquiritur. arg. ex. de renun. c. omnes. ¶ Adde prædictis, & ad declarationẽ huius tex. quòd si habens iurisdictionem, vel ius aliquod in aliqua loca, vel personas statutum à iure, vel consuetudine, vel à statuto: quantũcunque tempore stet, quòd in aliquo illorũ locorũ, vel personarũ non vtatur omni iure, qđ in eis, vel in aliquo illorũ locorum, vel personarũ habet: nõ tñ cõtra eũ præscribitur; quia semper possidet, facit. š. ti. 1. l. si eo loco. §. fi. & qđ ibi dixi. & š. eo. l. 2. & multòminus si ibi aliquid exerceret; quia exercendo ius illud, vel vnum solum capitulum illius iuris generalis in vno solo loco; in omnib⁹ alijs locis, ꝑsonis, & capitulis possessionẽ retinere videtur, nisi alio modo possessionem amittat; vt quia violenter exinde expellatur, vel reuertens nõ admittatur, vel suspicetur se posse repelli, vt. ∫. de vi & vi ar. l. 1. §. deijcitur. & §. seq. & de acq. pos. l. clam possidere. §. fi. & l. si id quod. §. fi. Nam cum hæc iura sint contigua, sufficit in vno retinere possessionẽ. ∫. de acq. pos. l. 3. in prin. Imò (quod fortius est) dixit Inno. ꝙ nec præscriptio tanti temporis, cuius non extet memoria, de quo. in l. hoc iure. §. ductus aquę. de aqua quoti. & ęsti. & de verb. sig. c. quid per nouale, currit contra talem; quia semper possidet. Nã si contradiceretur, sequeretur absurditas, quòd si talis persona ita se habuit, & in tali statu fuit, & in tanta pacis trãquillitate viguit per 50. vel plures annos, quòd in ea nunquam oportuit exercere iurisdictionẽ, vel visitationẽ aliquam: dicendum non est, quòd per hoc iste amittat ius suum. hoc probatur per c. vigilanti. de præscri. & quod ibi no. Ita conclusit Inno. de capel. mo. in c. dilectus. quod secundò ponit super pos. Adde tamẽ ad istum articulum vnum verbum, quod statim tangam. in l. si stillicidij. §. 1. ∫. eo. & latiùs dicam. in l. fi.

ADDITIO.

a ¶ Quanto tempore præscriberetur. Adde ad hanc secundã cõclu. quomodo seruitutes non habentes causam continuam præscribantur. Alex. in cõs. 71. incip. Visis, & ponderatis. in 4. volu. nu. 16. Et de seruitute habente causam continuam, & perpetuam, sicut est seruitus aquæductus, quæ sine intermissione ducitur: talis seruitus acquiritur per præscri. puta. 10. annorũ inter præsentes, & 20. inter absentes, etiã sine titulo, de quo vide Pan. in c. de quarta. de præscri. in 8. col. vers. quæro principaliter de duobus.

L. Si stillicidij. ¶ Permittens ędificari in loco seruiente, illius seruitutẽ amittit. h. d. ¶ Vel sic. Per contrarium actum videtur quis deserere ius suũ. Ita allegãt de renun. in c. super hoc. Et adde ad istud modum loquendi de consti. c. cum M. Ferrarien. Bal. allegat istum tex. quòd qui permittit sibi parari obstaculum, videtur iuri suo renunciare. vide tamen gl. hic ad declarationem huius, intellige sanè in permittente, & prohibere valente; in eo enim, qui non habet potentiam resistendi, non caderet cõsensus remissiu⁹ iuris, benefacit. l. 4. ∫. de vsur.

§. Is qui partem. ¶ Faciens partem alicuius indiuidui, videtur totum facere. h. d. ¶ Vel clariùs. Vtens parte indiuidui, videtur toto vti. h. d. cum se. ¶ Notabilem tex. qui alleg.

alleg. pro parte contra Innoc. l. 1. in fi. C. de emancip. lib. de quo etiam aliquid dicam in l. fi. ȷ. eo.

Ex l. Si communem.

SVMMAE.

1 *Priuilegium competens minori, ne currat ei præscriptio, prodest eius consorti maiori.*

2 *Priuilegium ecclesiæ transit ad laycum, ratione communionis.*

L. Si communem. ¶ Ratione priuilegij competentis vni de consortibus, conseruatur ius alterius. h. d. ¶ Vel sic. In indiuiduis retinet quis per sociũ, quod per se
1 non potest. h. d. ¶ Vel † priuilegium competens minori, ne currat ei præscriptio, prodest eius consorti maiori. h. d. ad literam. Quod procedit in his, quæ indiuidua sunt, vt hic in seruitute. Et isto modo facit ad. q. tactam p Cy. in l. 1. C. si in vna, eademque causa. de qua dixi. in l. loci corpus §. si fundus. s. si ser. ven. facit etiam ad no. per Inno. de præscrip. in c. ad audientiam. & de elec. in c. dudũ.
2 Allegatur etiam iste tex. † quòd ratione communionis, priuilegium ecclesiæ transeat ad laycum. Vnde si layco, & ecclesiæ patronis competat ius præsentandi (ratione ecclesiæ) habebit laycus patronus sex menses ad præsentandum, vbi pro se heberet quatuor tantùm. Et ita per istum tex. decidit Io. An. de iure patro. in c. 1. lib. 6. in gl. ordi. ¶ Item facit, quòd cum in præscribendo iure seruitutis requiratur scientia eorum, quorum auctoritas requiritur in quasi pos. tradenda. Et ideo si contra plures exigitur scientia, & patientia omnium: si tamen plures habent quasi possessionem eiusdem generis, vnius ignorantia omnibus prodest, per istum tex. Secus si essent iura diuersa, & penitus separata, vt ius Episcopi, & Plebani; qa tunc scientia nocet scienti, & ignorantia prodest ignoranti. Ita dicit Inno. de postu. præla. in cap. bonæ. il secundo, quod bene nota.

§. Si is qui. ¶ Vtens alia seruitute, quàm sit illa, quam habet, non dicitur vti debita seruitute, & eam (non vtendo) perdit. h. d. ¶ No. ergo istum text. q aliud est deducere in libello seruitutem competentem de die, & aliud de nocte. Cum ergo hæc diuersa sint, satis videtur, quòd si una qualitas deducta sit, & alia probetur, nihil facit. Quod est utile ad accusationem, uel inquisitionem de delicto commisso de nocte, qđ postea probetur commissum de die. de quo probatur in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adult. Adde tamẽ, qđ statum dicam. ȷ. l. proxima. ¶ Item allegatur iste text. q si loca subiecta Episcopo (visitationis, & procurationis loco) aliquo tempore aliquid soluerint Episcopo, qui nõ visitauit: nihilominus potest postea Episcopus redire ad visitationem, vel procurationem. Ita allegatur per gloss. 10. q. 1. in c. relata. quod no.

Ex l. Si is, cui via.

SVMMAE.

1 *Pactum si deducatur commissum certa forma, & probatur de alia forma, debet sequi absolutoria. & nu. 2.*

3 *Iniuria maior est in facie, quàm in spatulis.*

L. Si is, cui via. ¶ Exercens plus iuris, q̃ habeat, non perdit ius sibi competens. h. d. ¶ Vel sic. Qui facit plus, quã debeat, dicitur facere id, ad quod tenetur. hoc dicit. ¶ Gloss. plus quam ibi [l. diligenter. in prin.] potest respõderi, vt colligitur ex no. per gloss s. si ex nox. cau. aga. l. penul. ¶ Vel dic, quòd habito respectu ad id, quod excedit id, quod fieri debet, dicitur facere aliud, quàm debet. Sed respectu eius, quod est, dicitur facere illud, quod debet, licèt plus faciat. Aut consideras totum, & eius respectu non fit, quod debet: sed plus, secundùm But. ¶ An autem hoc locum habeat in mandato circa delicta, vide Inno. de homici. in c. ad audientiam. Et adde casum in c. fin. de homicid.
1 lib. 6. Facit iste tex. ad proban. † quòd si deducatur factũ certa forma commissum; & postea probetur de alia forma: vt quia deducta est offensio cum ense, & probata est offensio cum baculo, quòd sequi debet absolutoria; quia ista sunt diuersa. Et sic facit ad quæstionem, quòd si egi iniuriarum; quia percussisti me in facie cum pugno, & probo de percussione cũ spatulis, quòd non debeam obtinere etiam super probato, arg. de except. rei iudi. l. si mater. §. si quis autem, & l. & an eandem. §. actiones; probatio enim in vno, non debet prodesse in alio. l.
2 denunciasse. §. j. ȷ. de adult. Facit † pro hoc, quòd si deducatur consuetudo, & probatio concludat super statuto, non sufficit. de aqua quoti. & æsti. l. j. § item quæsitum. & de flu. l. j. in fi. Et istam partem tenuit Guil. in l. item exigit. s. de dolo. ¶ In contrarium tamen facit; quia licèt nõ sit probata iniuria in facie, quæ reputatur atrocior. Instit. de iniur. §. atrox. Si tamen probetur de alio loco, debet sufficere, arg. de ædil. edi. l. bouem. §. aliquando. Item quia in tali iniuria fit æstimatio per iudicem. l. cõstitutionibus. ȷ. de iniur. ergo iudex hoc terminare potest, vt s. de iur.
3 om. iud. l. j. ¶ † Item quia maior est iniuria in facie, quàm in spatulis, ergo dicendo, quod est maius, videtur dicere, quod est minus. l. diem proferre. §. si plures. s. de arbit. & de verb. oblig. l. j. §. si stipulanti. ¶ Item quia cum dico me percussum in capite, dico duo. s. me percussum, & in capite; ergo debet sufficere, si probetur percussio, argu. s. de arbi. l. Celsus. §. j. Et ad ista potest responderi, quòd in proposito iniuriæ sunt omnino diuersæ. ¶ Non obst. l. cũ in diuersis. ȷ. de relig. quia cum dico me iniuriam passum in capite, videor excludere omnes alias partes corporis. Ad istam quæstionem tamen adde omnino Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. ȷ. de adult.

§. Hæres. Resoluto iure auctoris, resoluitur & ius successoris ab eo causam habentis. hoc dicit, & concor. l. lex vectigali fundo. ȷ. de pigno. & sic facit, quòd licèt emphyteota possit constituere seruitutem. s. quibus mod. vsufru. amit. l. 2. §. 2. & de superficie. l. j. §. pen. & fin. tamen expirat emphyteosi finita, probatur in simili in vasallo. in tit. de inuesti. de reb. alie. fac. c. j. circa medium. ¶ Vel potest sic summari. Si ius cõcedentis seruitutem resoluitur, & in consequentiam ius concessæ seruitutis. hoc dicit. ¶ Nota ex isto tex. magis faueri acquisitioni, quàm obligationi, quod patet; quia acquisitio seruitutis prodest legatario, & impositio seruitutis non obest. ¶ Glo. imposuit ibi [iure veteri &c.] Quid autem iure nouo si alienauerit, an conditione pendente transeat dominium, hic videtur innuere glo. quòd non. Idem videtur. ȷ. de lega. j. l. seruo legato, & de cond. & demonst. l. si fundum à testatore. & ad Trebel. l. si res. & de reg. iur. l. plerunque. in fin. tit. & C. cõmunia de lega. l. pen. in §. fin. ¶ Contrarium videtur tex. decidere in Auth. de resti. & ea, quæ pa. §. quamobrem. & ibi no. Et idem no. de leg. 2. in l. cum pater. §. libertis. Et ista videtur com-

munis

munis sententia, de qua tangitur in d.l.fin. C. communia de lega. ¶ In ea.glo.ibi [facto domino legatario] not. rationem. Et idem dixit Dyn. de reg. iur. in c.j. lib. 6. dicemus tamen hoc regulare, 1 † quòd in legatis cōditio nō trahitur retro, quò ad effectus de præterito. l. j. §. serui. ad Sill. fallit hoc in conditione negatiua. Et ita loquitur. l. Nerati⁹. de manu. testa. quod intelligo, nisi appareret, q testator noluit ante conditionis euentum libertatem deberi; tunc. n. non traheretur retro. Ita intelligo. l. si quis ita libertatem dedisset, Stichus. de statulib. ¶ Aduerte tamen, quòd illud, quod contingit hic, non videtur extinguere ex eo: quia cōditio trahitur retro: sed quia est ius quoddam, quod non potuit in re constitui, quæ non erat irreuocabiliter constituentis. ¶ In sequenti autem casu, quando actiuè, hoc est, quando reperitur ius quæsitum rei in conditionis euentum: & sic res transit cum sua causa. ℱ. de cōtra hen. emp. l. alienatio. Adde tamen, quod dixi. in l. qui exceptione. §. si pars. ℱ. de condi. inde. scilicet, quòd in legatis conditio non trahatur retro: secus tamen in constitutionibus. de mili. te. l. quod dicitur. & de acquir. hære. l. hæres quandoque.

Ex l. Qui fundum.

SVMMAE.

1 *Ciuitas retinet suam quasi possessionem iurisdictionis: quamuis sit occupata per tyrannum, vel alium iniustum occupatorem.*

2 *Iurisdictio, an dicatur cohærere territorio, vel personæ.*

L. Qui fundum. ¶ Per quemcūque (etiam per naturalem vsum aquæ currentis) naturaliter retinetur seruitus. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Quasi possessio seruitutum retinetur per vsum etiam in malæ fidei possessore. Similiter etiā retinetur, dato quòd in vtendo factum hominis non interueniat.

1 ¶ No. hic apertè probari, † quòd etiam per tyrānum, vel alium iniustum occupatorem ciuitas retinet suā quasi iurisdictionem possessionis: & sic facit ad not. per Bar. in l. sequitur. §. si viam. de vsuca. vbi sensit hoc verum, quando iurisdictio cohæret territorio. Secus si competeret personæ in loco; quia tunc, qui non vtitur (licèt deiectus) perdit. vt ibi. & de vi, & vi ar. l. si plures. §. deiectum. non tamen quæritur ei, qui violenter, & sine titulo ea vsus est, sed reuertitur ad eum, cui competit de iure communi, vt est Præses loci. l. illicitas. §. qui vniuersas. ≈. de offi. præsi. Sed eijciens tenebatur deiecto ad interesse, tanquam re

2 perempta. l. si de fundo. ℱ. de vi, & vi, ar. ¶ An tamen iurisdictio dicatur cohærere territorio, vel personæ, & quomodo, vide per Bar. in l. 2. ≈. de iurisdi. om. iu. Et etiam quoddam particulare eius consilium. ¶ No. istum tex. in secunda parte. in vers. neque. per quē Dy. tradit regulā, q, vbi agatur de iure quæsito retinēdo, sufficit facto alteri⁹ fieri. ℱ. de condi. & demon. l. 2. & de ver. obli. l. cum seru⁹. quod intellige verū, qñ agitur de iure, quod cohæret rei, vt sunt seruitutes reales, vt hic. Secus si de iure cohærēte personæ, vt est dominiū, vel vsusfructus: quia tunc oportet, fieri p eū, qui ius habet, vel eius nomine. ≈. quib. mo. vsufr. amit. l. Pōponius. Et sic istum tex. inducit Dy. in arg. ad q. de equo, q prius venit ad brauiū sine ragatio. s. q brauiū non debeatur ei, de qua vide per eum in l. 1. §. cæterùm. ℱ. de acquir. pos. vbi etiam Bar. ponit idem hic Iacob. Bu. qui dicit, quod hoc est verū, si statutū diceret cuius equ⁹ primus venerit. tunc sufficeret equū psentare, etiam sine assessore. Secus si diceretur. cuius equus primus cōduceretur; quia tūc nō sufficit equū venire per se. ar. C. de rei ven. l. quotiens. secundùm Ia. Bu. ¶ In dubio autem ex verbis nō posset deprehendi, puta brauium deberi; quia agitur de velocitate non hominis, sed equi.

L. Si quis. ¶ Medius locus non seruiens, dicitur potius interpellare seruitutem, quàm extinguere. & ideo potest seruitus restaurari ante finitum tempus præscriptionis. h. d. vel sic. Quando vsus seruitutis erat per alienationem impeditus, redemptione rei secuta, recuperatur. h. d.

L. Si locus. ¶ Si fundi occupati à flumine restrictura fiat per alluuionē, restituitur, & seruitus. h. d. ¶ Vel sic. Cessante impedimento seruitus ad primum statum, & modum reducitur ipso iure non præscripta; sed præscripta resti. in inte. h. d. ¶ In tex. ibi [restituitur] ipso iure. vt in glo. & potest intelligi, etiam sine noua possessione. Et hoc est, quod videtur hæc lex notabiliter velle inducere. ¶ Glo. cogendus ibi [l. At tilicinus] ad cuius declarationem vide, quod dixi. ¶ No. tamen hic in fine casum, in quo quis potest compelli ad renouationes. Adde etiam notabilem doctrinam Bar. in l. 1. §. permittitur. de qua quoti. & æsti. & in l. 1. in fin. de priuile. credi.

Ex §. Cum via.

SVMMAE.

1 *Ingrediens fundum alterius cum animalibus, occupata via nō punitur.*

2 *Officialis potest occupare rem priuati propter publicū commodum, vel vtilitatem reipublicæ.*

3 *Compelli quis non debet ad officium lictoris, nisi sit multùm vilis.*

4 *Princeps, an possit auferre rem ex causa priuata, vt donet alicui.*

§. Cum via. ¶ Cum via, vel vsus viæ publicæ perditur per impetum fluminis, vel ruinam: debet de agro vicini via constitui. h. d.

1 Facit iste tex. † quòd si reperiatur alicubi via occupata, ita quòd non possit per eam transiri, & aliquis intret fundum vicini, fortè cum animalibus, vt inde possit transire, quòd nō possit puniri de tali ingressu: licèt aliàs posset fortè puniri ex forma statuti. ¶ Aduerte tamen, quòd in ista materia iura dicūt seruari debere vrbanitatem. Ita dicit. in l. si cui. ≈. de serui. ¶ Et ideo licèt simplex ingressus toleretur: tamen non est ibi permissum animalia conseruare, vt aliquod damnum dent, aliàs tenerētur. ¶ Item fa-

2 cit iste tex. † quòd propter publicum commodum, vel necessitatem Reipublicæ, potest officialis occupare rem priuati, vt ea vtatur per executionem officij. Et sic potest Potestas capi facere asinum, vel boues, uel currum alterius, vt damnatum trahat ad locum iustitiæ. quod limita, vt dixi. in l. mendicari. §. si constat. communia prædio. Guil. ali

3 quid tangit, in l. fi. ℱ. de pigno. act. vbi dicitur, † quòd non debet quis compelli ad officium lictoris, scilicet vt decapitet, vel suspendat aliquē, nisi fortè sit multùm vilis, allegat. C. ne quis li. inui. actum reipub. gerere cog. lib. 11. quod no. contra officiales aliter seruātes Bononiæ. ¶ Gl. cum via. ibi. [C. de seruis, qui pro præm. lib. acc.] Not. ex

4 ista glo. doctrinam, † quòd vbi Princeps aufert ex causa priuata

priuatam rem, vt donet mulieri, vel alteri, secundùm formam l. Lucius. ff. de euic. & l. item si verberatum. §. fin. ff. de rei vend. Quod an possit, vel non de iure, examinatur plenè in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. pub. Semper tñ debet illi, à quo aufertur, offerri pretiũ rei. ¶ Et pro determinatione huius glo. facit; qa cũ hic agitur de cõmodo oĩum transeuntium, æquũ est oẽs conferre. Et isto modo etiã allegatur ad quæstionẽ, si domus alicuius diruatur, ne ignis progrediatur vlterius, ꝙ damnum debeat ei emendari à vicinis, quorũ domus saluæ factæ sunt, facit. ff. ne qd in lo. pub. l. 2. §. viarũ. & C. de oĩ agro deser. l. qcunq;. in fi. lib. 11. & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. j. & ibi Guil. & hic. ¶ Aduerte tamẽ; qa glo. dicit hodie contrariũ obseruari, quod credo procedere in casu huius l. cũ iste enim speret cõmodũ alluuionis. ff. de acq. rer. dom. l. ergo. §. alluuio. debet sentire & damnum. ff. de reg. iur. l. secundùm naturam.

L. Si cum seruitus. Per viam adeptã vnius ex fundis seruiẽtibus, nõ extinguitur via ꝑ alios fundos debita. h. d.

Ex l. Aquam, quæ.

S V M M AE.

1 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus.*
2 *Ex pluribus emphyteotis, vel feudatarijs si alter moriatur sine hærede, eius portio redit ad dñm, & non accrescit alijs.*

L. Aquam, quæ. ¶ Contra seruitutem vnius potest libertas præscribi, licèt duret seruitus alterius, nisi forent consortes; & in non consortibus nõ habet locũ ius accrescendi. h. d. ¶ Vel sic. Si ad plurium prædia per eũdem riuũ aqua ducatur, dicuntur plures seruitutes: & sic põt vna amitti, altera remanẽte. & qđ vnus perdit, non crescit alteri. h. d. ¶ Glo. aquæ ibi [l. communi liberto. ar. contra.] Sed rñde vt ibi; non põt enim dici, ꝙ ibi delictum liberti faciat, ne quicquã sibi quæratur. Et est notandus ille casus ad id, qđ statim dicã. ¶ In ea. gl. in fi. quasi velit dicere, ꝙ si alter ex legatariis proprietatem non acquirat, locus est iuri accre-
1 scẽdi. ¶ Aduerte ergo, ꝙ hic est casus apertus, † ꝙ in contractibus non habeat locum ius accrescendi, & ita fuit allegatus per Richar. Malumb. & Bar. in l. si mihi, & Titio. in princ. de verb. obli. Glo. tamen videtur hoc sensisse, ꝙ hoc contingit; quia portio non deficit à prin. sed ex postfacto. vide etiam glo. in l. si duo patroni. in prin. ff. de iure
3 iur. ¶ Et hoc facit ad quæstionem † ꝙ si ex pluribus emphyteotis, vel feudatariis alter moriatur sine hærede, eius
2 portio redeat ad dominum non autem aliis accrescat. a Nec obst. l. j. in fi. de vsufru. accresc. quia hic loquitur in dominio, ibi autem specialiter loquitur in vsufructu. Quidam tamen intellexerunt, ꝙ ideo hic non est locus iuri accrescendi; quia isti erant penitus separati, nec inter eos cadebat aliqua coniunctio, facit. l. huiusmodi. §. quib⁹ ita. ff. de leg. j. De hoc tamen articulo, quomodo, & qualiter in contractibus sit locus iuri accrescendi, quia isti erant penitus separati, vide quod dixi in l. proprium. supra cõmuni prædiorum.

ADDITIO.

a ¶ Aliis accrescat. Adde, nunqd aliquo pacto in feudo locum habeat ius accrescendi. vide Alexand. in consil. 30. incip. Vt qñ omne. in j. vol. Et in feudo fratribus cõcesso quando ius accrescẽdi locum habeat. vide Alex. cons. 3 19. incip. Consideratis verbis. in 2. vol. per totũ consiliũ.

Ex l. Labeo dicit.

S V M M AE.

1 *Renunciare an quis possit expressè iuri visitandi.*
2 *Procuratio debetur accessoriè.*

L. Labeo dicit. Aliàs hæc lex incipit Si is qui. hoc intendit Per negligentiam cõmissam in antecedenti, perditur ius, qđ hẽt in cõsequenti. h. d. ¶ Vel sic. Qui perdit principale, perdit accessoriũ h. d. ¶ Et præmitte casum. l. 3. §. fi. & quod ibi no. ff. de ser. rust. præd. ¶ Item aduerte, ꝙ hic est duplex litera, vt hic tangitur in glo. & 2. melior, vt infra dicam. ¶ Glo. non ierit. ibi [aquã non hausit] hanc regulã aliàs secundã reputo meliorem; ex eo quia secundùm primã ista lex poneret casum indubitabilem, contra no. in l. Labeo. de Carbo. edi. ¶ Aduerte tamen ad vnũ, ꝙ ista lex loquitur in iure quæsito, nec videtur habere locũ in iure
1 quærendo, per casum. ff. eo. l. si partem. in princ. ¶ Itẽ aduerte, ꝙ Inno. notanter allegat hanc legẽ † ꝙ licèt qs non possit expressè renunciare iuri visitandi; quia visitare, & corrigere est iuris publici, vt extra de fo. compe. c. si diligenti. sicut nec per pactũ se obligare, ꝙ non aget, vel nõ accusabit de crimine. ff. de pac. l. si vnus. §. illud. licèt posset procurationem sibi debitã ratione visitationis remittere; quia est ius priuatum in solo temporali lucro consistens.
2 † Tacitè tamen multo tẽpore non recipiendo procurationem, non perdit illam; quia procuratio non debetur principaliter: sed accessoriè. s. ratione visitationis. Et ideo retẽta visitatione, retinetur & accessorium, scilicet procuratio. arg. huius l. Ita allegat Innoc. de rescript. in c. cum ex officij. in glo. in ver. & est ratio.

L. Si quis alia Vtens alia re, quàm in qua habet seruitutem, perdit seruitutem sibi debitam. hoc dicit, & facit ad nota. in l. si cui. ff. eodem.

§. Tempus. Tempus negligẽtiæ auctoris cõiungitur cum negligentia successoris. h. d. ¶ Vel sic. Tempus auctoris debet facere transitum in successorem. h. d. ¶ Not. ꝙ sicut ad commodum pertinet accessio temporis auctoris. l. Pomponius. §. cum quis. & §. seq. de acq. poss. sic & incommodũ, vt hic. Et facit ad res emphyteoticas, quando est cessatum in præstatione debiti census, & similiũ. Adde tamen, vltra quæ dicit, quòd propter ignorantiã hæredis non soluentis canonẽ potest impetrari restitutio. Ita dicit glo. in l. 2. C. de iur. emphy. in l. vlt. glo. quod not.

§. Si cum ius. Seruitus non dicitur perdi eo casu, quo contra eam libertas non præscribitur. hoc dicit. ¶ Vel sic. In seruitutibus vrbanis libertas non præscribitur, nisi factum domini seruiẽtis interuenerit. hoc dicit. Et facit ad id, qđ videbimus. ff. eo. in l. fi. & no. in l. 2. C. de ser. & aqua. & quod plenè declaraui in l. seruitutes. ff. de serui. ¶ Not. tex. q allegatur, ꝙ vasallus libertatem, & dominium directum feudi non præscribit triginta annis non seruiendo, nisi interpellasset ius domini, dicendo eum non dominum: dicit tamen distinguendum, an vasallus debeat domino certas præstationes, vt tenere equum pro feudo: tunc sit imputandum domino, ꝙ illas non exegit. Sed si erat feudũ honorificũ, ita ꝙ dñs nil poterat exigere, nõ est, ꝙ imputetur ei

domino. Vel distinguitur, an inter illud tempus domino aliquid occurrisset, ita q vasalli erãt vocandi, vt in militia, in vxore ducẽda, & similibus, ad q̃ verisimiliter, si fuisset vassallus, dñs eum vocasset: & tunc si vasallus nõ iuit, interpellasse videtur ius dñi, & sic posset libertatem præscripsisse, secundum eum. Ita refert Guil. in Spec. de præscrip. in secunda col. in ver. fuit alia q. vberri. ¶ Aduerte tamen, q quidam allegantes istũ tex. dixerũt, quòd ideo hic non præscribitur longo tempore, vt not. s. de ser. vrb. præd. l. si seruitus. §. fina. Ita intellexit istum text. Richar. Mal. ad quod j. l. proxi. in prin. quod nota.

L. Si partem

¶ Actio personalis pro seruitute non tollitur ex tempore, quo perditur seruitus iam constituta. h. d. Et sic facit ad id, quod dixi statim. s. §. prox. ¶ Nota, quòd aliud est ius esse productum inesse, vel esse solùm in spe productionis. ¶ Et facit iste tex. ad q. de nobili, qui reliquit partem sui patrimonij certo hospitali construendo, vt licèt sit tardatum per longum tempus, antequam sit constructũ: nulla posit dici cucurrisse præscriptio. ¶ Non obstat. s. de mino. l. etiam si. quia ibi præscriptio iam cœperat in persona prædecessoris illius posthumi, & iam cœpta continuatur, secundùm no. in l. 1. & 2. & quod ibi no. C si aduer. pig. ven. ¶ No. etiam tex. qui videtur facere, quòd si ex conuentione inter commune Venetorum, & commune Anconitanorum conuenit, vt possint Veneti pro necessitatibus suis conducere per portum Anconitanorũ naues frumenti de Apulia sine aliqua solutione gabellæ, & tempore etiam conducendi non expresso aliter, licèt Veneti tardauerunt per 10. vel 20. annos, vel etiam per 30. & hodie velint (imminente eis necessitate) conducere, q possunt, lapsu temporis non obstante. ¶ Quod intellige, nisi aliquo tempore prohibiti fuissent conducere, & ab illo tempore transiuisset tantum tempus, quòd dici possit tempore exclusi. per no. in l. qui luminibus. de ser. vr. præ. & j. eo. l. fi. ¶ Glo. quia nullum ibi [.l. si quis ita] sed illa non videtur contradicere, sed bene obstat .l. Titio vsusfructus. eod. tit. pro cuius solutione vide quod no. in l. nõ potest. j. de reg. iu. ex qua sumi potest regula, de qua ibi, q non potest dici desinere, quod non cœpit. & ibi contrarium reperitur, dic q ex interpretatione: circa quod vide glo. multa iura pro, & contra allegantem in l. 3. §. j. s. vsufruc. queadmo. cau.

Ex §. Si per fundum.

SVMMAE.

1 *Dies seruitutis prædialis cedit statim ab adita hæreditate.*

2 *Confessio cedentis post factam cessionem, non nocet ei, in quẽ est facta cessio.*

3 *Legatum dicitur acquiri repudialiter, nulla acceptione secuta.*

§. Si per fundum.

Solo titulo quæritur seruitus in vltima voluntate relicta. hoc dicit. Et hoc declara, vt dixi in l. testatrix. in princ. s. tit. primo. ¶ Vel sic. Præscriptio etiam currit contra ignorantem, & post alienationem iuris secutam nihil releuat repudiatio alienantis. hoc dicit. ¶ No. vltra summariũ tex. ibi [& adita mea hæreditate] q videtur decidere,
1 † q ab adita hæreditate statim cedat dies seruitutis prædialis. de quo vide per Iacob. de Are, Bartol. j. de ser. lega. l. 3. ¶ Not. etiam, q cum hic dicatur ignoranti præscriptionem currere, quòd videt cõtra no. in l. annus. s. de calũ. & i l. genero. de his qui no. infa. & in l. 1. j. de excusa. tuto. Ideo potest dici, q hic loquitur in præscriptione extraiudiciali. ibi autem in ea, in qua desideratur iudicium. Et sic potest dici, q hic sit casus, quo præscribitur iuri acceptandi, & alibi iuri offerendi. vt j. de capti. l. in bello. §. si quis seruum. de quo iure offerendi vide, quod oio dixi. in l. si rem. §. omnis. j. de pig. act. & latiùs. in l. cum notissimi. §. 1. C. de præscr.
2 30. anno. ¶ No. etiam tex. † q post ius translatum nil releuat renunciatio transferentis: & sic facit, q confessio cedentis post factam cessionem non noceat ei, in quem cessio facta est, facit etiam ad Trebel. l. facta. §. si heres. & ibi de hoc per Bartol. post Dy. qui tetigit in l. seruum filij. §. j. de leg. j. & Cy. in l. 3. C. de noua. & de proc. i l. fi. tangitur etiam s. de p. c. in l. si cum emptore. Quidam tamen dixerunt, q renunciatio nil operatur hic; quia ius erat annexum rei alienatæ, & extabat per se. Et isto modo non obstant nota. in d. l. si cum emptore. quia ibi erat ius personale, quod non poterat à cedẽte separari, vt j. de pecu. l. si qs ergo casus, & ita Bal. rñdet ad istã. l. facit etiã tex. iste secundùm Guil. in l. aliena. in prin. j. de pig. act. q licèt dominus rei posit ratificare obligationem, quam fecerat creditor in præiudicium sui: non tamen in præiudicium tertij, cui ipse ratum habens medio tempore obligasset. facit l. potior. §. 1. j. qui po. in pig. ha. & quod not. de leg. 1. in l. talis scriptura. de quo ét vide p Gui. in Spec.
3 de obli. §. 1. ver. item pone. ¶ † Not. etiam hic probari, q nulla etiam acceptatione secuta, dicatur legatum acquiri repudialiter. facit de oper. liber. l. liberto octoginta. Quod videtur contra no. in l. si quis ita. de condi. insti. vñ potest dici, q hic dicitur procedere in casu, quo legatarius rem alienauerit, quo modo sequitur ius legatæ seruitutis. Et ideo in præiudicium illius non posset repudiare, vt dictum est: aliàs dicatur quæri repudialiter, tantùm, vt d. l. si quis ita. Et secundùm hoc dicemus, q hic est casus, q in singularem successorem transit ius acceptandi, etiã sine aliquo consensu actoris sui.

L. Vsu retinetur.

In iure annexo rei non attenditur, qs vtatur, dummodo vsus sequatur. h. d. cum seq. facit. s. eo. l. qui fundum. & quod ibi dixi in tex. quòd licèt possessor rei liuellariæ, quæ non pertinebat ad eum, soluat canonem, q res non inciderit in commissum, licèt verus emphyteota nõ soluerit; quia possessor soluit nomine rei possessæ. ar. s. de neg. gest. l. qui aliena. in fi. & sic quia solutio est realis, omnibus prodest, per istum tex. cum seq. Ita allegatur per Guilielmum. s. de neg. gestis in l. qui vtiliter. §. Titius.

Ex l. Seruitute.

SVMMAE.

1 *Animus retinendi possessionem, quomodo probetur.*

2 *Possessio generalis iurisdictionis quomodo acquiratur.*

3 *Titulus non requiritur in præscribenda seruitute, nec in præscribenda libertate contra seruitutem.*

4 *Spoliatus quomodo posit recuperare possessionem, vel quasi iurium incorporalium. & nu. 5. & 7.*

6 *Consulens fraudulenter tenetur de consilio.*

L. Seruitute

L. Seruitute. ¶ Ad præscribendam seruitutē requiritur, ꝙ quis vtatur bona fide iure seruitutis.h.d. Et istum tex.allegaui in l.qui luminibus.de ser.vr.præd.& l.si fortè.§.1.ſ. ti.1.vide etiā allegata per Bar.in l.si priùs.in prima parte leg.in 7.oppositione.ȷ̄.de oper.nou.nun. ¶ Vel sic.Non dicitur seruitute vti,qui non vtitur eo animo . ad hoc allegatur. Allegatur etiam,ꝙ non solùm factum requiritur: sed ēt mēs,& intētio vtentis,& primò pōit dictū,secūdò infert. Secunda ibi.Ideoque.¶ No.hic expressam regulam,ꝙ vt seruitus præscribatur,oportet præscribentem vti tanquā
1 iure seruitutis , & bona fide. † Quomodo autem animus iste probetur,recurre ad no.in l.Titia.ȷ̄. de solu. aliàs so. ma.in l.4.in fi.tangitur in l.2.§.1.de iti. act. que priua. ¶ Item probatur bona fides ; vt quia emptor fundi inuenit in suo fundo carezatam in via paratam cum curru:propter quod potuit rectè credere seruitutem deberi fundo empto.Vel forte vēditor dixit ei,ꝙ seruitus debebat fundo,quem vēdebat.& facit ista l.ad not. per Cy.C· de serui.in 2.& 3.q.facit etiam ad not. in l. non ambigit in fi.ȷ̄.de acqui.pos.¶ Item per istum tex. dicit Inno. de capel.mo.in c.dilectus.super verbo,possessorium.† ꝙ ge-
2 neralis possessio iurisdictionis acquiritur,etiam si vnicus actus iurisdictionis exerceatur ; vt quia cognoscit de vna causa ciuili, vel criminali , vel aliud simile faciat , quod pertineat ad iurisdictionem:dummodo sic exercendo intendat vti iure suo , quò ad iurisdictionem vniuersaliter . Nam si audiendo causam ciuilem intēderet per istum actum in ciuilibus tantùm causis iure suo vti, non per hoc quæsisset possessionem in criminalibus , vt hic. Pe.tamē tenuit contra,ꝙ exercitium leuioris actus , non dabit iurisdictionem à superiore.Quod plenè declaraui.ſ.de seruitu.in l.seruitus.vbi vide.de quo aliquid per Io. And.in gl.or.in cle. 1.in fi.de so.compe.vbi alleg. Guil. in Spec. de iuris.om.iud.ver.illud & no. ¶ Item hic videtur casus contra Gui.qui dixit , ꝙ pro seruitute reali non competat interdictum recuperandæ ; quia possessio non est pro priè personæ,sed rei.Sed pro seruitute personali sic.C.de acqui.poss.l. licet.& allegauit ad hunc casum l. sequitur. §.si viam.ȷ̄.de vsucap.Iste enim tex.facit in contrarium, vt videtis.ad idem.l.3.in prin.ȷ̄·de iti.act. que priua. Et adde verbum Inn.extra de cau.po.& proprie.in.c.cum ecclesia.super ver.affuisse, quod statim dicam super glo.

¶ Glo.1.ibi [debito fundo] .i.nomine fundi , cui seruitus debeatur.Ita exponit hic etiam Ia.Bu. ¶ Aduerte tamē, ꝙ ista iura hic allegata,q̄ dicunt, ꝙ nisi vtens intendat vti iure suo,non agitur ex illis interdictis,ꝙ videntur destruere regulam,quæ est, ꝙ spoliatus etiam prædio , ante omnia debet restitui.l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de vi.& l.si maritus.C.de do.inter vi. & vx. & extra de restitu. spo.c.in literis.Nam certum est, ꝙ qui per violentiā vtitur,non intendit iure suo vti.Ideo scit,ꝙ iure suo non vtitur. Sed responde,quòd illæ. ll.locum habent in interdictis.s.l.si.de iti.ac.que priua.& l.j.§. Aristo.hic allegata.q̄ interdicta competunt possessoribus ad possessionem tuendam,vt de iti.ac.quæ priua. & de aqua quotid. & æsti.& vti pos.Sed quando agitur interdicto recuperandæ , sicut est interdictum,vnde vi,obijciet agens, etiam si non credat iure suo vti. ȷ̄;vti poss.l. 1.§.fi.& l.se. ¶ In ea.glos.ibi [bona fides est necessaria] hoc est verum in præscribenda libertate personali.l.1.C.de præscrip. lon. temp. quæ pro liber.compe.¶ Idem in reali , si agatur de præscribēda libertate rei vrbanæ,vt ſ.de ser.vr. præd.l. hæc autem iura.& ȷ̄.in gl.¶ In ea.gl.ibi [& hic in prescriptione liber
3 tatis vrbanæ seruitutis.] Vnum not. ꝙ † sicut in præscribenda seruitute,non requiritur titulus, vt . si quis diutur no.ſ.ti.1.ita nec reqritur in præscribenda libertate contra seruitutem.l.si ædes.ſ·de ser.vr.præd. ¶ In ea.glo.ibi [hęc autē iura.] & ex ista potest colligi ratio diuersitatis, quare in præscribenda libertate rei vrbanæ requiritur factū,& vsus præscribentis;iō nimirum si reqritur bona fides:sed in realibus non requiritur aliquod factū præscribētis;sed solùm negligentia ex parte amittentis . ideo in amittēdo non considerat̄ bona fides aduersarij.Et hoc facit ad no.p Bar.in l.seq̄t.§.si uiā.de vsuc. Qđ declara, & dixi in l.seruitutes.ſ.de serui. Vlti.extra gl. apti' no.hic, alibi posse aliqd adaptari de vltimo articulo quarto lo-
4 co pollicito, ſ. in prin. huius li. s. † qūo secuta ꝑditione possessionis,vel quasi istorum iurium incorporalium,spoliato consulatur in eius recuperatione. in quo Inn.de ele. in c.q̄relā.in 4 gl.& Io. An.ponit in nouel. super ver.restitui.& arguit ꝑ illā decre. ꝙ competat interdictū,vnde vi. Ad idē ex̄.de cau.pos.ī c.cū ecclesia.đ mor.infe.l. 1. §.itē si.& de vi,& vi ar.l.3.§. vnde vi interdictū.§.ptinet.& §.q vsufru. in fi. & ſ.de serui.l.quoties. & hoc ē verū vtile.directum enim non datur,nisi pro rebus soli, vel solo cohęrentib';vt ȷ̄.de vi,& vi ar.l.1.§.2.& 3.Sed dat̄ condictio ex illa decre.ī c.cū ecclesia. Refert tñ ibi idē Inn.igl.se.ꝙ ex hmōi ꝓhibitionib', vel denegationib' oriri pōt interdictū,vti possi.Conclude tñ melius cōpetere, vnde vi.ex quo debita pensio denegat̄,vel qs vti iure suo ꝓhibet̄; vt. ȷ̄.đ vi,& vi ar. l. idem est. §. vñ vi. Et aduerte, ꝙ loq̄t in iurib' expssis in illis duab' Decre. In alijs aūt dicit,ꝙ vtilis cōdictio decre.ī c.querelā extēdit ad illā,ar.ſ.de legi. l.neque leges.& l.nō pñt. Vel pōt dici cōpetere interdictū.vñ vi.vtile.& maximè īquātū ad aduersariū ꝑuenit.vt ȷ̄.de vi,& vi.ar.l.Fulcini'. §. fi. & l.se.vel dat̄ officiū iudicis,qđ ꝓ actione ponit̄,sm̄ no.de offi.iudi.ī c. 1. & đ hoc tangit̄ in Spe.de resti.spo.§.nūc dicam'. añ fi. Et add qđ no.Io. An.de cēsi.ī c.ꝑuenit. dixit tñ idē Inn.ibi. sup ver.
5 subtracta.† ꝙ & si existēs ī quasi possessiōe.iuris eligēdi, spoliet̄,& capitulū ꝓcedit ad electionē sine eo, si postea ī alia electione admittat̄, & sic possessionē suā recupauit : nihilomin' poterit agere ad cassationē primæ electionis factæ sine eo,petēdo restitutionē iudicis officio. ȷ̄. de vi, & vi ar.l. 1.§.qui de vsu.& §.illud vtiq;.& §. si sic dum à quo.& §.qđ aūt.& §.se.& l. meritò. dixit ēt , ꝙ si debitor mādauit pāsionē subtrahi,vel subtractā eius noīe ratā habuit, pt̄ agi cōtra eū;actiōe mā.ꝑ d.l.j.§.deiecisse.& đ ratū hñte in §.quoties.đ vi,& vi ar.bñ facit.de resti.spo.ca. cū ad sedē.nō tñ cōpetit interdictū,vel cōdictio stati post mādatū,sed spoliatiōe secuta; qa iterdictū ñ cōpetit,nisi spoliato.l. 1.in pri.de vi,& vi ar.& ex tunc cōputat̄ ann', quò ad interdictū:licèt sec' in cōdōne,quæ ꝑpetua ē.sicut & aliæ condōnes.C. de cōsti.pe.l.2. ¶ Sed contra simpliciter consulentē non dat̄ interdictū, nec condō ex illa Decre.ī c.q̄relā,qa nullo iure cauet̄,nisi in subsidiū. ar. ſ.de eo,ꝑ quē fa.erit.l.2.§.fi.Contra istud tñ facit.ȷ̄. de fur.l. si qs vxori.ī pri.& §.si qs seruo.& Insti.de obl. q̄ ex deli. §. pe. vbi cōtra cōsiliū ꝓbētē dat̄ furti,si fur nō erat aliàs factur'. Ad idē ȷ̄.de ser.cor.l.2.§. vlt. vbi cōsiliator tenet̄ serui corrupti.ad idē.ȷ̄.de adul.l.hæc verba.& de fal.l.fi-
6 li'.Sed rn̄de,ꝙ isti sunt oēs casus spāles. Vnū adde,†ꝙ vbicunq; apparet fraudolenter consultū, vt̄ ex cōsilio obli
a gari, ᵃ vt ȷ̄.manda.l.2.§.fi.& ibi ꝑ gl.Inn.dicit ēt ī ea.gl. ꝙ si Eps mādat subditis,vel debitoribus , vt nō rñdeant forte de decimis Plebano,vel simili,vt Archidiacono,mādās tenet̄,vñ vi.vel condōne ex canone;vel officio iudicis pro illis tm̄,qui denegauerunt,vel non soluerunt . Nā hic ꝓhibitio ęq̄parat madato.vt ȷ̄.manda.l. 1. ¶ Ad qđ aut

teneatur Episcopus, dic, quòd ad omne interesse pecuniarium ipsius Plebani, vel Archidiaconi. Ita no. de sepul. in c. certificari. Quod declarabitur eorum iuramento. 2. q. j. c. in primis. & no. in c. fina. quod me. cau. probatur apertè in l. semper §. in hoc interdicto. ÿ. quod vi, aut clam. Ius autem, vel iure proprio non continet æstimationem, cum sit res spiritualis. Et sic Plebano spoliato non restituitur quasi possessio iuris percipiēdi decimas; quia fortè alius est in quasi possessione, cui rusticus soluit, nec de eo datur interesse; quia interesse non recipit, vt dictū est, quod bene nota. ¶ Ad officium autem iudicis pertinet, vt Episcopus omnino reuocet mandatum factum parochianis, & quòd eis faciat simile mandatum, ꝙ respondeāt; sicut faciebant ante suam inhibitionem. ar. de censi. c. significauerunt. & de resti. spo. c. conquerente. Aliqui tamen in hoc vltimo contra eum, nec nouum possessorem sine causa debeat spoliare. de quo per Inno. de fil. præsby. i c. veniens. Hostien. dixit primum verius, si sit notorium. extra de ap. in c. solicitudinē. ¶ Alij dixerunt, ꝙ si Episcopus, vel alius iudex ex impetu, vel ordine iudiciario non seruato, hoc præcepisset, quòd reuocaretur præceptum, ipso possessore non vocato; cum sit notorium iure.

¶ Sed si alius, quàm iudex hoc mandasset, per suam reuocationem non fieret præiudicium possessori. Et idem dixit Inn. sub dubio in iudicio: si extra iudicium hoc præcepisset, hoc autem certum est, quòd contra ipsum nouū possessorem competit vtile interdictum, vel vtile condi-
7 ctio. vt ÿ. de vi & vi ar. l. j. §. familiæ. ¶ Subdit† & ibi, quo modo consulatur contra prohibētem cum armis, quē ingredi in pos. quam animo tenebat; vel ne percipiat fructus administrationis, quam gerebat, vel fundum, cuius vsumfructum habebat, vel. s. impedientem quem vti iure suo, cuius possessionem habebat, & concludit competere interdictum, vnde vi. vt l. 3. §. pertinet. de ui & ui ar.

¶ Sed si non armis, sed uerbo prohibuit, & prohibens est talis, quòd eius prohibitio fecit iustum metum, si postea inuasit illam possessionem, datur interdictum contra eū infra annum insolidum ad id, quod occasione illius prohibitionis ad eum peruenit, aliàs non; quia hoc interdictum atrocitatem desiderat, ut ÿ. de ui, & ui ar. l. 1. §. interdictum. & l. 1. ad Sill. Sed si erat in pos. & exiuit illa, propter minas non daretur hoc interdictum, unde ui. sed actio. quod me. cau. l. metū. in j. responso. š. quod me. causa. Adde etiam Innoc. de arbi. in c. ex parte. super verbo, sublato. Adde etiam, quòd si per illos, ad quos spectat electio, excluso illo, qui erat in quasi poss. iuris eligendi cū eis, vel etiam soli sine eis eligat, quo iure possit prouideri: circa quod uide Inno. de resti. spo. in c. literis. in prima gl. quam Io. An. ponit super verbo, eiectum, in nouella. ¶ Et generaliter de existētibus in quasi possessione dignitatum, uel aliorum beneficiorum, & rerum ipsorum beneficiorum, an cadāt ab ista quasi poss. recurre ad no. in d. c. in literis. super uerbo, prius, per Inno. quod Ioan. And. ponit cum præcedenti super uerbo, eiectum. Adde etiam eundem de resti. spo. in c. olim. ubi multa notabilia dicit, quæ non prosequor. sed hic finem impono circa materiam seruitutis.

ADDITIO.

a ¶ Ex consilio obligari. Adde, quando quis obligetur ex consilio, & opem præstando alicui, & qualiter debeat puniri. Alexand. in consi. 177. incip. Viso themate. in 2. uol. per tot. consi.

¶ Incipit aurea lectura famosissimi Doctoris, & suo tempore monarchæ. ll. D. Flor. de S. Petr. de Bononia super ix. libros Digest. seu Pādectarum, quā lecturam legit Bononiæ. 1442. & audiebant sub eo quasi omnes Doctores legentes Bononiæ, et specialiter D. Ang. de Aret. Et est nouissima lectura, & vtilissima super dictis titu. & necessaria in practica, & theorica.

Rub. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

SVMMAE.

1 *Inuitus non suscipit quis iudicium in realibus actionibus.*
2 *Iura tria orta sunt eodem tempore.*

IN gl. Rubricæ ibi [imitantur] quia sicut reales dantur contra omnē, qui habet facultatem rei restituendæ, vt š. de rei ven. l. officiū. Ita & istæ dantur contra possidentem; vel eū, qui dolo desiit possidere, sicut reales. ÿ. ea. l. in fin. & §. & cum. & de noxali. l. de illo. quod est cōtra naturā merè ꝑsonalium. š. de iudi. l. si fideicommissum. §. tractatū. & l. j.
1 §. hæres. ÿ. ad Trebel. ¶ † Item sicut in realibus quis non suscipit iudiciū inuitus. š. de rei vend. l. fi. Ita nec in istis. ÿ. de noxali l. noxali. Secus in personalib⁹. ÿ. de verb. ob. l. inter stipulantē. §. 1. nisi paratus sit soluere. de procu. l. si reus. & de iudi. l. si debitori. ¶ Seqtur ibi [antiquior] vt aūt sciat, quo tpe transiuerit, attēde; quia post destructā Troiā, Aeneas, q erat de sanguine Priami, & Romulus, q erat de stirpe Troiana, in Italiā veniētes, Romulus in Italia Romā construxit, quā sine lege rexit: postea auctā, eā diuisit in 30. partes. & in 30. vicos, q vocabant curiæ; q qd Ciuitati Romanæ expediebat, pro sententijs earū partiū faciebat. De his autem legibus curiatis librū fecit Papyri⁹, solū sine ordine positis, in vnū librū reducēs: nil tñ addēs. dēde regē eorū Tarquiniū expulerūt, & oīa sine lege regebant, & ita steterūt p. 20. an. his pactis. x. viros ad græcas ciuitates ꝓ legibus miserūt, q. 10. tabulas in tabulis eburneis scriptas portauerūt. deinde vidētes, ꝙ illæ nō sufficiebant, sequenti anno duos legatos miserūt, q duas tabulas portauerūt, & sic ex accidēti appellatæ sūt leges.
3 *Statutum loquens de homicida, an comprehendat illum, qui hominem occidit, iustitiam exequendo.& nu.4.*

5 *Statutum disponens, ꝙ occidens alium, etiam ad sui defensionẽ, debeat occidi, an valeat.*

6 *Offendens pro sui defensione debet clamare, & alios conuocare, & concitare contra malefactores.*

8 *Domini villarum, vel alij iurisdictionem habentes, an possint conqueri de iniuria subditorum, & agere ad interesse contra spoliantes, & molestantes subditos suos.*

9 *Furem nocturnum an sit licitum occidere.*

10 *Iniuria personalis, & delictum quomodo differant.*

L. Si seruus. ¶Pro seruo iniuria occiso cõpetit Aquilia, secus si occidatur per defendentem se. Nam aduersus periculum personæ cuilibet est permissum se defendere, etiam alium occidendo, sed propter periculum rerum non semper licet, sed distinguitur fur nocturnus à diurno: & videtur imminere periculum personæ eo ipso, quòd armis impetetur, & si concurrit vtrunq; periculum, scilicet personæ,
1 & rerum: tunc etiam licet occidere. † Et qui potest capere malefactorem, non debet eum occidere, vel aliter offendere.hoc dicit. cum sequen. & princi. seq.vsque ad.§. 1.iniuriam. ¶ In text. ibi [latronem] qui dicitur delinquẽs palã, vnde furca suspenditur; quia hoc est iure cautum.l.capitalium.§.famosos.ȷ̃.de pę. Fur autem dicitur, qui occultè delinquit, & talis extra ordinem fustigatur. C.de serui. fug. Authen. sed nouo iure.nec talis furca su-
2 spenditur; quia hoc non est iure cautum, nisi in casu de pace tenen. in vsibus feud. §. si quis quinque. Sed ibi est casus specialis in odium violantis pacem, nec seruatur ille.§.de generali consuetudine.Ita not. gloss. in tit. de pa. iur.firm.§.iniuria.in vsib.feud.Glo.tamen dixit istos aliter puniri, secundùm Lombardiam in d.§.famosos. Hodie autem puniuntur secundùm statuta locorum, in quibus sunt commissa.l.saccularij.§.sunt quædam.ȷ̃.de extraord.cri. ¶ In text. ibi [permittit] quomodocunque se defendat propter periculum rerum, vel personæ, secũdùm Ray.¶In tex.ibi [defendere.] melius est enim &c. vt.C.quando li.si.ind.vin.l.1.Et sic no.casum, quo quis sibi vltionem assumit, contra regulam.l.nullus.C.de iudæ. ¶In text.ibi [si telo defendat] & sic periculum personæ tantùm.In l. sed & si, ibi [tenebitur] vbi enim potest apprehendere, non videtur occidens facere animo se defendendi.ȷ̃.eod.l.scientiam. §. qui cum aliter.¶Not.
2 ex.l.si seruus.in fin.† quòd quando lex requirit duo, non sufficit alterum interuenire, facit supra. de transa. l. cum hi.§.si Prætor & l. Fulcinius. §.j.qui. ex cau. in poss.ea. ¶ Item probat, quòd vbi lex requirit factum qualificatum, non sufficit factum probari, nisi & qualitas illa probetur, facit.l.2.§.dolo.ȷ̃.vi bo.rap.¶Item no.hunc text.
3 † Ex quo argui potest ad statutum loquens de homicida, vt quòd homicida agens non audiatur, vel sit inhabilis ad officia publica in communi, quòd non comprehendat illum, qui hominem occidat, iustitiam exequendo.
4 † Non enim dicitur ipse occidere, sed lex.vt ȷ̃.de ri.nup.l. palam.§.si.versi. ergo puto. Vnde alibi dicitur, delictum tuum te punit, non ego. Ita not.glo.ȷ̃.de proba.in l.cum probatio. Facit etiam, quod no. gloss.in l.accusationis. C.qđ me.cau.& C.de his, qui ad eccl.confu.in l.si seruus. & quod dixi supra tit. ĩ l.1.§. cum arietes. Facit etiam.l. fin.C.quando licet si.iud. vin. Talia ergo statuta debent intelligi de homicida punibili, non de permisso, quòd pœnam non meretur.C.de adul.l.Gracchus.¶Not. in l. ita quòd, ibi [naturalis ratio &c.] Nam allegatur ad ma
5 teriam.l.vt vim.s̃.de inst. & iur. † quòd statutum disponens, quòd occidẽs alium, etiam ad sui defensionem, debet occidi, non teneat: quia tale statutum est contra naturalem rationem, ergo non debet tenere. Attento ꝙ statutum est ius ciuile, vt l.omnes populi. ꝙ non potest tolere naturale ius.Insti.de leg.agna.tu.§.fin. Et no. Doct. in l.3.§.cum igitur.de vi & vi ar. Sed certè puto hoc statutum tenere. Nam hæc defensio est de iure gentium, vt hic in gl. & dicit idem glo.in l. vt vim.& ibi not. Sed ius ciuile iurigentium in sui particularitate potest derogare, licèt nõ in sui totalitate, hoc not.glo.Inst.de iur.natu.in.§. fin.Item pro hoc, quia lex potest ex causa denegare defensionẽ, vt dixi.s̃.tit.1.in l.1.§.cum arietes.& ibi vide alleg. Facit l.fin. C. quando li. si.iu. vim.& quod ibi not. Item not. in ea. l. quòd nox aggrauat delictum, facit.l. Gracchus.C.de adul.Et no.gl.in l.furem.ȷ̃.de sic.ꝙ not. ad iustificandũ statuta duplicantia pœnas commissorum de nocte. ¶Itẽ not.tex.in ver.[deprehensum.]ex quo videtur argui posse, ꝙ in ipso maleficio possit malefactor, siue de die, siue de nocte capi.qđ est verum, quando caperetur à passo damnum, vel iniuriam: & ita loquitur hic. An aũt ab alio possit capi.dubiũ est: ꝙ possit, videt̃ facere. ȷ̃. de fur. l. si quis in seruitute.In contrarium facit, ꝙ non inuenitur hoc prouisum nisi in fure, & adultero, vt hic, & l.capite quinto.ȷ̃.de adul.¶Sed aduerte, quòd In no.extra de sen.exc.in c. vt famæ. vr̃ hoc gñaliter in quocunque permittere; dicit.n.ibi antè finem, ꝙ subditi, & socij possunt capere socium, & subditum, quem habent suspectũ, & pñtare iudici. In auth.vt in.si quo.suf.§.necessitatẽ.C.de decu.l.gñali.lib.10.Itẽ quilibet clericus posset cape clericũ suũ seruiẽtẽ modico tp̃e, si hr̃et eũ suspectũ probabiliter.ar.l.respiciẽdũ.§.furta domestica.ȷ̃.de pœ. Fortè dici põt, ꝙ faciẽda sit dr̃ia inter publica, & priuata crimina, vt in publicis criminibus cuilibet liceat capere, & locum reipubli.tueri.¶Sed secus in criminibus priuatis.

natis. Cum enim in eis non sit accusatio in iudicio permissa, ergo multò minùs intelligi debet permissa captura facti.
6 ¶ Item no. † quòd offendens pro sui defensione, debet clamare, & alios conuocare, & concitare contra malefactores. facit quod no. C. de iu. fi. in l. prohibitũ. li. 10. & de meta. in l. deuotũ. eo. lib. Item not. hic, quòd concurrente periculo rerum, & personæ, permittitur etiam alterius offensio. Cui adde, quod dixit mirabiliter Innocen. quòd si quis spoliauerit me furto aliqua re, possum etiam furto ab eo eandem rem auferre. Ita dixit extra de restit. spol. in c. olim. il primo. vbi etiam plus dixit in glos. quæ inci. quomodo. quòd si non possum recuperare rem meã mihi vi, vel furto subtractam, possum æquiualenté accipere. quod est mirabile. Imò & si contingeret mori, sequeretur (eò quòd ad hoc non tenderet,) quòd per hoc non videretur effici irregularis: ita scribit ibi. ¶ Item nota. in l. sed & si quandocunque. in prin. quòd eo ipso, quòd infertur terror cum armis, videtur imminere periculum mortis. facit. l. tertia. in prin. versi. qui armati. ꝟ. de vi, & vi ar. & quod legitur, & no. extra de homi. in c. significasti. il secondo.
7 ¶ Vlt. no. tex. hic in ver. [si autem.] † quòd qui potest capere delinquentem, non debet eum occidere, vel aliter offendere, facit. l. fi. C. de male. & mathe. Sed dubiũ insurgit, si malefactor capturæ resistat, ĩ quo dic, si malefactor iste sit talis, qui potest impunè occidi, vt bannitus ex forma statutorum: tunc clarum est, quòd occidens non tenebitur; quia nec tali bannito impunè permittitur sua defensio, vt no. Doc. C. quando li. sine iu. se vin. in l. fi. Sed vbi non reperitur talis: tunc potest dici, quòd si volens capere, vtitur iure suo, posset eum impunè occidere, vt ꝟ. l. proxi. & l. si seruus. C. de his qui ad ec. confu. Sed si vtatur iure publico, maius videtur dubium. Tex. tamen in d. l. fi. C. de male. & mathe. videtur probare, quòd hoc liceat. Et hoc no. quia quotidie occurrit, & tene menti. Adde tamen prædictis; quia hic loqui videtur de iniuria, quæ timetur inferri personæ, vel rebus proprijs.
8 ¶ † An domini villarum, vel alij iurisdictionem habentes possint conqueri de iniuria subditorum, & agere ad interesse contra spoliantes, vel molestantes subditos suos: item an pro subtractis eis furto, possint agere: et an singulos subditos iniuriantes capere possit, & alia plura vtilia, vide per Inn. extra de app. in c. dilectus. Et sunt multùm vtilia etiam ad materiam represaliarũ, l. itaque. in gl. all. ¶ In gl. secunda ibi [ius gentium] quod cum ipso humano genere rerum natura produxerat, vt Insti. de re. diui. §. singulorum. Posset tamen intelligi propriè de ratione animalis, idest quia natura inest etiam brutis. Videmus enim similibus pro sui defensione ministrata diuersa. quibusdam rostra, vt auibus, quibusdam asperas, & tenacissimas vngulas, quibusdam ora rigida, alijs dentes, alijs cornua, aliis tibia, et crura ad fugam ordinata, prout placuit conditori naturæ, et experimétaliter intuemur. ¶ In gl. super ver. permittitur. in fin. quod declara, vt in gloss. se. ¶ In gloss. super ver. vt tamen. ibi [in die.]
9 † quia potest cognosci; ergo si non posset cognosci, est in eo eadem ratio, quæ in nocturno: ideo licitum esset eum
b occidere,[b] & econtra, si cognosceretur de nocte (hac ratione attenta) non licet eum occidere. Et hoc videtur sensisse Bar. in d. l. furem. & Doct. & Cyn. in l. si vt allegas. C. de sica. vbi post Ia. de Ra. & Pe. dicit, quòd ista distinctio nocturni, & diurni magis respicit frequentiam, quã iuris ministerium. Fallit autem in nocturno depopulatore agrorum, vt l. prima. C. quando li. unicuique sine iu. se uin. Idem fortè in incendiariis domorum, & diruptoribus; qu a par est pœna, & par delictum; ergo par intelligi debet concessa licentia, secundùm Iacob. de Are. Est tamen tutiùs, secundùm Cy. quòd illa. l. non extendatur, arg. l. ius singulare. supra de legi. & l. interpretatione. infra de pœ. secundùm Cyn. in l. prima. C. vnde vi. ¶ In gl. super ver. ipsum. in fin. adde vnum notabile, quòd si clamet, uel inuocet pro auxilio: non tamen interficit, si quo cunque modo intelligi potuit, quòd ex clamore suo, vel alio suo actu possit sequi homicidium, irregularis est, nisi hoc faceret propter periculum sui corporis, ut quia timeret occidi. Vnde si clamaret pro auxilio, sed quòd caperetur: tunc enim est secus; quia non intendit in eius mortem, sed in suam liberationem. Ita dicit no. Inn. in c. significasti. extra de homi. vbi vide in l. sed, & si quæcunque. ¶ In gloss. prima. ibi [terror armorum] vel etiam iactatio percussionis, secundùm gloss. in l. prima. hic all. Pe. tamen dixit hoc uerum, quando qualitas comminantis est talis, quæ non consueuit minari, nisi percutiat. Secus autem si esset timidus; quia non percuteret, licèt minetur. Nam tunc non est licitum ante percutere. ar. l. 1. C. si quis Impe. maled. Et ita refert Cy. in d. l. prima. Sed istæ glos. loquuntur in casu dubij, scilicet quando de eius
10 qualitate non constat. ¶ † Extra gl. no. differentiam inter iniuriam personalẽ, & delictum, quod committitur circa res alicuius, quantùm ad tempus resistentiæ, vel propulsationis iniuriæ. Nam quando iniuria committitur in personam; tunc ante procedit defensio, ut hic: postea uerò non esset defensio, sed ultio, quæ non permittitur, ut not. gl. in l. j. C. unde ui. & dicetur. ꝟ. eo. in l. scientiam. §. qui cum aliter. Sed quando delinquitur circa rem, vt quia quis expellitur de re: tunc & ante, & postea incontinenti licet, vt l. 3. §. cum igitur. de vi, & vi ar. et no. extra de homi. in c. significasti. et p Cy. in l. j. C. unde ui. Ratio diuersitatis secũdùm Inn. in d. c. significasti. & Doc. in d. l. j. est; quia quando vis illata est personę, ista iniuria est irretractabilis. C. de app. l. si quis prouocatione. & ideo ex postfacto potest esse defensio: sed quando est circa res, tũc bene potest retractari, & ideo si statim fit, vindicta non videtur: sed tuitio iuris sui.

ADDITIONES.

a ¶ Iure cautum. Adde, nunquid fur possit suspendi ratione solius contractationis. Feli. in c. postulasti. de fo. compe. in col. fi. in fi.

b ¶ Eum occidere. Adde Alex. in consil. 283. inci. Videtur in casu. in 2. vol. num. 15. cum pluribus seq. Sed quando non liceat occidere furem nocturnum, vide Bart. in l. furem. ff. ad le. Cor. de sica. in prin. Panor. in c. 2. in j. col. ver si. ex quo infero, de homi. Feli. in d. c. 2. ver. 2. limitatur.

Ex l. Sed & si. §. Iniuriam.

SVMMAE.

1 *Iniuria, nomen sumitur tribus modis.*
2 *Commissum sine dolo, uel culpa non est punibile.*
3 *Actio Aquiliæ, et actio iniuriarũ possunt aliquãdo cõcurrere.*
4 *Delictum non cadit in carente mente, & intellectu.*
5 *Ebrius delinquens, an debeat puniri.*
6 *Furiosus iudicatur inhabilis ad testandum, & ad profitendum religionem, & ad baptismum.*
7 *Furor non præsumitur, nisi probetur.*
8 *Insania simplex non probat.*
9 *Furiosus habetur loco absentis.*

10 *Damni consideratio an habeatur in actione iniuriarum ciuili-
ter intentata ad vindictam.*

§. Iniuriam. ¶In Aquilia nomen, in-
iuriæ, non accipitur pro
contumelia, sicut in actione iniuriarum. Sed sumitur pro
culpa commissa etiam ab eo, qui nocere noluit. Et ideo
cum Aquilia culpam requirat, si damnum sit datum à fu
rioso, infante, vel alio intellectu carente, vt ab animali
bruto, vel à tegula cadente, cessat Aquilia. Secus si sit
datum ab impubere doli capace, qui etiam obligatur fur
ti. hoc dicit. ¶In tex. ibi [contumeliam] ex animo, & sic
1 dolum. Ex quo not. † quòd hoc nomen, iniuria, sumitur
tribus modis pro eo, quod non iure fit. Item pro contu-
melia: & ita sumitur in actione iniuriarum. Tertio mo-
do pro damno culpa dato, vt hic. & Insti. de iniu. in prin.
¶In tex. ibi [si factum est culpa.] quod dic, vt §. de vsufr.
l. si vsufructus. §. de præteritis. & de dolo. l. eleganter. §.
si quadrupes. ¶ Et ex hoc not. differentiam inter has a-
ctiones; quia in Aquilia venit non tantum dolus, sed
etiam culpa. Sed in actione iniuriarum venit dolus tan
tùm. Est & alia differentia; quia in Aquilia agitur ad
damnum. Sed in actione iniuriarum ad vindictam, &
sapit instar causæ criminalis. de iniu. l. prætor edixit. §. 1.
Adde tamen omnino, quod dicam infra super 4. gloss.
¶In tex. ibi [culpa etiam leuissima] vt infra eodem. l.
in lege. ¶In tex. ibi [concurrit] damno dato per con-
tumaciam, vt si seruum tuum in contumeliam tuam oc-
cidam. Insti. de iniu. §. patitur. & §. seruus. ¶In tex. ibi
[damni] quanti retro plurimi fuit intra annum. supra
eodem. l. secunda. ¶In text. ibi [contumeliæ.] Et sic
differunt, vt supra dixi. ¶In tex. ibi [verissimum] ut su-
pra. de rei vend. l. quod infans. cum concor. ibi. ¶In tex.
ibi [Aquilia cessat] quia quadrupes non potest culpa dã
num dare, vt §. tit. primo. l. prima. §. primo. secundũ Odo
2 fr. † Commissum ergo sine dolo vel culpa non est punibi-
le, nam ascribitur casui fortuito. j. de administra. tuto. l.
fin. in fi. & in l. infans. j. de sica. & casus fortuitus nunquã
punitur per modum criminis. facit. l. Diuus. §. de offic.
præsi. & j. de parri. l. pe. §. fi. ¶In tex. ibi [infans] qui fu-
rioso æquiparatur, vt hic, & dormienti, vt in clem. prima,
de homi. Et adde, quod dixi §. ti. primo. l. l. prima. §. pri-
mo. super prima glo. ¶No. hic primò regulam, quæ po
3 nitur in ver. [& ideo] scilicet, † quòd Aquilia, & actio in-
iuriarũ possunt quandoq; concurrere. Aduerte tamen, ꝙ
si alterius seruus verberetur, vel vulneretur in iniuriam
domini, poterit agi iniuriarum ad vindictam per domi-
num, in qua principaliter haberi debet æstimatio solius
contumeliæ. Non autem dicas hoc casu agi potuisse Cor
nelia, etiã si in iniuriam domini seruus verberatus fuisset,
vel vulneratus: licet Rayn. hoc dixerit; quia cũ dominus
in corpus suum passus non fuerit, agere non potest Cor-
nelia, sed prætoria. l. lex Cornelia. §. illud. & ibi casus. j.
de iniu. ¶Nec ob. eod. tit. l. non solum. in prin. vbi man-
dans tenetur Cornelia, non violando literam, licèt glo.
ibi aliter, sed communiter reprehenditur; quia verum
est, quod tenetur ipso verberato, vel pulsato; quia verba
leg. Corneliæ ex parte inferentis sunt in personam: &
ideo comprehendunt etiam mandatorem. Sed ex parte
patientis sunt in rem: & ideo non comprehendunt illũ,
cui inferunt iniuriam per quandam cõsequentiam. quod
no. quia subtile est. Secundo no. tex. ib. [quæ enim &c.]
4 qui moraliter allegatur, † quod in carentem mente, &
intellectu non cadit delictum. Ideo dixit Augustinus,
quomodo enim constituitur reus, qui nescit, quod fece-
rit. xv. q. j. c. aliquos. ¶ Et alibi dicit Ambrosius. mala
non sunt, quæ nec crimine mentem implicant, nec con-
scientiam ligant. ea. causa, & q. c. illa cauenda. ¶ Et
ad huius intelligentiam vide omnino glos. 32. quæst. 7.
capitul. quemadmodum. in glos. secunda. ¶ Et ex his
5 inferri potest ad plura. Primò, † quòd si ebrius delin-
quat, non debet puniri. pro hoc bene facit. C. si quis
impe. male. l. prima. coniuncta glo. super ver. temulen-
tia. ¶ In contrarium videtur casus in l. respiciendum.
§. delinquunt. j. de pœn. & ibi Bart. clariùs, & pleniùs
probat. j. de re mili. l. omne delictum. §. qui se. Et hoc
puto verum, quòd puniatur: sed mitiùs. ¶ Aduerte
tamen, quòd quidam in his casibus distinguebant, an
sua culpa quis inciderit in alienationem mentis, vel non.
Sed talis distinctio reprobatur. xv. quest. prima. c. in sum
ma. ¶ Secundò ex prædictis eadem ratione, quod hic
de furioso dicitur, dicendum videtur & de dormiente,
qui in hoc furioso æquiparatur. clemen. j. extra de ho-
mi. facit l. prima. §. sed furiosus. de acquiren. poss. & de
au. tuto. l. prima. in fi. ¶ Tertiò ex prædictis infertur ad
6 alia, scilicet † quòd furiosus, tanquàm carens intellectu,
iudicatur inhabilis ad testandũ. C. qui te. fa. pos. l. furio-
sum. & extra de suc. ab inte. cap. fina. ¶ Item ad pro-
fitendum religionem. 17. quæst. 2. cap. Consaldus. & ex-
tra de regu. cap. sicut teneor. Item ad baptizandum;
nec enim baptizat, sicut nec puer non doli capax. de quo
no. capit. spiritus sanctus. §. ecce quando ab hæreticis
1. q. 1. vbi vide. ¶ Item ad baptisma recipiendum, nisi
ante habuisset propositum baptizandi. extra de baptis.
cap. maiores. in fi. Quis autem probet allegato furore,
vide in l. non codicillos. C. de codicil. & glos. tertia. q. 9.
c. in indicas. & pleniùs examinatur. 17. quæst. 2. c. Consal
dus. & ibi tangit, quomodo probetur. quod tetigit Ioan.
An. in c. fina. de suc. ab inte. in nouel. super gloss. quæ in-
cip. hoc ideo &c. ¶ In hoc autem aduerte; quia glo. in
d. c. fina. singulariter dixit, quòd probato, quòd ante
testamentum, vel actum illum, quem gessit, erat furiosus,
præsumitur & tunc fuisse, nisi contrarium probetur; quia
verum intelligo, si de proximo probetur furor præcessis-
7 se: secus si ex interuallo. † Quia cum furor (saltem accidẽ
talis) solo tractu temporis possit mutari, furor non præ-
sumitur, nisi probetur. ar. j. de excu. tut. l. sed, & milites.
maximè si probatum est, quòd medio tempore fuit qua-
litas furori contraria. Et hoc scire est vtile propter diffi-
cilem probationem furoris; non enim creditur testi, nisi
causam dicat. Item not. Innoc. in cap. cum causam. extra
de testi. Sicut, & quando testes volunt probare priuatio-
nem sensus, vel intellectus in aliquo. not. gloss. C. de te-
sti. l. testium. ¶In gl. præstò, ibi [qualiter enim &c.] Nec
8 mirum; † quia etiam simplex infamia non probatur per
testem dicẽtem vera esse in cap. contenta, & esse publicã
vocem, & famam talem diffamatum, nisi reddat cau-
sam, & exprimat personam, à qua dicatur talis infamia
orta, etiam si non interrogetur, secundùm Innoc. de accu.
in c. cum oportet. quod sin. not. ¶ Prædictis adde, quod
mirabiliter dixit Bal. in l. furiosum. C. qui te. fa. pos. vbi di
9 cit, † ꝙ si quis tempore sanæ mẽtis cõmisit homicidiũ, &
postea factus est furiosus, ꝙ tempore furoris non potest
condemnari ad mortem; quia furiosus habetur loco ab-
sentis. Sed patietur adnotationem bonorum. ¶In glo. ibi
[Apostolus ad Rom. 14.] & habetur. 28. q. 1. c. j. & oppo
nitur ead. causa, & q. §. ex his. & extra de præscri. cap. fi.
¶In gl. super ver. cõtumeliæ. in fi. Tu conclude, ꝙ iste duæ
actiones possunt cõcurrere, vt hic; quia quatenus plus est
in vna, quàm in alia, eatenus vna non consummat alte-
ram,

tam,et sic potest intelligi hic dict.§. si quis seruo. hic al-
legatus. Sed vsque ad concurrentem quantitatem sic, vt
d.l.dominum.C. de iniu. Exemplum ponit,si fuit actũ
iniuriarum, & habita consideratione solùm damni in-
trinseci, puta deteriorationis serui, & impensarum in cu
ratione eius: tunc autem in Aquilia petitur restitutio dã
ni propter lucrum cessans scilicet operarum. Sic econtra
rio, si primò esset actum Aquilia pro illo interesse extrin
seco, & non pro intrinseco; nam poterit agi pro intrin-
seco actione iniuriarum. ῑ. de act. & obli. l. qui seruum.
10 vbi casus, & hæc est veritas. ¶ † Verùm autem in actione
iniuriarum ciuiliter intentata ad vindictam habeatur cõ
sideratio damni.tangitur aliquid per Cyn. in dict.l. do-
minum. & per gl.in d.§.si quis seruo.& Insti.de iniu.§.in
summa. Barto. dixit, quòd cum iniuria habeat causam
permanentem, exemplum, cum agatur iniuriarum pro
vi compulsiua,vel ablatiua:tunc habetur consideratio dã
ni;quia aliter satisfieri non potest iniuriæ.d.l.item apud
§.si quis bona. Sed si habeat causam momentaneam,
vt verberatio,conuitium,& similia: tunc potest haberi,&
non haberi talis consideratio, prout actor suam iniu-
riam æstimauerit,& sic in consequentiam veniat, & non
veniat, vt dicit gloss. in dict.§.si quis seruo. Nam si a-
ctor suam contumeliam æstimando æstimat eam in de-
cem;quia in istis 10.computat summam damni, quod
sustinuit, veniet hoc damnum: sed si non computat,
sed solùm considerat, quòd noluisset sustinere iniuriam
pro 10.tunc non veniet restitutio damni. Potest etiam
dici, quòd restitutio veniat ex eadem instantia, non ex
natura actionis, vt hic.& dict.§. si quis seruo. sed offi-
cio iudicis, sicut cum agitur criminaliter, vt nota. in si-
mili in l.interdum.§.qui furem.infra.de fur.& hæc nota.
quia quotidiana sunt. ¶ In gloss. super ver. capax. ibi
[si proximus sit] qui iudicatur habilis ad omne deli-
ctum,præterquam ad delictum carnis, vt in l.hic all.& in
fra de tribu.l.tertia.§.fina.& de adul. l.si minor. & extra
de deli.pue.capitulo.primo.& secundo.& ibi no. Quan-
do autem dicatur proximus pubertati, vide gloss. in l.
pupillum.hic all.de regu.iur.& Insti de inu.stip.§.pupil
lus.versi.sed quod diximus & infra. de noua.l. prima.
¶ Nec ob.l.non tantùm.in princi.infra. de excusat. tuto.
vbi videtur proximus iudicari, qui est proximus per sex
menses,quia ibi alio casu loquitur,vt dicit Bartol.in d.l.
prima.ῑ.de noua.

Ex §. Si magister potest.

SUMMAE.

1 *Statuta loquentia de futoribus, comprehendunt etiam cerdo-
nes.*
2 *Correctio preceptoris dicitur fieri causa admonendi.*
3 *Castigatio debet esse leuis.*
4 *Sæuitia nimia ascribitur culpæ.*
5 *Expensæ medicorum,& alia damna æstimabilia debent resti-
tui vulnerato,vel offenso.*
6 *Castigatio quòd non fuerit facta animo monendi,quomodo pro
betur.& nu.7.*

§. Si magister potest. ¶ Magi
ster, &
præceptor inobedientem discipulum corrigere potest,
temperatè tamen. Et si modum excedat,tenetur non tan
quam dolosus;quia non præsumitur in eo dolus,sed tan-
quam culpabilis: vnde tenetur Aquilia,non iniuriarum,
per quam Aquiliam consequitur pater expensas curæ.
¶ In tex.ibi[erat]idem dicendum,scilicet vt teneatur ad
damnum,non ut capite puniatur;cum id fecerit sine do-
lo,vt ῑ.proxi.& in l.3.ῑ.ad l.Cor. de sica. facit quod di-
cetur.ῑ.eod.in l.idem iure.§. Mulionem. ¶ In tex.ibi[su
1 tor]scilicet cerdo,vt in gloss. † Ex qua collige, quòd sta-
tuta,& ordinamenta sutorum,& de sutoribus loquentia,
comprehendunt etiam cerdones. ¶ In tex.ibi[percussit]
in seruo enim venit æstimatio damni dati;quia recipit æ-
stimationem,licèt liber homo non, ut ῑ.titu.primo.l.pri
2 ma.& s̄.tit.primo.l.ex hac. ¶ Not. † quòd correctio præ-
ceptoris dicitur fieri causa admonendi. quod intellige,ni
si ex genere instrumenti(cum quo percussit) præsumatur
dolus,vt si ferro percussisset; nam ex genere instrumen-
ti præsumitur animus, & atrocitas. casus est no.extra de
homi.in c.significasti,ad fi.il secondo.ex qualitate instru
menti præsumitur vulnus atrox,& mortale, facit ῑ.de si-
ca.l.prima.§.sed si claua.& quod ibi not. ¶ Adde tamen
casum extra de homi.in c.ad audientiã & in c.presbyterũ.
& quod ibi no. vbi habetur,quid si ex tali vulnere homi-
3 cidium sit secutum. ¶ † Secundò no. castigationem debe-
re esse leuem. Ideo dicitur alibi, quòd humilis debet es-
se doctrina magistri.extra de ma.& obe.c.humilis.& 23.
q.5.circumcelliones.in fi. Vbi vide moralem tex.in modo
corrigendi. Leuiter ergo castigans præceptor excommu
nicationem non incurrit.extra de sen.excom.cap.volun-
tate.& c.ex tenore. ¶ Ratio autem,quare castigatio per-
mittitur,potest esse; quia dum nimium seruatur humili-
tas, regendi frangitur auctoritas, secundùm Augusti-
num.86.di.cap.quando necessitas. & ideo Salomon do-
cet castigare subditum. Dum inquit [percute filium tuũ
virga, & liberabis animam eius à morte.] Hinc beatus
Gregorius in dialogo scribit beatum Benedictum quen
dam monachum virga percutiendo sanasse,quem crebra
admonitione curare non poterat. Hinc & altissimus
pater(flagello facto de funiculis) malè uersantes in tem-
plo flagellauit, & de orationis domo eiecit. hæc legun-
tur Mathei.vigesimoprimo.& Mar.vndecimo. & 45. di-
4 stinct.cap.cum beatus &c. ¶ Tertiò nota, † quòd nimia
sæuitia ascribitur culpæ. Ideo dicebat Sapiens Pro-
uerbiorum.decimoquinto. [castigatio reuerentiam præ-
bet castiganti: asperitatis autem nimia increpatio, nec
increpationem recipit, nec salutem.] Ita legitur in dict.
capitu.cum beatus. ¶ Quartò nota.in l. qua actione.in
5 princip.Nota,quod † uulnerato, uel offenso debent re-
stitui expensæ medicorum, & alia damna æstimabilia.
facit.s̄.titu.primo.l.prima.Ex quo dic, vt infra eodem.
6 l.liber homo. ¶ Item pro practica illius literæ, † aduer-
te, quomodo fiet hæc probatio, quòd monendi, &
docendi, & non animo iniurioso fecit. Bar. enim consu-
luit, & consulendo dixit, quòd præsumebatur factum
animo monendi, & docendi, eo ipso quòd reperitur,
quod tempore,quo eum percussit, eum docebat,& mo-
nebat ut discipulum. ¶ Nam sicut illud, quod quis fa-
cit, quando ludit, præsumitur fieri causa ludi. l. tertia.
& quod ibi not.infra.de min. ita et illud,quod facit,quan
do docet,præsumitur fieri causa docendi, et disciplinan
di.et hoc est, quod vult text. Siue ergo fecit causa cor-
rigendi de delicto, siue causa disciplinandi, et refor-
mandi, utrunque appellatur. correctio.extra de homi-
ci.c.presbyterum.et de sen.exc.c.cum uoluntate. Et hoc
no. pro modo probandi. Nam illa qualitas, quod animo
monendi,et docendi etc.non uidetur posse probari per te

ftes; quia non poteft percipi aliquo fenfu corporeo; fed tamen probatur, probato, quòd eum percufsit, dum eum docebat, vt difcipulum &c. vt s. dixi. & ita Bart. con fuluit in cõfi. quod inci. Vifis teftibus &c. ¶ Ex hoc colli
7 gitur aliud no. † ꝙ qñ in libello allegat̃ factũ iniuriofum cõtra perfonã, quæ facit præfumi, ꝙ nõ fecit aio iniuriãdi, oportet tũc in eo inferi, quòd animo iniuriandi fecit &c. vt hic, & j. de iniu. l. iniuriarum. §. 1. & ita allegatur ifte tex. per Cyn. poft Iac. de Ra. & Pe. in l. fi non conuitij. in 7. q. C. de iniuriis. vbi vide. ¶ In gloff. fuper ver. oculus. ibi [confecutiuè, non caufatiuè] vt patet. j. proxi. ibi [qa non faciendum iniuriæ, fed &c.] fic j. eo. l. fi ex plagis. §. in cliuo. fecundùm Thomam de Forma. ¶ In gl. docenti ibi [§. fi maritus.] & 23. q. quarta. c. duo. ifta dixit tamẽ Tancredus, quòd fi pater verberat filium animo corrigẽ di (etiam in facris ordinibus conftitutum) quòd nõ eft ex communicatus; quia manus illa non eft furiofa, cum nõ faciat animo iniuriandi. extra de fenten. excommu. cap. primo. ita refert glo. 45. dift. in cap. cum beatus. Alii tamen dixerunt contrarium, vt no. extra de ætа. & qualita. cap. indecorum. vbi vide. ¶ In gl. fina. in fine. adde de reprehenfione verbali triplici. Et an fubditus pofsit reprehendere Superiorem. vide quod notat. 21. diftinct. in c. nolite. & ibi gl.

Ex l. Qua act. §. Occifum.

SVMMAE.

1 *Gladius ad incifionem panis, & temperatorium an ueniant appellatione armorum offenfibilium.*

2 *Homicidium poteft committi cum manu uacua, vel pugno, uel pede.*

3 *Rustici conducentes currus per uiam lubricam, feu loca lubrica, tenentur, fi euerfi noceant.*

§. Occifum. ¶ Verbum, occiditur, in Aquilia expreffum, verificatur in occifo gladio, fufte, telo, manibus, vel quocunque alio modo. hoc dicit primò. Et patiens fe nimis onerari, eft in culpa; ficut & incautè tranfiens per lubricum, vnde tenetur Aquilia h. d. fecundò. Et dans damnum impulfu alterius, (quia in eo ceffat iniuria) non tenetur, fed impellens tenetur actione in factum. hoc dicit vfque ad §. fi quis. ¶ In text. ibi [occifum.] concor. l. prima. §. occiforum. ad Syllanianum. Et dicitur occifio, fiue homicidium, exanimatio, vt j. eodem. l. Item Mella. §. Celfus. & vide quod ibi dicam. ¶ In text. ibi [ftrangulauit.] fimili verbo vtitur lex alibi in l. prima. C. de prędijs decurio. lib. decimo. vbi dixit text. caufas, in quibus ftrangulatur, nominatim exponat. ¶ Nota primò ꝙ gladium, fuftem, & fimilia pofuit hic, vt diuerfa: quod eft vtile ad ftatuta. ¶ Exemplum tamen vnum nota pro-
1 pter id, quod dicit gladio, † quòd gladius ad incifionem panis, & temperatorium ad incifionem pennarum, (quia non funt principaliter ad nocendum ordinati) non continẽtur appellatione armorum offenfibilium. Ita notat gloff. in Auth. de armis. in collatione fexta. in glof. antepenultima. Et dicitur, quòd talis glo. non eft alibi: fed bene facit ad idem, quod notat glo. C. de fabricenf.
2 fuper rubrica. libro vndecimo. ¶ † Secundò nota hic, quòd etiam cum manu vacua, vel pugno, vel pede poteft homicidium committi, quod ita videtur punibile, ficut fi cum aliquo genere armorum vetitorum fuiffet com miffum. ¶ Item nota in verficu. [fi quis plus] cafum. ubi uidetur imputari ei, qui dedit caufam: quod videretur contra id, quod tetigi in l. agafo. s. titu. primo. Sed certè hic dedit caufam damni, & etiam damnum.
¶ Item not. ibi [in ipfius arbitrio.] nam facit argumentum contra Doctores fe obligantes ad duas lecturas, vel magiftrum fe obligantem ad opus, vel quid aliud, quod poftea adimplere, vel tolerare non poteft. Facit etiam ad multa alia. ¶ Item not. ibi [uel negligentiùs,] &c. cafum, in quo quis tenetur de cafu fortuito: quando fcilicet negligentia eius, vel culpa præcefsit. Facit j. eod.
3 l. fi putator. † Et eft ifte text. in argumentum contra rufticos conducentes currus per uiam lubricam, feu loca lubrica, vt fi eorum currus euerfi noceant, teneantur. ¶ Item not. in verbo [proinde] text. qui uidetur probare, quòd non delinquit, qui in alium impulfus eum offendit, & fic impulfus in clericum, licèt eum adeo offendat, quòd dici poffet incurriffe canonis fententiam, vt uigefimafeptima quæftione quarta. capitulo. fi quis fuadente. hoc cafu non incurret. quod eft bene notandum. Facit j. eodem. l. fi ex plagis. §. in cliuo. & facere poteft ad plura alia. ¶ Vltimò not. hic in fi. vbi loquitur de fubfidiaria in factum contra delinquentem in alium non immediatè, fed mediatè, non teneri directa actione, fed vtili, & fic talia non videtur comprehendi à ftatuto puniente delinquentem. Cum enim hæc vtilis ueniat ex interpretatione, & extenfione, & ftatuta talem extenfionem, & interpretationem non recipiãt: quod intellige, & declara, vt dixi. s. titu. primo. l. penul. ergo &c. Ex hoc not. quòd non omnis dans operam homi. iudicatur homicida. Adde tamen, quod dicã. j. eo. §. Celfus. ¶ In gl. fubfidiaria Aquilia. An autem ifta dupletur, uide quod dixi. s. ea. l. 2.

Ex §. Si in colluctatione.

SVMMAE.

1 *Bellum, uel pugna, quæ in aliquibus locis permittuntur, an fint licita.*

2 *Offendere an fit licitum non pugnantem in bello.*

3 *Ludus torneamentorum eft prohibitus.*

4 *Bella funt feptem.*

§. Si in colluctatione. ¶ In colluctatione percutiens pugnantem in publica pugna non punitur. Secus fi percufsiffet non pugnantem, vel extra locum pugnæ. hoc dicit. ¶ Nota. tex. vbi uidetur
1 cafus, † quod bellum, vel pugna, quæ in aliquibus locis permittitur, (ut Perufii, & Papiæ) dicatur effe permiffa, & licita talis pugna. et fic poffet quis impune ibi occidi. Quod intellige, nifi data opera occideretur, ut hic not. in quarta gloff. Secus ergo fi non permittatur de publico, fed inter fe aliqui priuati hoc agant. Hoc enim autẽ non poteft eorum conuentione licitum fieri. ar. l. fi unus. §. pacta, quæ turpem. fupra. de pactis. ideo tunc alium offendens, uel occidens tenetur de iure, ut hic probatur. ¶ Nota. ex tex. ibi [Pancratio] fecundùm vnam expofitionem glo. quòd fi eft factum fteccatum, vel alius circundatus locus, in quo debet bellari, quòd extra illum locum non eft licitum offendere, nec permiffum.
2 ¶ Tertiò not. † quod licet offendere, uel percutere non pugnan-

pugnantem:& ideo si existens in prælio,studiosè proiece
rit cõtra duos assistentes(fortè in fenestris, vel alijs locis
eminẽtibus)puniri debeat, quasi percutiat,non pugnan-
tes.[Quartò not.text.hic in fine ad dominos, qui iubent
seruos suos experiri cum alijs ad brachia, uel similia,
ut si ex hoc eorum seruus uulneretur, uel occidatur(for-
tè causaliter) non possunt conqueri, ut hic coniuncta
gl.¶In glo.1.[vel calcibus]Ex hac expositiõe no. ꝙ ta
lis ludus,quo iuuenes doli capaces,& etiam puberes plu
rimùm vtuntur;si nõ reperitur permissus, est prohibitus.
¶In ea.gloss.in fin. Sed Hug. dicit, quòd peccatum est;
tormentum,vel flagellum, vel quidam ludus, qui fiebat
subtrahendo aliquid à manu alterius. ¶In glo. 3.in fin.
adde ad declarationem gl quòd ludi,qui fiunt causæ læ-
titiæ populi,sunt tolerandi. Probatur in l.ciuitatibus.in
prin.de leg.1.& C. de spectaculis.l.1.& l.nemo.C.eo.tit.
11.Aduerte tñ,ꝙ glos.in d.l.nemo.de specta.limitat hoc
verum esse, dummodo non sint ludi, in quibus sanguis
3 spargatur:ideo dicit,† quòd ludus torneamentorum, de
quibus hic in gloss.hodie est prohibitus. Iure autem ciui
li videbatur permissus;quia fieret,& virtutis gratia reper
tus esset.ergo &c.vt ĵ.de aleato.l.solent. & s̃. de postu.
l.1.§.bestias.& l.Athletas.in prin.s̃.de his qui no.infa.&
hoc intelligo secundùm antiquam iuris prudentiam, de
qua prædicta iura loquuntur, & secundùm quam intel-
ligi debet ista gl.Secus ergo secundùm nouam,secundùm
quam prohibetur,& de ista loquitur.d.l. nemo. de spec.
li.11. & quod ibi no.iure autem canonico non est dubiũ,
quòd est prohibitus.ext.de torneam.c.1. vbi est casus,ꝙ
morienti in torneamento denegatur sepultura, cui adde
gl.2.q.3.ca. monomachiã. quæ dicit etiã talibus denega
ri eucharistiam.quod intellige,nisi pęnituerit, & illam pe
tierit,ext.de tornea.c.1.in fin. vbi no. Et ex his collige v-
trùm talis ludus possit licitè concedi in terris ecclesiæ,&
imperii.¶In gl.super verbo [nõ procedit] in fi. Tu dic,ꝓ
concordia,quòd si est datum damnum à seruo alij: tunc
habet locum Aquilia;quia culpa præcessit casum, vt hic
& ĵ.ea.l.§.fi.& l.seq. Sed si ab alio sit illatum damnum
seruo;tunc si fuit sciens, habet locum Aquilia, vt hic di-
cit,& his duobus modis potest intelligi aliorum opi. sed
si fuit ignorans:tunc non habet locum Aquilia. & secun-
dùm hoc loquitur glo.hic, quæ tenet,quòd non habet lo
cum. i. ꝙ cesset. ¶In glo. super verbo committente ibi.
[item no.ex ho]& hoc tenet apertè gl.Inst.de hære.quæ
ab inte.def.§.per contrarium.& ibi etiam allegat alia iu-
ra.Pro hoc adducit casum de pace te. §.si quis alium.&
§. si quis hominem.& ibi gl.in vsibus feudorum.facit mẽ
tionem de iure Longobardorum, secundùm quod in casi
bus deuenitur ad pugnam; deueniebatur enim,nisi aliter
res determinari poterat, & contra prouocantem ad pu-
gnam apparebant præsumptiones: aliàs non compelleba
tur bellum accipere, nisi fortè appellantem eum ad bel-
lum diffamasset, & de graui scelere, vt quia appellasset
eum proditorem,vel Archam idest cucurbitam; aliàs e-
nim extra istos duos modos siue casus, & alios duos,qui
habentur in d.§.si quis hominem. & §. si quis alium,non
compellebãtur ad pugnam,& prouidebatur ita iure Lon
gobardorum,de quo fit ibi mentio. Tu adde alios duos
casus.Primò quando miles militem accusat de pace vio
lata,casus est eo.ti.de pa.te.& eius viol.§. si rusticus mili
tem.& §.si miles rusticum.& §.fi.& ibi gl.no.dicit, quòd
pugna est odiosa,& displicet legi: vnde non permittitur,
nisi in casibus à lege concessis, & expressis. Alius casus
est,quando Dominus obiicit vasallo feloniam, vel infide
litatem.Ille tamen hodie non seruatur,vt in vsib.feud.de
al.feu.paterni.cap. non est consuetudo. & ibi vide gloss.
Alibi iura videntur omnino inhibere duellũ de iure ci.&
ca.C.de gla.l.1.li.11.& no.gloss.in l.1.C.de specta.& eo.
li.vt armo. vsus inscio prin.in l. prima. & in Auth.de ar-
mis;in prin.coll.7.& extra de torneam.c.primo.& secun
do.& de cleri.pug.in duello. cap. primo.& secunda.q.5.
c.monomachiam.Nec mirũ; ex eo enim sequi posset ho
mici.vel strages alterius,vel utriusque;ideo debet intelli-
gi omnino talis ludus ꝓhibitus ĵ.eo.l. itẽ si obstetrix.§.
fi.& l.nam lusus. Ibi enim hominem occidens, appella-
tur verus homicida,ext.de cleri.pu.in duello.c.1.hac ra
tione idem videtur dicendum de iure diuino per prædi-
cta iura.Non obstat, quòd legitur permissum duellũ Da
uid contra Goliam,vt legitur primo Regum. 17.nam il-
lud fuit instinctu Spiritus sancti, sicut excusatur Petrus,
qui fecit geminum homicidium.23.q.vltima.ca. occidit.
Ita dicit Glos.de pur.vulg.cap.1. vel fortè posset dici, ꝙ
permissum fuit illud duellum in redemptionem patriæ,
& suorum,vt colligitur in illo cap.17. vbi ponitur histo-
ria.Nam & isto casu permissum uidetur, sicut, & omnis
pugna concernens salutem patriæ, uel reipu. iuxta illud
Catonis [pugna pro patria] quod refert glo. tertia.in l.
ut uim.ff.de iu.& iure,bene facit.s̃.de post.l.j.§.sed si qs
operas.& uidetur apertè probari per text. Augu.23.q.5.
c.de occidendis.23.q.ulti.c.si nulla. & uide glos. summè
ea.causa.q.prima.& tex.cum causa.q.secunda. c.iustum
bellum.& c.dominus noster. Vel potest respõderi, quòd
licèt illud permissum reperiatur:nusquam tamẽ, ꝙ tenea
tur pro l.alicubi diuina sumpsit scriptura, & auctoritas.
Ita dicit tex.in d.c.monomachiam. quod intelligendum
uidetur in nouo testamento, ut ibi. nam in ueteri multo-
tiens duellum fuisse permissum uidetur. Vnde Leuitici.
26.[persequimini inimicos uestros, & corruent coram
uobis.]Exodi 17.ibi [elige uiros, & egressus pugna con
tra Amelech.]& Hieremiæ 46. [præparate scutum, &
clypeum, & procedite ad bellum]& 48.distin.post prin
ci.[Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.]
& Ioel.3.[sanctificate bellum, suscitate robustos, acce-
dant omnes uiri bellatores, concidite uestra aratra,& li-
gones in lanceas.]& Machabeo. primo.[quicunque ue-
nerit ad uos in bello in die Sabbatorum pugnetis aduer
sus eum,& non moriemur omnes, sicut mortui sunt fra-
tres uestri in occultis.]& idem ibi in c.tertio.in prin.qua
si per totum, & per multa alia posset probari, quæ omit
to propter breuitatem.Aduerte,quòd Io.de Ligna.in tra
ctatu de bello. conclusit bella originem habuisse à iure
diuino. Iosue. octauo capitulo.& primo Regum. 16. &
non solùm Dei permissione,imò positiuo ab eo,ut mun-
di gubernatore,& medico uitiorum eradicatore propter
salutem mundi, & conseruationem.& ibi hoc probat per
multa iura, & maxime per tex. in dict. capitulo.iustum
bellum.& capitu.dominus noster.& alios, qui habentur
uigesimatertia quæstione secunda. Adde hoc, quod sta-
tim dicam ad finem glo.¶In glo.super uerbo,cõmitten-
te. [ibi dicit,ꝙ qñ gratis]quasi dicat,quòd duellum gra
tia uirtutum permittitur, ut hic in tex.facit.C.de Athle
tis.l.prima.lib.decimo. & ita tenet gloss. in l. prima.§.
bestias. s̃.de postula.& extra de tornea.c.primo. in pri-
ma gl.¶In ead.gloss.ibi [non tentabis dominum &c.]
hoc enim fieri non debet. Exo.20. & uigesima quæst. se-
cunda. cap. quæritur cum Patriarcha. et uigesimatertia
q.ul.c.si nullo.et c.fi.extra de pur.uulg.in c.fin. ¶Gl.ibi
[clypeos perire.]q. d. incerti sumus de iudicio Dei, et
multi per pugnam causam suam perdunt sine iusta cau-
sa. Ita declaratur in Lombardia, secundum quod gl.

tenet in tit. de pa. te. §. 1. pro hoc bene facit. j de pec l. quod debetur. & Seneca in 2. tragedia. Fortuna belli semper in ancipiti loco est. In eadem gloss. in fin. Vltimo ad
4 perfectam doctrinam huius materiæ attende, † quod septem sunt bella. Primum fuit Romanum. Secundum iudiciale. Tertium præsumptuosum. Quartum licitum. Quintum temerarium. Sextum voluntarium. Septimum necessarium, & iustum. ¶ Primum est illud, quod fit a fidelibus contra infideles, & hoc est iustum extra. de hæreti. c. excommunicauimus. Dicitur autem Romanum; quia Roma est caput fidei. 24. q. prima. c. hæc est fides. & cap. quoniam. & de summa tri. c. fina. & pen. & C. de summa trini. & fi. ca. l. inter. ¶ Secundum, quod & de tali bello potest intelligi. l. hostes. j. de c. appellatur iudiciale, & est, quod fit auctoritate iudicis legitimi habentis merum imperium non dicentis ius sibi, sed aliis ordinem iudiciarium obseruantis, & ex causa contumaciæ hoc concedentis. s. quod me. causa l. 3. & l. 2. & 4. s. de iur. om. indi. & C. ne quis in sua causa. l. 1. cum fi. hi tamen propriè hostes non sunt, sed quod de suo ad nos peruenit, nostrorũ fit de iure: quod autem de nostro ad eos peruenit, suum seu ipsorum fit de facto, sic intelligatur. j. de capti. l. 5. §. in pace. ¶ Tertium bellum, quod appellatur præsumptuosum, est illud, quod faciunt iudici inobedientes. c. si quis contra venerit. de maio. & obe. de rei vend. l. qui rest. & j. ne vis fi. ei qui in pos. mis. est. l. 3. ¶ Quartum, quod dicitur licitum, quando fit vnicuique auctoritate iudicis quò ad illum, cui conceditur. C. quando li. si. sine iud. se vin. l. 1. & 2. & extra de homi. c. pro humani. lib. 6. & in casibus propulsandæ iniuriæ a se, vel a socio. ext. de sen. exc. c. dilecto. li. 6. ¶ Quintum appellatur temerarium, quò ad illos, qui hoc faciunt contra auctoritatem iuris. Nam, & is, qui se defendit contra iuris auctori. temerariè se defendit, vt probatur per multa iura, quæ allegaui in l. prima. §. cum arietes. s. ti. 1. sapienter autem tunc faceret, si corrigeret vitam suam. extra de iudi. c. cum non ab homine. & de senten. excom. c. perpendimus. & c. in audientia. & c. contingit. ¶ Sextum dicitur voluntarium. 23. q. j. c. noli. quo Principes nostri temporis seculares vtuntur frequentiùs, & isto respectu est iniustum. Est enim sola causa legitima. s. cōtumacia iniustè resistentis; tunc enim
a iuste bellatur,[a] cum ab eo, qui obnoxius est, iustitia haberi non potest. 8. q. 1. c. oportet. & c. olim. & 23. q. 8. cap. si nulla. & s. de vsufr. l. vsusfructus. §. æquissimum. verumtamen ex quibusdam circunstantiis iustum, vel iniustum reputatur ex animo, ex persona, ex loco, ex tempore, & ex aliis, quę quotidie oculis hominum se ingerunt. ¶ Septimum, quod appellatur necessarium, & iustum est, quod faciunt fideles pugnando, & defendendo se auctori. iuris contra voluntariè pugnantes. Nam vim vi repellere licèt ad tuitionem sui corporis, vel earum rerum cum moderamine inculpatæ tutelæ. l. vt vim. s. de iust. & iure. de reg. iur. quod aliàs non est licitum. de sententia exco. c. de licto. li. 6. ¶ Et hæc no. quæ colliguntur per no. per Hos. in summa de treug. & pac. §. quid sit iustum bellum. & per Io. An. de homi. in c. pro humani. li. 6. in nouella super verbo, diffidatur. Tangitur per Archi. 23. quæst. secunda. in capitu. primo.

ADDITIO.

a ¶ Iustè bellatur. Adde, an licitum sit indicere bellum pro recuperanda re sua, cũ aliter res sua haberi non potest, Alex. in consil. 135. incip. Circa primum. in primo vol. Et quod bellum iustum moueri potest auctoritate ecclesiæ tenet Ioan. And. in c. excommunicamus. de hære. Fel. ibi in prima co. Et quando ecclesia moueat bellum iustum, vide ibi Fel. in co. fi. ver. in glos. in re vixerit.

§. Sed & si quis seruum.

¶ Etiam ex leui percussione causante in ægroto interitũ tenetur percutiens Aquilia. h. d. ¶ Vel sic. Ex actu etiam leui sequitur homi. h. d. ¶ In text. ibi [obiecerit] subaudi. & quæritur, an actio. Leg. Aquiliæ contra talem percutientem competat, dubium erat propter leuitatem percussionis tunc, cui respondet, vt sequitur in tex. ibi [esse solet,] nam afflicto non debet addi afflicto. j. de iur. do. l. iure succursum. C. de episc. aud. l. tam dementis. secundùm Odof. & l. Diuus. s. de offic. præsi. & 7. q. 1. c. cum percussio. ¶ No. hic, quòd cum leuis ictus causet homi. vt dixi, quod humana fragilitas non excusat in delictis, facit l. illicitas. §. sicut. & l. 1. s. de off. præsi. & ibi no. ¶ Secundò no. hunc tex. per quem instruitur inquirens de leui percussione, quæ tamen mortem causauit, vt sit vtile, quòd qualitatem percussi, siue offensi deducat. ¶ Item no. hunc tex. ad id, quod allegabatur in l. Item Mella. §. sed si plures. j. eo. ti.

Ex §. Cellsus.

SVMMÆ.

1 *Statuta pęnalia, & odiosa non recipiunt interpretationem extensiuam.*

2 *Statutum disponens, quod occidens alium, debeat decapitari, an habeat locum in eo, qui accommodauit cultellum, vt quis occidat Titium, vide aliam q. nu. 3.*

4 *Ex, dictio ex sui natura denotat causam proximam, & immediatam.*

§. Cellsus. Quantùm ad iuris subtilitatem differt occidens, & causam mortis præbens. Primus tenetur Aquilia. Secundus autem actione in factum. Ideo præbens venenum pro medicamento, vel furenti gladium, morte secuta tenetur act. in factũ. h. d. ¶ Vel sic. Occidens proprio corpore, siue suis manibus: siue mediante alio instru. vel alia re inanimata, vt in præcipitante de ponte, vel in terram: vnde prostratus à saxo offenditur, tenetur Aquilia, secus si per mediã personam; quia tunc non tenetur Aquilia, sed in factum. h. d. ¶ In tex. ibi [venenum] adde, & etiam vide, quòd dica. j. l. itẽ si obstetrix. ¶ Ibi [præcipitauerit]. i. præcipitãs se, vt fugiat, si moritur, an mortaliter peccet, vide gloss. 13. di. c. nerui testiculorum. super verbo, præcipitat. ¶ No. hunc tex. ad quæstionem tactam per Bart. in l. si gemina. j. ar. fur. cæsa. de qua dicam j. in l. itẽ si obstetrix. §. si seruum. ¶ Secundò no. distinctionem huius. §. utrùm suo corpore, uel per mediam personam, &c. Non tamen curat, an suis manibus, an mediante alio instr̃o, ut præcipitato, uel à saxo eliso; vtroque. n. casu occidentem obli-
1 gat Aquilia. ¶ † Hoc est utile ad statuta (maximè pęnalia, & odiosa) quæ non recipiunt interpretationem extensiuam, ut dixi. s. ti. 1. i l. 1. unde ex eis nũquam resultat actio utilis: sed directa tantùm. Aduertendum est, quod oẽs. ll. loquentes de directa, possunt trahi ad statuta; cũ tunc à uerbis non recedatur; Secus in loquentibus de utili. Nam tunc ex interpretatione Iurisconsulti procedunt, quæ in statutis non cadunt, secundùm Rayn. facit quod dixi.

dixi.s̄.ea.l.i uer.proinde.in fi.& dicam in l. item si obste
2 trix. & hæc faciunt ad q. † si ex forma statuti occidens
alium, debet decapitari: & accommodauit quis cultel-
lum, vt occidat Titium, an teneatur talis accommodans
pęna dicti statuti. Ex prædictis videtur quòd nó; quia præ
buit mortis causam,& sic tenetur solùm vtili, vt hic; ergo
non tenetur pœna statuti, cum in eo non cadat talis in-
terpretatio, & sic dicit Rayn. se de facto obtinuisse Bo-
noniæ, per húc text. Dicit tamen, quòd tale delictum non
debet remanere impunitum, vt. j. eod. l. ita vulneratus.
vnde punitur arbitrio iudicis (secundùm eum) qui dicit,
quòd licèt fuerit punitus (pecuniaria tamen pœna) tutiùs
esset punire corporaliter, secundùm formã iuris cómunis
l. 3. §. 1. j. de sica. ¶ Nec ob. quòd glo. dicit hic, q̄ nil in-
terest quò ad effectum, idest quò ad imponendam pœnã
&c. Quia illud (quò ad pœnam iuris ciuilis) recipit inter-
pretationem, vt l. nominis & rei. §. verbum. j. de verb. sig.
quod secus est in statutis. vt. s̄. dixi. facit. l. 3. in prin. j. de
le. 3. ¶ Item no. hic actum attribui agenti, cui adest volun
tas, non agenti sine voluntate, vt flumini, vel lapidi: vnde
dicitur tunc fieri immediatè, non obstante quòd faciens
vtatur medio instrumento: secus si vtatur media persona
faciente: quia non videtur directè facere, secundum no. in
l. 1. §. deiecisse. j. de vi, & vi ar. quid sit tamẽ in hoc casu, vi
de Bar. in l. non solùm. in prin. §. si mandato. j. de iniurijs.
Et hoc est vtile scire ad quæstionem, an mandans punia-
tur pœna homicidæ, quæ fuit quæstio Cyn. in l. non ideo
minus. C. de accusa. ¶ Tu adde circa hoc secundùm Ray.
q̄ attendenda tamen sunt verba statuti. Nam si statutũ di
xerit, quicunque commiserit: tunc punietur mãdans pro-
pter vim verbi, commiserit, quod importat, idest cũ alio
miserit, per no. in gl. super verbo, conformat, in l. 3. §. eius-
dem. j. de testibus. Sed si statutum dixerit. quicunque fece
rit, nó tenebit mãdãs ex statuto; quia verũ est eũ non fecis
se, vt hic, & l. is qui opẽ. j. de fur. Nec ob. j. de fur l. si quis
perferendũ. quia qui mandat furtũ perficiendũ, non dici
tur esse fur ex mandato. Sed ex contractatione, quam ante
fecerat. Adde, an ex mandato, an ex consilio quis oblige-
tur quò ad pœnam irregularitatis, quod tangit Inno. ex-
tra de homici. in c. ad audientiam. cui adde casum eo. tit.
3 in c. fi. li. 6. ¶ Itẽ no. † hunc tex. ad q. facti. si statuto caue-
tur, quòd si ex percussione sanguis exiuerit, teneatur mini
stralis, vel massarius denunciare maleficium, aliter non,
nisi ad protestationem partis offensæ: contigit ex facto, q̄
Titius proiecit Caiũ in terrã, & ex casu in terrã secuta est
collisio à lapide, vnde sanguis exiuit: quęrit, an teneat tale
maleficiũ denunciare. Et videtur iste text. probare q̄ sic;
quia satis videtur sãguis exisse ex pcussione, sicut si per-
4 cussisset ex gladio, vel lapide, vt innuit ista litera. † Sed cõ
trà obtinui propter dictionem, ex, sui natura denotantem
causam proximam, & immediatam. l. 1. §. ex incendio. j.
de incendi. rui. nau. Constat autem, quòd actus percutien
tis in casu proposito non fecit sanguinem immediatè, sed
mediante actu secundo, scilicet collisionis ad lapidem; er
go talis casus à statuto non est comprehensibilis. Nó ob.
iste tex. quia in l. Aquilia ponderatur persona, vtrùm sit
causa mediata, vel immediata. Sed per statutum pondera
tur iste actus, vtrum ille actus sit causa mediata, vel im-
mediata, & sic est diuersitas penes modum faciendi me-
diatè, & immediatè; similiter alibi habemus inspicere cau
sam mediatam, vt not. j. rerum amo. l. si mulier. & hæc
pars videtur melior, & humanior. quod no. propter facti
contingentiam.

Ex §. Proculus.

S V M M Æ.

1 *Medicamento vtens perperam iudicatur culpabilis.*
2 *Disiunctiua legis resoluitur in coniunctam.*
3 *Culpa potest committi tribus temporibus.*

§. Proculus. ¶ Medicus imperitè proce-
dens, vel ẽt imperitè medica-
mento vtens, vel bonam curam deserens, tenetur ex loca-
to, & Aquilia. h. d. Ex his casibus hic expressis talis
medicus efficeretur irregularis, extra de homi. c. tua nos.
& de æta. & qua. c. ad aures. ¶ In tex. ibi [imperitè
secuerit] no. verbum, ad cuius intelligẽtiam aduerte, quòd
dixit Inno. qui dixit, quòd attendat medicus, & incisor, q̄
potiùs dimittat infirmum sine incisione, quàm faciat eum
incidi, nisi talis sit incisor, de quo non dubitetur cómuni
ter, q̄a sciat bene incidere, & ipse incisor potiùs dimittat,
q̃, incidat, si in aliquo dubitat. Si tamẽ incisor erraret inci-
dendo, non ex imperitia, vel de consuetudine: sed fortè;
quia infirmus non habet consuetam dispositionem mem
brorum, vel venarum, vel quã subitus timor, vel tremor
super eum venit; hoc enim casu nó delinqueret, nec fieret
irregularis. Ita dicit Inn. extra de homi. in c. tua nos. ¶ No
1 ta tex. in l. idem iuris. in princ. † quod vtens medicamento
perperam iudicatur culpabilis, sic ergo procedere debet
medicus in chirurgijs faciendis: & alijs medicinis cóferen
dis, quòd illas faciat, quas sciat secundum artem suã pro-
2 ficere debere. Itaq; omnia diligẽter inspiciat; quia si sciat
medicinam nociturã, & eam conferat, in culpa est, & ideo
peccat: eodem modo si dubitat eam nocituram, vel profu
turam, & de hoc est casus hic. Eodem modo peccat, si ve-
hementer credat eam profuturã, sicut si aliquid dubitatio
nis habeat, vel habere debeat, ne noceat; quia semper in
tutiorem partem intelligendum est, extra de iureiuran. c.
petitio. Itẽ tutiùs est hominem relinquere manibus crea-
toris sui, quam medicinæ, de qua dubitet quoquomodo.
¶ Si tamen medicus nouit medicinam, quã dedit, bonã,
& in veritate bona erat: sed species in medicina positę ma
læ erant, vel propter nimiam vetustatem; vel quia falsam
similitudinem gestabat verarum specierum, vel ex alia
causa; an hoc casu sit culpandus medicus. Dic, quòd si dili
gentiam (quam debuit) adhibuit in eligendis speciebus
(quicquid inde contigerit) medicus non erit culpabilis;
quia ignorantia est probabilis, imò solita diligentia eum
excusat. Ita dicit Innoc. in dicto. c. tua nos. in ver. sed &
qui bene. ex quo collige, quòd sicut medicus peccat, & pu
nitur faciendo medicinas; ita omittendo debitas, vt hic
probatur: & sic videtur casus pro dicto Innoc. in d. c. tua.
vbi hoc tenet. Et ad prædicta vide in Specu. in tractatu di-
spensationum. Guil. posuit in titulo de legato. §. iuxta pro
positionis, ver. sed quid de iudice, & ver. se. ¶ In gl. 1 ibi
2 [vel pro &] nota ex gl. cum tex. † quod disiunctiua artis.
1. legis resolui pót in cóiunctam, imò & hoc videtur esse
eius propriũ, secundũ quod nota. in l. 2. §. quibus. C. de
no. C. cóponẽdo. ¶ In glo. magna. ibi [in l. idẽ iuris vt hic
3 dicitur.] No. ergo hanc doctrinam † quòd culpa potest
committi tribus temporibus, & sic quodlibet eorum vide
tur pariter punibile, & potest esse vtile ad multa. bene fa-
cit quòd no. in clem. de pœn. ¶ In ea. gl. ibi [leui tenetur]
& hoc propter commodum vtriusque, quod versatur. j.
commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. vbi de hoc in ead.
gloss. in fin. & huius decisionis ratio potest esse; quia quæ

omissa sunt erant de appẽdicibus gestorum.& hãc gl.no-
ta bene,& signa,& tene menti.

ADDITIO.

a ¶Proficere debere. Adde tamẽ, quòd medicus excusatur
assumens curam desperatam. Non sic aduocatus, Fely. in
c.pastoral.de iud.in ver.de medico col.fi.

Ex l.Idem. §.Mulionem.

SVMMAE.

1 *Intelligere,& intelligere debere sunt paria.*
2 *Medicus dicens se peritum ad medicandum an teneatur.*

§.Mulionem. ¶Non debet quis attentare id, ad qđ est in suffi-
ciens,vel imperitus,aliter tãquam culposus tenetur. h.d.
casus est notabilis in tex. ibi. [culpe nomine teneri] hoc
intellige,quò ad damna,ad quæ agitur hac actione. secus
enim esset quò ad actionẽ l. Corn. de sica. quia ibi dolus
requirit̃.vt.j.ad l.Cor.de sica.l.in lege.facit quod dixi.s̃.i
1 l.sed si quęcunque.§.si magister. ¶†No.vltra summariũ,
quòd paria sunt intelligere,& intelligere debere.sic & pa-
ria sunt scire,& scire debere:vt.j.si ce.pe.l.quod te.¶Se-
2 cũdò no.tex.qui facit,†quòd si medicus dicat se peritum
ad medicandum aliquam infirmitatem, cum tamen non
sit,& faciat,vel omittat aliquid, ꝓpter quod infirmus ali
a quod periculum incurrat,quòd ipse teneatur:a & ideo hoc
casu dixit Inno.per rationem istius literæ,quòd peccat,&
efficit irregularis in casibus,quos addu :it ad hoc glo.s̃.ꝙ
quisque iur.in l.2.& j.de act.empt.in l. Iulianus. i princ.
in ver.quid tamen.idem tamen dicendum puto,si simplici
ter curam assumat, videtur asserere ad illud fore peritũ,
sic in simili de assessore dicitur in dicta.l.2.s̃.ꝙ quisq;
iuris. Et est notandum,quòd propter tacitam hanc asser-
tam peritiam lata culpa videtur in talibus æquiparari do
lo,et quò ad pœnã corporalẽ, licèt regulariter dicatur, ꝙ
in criminibus non æquipolleat dolo,vt no.gl.in l.in actio-
nibus.j.de in lit.iure.& hoc est,quod singulariter glo.vo
luit in d.l.2. Alios autem casus, in quibus lata culpa
æquiparatur dolo,retuli vltra alios in quæstione,quam di
sputaui,quæ incipit. Inquisitus de crimine capitali &c.Itẽ
no.in ver.[idẽ iuris] quòd quí nescit equitare, vel est in-
habilis ad equitandum,vel equum regendum, non debet
equum ascendere, & sic facit iste tex.contra apponentes
paruos ad regimen robusti equi, ad quem sciunt,vel scire
debent eos inhabiles.

h

ADDITIO.

a ¶Ipse teneatur. Adde, quãdo medicus teneatur ad restitu
tionem salarij,vel mercedis.Fel.in c.pastoral.de iud. ver.
quando autem omnes, col.fi.

Ex l.Item si obstetrix.

SVMMAE.

1 *Seruientes,vel ministrantes infirmo aliquod nociuum ex certa scientia peccant.*
2 *Venenum conficiens qua pœna puniatur. & nu.4.& 5.*
3 *Leges quare loquantur per verba præteriti perfecti.*
4 *Pœna mitior est tutior officiali,quando est dubium de qualitate pœnæ irrogandæ propter diuersas doctorum opiniones.*

L. Item si obstetrix. ¶Occidẽs alium suis
manibus oblato medicamento, vel submisso veneno per
clysterẽ, vel aliũ modũ, tenetur Aquilia.Secus si nõ solus
ministrauit,& alius suis manibus assumpsit;quòd dicitur
solùm mortis causam præstitisse, & ideò in factum tene-
tur.h.d. in tex. ibi [malo veneno] ad cuius intelligentiã
vide casum.j.de sica.l.3.No.primò istum tex.ad id,quod
dicit Inno.extra de homici.c.tua.ad finem magnæ glo.fa-
1 cit enim,† quòd seruientes, vel ministrantes aliquod noci
uum infirmo ex certa scientia,vel ex improbabili ignoran
tia peccent,quod ibi apertè tenet.Secundò no.tex.cum di
cit [magis enim causam mortis &c.] Nam hic videtur ca
sus,quòd statutum puniens homici. non verificatur in fie
ri faciente; quasi fieri faciens non videatur immediatè fa-
cere,de quo vide quod dixi.s̃.in l.5.§.Celsus.sed bene ve-
rificatur in dante venenum, vt hic. Tertiò pro huius legis
intelligentia aduerte;quia hæc l.videtur intelligi debere,
quando hęc subministrata sunt præter propositũ occiden
tis,leui tñ, vel leuiss ma culpa interueniente, quę sufficit
quò ad inducendum Aquiliam.Sed quò ad pœnam mor-
tis irrogandam requiretur dolus,vel saltẽ lata culpa, quæ
hoc casu æquipararetur dolo. casus est notabilis quò ad
propositũ in l.si quis aliquid,§ qui abortionis.j. de pęn.
& est ille tex. multùm vtilis ad instructionem eorum, qui
per iocum aliqua immiserunt in poculis, vt faciãt fortè
dormire, vel fatuizare ad tempus; nam si ex hoc mors se
queretur,tenerentur l.Cornel.de sica.per istũ tex.Hoc ta-
men videtur intelligendum, nisi fortè dedisset ad finẽ bo-
ni:quo casu,licèt malus exitus fuisset secutus,pœna tñ mi
tigaretur. casus est in l.3.§. ex senatuscõsulto.j.ad l.cor.
2 de sica. Hic competenter iunge. q. facti † de conficiente
venenum causa venenandi,& occidendi aliquem, quẽ tra
ctauit venenare,non tamen propinauit venenum. Et quęri
tur,an,& qua pœna debeat puniri. Ad cuius intelligentiã
vidẽdum est primò,quis criminis titulus sit.Secundò qua.
l.sit puniendus,ex quo patebit. Tertiò genus pœne. Ad
primum aduerte, quòd licèt sit plus hominem veneno
extinguere,quàm gladio occidere. C.de maleficis, & ma-
the.l.1. tamen in casu proposito non fuit actum consum-
matum,seu tractatũ,& aliud est tractare, & aliud ad effe-
tum demandare. Tractatus enim tantùm executioni non
demandatus non habet perfectionem, nomen,& defini-
tionem criminis; nam rerum vocabula, & definitiones
non conueniunt,nisi in rebus perfectis,quæ ex consumma
tione formam recipiunt; vnde homicidam non dicimus
eum,qui tractauit occidere: sed qui cõsummauit formali
ter,vel saltem incepit, licèt inutiliter, vt si in casu isto de
disset ei bibere venenum; tunc enim perfecisset,quantùm
in eo fuit,cum nihil ab eo vlterius esset fiendum; in deli-
ctis.n.sicut in alijs factis est duplex principiũ quoddã sci
licet remotum,& præparatorium,quodam propinquum,
& substantiale vt.j.de condi.ob causam.l.si pecuniam.&
in casu isto fuit principium remotum; quia nihil agit in
passum,nec nocuit corpori; quòd propinatum non fuit,
ibi autem in delictis atrocibus puniendis considerat cau-
sam maleficiorum, vt.C. ad l. Iul.de vi.l.quoniam mul-
ta facinora,& effectus rerum.j. de pœnis. l. aut facta. §.
euentus & d.l.si quis aliquid. §. si abortionis.& l.Cicero.
j.de pœnis.Hinc est,quòd tractans occidere, & occidens
tenebitur. l. Cor. de sica.quia homicidium perfectum est
quantùm ad ipsos.C.de epi.audi.l.3.Insti.de pu.iu. §. itẽ
lex.secus si homicidiũ tantùm tractauit,& nõ consumma
uit;quia tunc mitiùs punitur, nec tenetur Cornelia,sed. l.
Iulia. de vi priua. infra ad l. Iul. de vi priua. nec interest.

3 Hinc est,† quòd leges frequenter loquuntur per verba præterita perfecti ad ostendendum, quòd pœna delicti requirit perfectionem in passo, infra de sica. l. 1. in princ. pro hoc etiam facit; quia pœnæ, quæ factis scribuntur, vt est pœna irregularitatis apud Canonistas, solo tractatu non incurrũt. Ita dixit Inn. extra de homici. in c. ad audientiã. & ideo tractare, & ordinare requirit post se factum. ȷ̃. de adul. l. & si amicis. alias enim potius iudicatur nuda cogitatio, quàm factum, licèt quandoque inueniatur puniri pœna vltimi supplicij. C. de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. sed ibi est speciale, sicut & in casu, qui habetur. ȷ̃. de parri. in l. si sciente. Ex quibus patet, ꝙ contrariũ est ius cõmune, & facit ad hoc. ȷ̃. de ver. sig. l. sæpe. in fin. Concludit ergo, quòd crimen propositum non habet propriam speciem, sed appellatur generali nomine crimen extraordinarium. ȷ̃. de extraor. cr. mini. l. 1. §. fi. vel etiam posset generali nomine vocari crimẽ iniuriarum; atrocem enim iniuriam facit, qui alterius vite insidias ponit, maximè cum veneno. C. de repu. l. cõsensu. §. si qua igitur. Ex prædictis autem patet so. secundi, scilicet qua. l. sit hoc crimẽ puniendum; est enim pœna arbitraria. C. de iniur. l. fi. ȷ̃. ad Sylle. l. & si certus. §. fi.

4 † Sed quo genere pœnæ puniẽdus sic Sciendum est, quòd arbitraria pęna potest per cõsuetudinem ad certam pœnam reduci. l. saccularij. §. sũt quædam. ȷ̃. de extraor. cri. & no. in l. quid ergo. §. pœna grauior. §. de his, qui no. infa. Tamen ista consuetudo nõ inducitur per vnicum actum, licèt inducatur exemplum suasiuum non compulsiuum. C. de sententijs. l. nemo. Sed cessante consuetudine iudex æquè, & causa cognita arbitrari debet, ita vt in arbitrio non sit nimis gratiosus, vt no. Io. An. extra de re iud. in c. 1. li. 6. nec vltra modum se

a uerus, sed cũ aliquo tẽperamento.ᵃ ȷ̃. de pen. l. respicien. in prin. versi. plane. Nõ tamen poterit propter hoc occidere, nec membrum mutilare. ȷ̃. de effrac. l. 1. §. fi. In proposito ergo casu imponi poterit pœna pecuniaria, maxi-

5 mè in regione frequentata. † Item si talis hoc attentans fuerit persona vilis, poterit fustigari, ar. ȷ̃. de ter. mo. l. 2. §. si verò, maximè si inopia laborare dignoscatur. C. de seruis fu. l. quicunque. & ȷ̃. de pœnis. l. in seruorum. §. fi. §. de offi. procon. & le. l. si quid erit. & §. de of. præfe. vigi. l. Imperatores. & ita fuit conclusum per Bal. in quæstione facti super hoc dubio consulentẽ. ¶ Nec ob. prædictę cõclusioni dicta. l. sacculari. §. sunt quædã. ver. hanc rẽ. qa ibi fuit propter frequentiam delictorum, pp quam pœna exaggeratur. vt. ȷ̃. de pœnis. l. aut facta. §. fi. vnde dicitur permissum iudicibus propter hoc quandoque pœnam legis trãsgredi, vt no. Inno. extra de cõstitu. in c. 1. Similiter etiã non obstat, quod notauit glo. Insti. de iniurijs. in §. in summa. vbi dicit, quòd pœna extraordinaria potest se extendere vsque ad mortem. Sed illud verum in delictis consummatis. vt. d. §. fin. Secus in non consummatis; quia in non consummatis non imponitur de generali consuetudine pœna capitis. Ita dicit Guil. Durandus in Spe. de accusa. §. 1. ver. quid si primò actum fuerit. in fi. quem sequitur Cy. in l. is qui cum telo. C. de sica. & in l. si quis non dicã rapere. C. de episco. & cleri. ¶ Et similiter nõ ob. quod dicitur, quòd propinans, tenens, vel conficiens venenũ animo occidendi, tenetur. l. Cor. de sica. ȷ̃. de sica. l. 1. §. præterea. & l. eiusdem. cuius pœna in persona vili est mors, præsertim in eo, qui tenetur ex tit. de ueneficis, vt. d. l. eiusdem. §. penul. quia de consuetudine hoc nõ seruatur, secundum gl. in vsibus feud. de pa. iura. firman. §. iniuria, Vel aliter dic, quòd in illa. l. 3. ȷ̃. de sica. tex. debet intelligi de eo, qui habuit effectum, arg. §. quod quisque iuris. l. 1. in fin. hic autem non habuit, vt dictum est. prædictis

6 adde, † quòd vbi est dubium de qualitate pœnæ irrogandæ propter diuersas Doctor. opi. minor pœna est tutior officiali, ita no. glo. §. C. quæ res ven. non pos. in l. fi.

ADDITIO.

a ¶ Aliquo temperamento. Adde. qua pœna punire habeat reum iudex in arbitrarijs. Alex. in cons. 5. inci. In casu inquisitionis. in primo volu.

§. Si quis hominem. ¶ Pro seruo fame necato competit in factum ac. & est vtilis Aquilia. h. d. Not. ergo, quòd videtur necare, qui alimenta denegat facit. ȷ̃. de lib. agno. l. vel necare. Et no. ar. quòd dicit [dari in factum] quòd fame necans non est propriè homicida, & sic non cõprehenditur à statuto puniente homicidã: vt. §. eo. l. qua act. §. Celsus. vbi vide quæ dixi. Aduerte tamẽ, quòd ex hoc videtur irregularitatem incurrere; nam illa pœna committitur etiã ꝑ simpliciter dãtem causam homicidio, secũdũ Inno. extra de homici. in c. significasti.

§. Si seruum meum. ¶ Pro damno dato à non corpore in corpus datur in factum, & vtilis Aquilia. h. d. cum glo. & sic cum non datur directa, non habet locum statutum puniens homicidam in eo, de quo loquitur hic, vt etiam in simili dixi statim. §. proxi. §. Et no. istum tex. per quẽ Bar. terminauit, ꝙ si te fugaui, & dum fugeres, cecidisti, & cadendo vulnerasti te in aliqua parte corporis, non teneor quasi vulnerauerim: sed quasi vulnerari fecerim, vt hic. & §. eo. l. qua actione. §. proinde. ȷ̃. eod. l. ex plagis. §. fi. & hanc terminationem vide per Bar. ȷ̃. ar. fur. cæsa. l. si gemina. adde, an hoc casu efficiatur irregularis talis fugãs, Inn. extra de homic. c. in exhibita. no. ibi vide. ¶ Secundo no. tex. in ver. [quemadmodum] qui continuatiuè ad præcedẽtem innuit talem deducentem insidias teneri solùm in factum. Aduerte tamen, quòd si scienter, & dolosè tales insidias deduceret, vt interficiatur, videtur criminaliter teneri. l. Cor. de sica. vt. ȷ̃. ad l. Cor. de sica. l. 3. §. item qui auctor. in repetitione simili modo no. hũc tex. ad socios cõducentes socios ad loca periculosa.

§. Sed si per lusum. ¶ Pro seruo nõ ludente occiso à ludentibus locum habet Aquilia, nisi seruo culpa possit imputari, quòd per locũ tunc ioculatorium transiuit eius tamen culpæ præponderat dolus iacentis in eum. h. d. ¶ No. ex isto tex. moralem regulam, quæ vult imputari ei, qui transit per locum periculosum. facit. ȷ̃. eo. l. item Mella. in prin. Et ex hoc sumitur cautela, quòd quis non debet se exponere periculo. ¶ No. secundò, quòd dolus præpõderat culpæ. de hoc. ȷ̃. eo. l. si putator. ¶ Tertiò nota tex. in l. nam lusus: nam iudicat esse in culpa ludum perniciosum. De qua autẽ culpa intelligatur, videtur dicendum, quòd intelligitur in dubio de culpa leui, per notata per glo. in l. in venditione. §. de tempore. ff. de bo. auct. iu. pos. & in l. si constante. §. si mari. ȷ̃. sol. ma. & de duobus reis. l. 1. §. 1. Sed concludo breuiter, quòd verbum, culpa, quandoque intelligitur de lata, quãdoque de leui, quãdoque de leuissima, secundũ materiã, de qua agitur. circa quod vide ꝙ no. ff. sol. mat. in l. qđ si filio. §. si maritum. & ȷ̃. cõmo. in l. si vt certo. in §. nũc videdum, & ibi per Bar. & etiam. in §. interdum.

Ex l.Item Mella scribit.

SVMMAE.

1 *Percutiens alium super re, qua eum vulnerat, an teneatur de vulnere.*

2 *Forensi, vel peregrino licitum est allegare ignorantiam consuetudinis, vel obseruantiam loci.*

L.Item Mella scribit.

¶ Exercens artem in loco periculoso tenetur, quamuis in culpa non
fuerit ex delicto secuto, nisi ille, contra quem periculum
interuenit, reperiatur informatus de loco periculoso.h.d.
vel sic non debet quis ministerium suum exercere in quolibet loco, sed demum in loco competenti, & congruo.
Imputatur tamen committenti se scienter in loco periculoso.h.d. ¶No. ex isto tex.vbi dicit primò attendi qualitatem loci, & sic adduci potest ad quæstionem de
currēte cū equo, de qua dixi.s̄.tit.1.in l.1.§.siue autē.Nota secundò, dum dicit.l.Aquilia teneri; nam per hoc Bar.
1 terminauit.d.q.† si percussi aliquem in ceruelleria, & percussio ceruelleriȩ fecit vulnus in capite, quòd ego videor
vulnerasse: & sic de vulnerato teneor. quod patet; quia
hic agitur directa Aquilia, & sic no.quòd cōtra istum debebit denūciatio fieri, & poterit inquisitio formari. Quid
autem econtra, si cum vno cultello percussi aliquem bis
vno impetu in eodem loco, an puniatur pro duabus
percussionibus, an pro vna tantùm. Dic attendenda verba legis, seu statuti punientis, nam si imponitur pœna
pro vulnere: tunc verum est, quòd est vulnus vnum, & vna
scissura, licèt ampliata, per secundam scissuram. Sed si pœna imponitur pro qualibet percussione; quia tunc sunt
plures ictus, & percussiones, pro pluribus punietur.l.nunquam plura.ff.de priua.delict.& ibi per Bar.in l. si gemina.arb.fur. cæsa.¶In gl.quȩ incipit, cū hoc ipse sciuit, super illo verbo [vel peregrinus] no.singulariter ex illa gl.
2 † quòd licitum est forensi, vel peregrino in loco allegare
ignorantiam consuetudinis, vel obseruantiæ illius loci. Et
sic videtur facere ad quæstio. de forense reperto cum armis, vel reperto portare aliquid contra vetitum. ¶Circa hoc, an, & quando hæc ignorantia excuset eum, vide.j̄.de publi.l.fin.§. hæc quis. & quod ibi nota.& Bartol. latius prosequitur in l.cunctos populos. C. de summa tri.& fi.ca.scilicet, q̄ statuta, & consuetudines locorū
ligent forenses.

§.Si alius tenuit.

¶ Tenens aliquē vt interimatur, dicitur præbere causam mortis, & ideo tenetur in factum.
h.d.¶In tex.ibi [in factum.] q.d. non directa Aquilia.
Sed alius verò interimens tenetur Aquilia. No.hic casum
pro vulgari prouerbio, quo dicitur in effectu, quòd tantū
valet, qui tenet, quantum qui scorticat. ¶ Secundò nota
casum, quòd qui stringit aliquem, vel tenet manus eius, vt
non possit se defendere, vt ab alio occidatur, non est occisor propriè, licèt pro homicidio puniatur: & est vtile quia
non comprehenditur à statuto puniente occisorem, & facit, quod dixi.s̄.eo.l.item si obstetrix.§.1.

Ex §.Sed si plures.

SVMMAE.

1 *De damno alterius, an quis teneatur in foro iudiciali.*

2 *Interpretatio sit contra delinquentes in dubio.*

3 *In pœna, ad quam plures tenentur, vno eorum pariter, vel dispariter delinquentium soluente, non liberatur alter.*

4 *Rei duo non sunt propriè in delictis.*

5 *Statuto cauetur, quòd familia Potestatis debeat inquirere per ciuitatem portantes arma vetita, &c.iuxta tres, vel quatuor inuenitur cultellus, an omnes teneantur, an verò nullus.*

6 *Libellus contra occidentem ignotum procedit.*

7 *Statutum si disponat, quòd quicunque non cœperit malefactorem, puniatur in centum, si fuerint plures, qui non cœperint, vnius solutio liberat alios.*

§.Sed si plures.

¶ Diuiditur in duas partes; quia primò loquitur respectu obligationis. Secundò respectu liberationis. Secunda ibi [& si cum vno.] Prima pars diuiditur in
duas partes; quia prima loquitur, quando apparet de qualitate ictuum discretiuè. Secunda ibi, [quòd si non appareat] quando de qualitate ictuum non appareret, & hoc
dicit, si constat plures aliquem percussisse, & vnius ictu
illū percussum decessisse, ille de occiso; alij verò de vulnerato tenentur. Sed si constat omnes simul percussisse illum, nec apparet, quòd magis perierit ex ictu vnius, quā
alterius, pariter omnes de occiso tenentur. Si agatur ciuiliter, nec vnus soluendo liberat alios à pœna. h. d. in terminis, & in sententia. Et huic adde casum, qui no. siue habet.23.q.3.c.vlti.de quo.plenè Bar. in l.aut facta.§.fi. ff.
ff.de pęn.& in l.si in rixa.j̄.de sica.& quod no.s̄. de iurisd.
om.iud.ī l.si familia.& j̄.qđ vi aut clam.l.semper.§.in sepulchro. Ad euidentiam autem dicendorum pręmittitur,
quòd quandoque delinquunt plures, non vt singuli, sed vt
vniuersitas, vel populus aliquis, vel collegium; & isto casu
non loquitur hic: sed tūc an omnes teneantur, & quomodo, vide Bar.vbi s̄. Quādoverò plures delinquūt, tāquā singuli, & loquitur ist. §. propriè.¶Secundo casu præmitte,
quòd quandoque plures inter se damnum dant, & nō loquitur hic, sed l. scientiam. §. cum instrumenta. j̄. eod.
Quandoque plures dant damnum alicui, & loquitur tūc.
§.iste. Tertiò præmitte, quòd.§.iste loquitur, quando pro
percussione, vel homicidio agitur ciuiliter. Sed si criminaliter, tunc non loquitur hic, sed.j̄.de sica.l.si in rixa.& ibi
vide plenè per Bar. Cy.aliquid tangit.in l. quoniam multa facinora.in vlti. quæst. C. ad l. Iul. de vi publica.circa
quod vide, quod dicā.j̄.super quæstione.in 1.gl.¶In tex.
[ibi seruum] scilicet, qui decessit.¶In tex.[ibi percusserint] & constat, quod omnes [ibi cuius ictu perijt] quia
apparet, quòd vnum vulnus fuit mortale; aliud verò
non. Item apparet, quis illud vulnus mortale intulerit,
qui aliud. quod si non apparet; quia fortè non apparet
vnum vulnus magis mortale, quàm alterum, vel si apparet, non constat, quis illud intulerit. Quod est not.
& eandem distinctionem videtur ponere text. extra de
homi.in c.significasti.il 2.& ad istam materiā ibi vide Io.
An. Est tamen in hoc diuersitas, quia si vnus percussit, &
est incertum, an ex illius vulnere sit mortuus, aliàs autem
examinaui. Primus de vulnerato tantùm tenetur, secundus de occiso.j̄.§.proxi.l.huic scripturę.§.1.j̄.eo.Sed secundùm canones vterque tenetur, quò ad pœnam irregularitatis, secundùm Inno.ibi.facit, quod nota. Archi.in d.
c.si.23.q.vlti. ¶ In tex. [Iulianus ait] nec ob.qđ dicitur.
s̄.de rei vendi.l.idem Pomponius scribit si frumentum.§.
1 si.vt ibi no.¶ Nota ergo ex ista litera, † quòd in foro iudiciali, si potest discerni damnum, vel factum vnius à damno, vel facto alterius, nullus tenebitur, nisi de damno, vel
facto

facto suo, vt hic. & §. seq. & l. ita vulneratus. §. fin. ĵ. eo. & ĵ. de fur. l. vulgaris. §. fi. Sed si non potest discerni, quilibet tenetur insolidum, vt hic. & ĵ. ar. fur. cæsa. l. si plures. Nec ob. ĵ. depositi. l. si duo. vbi innuitur, quòd etiam si damnũ discerni non posset, quòd tamen solùm pro parte condẽnari deberet: quia dicit Innoc. quòd illud verum, quando agitur depositi, vel condictione furtiua, in qua vnius solutione alius liberat, licet secus sit in pęna furti, vt. C. de cõ di. fur. l. 1. Sed si agatur Aquilia pro vasis confractis, tunc fieret condemnatio cuiuslibet insolidum, & hoc vult ibi litera, dum dicit, quòd nemo liberatur, nisi per integrã rei restitutionẽ, supple, scilicet si agatur. l. Aquilia. vt ista gl. no. & ita glossat illam. l. Inn. extra de homic. in c. sicut dignũ. ad finẽ, & ibi vide per eũ, an idẽ sit in foro conscientiæ, vel animæ. ¶ Item allegatur iste tex. per Guil. ad q. de pluribus inculpatis de crimine, scilicet an aliquis ipsorũ possit in testem produci, quam vide in Spec. de testi. §. 1. ver. quid si quatuor homines. vbi videtur decidere, quòd in ciuili potest, non in criminali. Sed Io. An. ibi in additione dicit, quod non est quæstio, quia si omnes accusentur, constat, quòd non. Sed si vnus tantùm, constat, quòd alij

1 possunt. ¶ Item not. ex isto tex. † quòd stante dubietate circa personas delinquentium, in dubio fit interpretatio contra ipsos delinquentes, & sic loquitur. quod prima frõ

2 te videtur mirabile, quòd probatio dubia † fit quandoq; potens inducere condemnationem, scilicet quando. l. prę sumit, vel disponit super illo dubio. quod est no. facit extra de præsump. c. literas G. & c. afferte. & de succes. ab intest. c. vlti. ¶ Quid aũt quò ad pœnã irregularitatis, an stãte hoc dubio, fiant omnes irregulares, & ab ordinibus repellendi sint, vide per Guil. & Io. An. ibi in additio. Spe. de legato. §. iuxta propo. ver. sed nũquid. adde Inn. extra

3 de homi. in c. petitio. ¶ Itẽ no. ex 2. parte huius literæ, † q̃ in pœna, ad quam plures tenentur, vno eorum pariter, vel dispariter delinquentium soluente, non liberatur alter. de quo. s. de iur. om. iudi. l. adeo. & ĵ. plenẽ. in gl. magna.

4 ¶ Ex quo collige † quòd in delictis non sunt propriẽ duo rei secũdùm naturam reorum; quia vnius solutio liberat alium &c. vt no. Bar. ĵ. de duobus reis. l. vlti. in 4. q. & allegat istum tex. ibi. idẽ dicit Cy. in l. 1. C. de condi. fur. in 2. q. secus in restitutione rei; quia liberatur alius. ¶ Et potest esse ratio; quia restitutio rei non recipit pluralitatem. ar. ĵ. de leg. 2. l. Lucius. §. impuberem. quod intellige, quã do esset facta vera restitutio. Secus si facta eẽt restitu. æstimationis; quia tunc non liberatur possessor. l. & non tantùm §. penul. ff. de peti. hære. vbi de hoc. & ĵ. de solu. l. Stichum. §. dolo. ¶ Item per istum tex. videtur terminari. q.

5 de facto hic Bon. occurrens. † Statuto Bononiæ ciuitatis cauetur, q̃ familia Potestatis debeat inquirere p ciuitatẽ portantes arma vetita, vt cultellum, ensem, & similia. Et si quos inuenerit dicta arma portantes, debeat eos condemnare certa pœna. Modò contingit, quòd dum inquirerent de armis, erant duo, tres, vel quatuor stãtes simul, ad quorum pedes, vel sub banco, super quo sedebant, inuenitur cultellus vetitus portari: quæritur, an nullus ipsorum teneatur pœna statuti, an vnus tantùm, an omnes. ¶ Et facit iste tex. quod omnes teneantur. ad idem l. ita vulneratus. ĵ. eo. & ĵ. tit. 1. l. 1. in fi. cum tribus sequẽtibus. Item quia aliàs delictum remaneret impunitum, contra. l. ita vulneratus. & extra de senten. excom. c. vt fame. & de fideius. l. si quis a reo. §. fi. Quod patet; quia nisi quilibet teneretur eadem ratione, nec aliquis ipsorum. Item quia alias de facili l. municipalis circumueniretur, & aperiretur malitijs via, contra. l. cum hi. §. transactiones. s. de trã sac. C. de indi. vidui. tol. l. 2. Quilibet enim habens cultellum prohibitũ, de facili, visa familia, dimitteret illum in terram cadere. ¶ Et econtra quòd nullus teneatur, facit; quia nullus fuit inuentus portare cultellum, ergo nullus est in delicto deprehensus &c. C. de pęnis. l. sancimus. Itẽ quia ratione dubij videtur potiùs quemlibet absoluendũ per id, quòd dicit hic glo. & facit. ĵ. eo. l. scientiam. §. cum stramenta. attento max. quòd ab vno tantùm portabatur ille cultellus, non ab omnibus præsumptiuẽ: licet ab omnibus in diuersis partibus eũ tangentibus potuisset portari. Sed quia illud rarò, aut nunqã contingit, ad illud non est habẽdus respectus. ar. s. de leg. l. ex his. & l. nã ad ea. pro hoc etiam de act. & obli. l. Arrianus. & l. fauorabiliores. ĵ. de reg. iur. Item quia ratione incertitudinis deficit id, de quo agitur. l. duo sunt Titij. & l. tutor. de test. tu. Itẽ quia cum in criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores. C. de proba. l. sciant. ergo in hoc dubio non videtur posse ad sententiam peruenire. C. de pęn. l. qui sententiam. ¶ Alij dixerunt vnum tantùm puniendum, & sit gratificationi locus. ar. in simili. de relig. l. fi. in prin. ad Sille. l. 3. §. cum omnes. Item etiam; quia in expediendis negotijs, vel iudicijs iudex eligit vnam personam tantùm ex pluribus, infra de accu. l. si plures. de libe. ho. exhi. l. 3. §. hoc interdicto. Sic & eligit iudex, cui puella nubit. C. de nupti. l. in coniũctione. in fi. Prima opi. verior est, quòd quilibet prædictorum teneatur ad pęnam; quia tãtùm vnicus cultellus inuentus fuit, & ab vno solet vnus cultellus deferri, vno tñ prædictorũ soluẽte, cæteri liberã tur, vt. d. l. 1. cum seq. infra tit. 1. Nõ ob. l. scientiam. & l. sancimus. s. alle. quia loquuntur de his, quæ commissa cõsueuerunt, & quæ de facili probari possunt. In casu autẽ proposito secus: ergo admittitur probatio, quæ aliàs nõ admitteretur. ar. C. de repu. l. consensu. extra, de testibus. c. ueniens. il primo. Itẽ in illis agitur de personali pœna, hic de pecuniaria. Item non ob. l. absentem, & quod dicit hic ista glo. quia potest dici, quòd illa loquitur, quando contra aliquem delinquentem erat sola suspicio. Sed in casu nostro certum est ab aliquo ipsorum cultellum fuisse delatum, & proiectũ in terram. ¶ Est enim indicium super hoc, quod dici potest indubitatum, & talibus indicijs creditur. C. de rei ven. l. indicia. de proba. l. actor, & pro hac parte fuit de facto Bon. terminatum. ¶ In glo. ibi [quid si vnus] no. glo. & pro hac terminatione videtur bene facere de liberis, & posth. l. 2. ĵ. Contrarium autem, scilicet q̃ omnes teneantur, firmauit glo. in d. l. si in rixa. ĵ. de sica. & illam tenuit Dy. in regula, in obscuris. de regulis iuris. li. 6. in fin. vbi enim certum est delictum, certus modus delinquendi, & certus animus, debet fieri interpretatio contra delinquentes. ¶ Aliqui tamen Moderni simpliciter dicunt, quòd illa glo. loquitur, quãdo maleficium commissum fuit ex proposito. Ista verò, quando nõ ex proposito. quod procedere potest quò ad Cornel. quæ requirit dolũ. Sed in Aquilia, in qua sufficit leuissima culpa, omnes tenentur, vt hic est casus, & de hoc per Cy. in d. l. quoniã multa. in vlti. q. C. ad l. Iul. de vi. & per Bar. in l. si rixa. & ibi vide. Adde tamen ad intellectum. l. absentem. per quã glo. hic monet, id, quod no. Archi. 23. q. 3. in c. vltimo. vbi dicit, quòd illa. l. locum habet, quando sunt plures, & cõ stat, quòd aliquis delinquit, & aliquis non, sed nõ potest sciri, quis deliquerit. ¶ Cum autem constat, quòd omnes deliquerunt; sed non æqualiter, puta omnes percusserunt, sed vnus tantùm occidit, nescitur tamen; quis fuit: tunc omnes tenebuntur de occiso. sic intelligitur per eum iste tex. & illud. c. vltimum. quia, ex quo omnes deliquerunt, cõtra omnes fit interpretatio, nec hoc casu potest aliquis appellari innocens. & sic non habet locum. d. l. absentem.

secundùm

secundùm eum. Ad intelligentiam tamen pleniorem quæstions hic formatæ, dic latiùs, quandoque occurrit dubiũ circa factum. Quandoque circa qualitatem facti. Quandoque circa animum delinquentis. Quandoque circa personam patientis. Quandoque mixtim videlicet circa personas vtriusque. Quandoque circa qualitatem personæ. ¶ Si circa factum aut passiuè; quia non apparet aliquem passum esse: tunc nõ potest sequi condemnatio. l. 1. §. item illud. infra ad Sylla. Aut actiuè; quia constat aliquem passum esse, sed non constat, quis fecerit: tunc si istud non intelligatur factum à pluribus, sed ab vno, ex quo contra eum non probatur, sequitur absolutio, facit. ĩ. de adul. l. denunciasse. §. quæritur. ¶ Sed si agatur de pluribus delinquentibus, loquitur ille tex. cum glo. ¶ Si dubium sit circa qualitatem facti, aduerte, quòd ista dubietas potest contingere dupliciter. Vno modo, quòd sit incertitudo circa qualitatem ipsam commissi criminis, fortè; quia hẽt augere, vel minuere pœnam: vt puta, si crimẽ commissum, sit de die, vel nocte: quo tempore pœna duplicatur, vel an in platea, vbi duplicat pœna, an in alio loco: tunc videtur simpliciter dicendum, quòd illa sumi debeat, quæ est leuior, quò ad pœnæ impositionem, ar. ĩ. de pœn. l. si Præses. Dyn. ponit in reg. in obscuris. & dicit, q qualitas nunquam præsumitur, nisi probetur, & secundũ hoc præsumetur maleficium in dubio commissum de die, nisi probetur commissum de nocte. Et ideò quidam dixerunt, quòd si sit instituta accusatio, seu formata inquisitio, tanquam de crimine commisso tempore noctis, & il
b la qualitas [b] idest tempus noctis non probetur, sequi debeat absolutio, maximè in delicto iterabili; cum n. sit intentatum crimen cum arctatione temporis, non probato tempore, non potest dici crimen probatum, ar. extra. de re iudi. c. abbate sanè. lib. 6. & idem in loco eadem ratione. ¶ Alij tamen dicunt, quòd fit condemnatio tanquam pro facto simplici, de quo vide, quod no. in l. Prætor. §. docere. ĩ. vi bo. rap. & per Bar. latè. in d. l. denunciasse. ĩ. de adulterijs. §. quid tñ. ¶ Alio modo põt esse incertitudo penes effectũ facti, puta morte secuta vnius facto, plurib' percutientibus: tunc si oẽs simul percusserũt, & simul cõtemplatur ictus cuiusque, vt certum fieri possit, quis mortem intulerit, oẽs tenentur: vt. ĩ. de sica. l. si in rixa. Sed si non potest constare, omnes tenentur in dubio de occiso, vt hic. ¶ Si diuersis temporibus. Aut certum est ex vtroque vulnere eum mortuum: & tunc omnes de occiso tenẽtur, inf. eo. l. ita vulneratus. Aut nõ erat certũ de primo, sed de secundo sic: tunc solus secundus, non primus tenetur de occiso, sic loquitur. ĩ. eo. l. huic scripturę. §. si seru'. ¶ Aut econtra erat certum de primo, & non de secundo: tunc tenetur etiam secundus, cum per additionem primi secundum vulnus mortem intulerit. vt. š. eo. l. qua act. §. si quis seruum. ¶ Tertio casu, quando est dubium circa mentem, & animum delinquentis, dic, quòd semper fit interpretatio, contra quẽ psumitur; quia attentat id, qđ est de natura prohibitionis. C. de sica. l. 1. §. Diuus. C. de iniurijs. l. si non conuitij. Et hoc casu principali, quando est dubium circa personam delinquentis, dic, vt dixi. š. circa secundum membrum. ¶ Quarto casu, quando circa personam patientis, seu delinquentis aduerte, quòd hoc potest contingere dupliciter. Aut enim est incertitudo circa personam, rem, & animum delinquentis; vt quia proijcit cultellum in vulgus: tunc glo. videntur dicere, quòd regulariter non tenetur, fallit in libello, vel carmine famoso, de quo. in l. lex Cornelia. §. fi. & l. quod senatus. ĩ. de iniu. & ita no. glo. in l. item apud. §. cui. eo. tit. ¶ Tu dic quidem, licèt non habeat respectum ad certum: habet tamen respectum ad quemlibet, vt quencunque possit, velit percutere, erit delictum consummatum in illo, & illi teneatur, ad instar illius, qui missilia iacit in vulgus, vt Insti. de rerũ diui. §. pe. ¶ Sed cum ad vnum tantùm se retulit, & nõ apparet ad quem: tunc factum subsecutum determinatè in vno, facit intelligi animum fuisse in illo, ar. d. l. 1. C. de sica. & no. per Dy. in dicta regula. in obscuris. in fi. ¶ Sed vbi nec animus fuit certus, nec certificatus ex aliquo facto postea subsecuto in determinatam personã: tunc procederet doctrina gl. in d. §. cui. Aut non est omnino incertitudo, sed magis error circa personam delinquentis, vel circa personam delictum passi: & tunc aut circa personam principaliter patientem delictum, & nihilominus tenetur. ĩ. de iniuri. l. item apud. §. ait Prætor, in vers. interdum. & l. eum qui nocentem. §. si iniuria. in prin. eo. titu.
6 ¶ † Et ideo procedit libellus contra occidentem ignotũ, licèt nomẽ passi non exprimatur. & ita no. gl. 2. q. 8. in c. per scripta. §. libellorum. in glo. 2. in fi. quæ reputatur singularis. ad idem bene facit glo. in l. si cũ exceptione. §. in hac. š. qđ me. cau. ¶ Nec obstat, si fortè dicatur, occisus poterat esse bannitus, & sic poterat impunè occidi; quia quòd quis posset impunè offendi, vel offendere, non præsumitur, nisi probetur. š. de offi. præsi. l. Diuus. Aut circa personam, ad quam secundariò porrigebatur, & quantũ ad illum non tenetur. d. vers. interdum. & l. eum qui nocẽtem. §. si iniuria. ver. & cum quis. ¶ Quinto casu quando mixtim circa personam vtriusque: tunc nemo tenetur in dubio, vt. ĩ. eo. l. qui scientiam. §. cum straměta. ¶ Sexto, & vltimo, quando est dubium circa qualitatem personæ, dic vt no. ĩ. loc. l. si ignorans. vbi vide bonam gloss. ¶ In gl. solidũ [ibi. C. de condictione fur. l. 1.] adde, quod dicam. ĩ. super magna glo. ¶ In eadẽ ibi [inter se] quo casu apparet, quis prouocauit, si quidem prouocans dedit damnum, tenetur, sed non econtra. š. tit. 1. l. 1. §. cum arietes. si non apparet, quis prouocauit, habet locum. §. cum stramenta. Et ad huius intelligentiam vide quod dixi. š. in §. cũ arietes. ¶ In glo. ibi [vnus alium non liberat] quasi dicat, quando est pœna hinc inde. fallit hoc in l. si cũ exceptione. §. fi. & l. sequenti. š. quod me. cau. secundùm gl. in d. §. si plures. Sed meliùs dicit in contrario, scilicet, q ibi actio non erat pęnalis ab origine: qualitatis autẽ originalis debet attendi, vt no. gl. in l. certi condictio. in princ. ĩ. si cer. pe. ¶ In gl. ea. ibi. [C. de condi. fur. l. 1.] non tñ repetit soluens ab alijs; quia ex delicto proprio tenet: vnde soluens suã obligationem tñ dissoluit: & sic contra eũ, quem non liberat, non habet regressum. ĩ. de admi. tuto. l. si plures. licèt non possint alij conueniri ad rem, obstante regula. l. bona fides. ĩ. de reg. iur. & hoc tenuit Cy. post Iac. de Rauen. & Pe. in d. l. 1. de condi. fur. ¶ In ea. gl. ibi. [in l. vnde quæritur] ibi hoc contrarium plenè examinatur. ¶ In ea. ibi [so. ibi familia pro vno habet] hoc mẽbrũ declara, vt. š. tãgitur de iur. om. iud. l. si familia. Et declara plenè per Bar. in l. quotiens. ĩ. si famil. fur. fe. dicatur. ¶ Ibi [pœna fuit præstita] vel aliter declara contrariũ, vt ibi no. & in d. l. vnde quæritur. infra commo. & ibi nota in fine eiusdem glo. hic adde glo. in l. & licèt. §. fi. ff. nau. cau. sta. Ad contrarium tamen hic formatum adde, & dic aliter, quòd hic maleficium, ibi est quasi maleficium, &
7 hoc sensit glo. ibi. † ¶ Et hoc etiam est vtile ad statutum disponens, quòd quicunque non ceperit malefactorem, puniatur in centum. Si plures fuerint, qui non ceperint, vnius solutio liberat alios; nam cum teneantur ex facto alieno, quod sumpsit originem ex facto alterius, mitiùs punitur, & agitur cum eis: vnde non dicuntur propriè ex maleficio teneri, sed ex quasi maleficio. & ideo vnius solutio

solutio liberat alios in mera pœna, ut ibi & l. perceptionem. eodem. ti. & no. in l. si idem. ff. de iur. omn. iud. & per Dyn. & Barto. in l. ex maleficijs. §. is quoque. de acti. & obli. & ideo si duo ministrales collegæ in eadē parochia incidunt simul in pœnam statuti; quia non denunciauerunt maleficium, vnius solutio liberat alium, quod est nota. Vltimò ex ista gloss. & ex prædictis collige distinctionem per te.

ADDITIONES.

a ¶ Probatio dubia. Adde ad hanc materiam, quòd vbi probatio difficilis fuerit, vt in furto, adulterio &c. admittuntur ea, quæ per ipsas coniecturas veniunt, Alexan. in consil. 166. incip. Animaduersis his. in secundo volum. quasi per tot. consi. vide Pau. de Cast. in consil. 58. in secundo vo. ver. probationes autem, quæ sunt.

b ¶ Et illa qualitas. Adde, quid si omissa fuerit qualitas in accusatione, & fuit reus condemnatus pecuniariter, qui corporaliter puniri debebat, an propter illam qualitatē omissam possit denuo accusari, Paul. de Castr. in consil. 348. in primo vo. ver. in fi. determinat. Et quando aliquid profertur in dispositione cum aliqua qualitate, nun quid illa qualitas debeat probari, vide Alexan. in consil. 145. incip. In causa, & lite. in 2. vol. nu. 12.

Ex §. Celsus scribit.

SVMMAE.

1 *Vulnerati debilitas non excusat offendentem à pœna mortis.*

2 *Puniri non potest quis de occiso, donec spes vitalis durat.*

§. Celsus scribit ¶ Vulnerans etiā letaliter eum, qui postea ab alio exanimatur, non tenetur de occiso: sed de vulnerato tantùm. Examinans verò tenetur de occi-
1 so. hoc dicit ad literam. ¶ Primò no. ex isto text. † quòd debilitas vulnerati non excusat offendentem, etiam à pœna mortis, facit supra eodem. l. qua actione. §. sed si quis seruum. & quod ibi dixi. ¶ Secundò not. textum, per quem tradunt mirabilem modum euadendi primum delinquentem, scilicet, quòd procuretur, vt maturiùs occidatur, & sic excusabitur primus vulnerans etiam mortaliter. ¶ Sed certè talis modus perniciosi est exempli: vnde tale consilium attendendum non est. ¶ Quinimò non prodesset, quando certum esset primum videlicet vulnus esse mortale: tunc enim quandocunque mors sequatur, trahetur ad vulneris tempus, tanquam habens ab illo necessariam continentiam, ar. de damno infecto. l. damni. §. Sabini. & probari per casum videtur infra eodem titu. l. ita vulneratus. & adde hic omnino, quod ibi dicam. ¶ Adde etiam quod no. extra de homi. in cap. significasti. in gloss. quæ incipit, eandem distinctionem. vbi dicitur, quòd licet primus non teneatur, vt hic, tamen de iure canonico, siue vulneretur à secundo incontinenti, siue ex interuallo, primus semper tenetur, quò ad hoc, vt pœnitentiam agat. & hæc ibi reputatur tutior via. Qualiter autem cum presbytero, & clerico dispensetur, dic, vt extra de homici. in c. sicut dignum. ¶ Tertiò colli-
2 ge ex isto tex. † quòd licet hic appareat vulnus esse mortale: tamen, interim donec spes vitalis durat, & anima sit separata à corpore, non potest quis puniri de occiso, & ratio est; quia contingere posset interim alius casus, propter quem mors eius sequeretur, vt hic, & pro hac ratione facit in simili ratione sui. l. naturalem. §. primo. in fine. ff. de acquiren. re. do. quod videtur verum, attenta dispositione statutorum, quæ puniunt occidentem, & sic necesse est conditionē euenisse, & sic sequutam mortem, cum statutum expressè requirat illam. Secus secundùm ius commune, secundùm quod mors non requiritur, sed sufficit, quòd percussit animo occidendi, vt l. prima. §. Diuus. ff. de sica. & l. is qui cum telo. C. de sica. ¶ Et ex his patet, an de tali vulnere mortali possit institui accusatio de homicidio interim ante sequutam mortem, circa quod videtur fuisse diuersitas inter Richard. & Iacob. de Bel. de quo vide omnino no. per Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. ad prædicta facit, quod not. in l. qui Stichum infra de confessis. ¶ In gl. prima. [ibi ita vulneratus. §. primo.] vide omnino, quod ibi dicam, & quod dixi. s. in §. proximo.

§. Si plures. ¶ Ex eodem facto possunt plures obligari Aquilia. hoc dicit. & hanc partem declara, et intellige secundùm notata supra eo. in l. §. sed & si plures. ¶ Ibi [lege Aquilia.] Ex hoc collige, cum detur Aquilia, quòd hæc dispositio trahi potest, & ad pœnas statutorum secundùm ea, quæ dixi in l. qua actione. §. Celsus. supra eo. & in l. item si obstetrix §. primo.

§. Item & cum eo. ¶ Irritans canē, vt alium mordeat, tenetur Aquilia, si illum tenet, aliàs tenetur in factum. hoc dicit. Not. ergo casum quotidie occurrentem de incitante canem contra alium; nam offensione sequuta, potest agi ad emendationem damni, quod in seruo qualiter æstimetur, clarum est, in libero autem æstimabitur secundùm l. qua actione. in princip. supra eodem. & supra titulo primo l. ex hac. facit. infra eo. l. liber homo. in prin. ¶ In gl. mordent, quæ est secunda [ibi dedisse videtur] facit ad l. si alius. et quod dixi ibi, no. supra eo. in l. lege. ¶ In eadē gl. ibi [solue, vt ibi] quod declara, vt latiùs dixi. s. ti. 1. in §. si instigatu.

Ex §. Si in eo homine.

SVMMAE.

1 *Actio Aquilia requirit dominium in agente.*

2 *Dominij appellatio simpliciter facta refertur ad utile tantū.*

3 *Damnum quando deducitur incidenter, uel accessoriè, sufficit probare possessionem, vt quis præsumatur dominus.*

§. Si in eo homine. ¶ Hucusque dixit, an habeat locum actio legis Aquiliæ: et quando cesset: nunc verò dicit, cui cōpetat. In summa hoc intēdit. Actio legis Aquiliæ datur dño emptori, antequàm agat redhibitoria: sed possessori secundùm bonā fidē dat̃ in factū: cōmodatario, vel alteri, cuius interest, nō competit rōne solius interesse: fructuario autem competit vtilis Aquilia, etiam contra dñm proprietatis pro portione vsusfructus. h. d. cum l. sequenti. vsque ad l. liber homo. ¶ In text. ibi [mihi competere] quia interim dominus sum. ¶ Not. primò
1 hanc regulam, † quòd Aquilia requirit in agente dñiū, qđ intellige de dño vero, non ficto. Vnde non datur legatario ante hæreditatem aditam, licet à morte testatoris

 fingatur

fingitur dominus rei legatæ, secundùm l. à Titio. infra de fur. probatur infra eo. in l. liber homo. §. si seruus. & in l. prima §. fin. & in l. sequen. Et est etiam casus apertus supra de dolo. in l. & eleganter. §. item seruum. ¶ Secundò
2 not. hic casum coniuncto. §. an fructuarius. infra † quòd appellatio dominij simpliciter prolati refertur ad vtile tantùm, licèt aliàs in dubio intelligatur de directo. l. prima. & secunda. infra. si ager vec. vel emphy. pet. vt no. glo. tertia in l. si mater. §. eadem. ad fi. j. de exceptione rei iu di. ¶ In gloss. super verbo [in factum] in fine. No. & signa istam gloss. quę videtur vtilis, vt intelligatur, quando possessor bonæ fidei debet haberi loco domini, et adde eam ad notata in l. & ideo. in §. Neratius. infra de condictione fur. ¶ No. deinde hic ex isto ver. [sed & si seruus.]
3 † quòd vbi damnum deducitur incidenter, vel accessoriè, sufficit probare possessionem, vt præsumatur dominus, facit. l. sicuti. §. sed & si quæratur. & qđ ibi no. s. si ser. ven. & videtur tex. cum glo. j. famil. ercis. in l. prima. facit & infra. communi diuidun. l. com. diuid. §. inter prędones. & de solu. l. Titia. & quod no. Cy. & Barto. in l. quidam in suo. infra de condi. insti. Cui adde, quę scribit Cy. in l. secunda. C. quæ sit lon. consue. in quarta quæst. & in l. non ignorat. C. qui accu. non pos. ¶ Et intelligo prædicta vera, quando probatur vera possessio de præsenti: secus si de præterito; quia tunc per hoc non præsumeretur dominus l. & quæ nondum. §. quòd dicitur. de pign. & quod notatur per gloss. in l. prima. infra de Saluiano inter. & Insti. de act. i §. item Saluiana. ¶ Adde tamen notabilem gloss. quæ dicit, quòd vbi quæritur de dominio antiquissimo, cuius non exstat memoria: tunc dominiū probatur per famam, ita no. gloss. in l. proprietatis. C. de probationibus. facit. l. at qui natura. §. cum me absente. supra. de nego. ge. ¶ In [glos. super verbo vtile] ibi vtilis dabitur, vt hic, & sic probatur hic, & ibi, quòd appellatio dominij quandoque verificatur in vtili tantum, non in directo, quod declara, vt dixi. s. circa tex.

Ex l. Liber homo.

SVMMAE.

1 *Pactum factum creditori à debitore, quòd possit ipsum debitorem capere, non valet. & num. 2.*
3 *Mulier non potest capi personaliter pro debito.*
4 *Homo liber an possit se obligare ad obsidatum.*

L. Liber homo. ¶ Pro damno dato libero homini, competit ei vtilis Aquilia, non directa: sed pro dato seruo fugitiuo datur actio domino. hoc dicit. ¶ In tex. [ibi vtilem.] Ex hoc collige, quod in istum casum videntur concurrere verba. l. s. eod. l. item Mela. §. legis. & sic facit ad notata in l. curatoris. C. de nego. ge. ¶ In gl. [ibi directa enim non habet.] scilicet ad æstimationem corporis, sed ad cætera damna sic. vt supra l. qua act. in princ. & §. si quis in colluctatione. & s. titulo primo. l. ex hac. & vide Guil. in Specu. de accu. §. primo. versi. quid si vulneratur. & ver. sc. ¶ Nota ex isto tex. rationem ibi [quoniam dominus] quia facit ad multa, & primo facit, quod liber homo non potest tradere se torquendum pro eruenda veritate criminis, licèt gloss. tenuit contrarium in l. interdum. §. qui furem. infra de fur. de quo ibi vide per Barto. doctores etiam tangunt in l. penulti. infra de con di. ob causam. & eadem ratione dicitur, quòd nec potest se obligare ad mortem, nec ad membri incisionem.
1 Item allegatur iste text. † quòd pactum factum creditori à debitore, scilicet quòd possit ipsum debitorem capere (eo fortè in solutione cessante) non valeat, facit de libe. exhi. l. secunda. & infra de reg. iur. l. non est singulis. & infra. solut. matrimo. l. alia. §. eleganter. & ibi de hoc per Dy. & Barto. Aliqui tamen contrarium dixerūt, vt ibi not. Bald. dixit debitorem posse se obligare ad carcerem publicum, non ad priuatum. De priuato enim clarum est, quòd non possit ratione hic posita; quia non est
2 dominus &c. Item de publico videtur esse verum, † qđ
a possit se obligare; a quia etiam sine pacto non soluens potest carcerari. l. nemo carcerē. C. de exactor. trib. li. x. Sed non potest se obligare, vel pacisci, quòd auctoritate propria creditor possit capere nisi subsistēte causa, ꝓpter quam possit aliàs capi de iure communi. l. ait Prætor. §. si debitorem. infra de his, quæ in fraudem creditorum. de quo etiam tangitur in l. ob æs. & Authen. imò. C. de acti. & obli. Adde, quòd hoc ī muliere sine dubio videtur pro
3 cedere, scilicet quòd hæc conuentio non teneat; † nam pro debito mulier personaliter capi non potest. l. prima. C. de offi. di. iudi. quod verum est, nisi in casu Authen. matri, & auiæ C. quando mulier tu. offi. fung. potest. vbi Bartol. dicit idem, vbi mulier renunciat omni legum, & iuris auxilio. quod est notandum. Idem videtur, si esset conuentio perpetui carceris; nam etiam in criminibus talis pœna videtur omnino lege interdicta. C. de pęnis. l. incredibile. & est verum de iure ciuili: secus videtur secundùm iura canonica. Nam secundùm illa appellatur pœnitentia, & non pœna, extra de pœnis. cap. quamuis. lib. 6. de verbor. significat. cap. nouimus. in fi. de hære
4 ti. cap. penul. Item allegatur iste text. † quòd liber homo non potest se obligare ad obsidatum, de quo tangitur per glos. in l. secunda. C. de patri. qui fi. di. aliquid etiā tangunt in l. obsides. C. qui testam. fac. plenius tangitur extra de iureiur. in c. ex rescripto. & ibi per Innoc. circa quod vide in gloss. 23. quæst. 8. in c. vt pridem. Item allegatur ad aliud, scilicet quòd pactum inter debitorem, & creditorem, quòd non liceat creditori cedere bonis, non valeat, siue non teneat, quasi per illud inducatur tacita carceratio, quæ est quædam species seruitutis, vt d. l. nemo carcerem. de exac. tri. C. lib. 10. facit l. secunda. de libe. ho. exhi. Et hanc partē tenuit Cy. C. qui bo. ce. pos. in l. prima. vbi in hoc refert. q. Iacob. de Are. tangitur etiam per Bartol. in l. alia. §. eleganter. infra solut. matri. vbi de hoc pleniùs.

ADDITIO.

a ¶ Possit se obligare. Adde, quid de eius hærede instituto, an similiter possit incarcerari. Paul. de Cast. in consil. 249. in secundo volumine versicu. & bene faciunt, quod nota.

§. Iulianus scribit. ¶ Contra liberum hominem bona fide mihi seruientem, datur mihi Aquilia. hoc dicit. Sic ergo patet nunc, quòd hæc qualitas possidendi (qua seruus possidetur) non resistit; potest enim obligari, attento quòd per hoc non tollitur, in eo verum subiectum, cui inhærere potest qualitas obligationis.

Ex §. Si seruus.

SVMMAE.

1 *Hæreditas iacens repræsentat personam hæredis.*
2 *Lex loquens de domino, verificatur in eo, qui non est vere dominus, sed habetur pro domino.*

§. Si seruus. ¶ Pro damno dato seruo hæreditario datur Aquilia hęredi postea adeunti. h. d. ¶ In tex. ibi [huius serui] vt supra de re. diui. l. prima. Nota tex. quia hic videtur ca
1 sus † quòd hæreditas iacens repręsentat personam hære dis, ad idem infra de noua. l. nouatio non est. in fi. Sed ꝙ imò personam defuncti, & non hæredis repræsentet, tangitur per Bar. & not. in l. hæreditatis. infra de acqui. re. do. et de fideiuſ. in l. mortuo. Dic quòd repręsentat etiã personam hæredis, aditione postea secuta, vt hic; trahetur enim aditio retro ad tempus mortis. l. si ex re. §. fin. ÿ. de stipu. seruo. de acq. hæred. l. hæres quandocũque. & ita debet intelligi. d. l. nouatio. prout verbũ, cuius, ibi in tex. positum respicit personam hæredis. Item nota istum tex. ibi [dominus ergo] &c. qui uidetur probare coniun-
2 cta. l. item Mela. §. primo. s. eo. † quòd lex loquens de domino, verificetur & in eo, qui non est tunc verè dominus, sed pro domino habetur, vt hic coniuncta glo. & sic videtur contra id, quod dicitur aliud esse ciuem, & aliud haberi ꝓ ciue, de quo in l. si maritus. §. leg. Iul. de adul. & aliud esse mercem, & aliud pro merce haberi. l. mercis appell. la secunda. ÿ. de verbor. signifi. de quo tangitur in materia fictionum in l. si quis pro emp. ÿ. de vsu. per Bar. Posset tamen dici, quòd in casu isto hoc operatur fictio, quæ insurgit aditione postea sequuta, vt dixi supra.

Ex §. Si seruus legatus.

SVMMAE.

1 *Dominium, quod transfertur in legatarium ante aditam hæreditatem non est efficax ad agendum iure dominij.*
2 *Legatarius fingitur nunquam habuisse dominium, si tempore aditæ hæreditatis res non erat in rerum natura.*
Et an fingatur dominus rei legatæ à tempore mortis. numero. 3.
4 *Fructus percepti ex re legata post mortem testantis, & ante aditam hæreditatem, an debeant restitui legatario. & numero 5.*

§. Si seruus legatus. ¶ Pro seruo legato occiso adita hæreditate, datur legatario agnoscenti legatum Aquilia, etiam contra hæredem, sed eo repudiante, competit hæreditati, sicut & si seruus esset occisus ante aditam hæreditatem: quo casu (ipso seruo vulnerato) tantùm tenetur eam cedere legatario. hoc dicit cum se. & princi. sequentis. ¶ In tex. ibi [agnouit] transiuit dominium in eum recta via ficte a morte testatoris. ÿ. de fur. l. à Titio. verè ab adita hæreditate. l. si tibi homo. §. cum seruus. ÿ. de lega. primo. ¶ Ibi [competere] quia fingitur legatario non quæsitum. ÿ. si cer. peta. l. proinde. ¶ Nota hic. in tex. ibi [actionem] in l. sed si ipse. quod etiam datur contra hæredem legatario Aquilia. Quod est verum; quia hæreditas erat iam adita, & sic dominium legatario acquisitum, vel si nondum esset adita, & sic nec ius reale, idest dominium ei quæsitum, daretur de dolo, vel ex testamento. l. & eleganter. §. si seruum. ff. de dolo. Et quod dixi de actio. ex testamento, intelligo aditione, scilicet post secuta; nam personalis actio ex testamento desiderat aditionem hæreditatis. Not. gl. ÿ. de reg. iur. l. si nemo. & idem videtur in hypothecaria, quæ datur legatario secũdùm formã. l. 1. C. communia de leg. & ita tenuit Guil. in Spec. in ti. de actio. seu peti. §. sequitur. vers. illud verò not. dignum. ¶ Nota. in l. huic scripturæ.
1 † quòd dominium, quod transfertur in legatarium ante aditam hæreditatem, non est efficax ad agendum iure dominij, vt hic, coniuncta l. item Mela. §. primo. supra eodem. & vide notata in l. arbitrio. §. fin. s. de dolo.
2 ¶ Secundò nota in eadem. l. † quòd si tempore aditæ hæreditatis res legata non erat in rerum natura, legatarius fingitur nunquam habuisse dominium, vt probatur hic, facit. d. l. & eleganter. §. si seruum. supra de dolo. Item allegatur ista l. quòd fictio debet habere duo extrema habilia, scilicet extremum à quo sumitur, & ad quod, scilicet refertur: aliàs si quid istorum deficit, fictio operari non potest, ita allegatur per Cyn. in l. fina. in secunda. quæst. C. de sen. pas. Patet hoc; nam si seruus legatus sit vulneratus, & hæres postea adijt, fingitur mihi quæsitum, vt hæres teneatur mihi cedere acti. & hoc, quia fictio habet sua extrema. Sed si ille seruus ante aditam hæreditatem est interfectus, deinde hæres adijt, non dabitur mihi aliqua actio, vt hic in primo responso. Ratio est, quia hoc non potest contingere, nisi per fictionem. Sed fictio hoc casu operari non potest propter carentiam rei, ergo &c.
3 ¶ Item nota hanc. l. per quam dixerunt, † quòd legatarius non fingitur dominus rei legatæ à tempore mortis; quia secundũ hoc esset actio legis Aquiliæ: quæ domino datur, ipsi legatario quæsita ipso iure: at hic dicit, quę sita hæreditate, hæres tenetur eam cedere, & ista opinio ponitur in l. vnica. C. de ca. tol. in quarta quæstio. ante fin. magnæ distin. Sed certè glos. & Docto. communiter contra; quia cum acquisitio verè fiat tempore aditionis hæreditatis. l. si tibi homo. §. cum seruus. infra de lega. primo. & aditio hæreditatis, quandocunque fiat, trahatur retro ad tempus mortis defuncti, l. hæres quandoque. ÿ. de acquir. hæredi. & de regul. iur. l. omnia de ferre. hæreditatis ergo, & aquisitio dominij fingitur retro facta. ¶ Nec ob. iste tex. ꝙ si interimitur seruus legatus, non cedit actio; quia non reperitur principale, cuius dominiũ fingitur legatario quæsitum, ergo nec accessorium quæsitum fingitur. Sed si tantum vulneratum reperitur principale. i. seruus. qui retro fingitur fuisse meus, accessorium i. act. l. Aquiliæ non fingitur retro fuisse mea; quia personalis est nec põt ab ossibus hæredis, cui quæsita est, separari. l. quis ergo casus. infra de pecu. quò ad effectum tamen quæritur legatario; quia hæres tenetur eam cedere, vt hic. quod nota; quia subtile dictum. ¶ Itẽ no. hanc l.
4 ad aliud; nam hic videtur casus, † ꝙ fructus percepti ex re
a legata post mortem testantis, & ante aditam hæredi. licèt hæreditati quærantur: tamen restitui debent legatario. & hoc tenuit gloss. in l. quod seruus. infra de legat. secundo. sed gloss. in l. Herennius. la prima. infra de vsur. videtur velle contrarium, scilicet quòd non debeantur legatario, & hanc partem tenuit Pe. per l. si tibi homo. §. cum seruus. de legat. primo. & d. l. qđ seruus. ¶ Nec ob. l. à Titio. infra de furtis. quia ibi de quadam fictione, & ex necessitate iuris, quæ trahit aditionem ad tempus mortis, non legatarij fauore. Item non obst.

ista.l.secundùm eum :quia loquitur de accessione, quæ succedit loco rei : sed fructus non sunt loco rei, sed addi- ampliationem rei, secundùm Pe. cuius dictum vide per Cyn. in l. final. C. de vsur. & fruct. le. Pro concordia tamen prædictorum potest dici, secundùm Di.al.in dict.
5 §. cum seruus. † quòd si hæres fuit in mora adeundi: tunc fructus ante moram percepti quæruntur hæredi tati, vt d.l.quòd seruus. Sed percepti post moram veniunt restituendi, vt ibi dicit gloss. & probatur supra de vsufru- ctu.in l.si vsufr. Sed si non fuit in mora : tunc non veniunt restituendi, vt in ll.supra allegatis, & hoc intellige in le- gato puro, & simplici. Si autem fuisset in diem, vel con ditionale, quid hic autem dicendum, dic, vt plenè nota- tur in d.l.fina. C. de vsu.& fru.lega. Vltimò etiam pon- dera istum tex. vbi videtur casus, quòd si facto tertii inte rimatur res debita, non iniuria ipsius debitoris, nec ab eo captata, quo casu debitor liberatur.l.quod te.infra si cer. pe. & hic tñ creditor non habet actionem contra occidé tem, quæ saltem de dolo est.l.arbitrio.§.fin.s. de dolo.& quod no.in d.l.quod te. patet hic:quòd legatarius, & sic creditor non agit contra occisorem:& tamen hæres libe ratur. Sed responde, quòd legatarius hic non erat propriè creditor, cum tempore interitus hæreditas nondum es- set adita, & sic actio fuit quæsita hæreditati, quæ defun- ctum repræsentat, & sic habetur perinde, ac si uiuo defun cto fuisset occisus, & ita vide respondentem de facto re- petentem.d.l.quòd te. j.si cer.pet.

ADDITIO.

a ¶Ante aditam. Nam legata, & fructus rei legatæ ad hoc, vt debeantur, requiritur, quòd hæreditas ipsa per hære- des etiam qualescunque adeatur. vide Alexand.in consi. 147. incip. In causa. & lite.in secundo uolum. numero quinto.allegat.l.eam quam.C.de fidei.iuncta glo.quam reputat singularem, in l.qui filio.§. si quis seruum. ff. de hæredi.inst. vide Bald.in Authen.ex causa.in decima co- lum.C.de lib.potest.& hanc dicit esse communem om- nium sententiam Pau.de Ca.in præall.consil.

Ex l. Huic scripturæ.

§. Si seruus vulneratus.

¶Seruo, & mortiferè vulnerato, casu postea perempto, datur Aquilia pro vulnerato tantùm, secus si ex vulnere periit, etiam iam manumissus, vel alienatus; quia tunc a- gitur pro occiso. hoc dicit. vel sic. & latiùs. Vulnerans nõ punitur de occiso, si vulneratus sit ab alio interemptus. Secus si interemptus non sit ab alio, sed ex vulnere mor- tuus; quia tempus vulneris inspicitur, licèt tempore mor tis in alterius dominio fuerit, & pro vulnere, vel morte il- lata in liberum hominem, non competit ei, vel eius hære- di Aquilia. hoc dicit.& ad intellectum huius. §. vide qđ dixi supra.e.in l.item Mella.§.sed & si plures. ¶In tex. ibi [tunc cum uulneratis]no.text. quem Bartol. allegat in l.libellorum.infra de accu.de quo dicam infra eodem in l.ait.lex. vbi vide no.ergo mortẽ sequutam trahi ad tẽ pus vulneris. Quid autem in vulnerato postea ex inter- uallo mortuo, an ex illo vulnere perijsse præsumatur, & quantum tempus medium requiratur, vt cesset ista præ- sumptio, vide quod dicam j. e. in l. ait lex. ¶In gl. super l.quia in eum, ibi [vel secundùm primam] hæc gl. com- memorat duas lecturas, de quibus feci mentionem in l. præcedenti super verbo, decesserit. & ad illam debet ista referri, quod ergo dicit secundùm primam, expone, sci- licet quòd dominus decessit, non ipse vulneratus ibi, vt diximus; quia liber, & hæres deinde factus, & sic ipse ad æstimationem sui ipsius vult agere ibi. Item no. hic ar. sci licet quòd res perueniens &c. cui contrariatur Insti. de leg.§.si quis debitori.versi. ex contrario. dicit, quòd ibi superuenit effectus causæ finalis, scilicet quia superuenit causa, propter quam legatum non affert commodum: quo casu, si causa superueniens tendit ad eundem fin. ad quem ipse actus, non vitiatur, vt ibi, & ad l.Falc.l.verbis. & no.Dyn.in c.factum legitimè.de regul. iur. in 6. sed si non tendit ad eundem effectum:tunc Bart. dixit, quòd si est talis actus, qui non vitiatur, partibus non volentibus, casus superueniens non vitiat.l.sciendum. §. fina. supra qui satisda.cog.sed si vitiaret id, ad qđ agitur, etiam parti bus nolentibus, tunc vitiat. l. Vranius. versiculo. sed cum duo. infra de fideius. sed Pet. dicit, quòd si res erat per fectè consummata, antequam veniret ad illum casum, scilicet à quo non potuisset incipere, non vitiatur. vt l. po- mum. §. primo. de serui. & C. de contrahend. emptio. l.si Gaudentius. Sed si non erat consummata: tunc aut si impleretur, sequeretur inconueniens, & vitiatur, vt hic est casus secundùm eum. Aut non sequeretur inconue- niens, vel absurdum:& tunc non vitiatur, imò debet cõ- summari, vt d.l.si Gaudentius.& l.pluribus. §.si placeat. de verbor.obliga. Et hæc verba Pe. vide per Cyn.in d.l.si Gaudentius. Quid autem si superuenit effectus causæ fi- nalis, dicit esse clarum, quòd quandocumque superue- nit, vitiat, vt l.inter stipulantem.§.sacram.de verb. ob. Itẽ si superueniat effectus in causa efficienti. Item si mixtum in causa materiali, & in causa efficienti, quid iuris, vide per Barto. in d. §. & si placeat. vbi plenè prosequitur, & per Dy.in d.c.actum legitimè.

Ex l. Si dominus seruum.

SVMMAE.

1 *Ius accrescendi trahitur retro, & quando habeat locum.*
2 *Actus quando potest se habere ad prohibitum, & permissum, in dubio de quo intelligitur.*

L. Si dominus seruum.

¶Pro seruo occiso datur bonæ fidei possessori, vel credi- tori in eo hypothecam prætendenti contra dominum a- ctio in factum ad interesse. Sed si creditor habens obliga- tum occidat, vel vulneret, tenetur Aquilia, vel pignorati tia tñ. Et Aquilia cõpetit etiam pro illatis vulneribus in communem seruum pro rata dominij in personam agen tis. hoc dicit cum tribus se. ¶In tex. ibi [bonæ fidei pos- sessori]habenti ti. vt in glo. & sic cui daretur Publiciana, l.penul.& fi.s.de publi.& hic adde glo.supra.e.in l.item Mella.§.si in eo.¶Ibi[in factũ.] Sed aduersus alium dã- num dantem datur ipsi creditori Aquilia, si debitor non esset soluendo. infra eod.l.qui occidit.§. primo. ¶Ibi[si
1 coniunctum.] Nota hanc particulam † quæ probat ius accrescendi trahi retro. Secundò quod tale ius accre- scendi locum etiam habet in re extincta.¶Ibi [solum] qui legatum agnouit.¶ Ibi [videtur.]Nota. rationem in ista acquisitione, quæ retro trahitur. sic & supra eod.l. liber homo.in fi.& inf. si cer. peta. l.proinde.¶In l.sed si is qui.

is qui, ¶ Ibi [Aquilia .] .s. directa: quia damnum dedit in pignore. ¶ Ibi [vel pignoratitia] quia in pignore malè versatus. & ȷ. de pign. act. l. eleganter. §. primo. ¶ Ibi [contentus esse debet] quia vtraq; est persecutoria : hoc tamen intellige, nisi quatenus plus est in vna, quàm in alia. ȷ. de act. & obli. l. qui seruum. & ȷ. commo. l. vnde quæritur. secundùm Odof. facit quod legitur, & no. in l. j. ȷ. vi bo. rap. ¶ In gl. l. prima. ibi [non decreuisse] q. d. qđ hæc debet intelligi in coniunctis coniunctione reali, quorum quilibet secundùm testatoris sermonem vocatus videtur ad solidum, meritò in eis bene dicitur potiùs appellari debere ius nõ decrescendi, quàm accrescendi. ¶ In glo. in l. sed & si communem, ibi [sed ibi iniuria dicit] scilicet non atroci ¶ Ex quo no. † quòd vbi actus potest se habere ad prohibitum, & permissum, semper in dubio intelligitur esse factus ex potestate permittente, & ista est notabilis præsumptio, de qua loquitur. §. si communem. & quæ probatur. ȷ. pro socio. l. meritò.

Ex l. Ait lex.

SVMMAE.

1 *Mors secuta ex uulnere, trahitur retro ad tempus uulneris. et num. 3.*

2 *Fideiussor acceptus simpliciter, intelligitur acceptus in omnem causam, quæ ex negotiorum gestione potest oriri.*

4 *Moriatur quis ex vulnere, uel non, relinquitur iudicis arbitrio. & num. 5.*

6 *Existens in vno territorio, si percutit alium existentem in alio territorio, à quo iudice sit iudicandus. & nu. 7.*

L. Ait lex. ¶ In æstimatione serui occisi, quanti plurimi eo anno fuit, computatur annus retro à die mortis, nisi præcesserit mortale vulnus; quia tunc à die vulneris computatur, etiam si ex interuallo sit mors secuta, & in tali æstimatione habetur consideratio omnis interesse, & etiam omnium qualitatum ipsi corpori inhærentium. hoc dicit cũ se. & se. ¶ In tex. ibi [ex quo quis occisus est.] Potest iste tex. adduci ad q. de obli. contracta ad annum, vel hoc anno, quando iste annus incipiat, de qua dicam. ȷ. eod. l. ita vulneratus. vbi est etiam tex. ad hoc. ¶ Nota. ex isto
1 tex. † quòd mors secuta ex vulnere, trahitur retro ad tẽpus uulneris, & est hoc notabile ad plura. Primò facit ad q. stante statuto, quòd pro vulnere puniatur quis pœna centum, pro morte pœna mille. Si pro inculpato de vulnere mortifero aliquis fideiubet, & promittit pro eo de iudicio sisti, & iudicato soluendo, & ex illo vulnere mors sequatur, quòd fideiussor teneatur soluere pœnam mille, quæ pro tali morte imponitur. Pro hoc etiam facit;
2 † quia fideiussor acceptus simpliciter intelligatur acceptus in omnem causam, quæ ex nego. gest. potest oriri, probatur in l. si quis pro eo. §. si nummos. de fideiuss. & hoc potest dici verum, si simpliciter fideiussit. Secus autem si formata inquisitione de vulnere, tantum promisit de iudicio sisti, & iudicato soluendo; nam morte secuta, pendente processu, processus ille extinguitur, & de occiso ammodo debet queri. ȷ. e. l. illud. i h. & ideo extinguitur etiam obligatio de iudicio sisti, & iudicato soluendo. l. græcè. & §. post litem. ȷ. de fideiuss. iuncta. l. cum quærebatur. & l. cum apud. infra iudi. so. Et hæc uidetur uera conclusio, licet Doct. in hoc variauerint, vt tangitur per Bar. in l. fideiussores magistratuum. in prin. ȷ. de fideiuss.
3 Item facit iste tex. † quòd si ex forma statuti, vel prouisionis sit alicui ordinatum tempore, quo fiebat caualcata, quod equus occisus in bello debeat solui domino, quòd si equus fuerit vulneratus, & postea moriatur in ciuitate ex illo vulnere, quòd debeat de communi expendari, pro hoc videtur bene facere, quod notat Bartol. in l. libellorum. ver. sed quæro aliquis &c. infra de accusa. Item facit etiam ad aliud, quòd si per statutum bona interficientis aliquem, intelligantur publicata, & vulneratus sit aliquis, qui postea moriatur ex interuallo, quòd bona intelligantur publicata à tempore vulneris, facit l. damni. §. Sabini. infra de damno infec. ¶ Item no. tex. hic ibi [& post longum interuallum] &c. Nam videtur probare, quòd licèt interueniat longum temporis interuallum inter vulnus, & mortem sequutam, quòd non per hoc tollatur præsumptio, quòd ex illo vulnere sit mortuus: & sic facit contra glos. singularem in l. prima. C. de emen. seruo. quæ dicit, quòd si nõ moriatur, infra triduum : vel si post triduum surrexerit, & ambulauerit, etiam cum baculo, quòd non præsumitur ex illo vulnere mortuus : loquitur tamen secundùm le. Mosaycam, vt ibi gloss. dicit. Aliud ergo erit secundùm ius ciuile, vt hic probatur. Aduertendum tamen quòd in hoc iura variant: quidam enim dicunt, quòd si infra tres dies moriatur, præsumatur ex illo uulnere mortuus. tex. quinquagesima di. in c. si qua fœmina. Alii dicunt de octo diebus post, extra de homi. in cap. continebatur. Alibi dicitur, si moritur post paucos dies, vt eod. tit. capit. præsbyterum. Alibi dicitur aliquandiu, vt eodem tit. c. ad audientiam. Alibi dicitur, quòd si moritur post octo menses, non præsumitur ex illo uulnere mortuus, extra de cle. percu. capitulo. secundo. & sic à contrario ibi videtur probari, quòd si infra octo menses moriatur, præsumatur mortuus ex vulnere. In Lombardia autem dicebatur, quòd si infra annũ post vulnus moriatur, præsumitur mori ex vulnere.
4 ¶ Puto, quòd † hoc indeterminatum sit iudicis arbitrio relinquendum. ar. l. prima. §. expilatores. infra de effrac. & nota. de extraordi. crimi. in l. sacularii. facit. l. 1. infra de iure delib. & extra de offi. dele. in c. de causis. Arbitratur autem iudex hoc ex qualitate percussionum. extra de homi. c. significasti. & ex relatione medicorũ, cui stari debet. l. semel. C. de re mili. li. 12. & de ven. inspi. l. 1. §. primo. & C. de fide instru. l. comparationes. ¶ Nota.
5 tamen † ꝙ licèt lex vtatur in plurali iudicio medicorum, si in loco non inueniantur plures medici, sed vnus tantùm, stabitur eius dicto. not. in Authen. de non alie. §. quod autem. colum. secunda. & ad istud ultimum, scilicet quod stetur dicto medicorum, vide Barto. in l. si in rixa. in pe. q. infra de sica. ¶ Item allegatur iste tex. quòd non debet haberi consideratio circa damnum ad futurum tẽpus, concor. infra eo. l. inde Neratius. §. si infans. Et sic facit ad q. de damno dato in frumento, quod adhuc erat in herba &c. de qua per Cyn. in l. fin. C. et dixi. supra ti. 1. l. ex hac. vbi vide. ¶ No. etiam istum textum ad aliud. al-
6 legatur enim per Pe. ad quæstionem † de existente in vno territorio, & cum sagitta percutiente existentem in alio territorio, quòd sine dubio iudex loci, vbi existebat sagittam emittens, possit eum punire, probatur hic ar. de tempore ad locum, quæ est licita argumentatio. infra si certum peta. l. vinum. & hoc dictum Pe. vide relatum per Cy. in l. prima. C. vbi de pos. agi opor. & hanc quæst. tetigit etiam Dyn. in l. iurisperitos. §. cum oriundus. infra de excusatio. tuto. & secundùm Ioan. And. fuit quæstio disputata per Aegidium Cremonæ,

vt ipse refert de priui.in capit primo lib.sexto.& pleniùs in reg.in obscuris.eo.li.in nouel. hoc autem dictum Pet.
7 secundum Bar.doctrinam alibi dicit, † quòd potest dici procedere, quando statutum punit sagittantem, vt quia dicit, si quis sagittauerit, puniatur in tantum. Nam actus sagittandi fuit factus in locum, vbi erat per- utiens,& ille locus ideo inspicitur. Sed quando statutum punit percutientem, vt quia dicat, si quis percusserit &c. tunc inspicitur locus, vbi percutit. ita collige ex no.per Bartol.in d. l.libellorum.ȷ.de accusa. Et ex hoc hic collige, quis locus debeat in accusatione inseri, de quo tãgit ibi.¶ In gl. in l.proinde.super ver.[vtilitas.]quæ inci.& an stipulatori hæc actio.ibi,dum dicit[puto tamen, ꝙ non].ista gl. vt puto,fuit additio Fran. Accur.gloss. enim apertè tenet cõtrarium in l.arbitrio.§ fi. de dolo.circa quod uide omnino,quod latè scribit Cy.in l.non moriturum..C.de contrahen.& commit.stipu. Potest autem breuiter concludi secundùm Barto.'alibi, scilicet, vt attendatur,an species foret debita ex causa lucratiua,an ex causa onerosa;quia si ex lucratiua: tunc ea occisa debitor non tenetur actionem cedere.Secus si fuisset vulnerata tantùm.l. huic scripturæ.š.eo. & isto casu loquitur ista gloss.Sed si ex causa onerosa erat debita: tunc tenetur cedere, & dare quicquid ex re illa erat apud eum.l. in summa. §. si quis seruum.infra de condi.inde.Et isto casu procedat glos. contraria.Ita voluit Bart.in l. si Stichus certo die.ȷ.de uerb. obligat. Adde tamen Iacob.de Bu.in d.l.arbitrio.§.fin. š.de dolo.¶In gl.quæ inci.idest inquantum,in fine[rationem eius.] Tu dic, quòd contraria loquuntur in interesse affectionis, cuius consideratio non habetur, vt ibi: hic autem loquitur in interesse communi: vt d.l.si seruus hic all.¶In gl.l.seq.quæ incip.'nam ipsam hæreditatẽ. in fi.imò non habet;quia perdidit eam, cum enim mortuus sit seruus, non possum iubere eum adire, & sic perdo: vnde peto æstimationem hęreditatis,vt hic.& ȷ.eodem. si seruus seruum.§.rupisse.in fi secundum Ricar. Malũ. Sed certe puto,quòd ista gl. sit hic malè signata, & quòd debeat signari.ȷ.§.proxi.super ver.æstimationem.

ADDITIO.

a ¶Possit eum punire. Adde in simili, si quis existens in platea percusserit extra plateam existentem, quis locus attendi debeat. Alex.in consil.166. inci. Animaduersis his.in secundo uol.ver.faciunt pro hoc.vbi dicit attendenda esse verba statuti; nam si statutum sagittantem considerat,& punit,inspicitur locus platęę,aliàs non.vide Pe. de Anch.in repe.in c.postulasti.in 2.q.de fo.compe.Anto.in c.fi.in prin.eod. titu.

a §.Inde Neratius. ¶a Si seruus sub conditione institutus, pendente conditione hæreditatis,& libertatis,occidatur, nec hæredi,nec substituto competit Aquilia. hoc d. ¶In tex.ibi[& liber esset]& sic non reciperet æstimationem,vt plene no.š.eod.in l.huic scripturæ.§.fin.cum l.seq. ¶No. ergo casum hic, quòd quando dominus per mortem serui reportat commodum, non agit Aquilia; non enim debet conqueri de eo, ex quo commodum sentit, & hoc no.ad limitationem.l.item Mella.§. primo. š. eodem.¶In gloss.prima.duo dicit. Primum de exclusione legitimi, & in hoc bene. Secundum dicit de exclusione substituti, & in hoc puto, quòd non bene; quia tunc non esset necessarius,sed posset abstinere, vt no.in l.Papinianus.§ quarta autem.š.de inofficio. testa.licet glos. sentiat contrarium.Insti.de vul. & pu. substi.circa prine. quam tamen Pe. ibi reprehendit,& communiter non tenetur.

ADDITIO.

a ¶Aliàs incipit l. inde Neratius.

Ex §.Idẽ Iulianus scribit.

SVMMAE.

1 *Potestatiua non habetur pro impleta, quando impeditur facto hominis.*

Et quid si deficit casu. nu. 2.

§. Idem Iulianus scribit.

¶Quando implementum conditionis potestatiuę impeditur hominis facto,non habetur pro impleta.'hoc dicit. ¶In tex.ibi[manumisero] ista dicitur conditio merè potestatiua de manumittendo; quia inuitus manumittit. l.fina.§.licèt.n. C. de testa.ma. & nor. gloss.in l. quæ sub conditione.§.quoties.ȷ.de cõdi.insti.¶ Ibi[cessare]quia viuentis nõ est hæreditas.de acquiren.hære.l.qui superstitis.& de hæredi.vel act.ven.l.prima. ¶Ibi[inspicitur.] pro damno dato, quod hic in ista hæreditate cessat.
1 ¶†No.ergo potestatiuam non haberi pro impleta,quando impeditur facto hominis, vt dixi:hic autem non haberet locum, quando impediretur facto naturæ, de quo infra in gloss.& super illa.Item quod dixi,quando impeditur facto hominis, intellige iniustè impedientis: secus si iustè; tunc enim,cum caream omni remedio contra eũ, conditio habetur pro impleta,ita intelligitur casus. ȷ.de condi.& dem. l. si Titius statuas.Nec ob. huic solutioni. ȷ.de statu lib.l. 3. §.si quis seruũ.vbi iustè impeditur seruus,& tamen conditio non habetur pro impleta;quia respõdeo,quòd ibi non principaliter,sed per quandam consequentiam prohibetur implere,eò quia prohibetur alteri operari.& circa hoc vide quod plenè noc.per Bar.in l. in testamento.de condi.& demonst. & per alios in l.1.C. de insti.& substi.sub condi.fa.¶In glos.quæ incip.quid si occisor.in fin.istud tenet gl. de æquitate in l. prima. C.de insti.& substi.sub condi.fa.Sed in l.i testamẽto.de condi. & demon. hoc firmat,sub dubio tamen fortè. Sed pro hac decisione dic,quòd bene facit infra de leg. primo.l. planè.la seconda.§.primo.& vide Bartol. de condi.& demon. in quibus diebus.in princip. ¶In gloss. super ver. quia retrorsum.ibi[l.quæ sub conditione.§.quoties.]
2 Ratio est; † quia ista conditio merè potestatiua deficiens casu,habetur pro impleta. Hoc tamen intellige, quando casus contingit in persona eius, in cuius persona debuit impleri. Secus si in persona implere debentis; tunc enim non potest haberi pro impleta; quia sic legatum,vel hæreditatem transmitteret,conditione nõ impleta. quod est impossibile.l.fina.infra de condi.insti. & hoc intellige verum,quando totaliter impeditur;vtputa morte. Secus si alio impedimento, vt si grauatus esset librum scribere, & eius manus esset effecta arida; tunc enim haberi videtur pro impleta; quia tunc nulla iuris regula resistit in transmissione,quando moritur. quod nota,& cogita; quia sunt nouę cogitationes.

§.Idem Iulianus. ¶In extimatione serui occisi, in qua

qua attenditur, quanti plurimi retro fuerit per annum, habetur consideratio etiã ad potestatẽ qua'itatis,& quaten' domini intererat ratione fraudis detegẽdæ,& omniũ qualitatum, quæ intra prædictum annum eum pretiosiorem reddidissent. h. d. in tex. ibi dicẽdũ est. ideo quia inspicitur, quanti plurimi fuerit retro intra annum. l. 2. & l. ait lex. §. eo. ¶ No. tex. hic in verbis. sed & si seruus ibi [fraudũ particeps] &c. Probat enim, quòd quis sit interrogandus de socijs, vbicunque euidens ratio iudicem ad hoc inducat, ar. ff. de pœ. l. respiciendum. & ad exhi. l. fi. C. de fer. l. prouinciarum. &. ff. ad Sylla. l. & si certus percussor. & adde ad hoc, quod no. Cy. in l. fi. C. de accu. vbi dicit, quòd non debet quis interrogari descendẽdo nominatim ad speciem, puta, an Titius, vel Martinus fuerit: sed in genere sic.

§. Si infans sit. ¶ In infante non fit æstimatio retro ante natiuitatem. ad hoc allegatur, & quod hic dicitur in infante, posset eadem ratione dici, & in vitulo, & in alijs brutis animalibus, ad quorum æstimationem concluderetur in hac actione l. Aquiliæ. & not. tex. qui alleg. per Cy. in l. fi. C. eo. ad q. quam tetigi. §. eo. in l. ait lex, & scripsi. §. tit. 1. in l. ex hac.

Ex §. Hanc actionem.

SVMMAE.

1 *Actiones pœnales transeunt ad hæredes.*
Limita vt numero. 2. & 5.
3 *Actio fit transitoria per confessionem. & nu. 4.*

§. Hanc actionem. ¶ Actio legis Aquiliæ transit ad hæredes actiuè, non passiuè, nisi quatenus ex damno fuissent locupletiores effecti. h. d. ¶ In tex. ibi [pœnalis] hæc ratio bona, quatenus continet pœnam, vt est propter repetitionem. §. eod. l. 2. & ff. eod. l. si seruus seruum. §. 3. Item est quò ad simplum, in quo crescit pœna, vt. ff. ea. l. §. hæc actio. nõ quantùm ad verum pretium rei, quo respectu non est pœnalis, vt notatur. §. eo. d. l. item Mella. §. sed si plures. est ergo melior ratio hoc respectu; quia ex maleficio est, vt Insti. de noxali. in princ. ergo non est transitoria in hæredes regulariter. Insti. de perpe. & tempo. actio. §. non autem. & hanc rationem videtur hic sensisse
1 Odoffre. ¶ Nota, † quòd pœnales actiones transeunt ad hæredes, & hoc intellige, quando sunt tales, quæ nõ competunt ad vindictã. Nã si ad vindictã cõpetunt, non dicuntur tũc originẽ habere à re transmissibili, vel patrimoniali: sed inhærere ossibus offensi: & ideo nõ trãsmitterẽtur, nisi lite contest. l. cum emãcipati. §. emancipatus. ff. de col. bo. & vide circa hoc glo. Insti. de perpe. & tempo. act.
2 in §. non autem. ¶ Secundò nota, † quòd pœnales nõ transeunt contra hæredes, nisi quatenus ad eos peruenit, hoc autem verum intelligo, quando sunt pœnales ex vtraque parte: secus si ex parte conuenti tantùm; quia tunc bene transeunt in hæredes, vt no. Inn. & Io. And. de rap. i c. vltimo. Item hoc verum, nisi lis cum defuncto fuisset contestata. C. ne ex delic. defunc. l. 1. vbi de hoc plenè. Aduerte tamen, quia idem videtur, si defunctus fuisset cõfessus crimen in iudicio, secundùm Guil. in Specu. de accu. §. 1. ver. quid si latro. quod Bar. tenuit in vera confessione, se-
a cus in ficta, a. l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fisci. nisi in casu. l. 2. ff. de bonis eo. qui mor. sibi consci. Vnum tamen
3 nota, † quòd licèt per confessionem fiat actio transitoria, sicut per contestationem: tamen si contra delinquentem processum est per viã accusationis, qui cõfessus est illud crimen, & fortè alia plura, vt quotidie contingit in fure, qui confitetur plura se subtraxisse, talis confessio proderit solũ accusatori, facit. l. fi. cũ ibi notatis. ff. de interro. act. & non alijs, quia ad commodum illius tantùm intelligitur emanasse confessio, & sic in bonis huius confessi solum accusator regressum habebit. Secus autem si per viam inquisitionis fuit processum; nam tunc talis cõfessio commodum afferret omnibus furtum passis, ex quo est facta iudici inquirenti, qui repræsentat personam omnium: & ita sensit Io. An. in d. ver. quid si latro. in Spec. & in addi. Item quod dictum est de contestatione, videtur extendendum, secundùm Bar. ad casum, quo non fuisset lis contesta, sed processum contra contumacem ad primum decretum; nam habet vim contestationis, vt faciat accusationem transitoriam contra hæredes in actionibus ciuilibus. C. de anna. exce. l. vt perfectius. Vel saltem ad faciendum, vt possit restitutio peti, vt quia per defunctum factum est, vt lis non contestaretur. l. 1. §. ex qui. cau. ma. dixi autem de ciuilibus; quia secus in delictis publicis. Nam in illis primum decretum non habet vim contestationis, vt faciat actionem transitoriam contra hæredes. l. 1. in fi. de requi. re. & ratio; quia in illis nõ sufficit contestatio, sed requiritur sententia. l. ex iudiciorum. ff. de accu. & hoc voluit Bar. in l. 2. ff. de pri. deli. vbi
4 vide. Adde prædictis, † quòd licèt per contestationem pœnalis actio fiat transitoria in hæredem, vt dictum est: talis transitus impeditur, vbicunque appareat ex conuentione contrahentium recessum à lite. casus est not. in l. cũ mota. C. de transac. secundùm vnũ intellectum. Secundò
5 adde, † quòd vbicunque actio pœnalis cœpit esse hæreditaria, illa facit transitum in omnem hæredem: dato quòd cum defuncto nunquam fuisset lis contestata. Allegatur pro sing. §. quod me. cau. l. videamus. Item adde vltimò, quòd secundùm Canones, & in contractibus, & etiam in delictis, siue aliquid peruenerit ad hæredes, siue non, siue fuerit lis contestata cum defuncto, siue non, semper hæres tenetur insolidũ. extra de sepul. c. fin. de rap. c. in literis. 16. q. 6. c. si Episcopũ. & no. gl. 12. q. 2. in c. Episcopus, qui filios.

ADDITIO.

a ¶ Secus in ficta. Adde, quid in causa ciuili, an ficta cõfessio transeat contra hęredes, Bar. in l. manifestæ. de iureiur. in fi. vbi tenet, quòd non transeat contra hæredes, si contumax decesserit, antequam pronuncietur haberi pro confesso. istud tamẽ dictum Bar. limitat Bal. in l. 2. C. qui te. fa. pos. Et in istis fictis confessionibus non sufficit præceptum iudicis, sed requiritur sententia declaratoria. Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & in d. l. manifestæ. ff. de iureiu. Et quis dicatur fictus confessor, vide Bart. in d. l. manifestæ. circa finem.

Ex §. Si dolo.

SVMMAE.

1 *Libellus, peto te condemnari de damno dato, & damnum mihi emendari, procedit.*
2 *Probationes factæ coram iudice incompetente non probant.*

§.Si dolo. ¶ Pro seruo dolo occiso oritur Aquilia,& Cornelia, & licèt Aqlia sit actum,non præiudicatur Corneliæ.h.d.& vide hûc tex.alleg.per glo.in l.arbitrio.§.fi.s.de dolo.¶In tex.ibi [non debet.] hoc intelligo etiam lata sententia, & facta executione; quia ciuilis ad cômodum rei familiaris proponitur:vnde non impeditur postea intentari criminalis. C.quando ciui.act.præiu.cri.l.1.& l.2.§.1.vi.bo.rap.& hoc secus,si ciuilis fuisset priùs intentata ad vindictã applicandam fisco; quia tunc criminalis amplius agi non posset.l.Prætor edixit.§.1.ȷ.de iniur. ¶In glo. quæ inci. lege Cornelia.ibi [solutio] altera non intendit fur.Ratio est;quia posset in primo intentata ferri talis sentẽtia, quæ pareret exceptionem rei iudicatæ in alia,ideo non possũt hæc duo iudicia cumulari,per regulam.l. fundi.& l. fundum.ȷ.de excep.Hoc autẽ, quod dico,scilicet,quòd absolutoria in vna pariat exceptionem in alia,posset contingere,quando pronũciatum esset super facto, scilicet quia nõ fuit delictũ. C. de plagi.l.Pręses.& qa deciso in vno iudicio,si petatur in alia instantia,ob.excep. rei iudi. l. si quis cum totum. §. proinde.& §. si ancilla. de excep. rei iu.& hoc tenuit Dyn. in reg. nullus pluribus. extra de reg.iu.li.6. secus si absolutoria sit lata super iure,vt quia maleficium non probatur.l.duobus.§. quod reus.& §. si quis iurauerit.ȷ.de iureiuran.& ibi no.& no. Cy. in l. 1. C.quando ciui.act.cri.præiu.Idem dico,si sit dubium, an pronunciauerit super facto. Nam præsumitur in dubio pronunciasse;quia nõ probatum,non quia non delictum, cum de hoc non habeatur plena cognitio. l. Iulianus. de condi. inde. & l. procurator ad exhibendum. §. 1. rem ra. hab. & l. si mater. de excep. rei iu.Secus tamẽ est ĩ iuramẽto simpliciter præstito,vt patet.ȷ.de iureiur.in l. fi.Et ratio potest assignari duplex. Prima,qa iurans notitiam habet sui facti.Secunda,quia iuramẽtum habet vim solutionis, quod non habet sententia. Adde huic parti vnum notandũ, quia licèt dictum sit non admitti cumulationem ciuilis,& criminalis: tamen cum criminali potest incidẽter accumulari ciuilis ad rei restitutionem, vel
1 ad emendam damni. Vnde † procederet libellus,peto te condemnari de damno dato, & damnum mihi emendari.casus est in l.interdum.§.qui finem.ȷ.de fur. tũc enim non videtur propriè intentari ciuilis, & criminalis in eodem libello:sed videtur intentari criminalis tantùm,& implorari officium iudicis,vt incidenter faciat damnũ emẽdari secundùm formam illius.§.& l.4.§.si dicatur.ȷ. fin. regun. & ita declarat Bar.in d.§.qui furem.l.interdum.& no.quia est quotidianum.¶In ea.in fi.ibi[vt hic dicitur.] Sed tũc dubitari posset, an ꝓbationes in vno istorũ iudiciorũ factę prosint in alio. Ad quod respondo, quòd sic, quò ad solutionem eodem modo,quo prodesset absolutio.l.1.& l.Præses.C.ad le.flaui.de pla.Sed quò ad condẽnationem probationes factæ in ciuili,non prosunt in criminali;quia testib⁹,& non testimonijs,&c.l.3.§.idem Diuus Adrianus.ȷ.de testi.& hoc tenet glo.in l.si quis ad se fundũ.C.ad le.Iuli.de vi.Sed bene proderunt super circũstantijs, vel adminiculis,puta si esset facta probatio domini serui occisi.d.l.1.& l. Præses. Econtra autem factę in criminali,videntur prodesse in ciuili inter easdem personas.C.de eden.l.is apud quem.vbi de hoc.& inter alia, quibus obesset sententia, vide sm̃ Inno. doctrinam de testi.in c.causam quæ.quã Bar.refert ĩ l.2.ȷ.iudi.sol.& ĩ l.2.§.1.ȷ.vi bo.rap.vbi de hoc vide plenè per eũ.¶Not.
2 tamen, † quòd probationes factę coram iudice incompetenti,non probant, nec fidem faciunt coram competenti.l.inter.ogatam.C.de lib. cau. nisi forte esset confessio
a extraiudicialis facta coram incompetenti,ᵃ in qua tamen dixit simpliciter Cy.in l.1. de confes. in 4. q. quòd talis confessio non tenet, quod etiam ibi Bar. sequitur. Sed tu dic,quòd nocet in hoc; quia posset confitens compelli ad
3 confitendum coram iudice cõpetenti,ᵃsecundùm no. per Inno.de elec.in c.per inquisitionem.vbi de hoc vide,& vbi confitens decessisset, præiudicaret talis confessio eius hæredi,secũdũ Inn.de suc.ab inte.in c. fi.Huic adde,& aliud notabile,scilicet, quòd vbi dicitur obstare exceptionem in secundo iudicio, debet intelligi eodem accusante, qui priùs egit ciuiliter,& non alio. C.de accu.l. qui de crimine.coniuncta glo.vbi quando ex eodem facto plura resultant crimina facta absolutoria de vno crimine,idem accusatus potest iterum accusari ab alio de alio crimine non deducto:sic & si sit lata absolutoria in ciuili,vno agente, alter,qui non egit,poterit intentare criminalem,& hoc sẽsit Bar.no.in l.2.§.1.ȷ.vi bono.rap.quod not. ad limitationem,& intelligentiam prædictorum.

ADDITIO.

a ¶Coram incompetenti. Adde,an confessio facta coram incompetenti iudice, vt extraiudicialis valeat,Alexan. in cons. 13. incipien.Ex his, quæ in themate. in 2. volum. sub nume.7.

Ex §.Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Statutum,quòd contra negantem pœna duplicetur,vel augeatur in quadruplum,quomodo intelligatur.*
2 *Litis contestatio fit per negationem.*

§.Hæc actio. ¶Actio legis Aquilię intẽditur ad simplum contra confitentem:contra verò negantem ad duplum.h.d.& ad intelligentiam huius.§.cũ glo.vide,quod dixi.s.eo.in l.2. quod & hic posset repeti.Et facit iste tex.pro doctrina Inno.quã ponit de offi.dele.in c.prudentiam.in glo.quid si non,&c. vbi dicit,quòd maiorem fauorem debet habere sponte confessus, quàm conuictus, pro hoc facit. l. eum qui.& quod ibi no.ȷ.de iureiu.¶In gloss. in duplum. ibi [in §.quadruplatur,&c.]Circa hoc vnum no. quod dixit Bar.alibi ad propositum,scilicet,quòd qualitas,quę inesset ipsi maleficio(post illud perfectum cum omnibus suis qualitatibus)tunc duplicaretur cum omni sua qualitate,
1 etiam si excederet quadruplum. † Et ideo si statutum dicit, quòd contra negantem pœna duplicetur, vel augeatur in quadruplum;quia istud negare venit post maleficiũ commissum cum omni sua causa, ideo illud totum duplicatur,tanquam illud sit simplum,vt.d. §. quadruplatur. ita dicit no.Bar.in l.sanctio legũ.ȷ.de pę.¶In ea.glo. [in actio.fur.1.responso]vt no. C. eo.in l.contra negantem. Vel dic,quòd interesse singulare non duplicatur,vt ibi.Et ratio est; quia regulariter non venit in petitione: & per hoc dixit Bar.quòd si statutũ dicat, quòd nobilis puniatur pœna quadrupli eius, quo puniretur popularis, debet intelligi regulariter.Secus si in persona aliquorum tale maleficium haberet singularem pœnam. Ita sensit in d.l.sanctio legum.præall. ante finem, vbi etiam notabiliter terminauit ad propositum, ꝙ lex,vel statutum dispo nens de duplicatione pœnarum, habet locum etiam in pœnis non limitatis, sed arbitrarijs. Nam habebitur respectus ad pęnã, quæ pro tali maleficio consueuit apponi.l.hodie.ȷ.de pę.& no. in l.quid ergo.§. pęna grauior.

s.de

ff. de his qui no. infa. Et ista faciunt, si ratione diuersarum qualitatum inducta sit à statuto duplicatio pœnarũ, exẽplum, si per statutum percutiens in platea punitur pęna dupli. Item si de nocte pœna duplicatur. Item si in aliquo festo pęna duplicetur. Et percutiat quis in platea, de nocte, & in dicto festo, an ex qualibet dictarũ qualitatũ sit fienda duplicatio. quam. q. vide plenè per Bar. examinatã in d. l. sanctio legũ. ¶In ea. glo. ibi [l. electio. §. neq;] adde gl. Insti. de act. in §. itẽ mixta. Sed certè hoc nõ vide
2 tur procedere; † nam cum per negationem fiat litis contestatio. C. vt li. conte. l. 1. & l. rem non nouam. C. de iud. ergo post negationem non habet locum pœnitentia. Sed potest dici secũdùm aliquos, quòd illud regulare, quòd per negationem inducatur contestatio. Fallit, vbi per negationem noua obligatio debet induci, ar. l. si Titius. ff. de ver. obli. ita videtur respondisse Ray. Hæc tamen solutio non videtur tuta per l. obligationum ferè. §. fi. ff. de actio. & obli. & C. de contrahen. & commit. stipu. l. nuda. cum ibi no. Dic ergo, quòd hoc debet intelligi in eo, qui negauit ante litis contestationem, & non animo litem contestandi, iudice interrogãte, quod potest, vt no. in l. 1. & in l. vbicũque. ff. de interro. act. ¶In ea. ibi [l. cũ qui] dic scilicet facta ꝓbatione, scilicet p testes, vt ibi, & no. s. eo. in l. 2. vbi de hoc. ¶In ea. ibi [§. si cũ esset.] Idem et. ã contingit in relicto pio. Insti. de obli. quę ex quasi cõtra. §. fi. & de actio. §. item mixta ¶In ea. in fi. Adde, ꝙ si duplũ [ad quod propter negationem tenetur, vt hic in litera, & in similibus alleganis. s.] non potest conuentus soluere, puniri debet in corpore. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. & hoc tenet gl. Insti. de actio. in §. itẽ mixta. Et hoc potest procedere in ista pœna, quæ est irrogata à iure. Secus si sit à iudice fortè imposita; quia illa videtur propter paupertatem debere remitti. l. illicitas. §. fin. de offi. præsi. & l. fin. in fin. C. de mo. mul.

Ex §. Si quis hominem.

SVMMAE.

1 *Confessio continens impossibile, vel naturæ resistens non præiudicat.*
2 *Confessio præiudicat cõfitenti se dedisse damnum.*
3 *Confessio erronea an noceat confitenti.*
4 *Obligans se in instrumento, vt fideiussor alterius ad quid teneatur.*
5 *Obligatio naturalis oritur ex delictis sicut ex contractibus.*

§. Si quis hominem ¶In actionibus crescentibus per inficianẽ tenetur confessus, licèt ab alio dãnum datum probetur. Secus si à nemine sit datum. h. d. cum se. & prin. se. Et pro euidentia præmitte, quòd duobus modis exponuntur illa verba [actori confessoriam actionẽ] &c. vt. ff. patebit. in gl. & declarabo. ff. in litera. ¶In tex. ibi [hoc enim solùm] scilicet operatur confessio. ¶In tex. ibi [actori] sumitur propriè secũdũ primã lecturam, vel impropriè pro conuento confitente, qui videtur agere probando hominem viuum esse, secundùm aliã lect. ¶Ibi [docere] agens actione ista. ¶Ibi [eũ] cõuentũ actione, & confitentem secundum Ray. ¶Ibi [oportet] ad hoc, vt de sua confessione obligetur, nec probatio in contrariũ admittitur, secundùm Ray. in l. hoc apertiùs. ¶Ibi [recurremus] certè ad nullum, & sic debet absolui. Vel aliter expone. q. d. non video: vnde sicut in occiso est, ita
1 & in vulnerato, &c. ¶No. ergo hic, † quòd quando confessio continet impossibile, vel naturę resistens, non præiudicat. cõcordantię allegantur hic in glo. scilicet. l. confessionibus. & l. si is, qui. de interro. act. ¶Secundò no. mirabi-
2 liter, † quòd confessio præiudicat confitenti se damnũ dedisse, licèt verè appareat damnum ab alio datum, & nõ à confitente. Et hoc videtur sensisse gloss. esse speciale in actione. l. Aquiliæ. & ideo dicamus hoc procedere posse, si agatur ciuiliter. Secus si criminaliter; quia tunc probato quòd delictum sit ab alio commissum, nõ puniretur confitens, etiam si contra eum lata esset definitiua sententia. l. 1. inf. de quæstio. imò dixit no. Inno. quòd executor non debet exequi sententiã in causa criminali latam, si eam viderit iniustam, dicens quòd non consuleret, quòd eã exequatur in personam condemnati, licèt alij contradicant. arg. 13. q. 5. c. cũ minister. Ita dicit Inn. de offi. dele. ĩ c. pastoralis. in vlti. col. in glo. parua, q̃ inci. in executionibus. ¶In glo. ma. ibi [aliàs satis] &c. scilicet si alius non ꝓbet, vt dicit gl. ¶In ea. ibi [si cõfitetur] scilicet ille confitens se occidisse. ¶In ea. ibi [& ita actio] scilicet cõfessoria. ¶In ea. ibi [pro actu] s. cõfitendi ¶In ea. ibi [confessoria in seruitutibus] de qua in l. loci corpus. §. in confessoria. s. si ser. ven. Et de tali confessoria, & negatoria, quæ pro seruitutibus competit, vide per Inno. in c. Abbatem. de verb. signifi. & de consue. in c. cũ dilectus, & de ma. & obe. in c. inter. ¶In ead. ibi. [item an idem in legato] intelligo relicto alij, quàm ecclesiæ; quia in illo secus, cum crescat per inficiationem, sicut actio. l. Aquiliæ in duplum. Insti. de act. §. item mixta. & de obli. quæ ex qua. contra. in fin. ¶In ea. ibi [secũdùm Bulg. & Io.] &c. & in hac opi. videtur glo. residere, licèt non expressè approbet, & secundũ hoc posset assignari ratio diuersitatis; quia in actione. l. Aquilię multa sunt specialia contra conuentum inducta, vt patet. s. prox. ¶Aliud ergo iudicatur pro eo scilicet,
3 † quòd erronea confessio sibi non noceat, & hoc tenendo posset responderi ad istum. §. quòd non ob. quia probatio hominis viui est euidens, & notoria. Sed probatio confessionis non est adeo notoria, & euidens, vt de se patet.
4 ¶Et no. hanc glo. quæ facit, † quòd si aliquis obligat se in instrumento, vt fideiussor alterius, quòd sufficiat, vt teneatur; licèt non ostendatur obligatio principalis debiti. Et hoc intelligo, quando de obligatione principali in instrumento fideiussionis fit mentio, vt si Titius dicat, promitto tibi centum, tanquã fideiussor Petri, qui Petrus est tibi obligatus ex causa mutui; tunc. n. sufficit talis assertio inter ipsos contrahentes, ar. l. optimam. C. de contrahen. & com. stipu. & hoc tenet ibi Ia. Bu. Secus si in illo non fieret mentio de obligatione principali; quia tunc nõ præiudicaret, nisi ostenderetur obligatio principalis: & ita intelligitur quod no. glo. in l. sciendum. ff. de verb. ob. quæ est prima in glo. 1. post prin. ¶Et ex hoc terminatur & aliud, scilicet quòd petens executionem instru. conseruationis indemnitatis, non teneatur probare conuentũ se alij obligasse pro illo agente, si de illa obligatione fit mentio in dicto instrumento. ¶Item & per hanc glo. fuit obtentum de facto, quòd contra fideiussorem, qui renunciauit beneficio, &c. potest fieri executio instru. ex quo in illo fit mentio, pro quanta quantitate fideiussit, & pro quo: licèt creditor alteri non noceat de debito principali. quod est no. ¶In ea. glo. ibi [insti. de obli. ex qua. cõtractu. §. fi.] Et aduerte, quia hæc glo. ibi hoc intelligit, siue soluit errore iuris, siue facti. quod est no. ¶In ea. ibi [vt hic in confessione dicitur.] Sed contra hoc facit; quia licèt dãnum sit ab aliquo datum: si tamen non à se, hoc est contra naturalem æquitatem primò ex parte soluentis; quia error sibi non debet obesse. Secundo ex parte recipientis; quia

quia nō potest, nec debet locupletari cum aliena iactura, & quòd locupletetur, patet; quia iterum agit contra verū delinquentem. j. de interro. ac. l. qui seruum. ¶Sed potest responderi, quòd hoc sit speciale ex eo; quia tali solutioni, vel ēt ꝓmissioni (de qua. in d. l. ea quę. quę sit propter metum futurę litis) videtur tacitè inesse transactio, vt no. C. de iu. & fa. igno. in l. error. & hæc est cōmunis ratio huius, in qua etiam post multa residet Cy. in d. l. ea, quæ. licèt Pe. ibi aliter. ¶Sed attentari potest, quòd & alia sit ratio, scilicet; quia ille, qui soluit, cum sciret se posse negare, & ius negandi sibi competere, repudiat ius negandi, & ista repudiatio affert ei vtilitatem; quia amodo non trahitur ad iudicium pœnale, meritò ergo, cum agendo negaret, repellitur aliàs à negando. ¶Item contra id, quod sentit glo. s. de soluto ecclesię, &c. facit: quia si est solutum ecclesiæ ex causa legati, hic non cadit tacita transactio, quæ nō posset fieri, nō visis, & nō inspectis verbis testamēti. l. de his. s. de transac. & no. in l. fi. C. de re. cre. ergo hoc casu cessat ratio communis. s. alleg. Sed potest responderi, quòd hoc casu alia sit ratio, videlicet; quia remanet causa pietatis, quæ repetitionem impedit. l. cum is. §. si in ea opinione. j. de condi. inde. Et si dicatur, quòd ecclesia, quæ debet esse mater æquitatis, & quotidie hoc prædicat, reperietur locupletari cum aliena iactura, Cy. respondet fatendo, quòd locupletetur, sicut & in alijs multis casibus contingit no. in l. cum quis. C. de iu. & fa. igno. Bal. autem dixit, quòd illa non est iactura: sed pietatis coniectura. Dixit tamen in d. l. ea quæ. quòd nō putabat. l. illā locum habere in foro conscientiæ. Sed cōtra puto per no. in simili ꝑ glo. extra de præscrip. in c. vigilanti. vbi etiā Inno. & eo. tit. in c. fi. Qđ tū sanè intellige, nisi fortè recipiēs haberet læsam conscientiā; quia tunc clarum est, ꝙ ille teneretur satisfacere secundùm ibi no. ¶In ea. ibi [nō erat duplāda] pro hac opi. facit; quia si verū est, quòd vbi nō sit damnum datum, vel legatum ascriptum, solutum possit repeti, vt superiùs no. est, ꝙ idē debet esse in eo, quod est vltra damnum, vt idem iuris sit de parte, quò ad partem, quod est de toto quò ad totum. s. de rei ven. l. quę de tota. & hęc fuit ratio Cy. in d. l. ea, quæ. ¶In ea. ibi [non posse repeti] in hanc opi. videtur inclinasse Pet. & Cy. licèt. legē nō alleg. in d. l. ea, quę. in 4. q. vbi omnino vide, & potest dici, ꝙ non ob. iste. §. quia in casu isto damnū à nemine fuit datum: sed in q. glo. fuit, licèt non tantum, & sic superest causa, & priuilegiū ipsius actionis. ¶In glo. super ver. à quocunque. ibi [licèt sit ar. contra ex hac. l.] Sed primam opi. hic Ray. tenet, & eam tenendo respōdet ad contrarium, ꝙ lex non ob. nam hic occisor erat talis ꝑsona, quæ poterat obligari, & sic superest cōmune priuilegiū huius actionis, quod secus est in casu formato ꝑ gl. vt probat. s. eo. in l. sed & si quæcūq;. §. iniuriā. ¶In ea. ibi [est tamē naturaliter] vt ꝓbatur. j. de pecu. l. sed & si dānum. & l. non solùm. Et ex isto patet, quòd non ob. pręcedens terminatio gl. superiùs approbatæ; quia furiosus nullo modo obligatur, de quo ibi (seruus autem) de quo hic. saltem obligatur naturaliter. ¶Not. tamen ex ista gloss.
5 † quòd sicut ex contractibus, ita ex delictis dicitur oriri naturalis obligatio, simile sentit glo. in l. si tibi. §. quædā. s. de pac. & Insti. de except. §. præterea debitor. in gl. 1. Et alibi dicit, ꝙ qui delinquit, cōsentit in pœnā criminis. in l. 1. §. bestias. s. de post. pro qua videtur casus in l. Imperatores. j. de iu. fis. facit etiā tex. in Auth. de nō alie. §. quia verò Leonis. co. 2. ¶In ea. i fi. meli' dic circa hoc, vt no. j. đ interro. ac. i l. de ætate. §. pe. & fi. ¶In gl. in l. ꝓinde dic. no. & signa hanc gloss. ex qua coniuncto tex. collige differentiam inter occisum, & mortuum; nam est vtilis ad multa. Primò ad statuta de criminibus loquētia. Secūdò, quia per eam terminatur, quòd si alicui sit ascriptū legatum, cum morietur, tale legatum dicatur haberi, eo interfecto; quia verum est dicere, quòd omnis occisus sit mortuus. de quo per Guil. in l. extraneum. C. de hære. insti. vbi hoc tetigit.

ADDITIO.

2 ¶Præiudicat confitenti. Aduerte ad hoc, vt confessio pręiudicet, quid requiri debeat. vide Alexand. in cons. 19. incipien. In causa appellationis. in 4. volum. per totum consi.

Ex l. Proinde. §. Si procurator.

SVMMAE.

1 *Confessio emanans per modum voluntariæ iurisdictionis nō pręiudicat domino.*

2 *Iudicium non substantiatur in persona administratoris finito officio.*

§. Si procurator. ¶Falsa confessio procuratoris super crimine non afficit dominum absentem. h. d. ¶No. ibi [in eos] scilicet confitentes. ¶Ibi [vtilis actio] scilicet Aquilia. ¶No. ergo casum, quo per procuratorē fit executio: regulariter tamē contra. j. de re iud. l. si se. & de procu. l. Plautius. Nam licèt confessio, quæ reperitur emissa alieno nomine, non afferat domino præiudicium, vt hic: nocet tamen ipsi confitenti, quod intellige, vt statim dicam. j. super glo. & adde etiā, quod dicetur. j. in proxi. §. in fi. & quomodo hoc intelligatur, declara, vt dicam in se. glo. ¶In glo. absente ibi [non autē sit præiudicium] de hoc in l. non solùm. in prin. s. de procu. & l. certum. §. sed
1 an & ipsos. hic alleg. ¶Tu conclude, † quòd si confessio emanat per modum voluntarię iurisdictionis, nō præiudicat domino; quia talis confessio sapit quandam speciem donationis. j. de noua. l. si quis delegauerit. ergo nō præiudicat, sicut nec donatio. C. de pac. l. pactum curatoris. & de transac. l. Præses. & s. de pac. l. item magistri. Et ex isto collige, quòd confessiones talium factæ etiam in indicio, illis positionibus, quibus respondere de iure non cogebantur, in nullo domino præiudicant. Sed si confessio emanaret per modum iurisdictionis contentiosę: tunc talis confessio bene præiudicat domino, vt probatur in d. §. sed an & ipsos. l. certum. secundùm communem intellectum. Et hanc differentiam inter voluntariam, & contētiosā sequitur Cy. in l. 1. C. de confes. in 14. q. Aliàs enim si diceremus, quòd non præiudicaret, frustra tutores, curatores, procuratores, syndici ecclesiarum, & similes in iudicijs interuenirent, tāquam procuratores legitimi, & positionibus responderent. quod tamen quotidie practicatur. Fallit tamen hoc in casibus. Primò quando confessio talis administratoris fuisset erronea in iure, vel in facto; tunc enim nunquam domino nocet, si probatur ea erronea, casus est secundùm vnam lec. in d. §. sed an & ipsos. quod notabile reputo, attento, quòd confessio propria nocet confitenti, si error fuerit improbabilis; puta quia fuit interrogatus in iure, vel in facto proprio: quo casu erranti non succurritur, etiam per beneficium restitutionis, vt no. j. de confes. in l. nō fatetur. Secūdò fallit, si iudicium non substantiatur principaliter in personam administratoris.

nistratoris: sed administrator tantummodo suam auctoritatem,& consensum præbet.ar.l.1.§.sufficit.ꝭ.de admini.tu.& est casus secundùm.3.lect.in d.§.sed & an ipsos.& ibi probatur.ꝭ.de confes.Tertiò fallit, vbi administrator finito officio cõfitet; quia tũc necessariò habebit adesse, vt.C.vt cau.post pub.ad.tu.l.1.& in d.§.sed & an ipsos.
2 secundùm.4.lect.Et est ratio,† quia,finito officio,iudiciũ non substantiatur in sua persona, imò in persona domini, licet talis administrator tali causæ adesse reperiatur.

Ex §.Notandum.

SVMMAE.

1 *Aestimatio rei peremptæ quomodo probetur in crimine violentiæ.*
2 *Confessio sola an sit potens ad condemnatoriam.*
3 *Confessio non exigit telam iudicij ad sui validitatem.*
4 *Iudicis sola præsentia dat calorem confessioni,etiam si iudiciũ sit nullum.& nu.5.*
6 *Crimen incidenter deductum, vel per viam exceptionis obiectum non punitur, nec sine nouo processu.nu. 7.*
8 *Delictum idem quando teneatur quis pluries confiteri.*

§.Notandum. ¶ Inculpato confitenti crimen potest ciuiliter fieri præceptum, nec est opus definitiua: stante verò dubietate super sola damni quantitate,iudex hoc debet dirimere.h d.cum se. Vel breuius.In confes. nõ fertur sententia condemnatoria, sed declatoria æstimationis, ad hoc alle.¶ In tex. ibi [nullę partes] scilicet quantum ad examinandum, an debeat condemnari: sed inquantùm debeat condemnari. & hoc sequitur in l. se. & hoc declara, vt.ꝭ.in glo.& secundùm quod declaratur,& no. extra de re.permu.in c.cũ olim.& in c.dudũ.de elec.il 2.¶ In tex. ibi [& aduersarius] admittitur ad damnum probãdum.
1 Vnum adde notabile, † quòd licèt æstimatio rei peremptę delicto ipsius cõuenti nõ probetur per assertionẽ accusatoris:secus tamen contingit in crimine violentiæ, de quo loquitur.l.si quando. C.vnde vi.ita dixit no.Inno.in c.fi.extra,quod me.cau.vbi omnino vide, & facit contra no.in l.in actionibus.ꝭ.de in li.iur.¶ In gl.ma. ibi.[ꝭ.de
2 custo.reo.l. si confessus]. ¶† An autem sola confessio sit potens ad condemnatoriam, dato quòd processus aliàs sit inualidus, tetigit ibi aliqualiter Bar.Tu autem dic melius, & latiùs; quia aut ista confessio est facta extra iudicium,aut in iudicio.Si extra,dic,quòd ex ea,non præcedẽte processu,non potest condemnari,facit quod no. in l. capite quinto.ꝭ.de adul.& l.ictus fustium.& l.quoniam.ꝭ. de his qui no. infa. Idem dico si esset facta coram iudice,non tñ in figura iudicij: tũc.n. nõ præiudicat,sicut nec extraiudicialis,no.gl.in l.interrogata.C.de li.ca. & gl. in l.iubemus.C.de li.cau.& gl.in l. cũ scimus. in ver. confessionibus.C. de agri.& censi.li.11. vbi ẽt habetur, ꝙ vna confessio extraiudicialis probat,vt iudicialis, de quo ibi
3 per Bar.Item contra hoc videtur facere; † quia confessio ad sui validitatem non exigit telam iudicij,secundum Inno.in c.cũ dilectus.de ordi.co.de confes.in c.cum super. nu.3.de accu.in c.qualiter.il 2.in gl.ma.ver. nõ negam⁹; quia confessio ad sui validitatem potest etiam fieri ex abrupto.l.si reus paratus.ꝭ.de procu.facit extra de adul. c.significasti.& no.extra de elec.in c.dudũ.il 2.Et ẽ ratio,
4 † quia sola iudi.præsentia dat calorem confessioni,etiam si iudicium esset nullum,vt extra de testi.spo.c.Pisanis.& est casus in c.1.& 2.de accu.li.6.& in cle.constitu.ad fin. de elect.licèt.d.Bar.aliter sensit,& fortè minùs bene in l. Diuus.ff.de custo.reo. Talis tamẽ extraiudicialis confessio plures producit effectus. Primò,quia sufficit ad torturam, secundùm gloss. in d. l. capite quinto. & nõt. Abb. in cap. de hoc. num. 7. extra de simo. idem in c. quòd si graue. nu. 21. de exces. præla. ¶ Secundò,quia sufficit ad pœnam extraordinariam imponendã, vt d.l. ictus fustium.¶ Tertiò,vt possit confessus capi, & detrudi in carcerem,vt. d.l.si confessus. imò & quandoque (quod plus est) est plena probãdelicti,scilicet,quando delictum solo animo committitur,vt no.in l. Fulcinius.§. quid autem sit latitare.ꝭ. ex qui. cau. in pos. ea. ¶ Item sufficit, vt possit clericus priuari beneficio iam adepto, & prohiberi,ne ad nouum aspiret,secundùm Inno. extra de elec.in c. per inquisitionẽ.¶ Item,& quandoque sufficit respectu cõditionis,de qua potest argui,si postea aliud dicat in iudicio,secundùm doctrinam Bar. in l. eos. in fi. ꝭ.de fal. quod vltimum, an sit verum, nunc non declaro.
5 ¶ † Secundo casu principali, quando confessio est facta in iudicio,tunc attende. Aut enim arguitur inualiditas processus ex defectu personæ accusatoris, vel propter omissionem alicuius solemnitatis non seruatæ, vel propter aliquid simile. Aut quia dicatur factus coram iudice penitus incompetenti.¶ Primo casu,aut ipsa confessio de delicto principaliter emanauit,& de ꝑ se; qa de hoc quærebatur,& ex tali potest confessus condemnari,ita intelligatur,quod no.Inn.de accu. in c.qualiter,& quãdo. il 2. in glo.mag.in ver.non negamus tamen.&c. ¶ Aut cõfessio emanauit tacitè,& in consequentiam alterius delicti: & tunc ex ea non potest confesus damnari, nisi procedat processus,& validus,ita intelligatur glo.in l. si filium. C.
6 de libe cau.Et pro hac conclusione bene facit;† quia crimen incidenter deductum,vel per viam exceptionis obiectum non punitur.l.Lucius.& ibi not.ꝭ.de his qui no. infa.tangitur latiùs per Pe.& Cy.de fal.vbi per Bar.in l.2. §.si publico.ꝭ.de adul.per Inno.& Canonistas.in c.1.extra de excep. Hoc tamen videtur verum quò ad pœnam ordinariam imponendam; nam extraordinaria saltem videtur posse imponi,argu.l.nullum.C.de testi.Hoc autẽ intellige,quando quis confitetur clarè, & apertè crimen: sed vbi non confitetur,nisi in casu, quo maleficium probe
7 tur:tunc verum est,† quòd non potest sine nouo processu condemnari,exemplũ huius sume in eo, qui negat se maleficium cõmisisse: sed inquantum de eo probaretur, excipit contra accusatorem, quòd non debet audire, eò ꝙ est particeps criminis, & sic potest intelligi. d. l. si filiũ. ¶ Secundo casu,quando arguitur processus factus coram incompetenti iudice:tunc clarum est,quòd ex ista cõfessione non põt damnari, probatur extra de iud.in c. at si clerici.& ĩ l.2.C.si à non cõp.iud.& quod no.in l. Diuus. ꝭ.de custo.reo. Est enim tunc confessio nulla, siue emanauerit per modum voluntariæ,siue per modum contentiosæ iurisdictionis. Quod tamen alibi limitat Io. And. qui hoc fatetur, quando iurisdictio iudicis incompetentis nõ potest prorogari per confitentem: secus si posset prorogari,ita dicit in addit. Spe.in tit.de confes.§.sequitur.ver.5, non valet. ¶ Prodest tamen talis confessio, vt postea coram iudice competenti volens variare,& venire contra illam confessionem, etiam si fuisset extraiudicialis,nõ audiatur,nisi probet, quòd in alium casum intelligatur sua confessio. C. de non num. pen. l. generaliter. ita dicit Inn.extra,de elect.in c. per inquisitionem.vbi vide.& de suc.ab inte. in c.cũ dilectus. & de accu.ca.si constiterit.
8 ¶ Adde prædictis, † quod in casibus tenetur quis idem delictum pluries confiteri,de quo vide glos.de pœn. dist.

1. c.

2.c.quis aliquãdo super vet.denuo. ¶In ea.glo. ibi[cum reus sit confessus] vnum extra gloss. adde, quòd licèt non posset quis venire contra suam confessionem: tamen potest post sententiam latam confessionem illam reuocare,ita dicit no.Inn.de iu.iu.in c.mulieri.Itē adde,si confiteatur quis contenta in scriptura vera esse, & postea scriptura reprobetur,an sibi præiudicet talis confessio.de quo vide Inn.extra d'exce.in c.cũ venerabilis.¶In ea.gl. in fi.No.& signa glo.cui adde aliã.ӡ.de re iudi.in l.debitoribus.& C.de li.cõtest.in l.1.& 2.q.1.i c.nos i quẽquã. & de elec.in c.dudũ.il.2.in glo.sed pone.& extra de ver. sign.i c.ex parte. il 1.& de cõfes.i c.fi.¶Et ex his collige vtrùm præceptum de soluendo habeat vim simplicis præcepti, & dicatur interloquutoria quædã, an etiam defini
a tiua.a quod est vtile ad multa,& maximè ad statuta terrarum prouidentia circa appellationem,& similia.

ADDITIO.

a ¶Definitiua. Adde,an præceptum, quod fit in confessum quomodocunque, dummodo ante causæ cognitionẽ fiat, quãdo definitiuę sententię vim habeat, Alex.in cõs. 112. inci. Visis actis.in 2. vol.

L. Si seruus. ¶Vbi plura delicta,ibi est dare pluralitatem actionum. h.d. no. ¶No. quòd pro pluribus delictis plures possunt cõpetere actiones.¶In glo.ibi [l.nunquam.]Aduer te tamē,quia glo.ibi,& hic,& i l.sed si surripuerit.quæ.ӡ. allegatur,intelligit hoc verum,quando hæc plura delicta commissa sunt ex interuallo, & sic interuenerit separatio delictorum, secus si eodem impetu; quia tunc teneretur tantùm de occiso.l.illud.§.fi.ӡ.eo.Dy.autem facit differentiam ibi, an plura delicta tēdant ad vnum finalem effectum,vt plura vulnera ad vnum homicidiũ, an quodlibet delictum per se tēdat ad suum effectum,vt ibi, & hic. Tu autem aduerte subtiliùs,& dic,quòd inter istos actus quandoque reperitur vnum iudicari posse præparatoriũ alterius secundùm naturã actus postea sequuti, vt est colloquiũ, & amplexus ad libidinem.ӡ. de adul.l.quod ait, vel insultus ad percussionē. C. ad leg.Iul.de vi. l. quoniã multa.tunc non attenditur solùm actus principalis,sed finalis,vt ex illo solo actu oriatur,& ita loquitur d.l. illud. §.fin.ӡ. eo. & gloss. quæ dicit alibi insultum confundi cũ percussione. C. de accu.in l. qui de crimine. Sed si potest iudicari præparatorium alterius non secundùm naturã actus,sed secundùm accidens,& contingens:tunc si committatur ex interuallo,reperitur procedere primus actus consummatus,& separatus ab actu finali postea sequēti, ideo de vtroque agi poterit,vt.d.l. nunquam. secũdùm vnum intellectum glo. ibi, & ita poterit sumi hoc exemplũ formaliter.Sed si cõmittatur incontinēti, magis dubito.Idem tamen videtur, quando sine primo actu non poterat ita commodè secundus expediri, exemplum pone in volente corrumpere alienam ancillam;non enim poterat hoc cõmode,nisi priùs domino subtraheret eã tunc enim,& vterque actus videtur ponderari, & puniri. ӡ. de fur.l.Fullo.§.qui ancillam.& ita limitabuntur notabiliter dicta in d.l. nunquã.& in d.l.sed si surripuerit. §. allegata. in quo tamen cogita. ¶In ea.glo.in fi.& loquitur iste tex. & prædicta iura,quando vtraque actio persequitur penã pecuniariam: sed si essent plures pœnæ corporales, vna abscisiua membri, alia mortis, vel etiam omnes vltimi supplicij, an vtrique sit locus,& cui prius,dic, vt not. per Doct.l.si fugitiui & in Auth. nouo iure. C. de seruis fugitiuis.

Ex l. Si seruus communis.

SVMMAE.

1 *Exequutio pro noxa dicitur indiuidua.*
2 *Totum consequitur quis ratione partis.*

L. Si seruus communis.

¶Pro damno irrogatæ mortis à communi seruo in seruo alterius dominorum tenetur alter ex dominis,si eius volũtate sit datum,aliàs cessat noxalis: sed pro damno mortis irrogatę communi seruo, agit quilibet dominorum ad æstimationem pro parte, datio autem pro noxa fit insolidum tantùm,hoc dicit vsque. ad §. serui autem.in terminis,& in summa. ¶In tex.ibi [diuisionem non recipit]vide,quod dixi.s.tit.1.in l.1.§. si cõmune. ¶Nota casum
1 in ver. [item si seruus] † quòd licèt qualitas actionis intentatæ sit diuidua:tamen eius exequutio respectu dationis pro noxa iudicatur indiuidua, & non potest impleri, nisi cuilibet impleatur. Et sic est casus quòd aliud iudicatur de accessorio, quàm de principali; quia principale est diuisibile, accessorium verò indiuisibile. ¶Item no.
2 quod ratio indiuiduitatis facit, † quòd quis ratione partis consequatur totum, sicut & aliàs ratione indiuiduitatis, vbi si quis in parte delinquit,punitur in totum. ӡ. de aqua.quo.& æsti.l.1. §. item quæritur. & de legatis 1. l. etiam si partis. facit.C.de plus peti.l.1. Item operatur & aliud scilicet, quòd filia licèt non implens voluntatē defuncti non,priuetur quarta debita iure naturę, quod glo. tenet in Auth. hoc amplius.C.de fideicom.tamen si hæreditas cõsisteret in regno,vel alio iure indiuisibili,nec debitam iuris naturę, non retineret,vt no. Innoc. & post eum Bal. extra de voto.in c.licèt.in fi.& de testam.in c.si hæredes.quod not.

Ex §. Serui autem.

SVMMAE.

1 *Seruus si sit in fuga,quomodo teneatur eius dominus.*
2 *Abbas an teneatur pro damno dato monacis existentibus in fuga.*

§. Serui autem. ¶Ex delicto serui obligatur dominus, non ille,qui quondam possedit. Et licèt seruus sit in fuga, non impeditur, quò minus eius nomine dominus Aquilia teneatur.h.d.¶In tex. ibi[nõ tenetur] nã eius serui possessionem retinet dominus, quandiu non est ab alio apprehensus.ӡ.de solutio.l.fugitiuus.secũdùm Odof.l.1. §.per seruum.de acqui.pos.& l.3.§.si seruus. quod intellige, vt dictis legibus no. ¶No. in tertio responso,quòd nõ ob-
1 stante,† quòd seruus sit in fuga, tamen damni ab eo dati ratio habetur,vt sic dominus eius tenetur ad purgandum eius delictum:& secundùm hoc attenta paritate serui ad
2 monachum,quam facit Inno.de censi.in c.cũ olim. † erit in hoc iste tex. notabilis ad monachos fugientes de monasterijs, vt pro dãno ab eis illato teneatur Abbas, si eos tales recedentes non licentiauit. Secus si fuissent licentiati à monasterio, & recessissent; nam tunc Abbas non teneretur,licèt pro hac licentia non desierint esse monachi,sed effecti sunt subiecti ipsi diœcesano loci.

§.Huius

§.Huius legis.

¶ Nota ex ista parte nullam habendam esse considerationem super eo, quod aliàs à lege dispositum reperitur, & hodie per desuetudiné sit abrogatum. Adde, an sit licitum allegare legem correctam, vel abrogatam, quod dixi supra eod. in l. prima. Et præmitte, quòd hucusque dixit de primo capite legis Aquiliæ, hic dicit de secundo.

§.Tertio autem.

¶ Hic declarat tertium caput legis Aquiliæ, videlicet, quo casu, & quid prouideat, & hoc intendit in summa. Ex tertio capite legis Aquiliæ prouidetur contra vulnerantem, vel aliter damnum dantem in alijs rebus, quàm in hominem, vel pecus nó occidentem, contra quem si agatur Aquilia, habetur consideratio, quãti res plurimi fuit à triginta diebus prox. retro. hoc dicit. Not. ex isto capite etiam concludi non posse, nisi arguatur damnum culpa datum, quod not. pro forma libelli. Secundò nota casum, quòd procedit libellus sine certa conclusione, & hoc potest dici statutum in odium delinquentis, in cuius odium habetur ista consideratio quãti plurimi &c.

§.Si quis insulam.

¶ Quando attentatur aliquid punibile, & factum excedit attentantis voluntatem, tenetur attentans ex toto facto, non attenta eius voluntate, & proposito. hoc dicit. Et aduerte; quia loquitur hic, quando factum excedit voluntatem respectu rei, sed quando excederet respectu personæ, loquitur infra de iureiuran. l. eum qui nocentem. §. primo. & dic, vt ibi. Adde tamen notabilem casum extra de homi. in capit. is qui. lib. 6. Et no. tex. quia potest induci secundum modũ allegatum supra ad q. de eo, qui percussit mulierem prægnantem, ex qua percussione sequutus est abortiuus partus; facit enim, quòd talis percutiens etiam de illo teneatur. quam quæst. tactam vide etiam per Iac. Bu. in l. 1. C. de sica.

Ex §. Si fornicarius.

SVMMAE.

1 *Tenetur quis de culpa custodis, quem apposuit. & numero 2. & 3.*
4 *Dormiens æquiparatur furioso.*
5 *Possessor an teneatur de seruo fugitiuo.*

§.Si fornicarius

¶ Imputatur ei, qui obdormiuit, igne non extincto, vel ita ordinato, quòd nocere non posset. Et ideo huiusmodi culpæ nomine tenetur Aquilia de incendio subsequuto. hoc dicit. ¶ In text. ibi [fuerit] nam in actione locati venit dolus, & lata culpa, infra commo. l. si vt certo. §. nunc videndũ. & dic, vt ibi. ¶ Not.
1 tex. ibi [negligens in eligẽdis ministris] &c. † ex quo colligitur imputari ei, qui negligentem custodem apponit. si-
2 mile infra eadẽ. l. nostra. §. Proculus. Et sic patet, † quòd quis tenetur de culpa custodis, quem apposuit, vt hic probatur, & secundùm hoc hic probatur, quòd Potestas, Capitaneus, & similes officiales teneantur de negligentia, & culpa officialis sui, vel familiaris, cui custo-
2 diam captiui commisit, qui reperitur aufugisse. In hoc autem; quia quotidianum est, aduerte, quòd regulariter tenetur de culpa commissa in officio, ad quod eum proponit, vt hic, & l. vnica. infra fur. aduer. nau. cau. sta. & de publi. l. prima §. familiæ. secus si delinquat
3 extra id, quod proponitur; † quia dominus non tenetur, vt dict. §. familiæ. & supra nau. cau. sta. l. & ita de facto. §. eodem modo. Adde tamen, quòd agens contra officialem pro delicto familiæ, tenetur duo probare, vnum scilicet, quod sit de familia, quod probabit per scripturam, in qua scribuntur omnes officiales, & familiares; quæ si non appareat, probabitur, probato quòd seruiebat, vt alij de curia. l. finali. in principio. C. de præpo. sac. cub. lib. duodecimo. Item debet probare, quòd sit tali officio præpositus, quod probat eo ipso, quòd tale officium exercebat, domino sciente. l. prima. §. magistrum. il secondo. infra de exercito. Hoc tamen videtur verum in officialibus, qui non habent iurisdictionem in iudicando, aliàs tenerentur pro omnibus, quos secum ducunt, etiam si non sint præpositi alicui officio; patet in vxoribus. l. obseruare. §. nemo. de offi. procon. & lega. Et aduerte; quia hic etiam videtur restringendum, quando delinquunt respectu offi. vt in Authen. de iudi. §. vt auté. coll. 6. Secus si extra officium delinquunt, & ideo si beruarius Potestatis committat homicidium non contemplatione officij, non tenetur pro eo Potestas, vt notat gloss. extra de restitut. spolia. in cap. cum ad sedem. per quam Dyn. notabiliter determinauit, quod licèt ex forma statuti disponatur, quòd Potestas pro sua familia teneatur, si familia Potestatis vulnerat aliquem, Potestas ad pœnam nõ tenebitur, si criminaliter agatur. Nam tale statutum debet intelligi, si ciuiliter agatur, non si criminaliter per illam singularem glo. De iure autem cõmuni non tenetur pro tali delicto, nec ciuiliter, nec criminaliter. quod patet quia si teneretur, non posset esse iudex de crimine tali, cuius contrarium nó. in l. senatus. ff. de of. præsi. & inf. de pœnis. i l. si quis forte. §. si quos comitum. & ad istam materiam adde notata in l. 1. §. fi. ff. de publica. ¶ Secundò no. hic ad finẽ, quod nunquã parcitur vitio naturali, quando culpa præcedit, & per hoc tollitur contrarium de § vitium. l. fluminum. ff. de dam. infe. hic allega. in glo. & secundùm hoc allegatur iste tex. ad q. de eo, qui reperitur occidisse alium dormiendo; quia nihilominus tenetur. l. Diuus. ff. de offi. præsi. & ibi per Guil. & Dy. & ibi Dy. allegat hunc tex. In contrarium facit; quia natura &c. l. fluminum. §. vitium. de damn. in-
4 fecto. Itẽ † quia dormiẽs æquiparatur furioso. de acquir. pos. l. 1. in prin. furiosus autem non tenetur, vt d. l. Diuus. & ff. eo. l. sed & si quẽcunque. §. iniuriam. & vide quæ ibi dixi. Conclude ergo, quod si dormiens habeat notitiam moris sui; quia forte aliàs pluries istud euenerat ei: tunc sit verum dicere, quod teneat; nam est in culpa, quod secũ dormientem non certiorauit, vel arma non amouit, vel circa similia non præuidit, ex quibus hic poterat euitari. hoc probatur in simili ff. eo. in l. si putator. tenebitur ergo de casu; quia culpa præcessit, vt hic. & ff. commo. l. si vt certo. §. in terdũ. Secus si non posset ei hæc culpa imputari, vt quia forte aliàs ei hoc non contigerat. Sed casu hoc contigit; nam tunc excusaretur, & ita intelligantur allegata supra
5 pro ista parte. † Similis distinctio fit in seruo fugitiuo, an possessor de eo teneatur; quia distinguitur, consueuerit fugere, an non, supra de rei vendi. l. si a bonæ fidei. & l. sequenti. Eo autem casu, quo dixi talem occidentem teneri,

ri,posset dubitari, qua pena posset affici. Tu ergo dic, quòd si nō est in dolo,vt Cornelia requirit,vt l.in lege.in fra de sica. mitiùs debebit agi cum eo. Vnde poterit à loco relegari,ar.infra de pœn.l. respiciendum. §. delinquunt.& infra de re mili.l.omne delictum. §. per vinum. Et hoc in effectu videtur scripsisse Guil. in dict.l. Diuus. de offi.præsi. ¶In gl.fornicarius,ibi[à lupanario.] Sed certè iste vocatur fornicator,nō fornicarius,vt patet in l. continetur,de fun.instruc. ¶In gloss. vel ignem ibi [l. si venditor.]Adde,quod dicam infra eodem in l.si quis fumo. ¶In ead.ibi.[§.sed,& si quid]ex præcedentibus patet solutio;quia regulariter vitio naturali parcitur,vt ibi, fallit si, culpa præcedit, & hoc sentit glossa s. dixi etiam super tex.

ADDITIO.

a ¶Cui custodiam. Aduerte, quid de ipsis custodibus,num quid teneantur de damno dato, & quando veniant excusandi, vide Alexan.in consil.112.incipien.In causa, & lite.in 4.volu.

Ex §.Si furnum.

SVMMAE.

1 *Actio Aquilia, vel in factum non competit, vbi damnum non est datum, sed dari speratur. Fallit vt nu.2.& 3.*

§.Si furnum. ¶Contra vicinum,ex cuius furni vicinitate in vicinum parietem est datum damnum, datur mihi in factū; pro damno verò, quod timetur inferri pro futuro, sufficit de damno infecto cauere.hoc dicit. ¶Nota,† quòd Aquilia, vel in factum non competit, vbi non est datum damnum, sed dari speratur. Et ideo lex dicit sufficere remedium cautionis, per quam futuro damno prouidetur. ¶In glos.cautionem ibi [vel ibi tantùm culpa furnarij.] Et est ratio diuersitatis pro hac solutione; quia quando est culpa furnarij tantū: tunc datur directa Aquilia ex tertio capite.supra eodem l. nostra. §. tertio capite. & illa ordinaria excludit cautionem damni infecti, quæ extraordinaria est. Sed quando est culpa furni: tunc cadit in vtilem actionem leg. Aquilię, quæ cautionem damni infecti non excludit, & ita loquitur hic, & hanc solutionem sic declaratam sequitur Bartol. in contrario. Propter varietatem tamen iurium in illa materia sic conclude, si damnum datur vitio rei, idest operis soli, stipulatio damni infecti committitur, vt eadem.l.fluminum. §.adiicitur.ver.sed vt ne. † Fallit si vitium sit naturale, vt ibi in §.vitium. ¶Secundò fallit, si est accidentale,cui occurri non potest,dict.l.fluminum. §.hæc stipulatio.& §. sequen.& §. Cassius. ¶Tertiò fallit,si occurri potest, sed illa culpa potest purgari per remedium ordinarium.eodem titulo.l.damni. §. ei cuius. & §.sequen. ¶Quartò fallit,si opus factum est ab eo, quem promissor prohibere non potest, vt ea. l. fluminum. §.quanquā.¶Si datur culpa promissoris: tunc regulariter in stipulatione damni infecti non venit, vt dict. §.præterea.hic allegato pro contrario.Fallit, si illā culpa habet admixtum secum vitium rei, vel operis, ita potest intelligi iste. §. Secundò fallit, quando sola culpa promissoris interueniat: tamen illa non potest purgari act.leg.Aquiliæ,nec alio remedio ordinario æqualiter prouidente.l.si fistulæ.supra de seruitu. vrbanor.prædio. Licèt ibi gloss. videatur malè dicere, dum dicit acti. in factum vno casu competere, alio cautionem damni infecti,probatur in l.si quando.§.finali.supra si serui. ven. Exemplum pone in ponente sterquilinium in suum, per cuius humores paries vicini madescit, & corrumpitur. Sed si damnum datur facto hominis licito non culpabili, non committitur hæc stipulatio. Fallit,si pro illo facto sit sponte cautio præstita,vt dict.l.fluminum. §.final. Secundò,quando illud factum licitè fieret animo nocēdi.l.prima. §. denique. infra de aqua pluuia arcen.

3 † Sed si non datur damnum, sed lucrum perditur, pro tali lucro perdito non committitur hæc cautio damni infecti, si lucrum percipiatur ex priuato: secus si ex publico, vt probatur eodem titu.l.Proculus. nisi id lucrum perderetur ex eo, quòd aliquid fieret contra debitam seruitutem,vt eodem titulo.l.Trebatius. Vel nisi pro illo lucro fuisset sponte cautum,vt dict.l. fluminum. §. fina. & d.l. Proculus.

§. Proculus ait. ¶ Colonus, vel inquilinus tenetur ex facto serui sui cum facultate tamen dandi pro noxa,quod beneficium amittitur, si in culpa depræhenditur, quia opera malorum vtatur.hoc dicit. vel notabiliùs. licèt ex uno facto oriantur plures actiones, non tamen fit, nisi vna condemnatio, & à facultate dandi pro noxa, excluditur quis ratione culpæ latæ, non leuissimę.hoc dicit. ¶ Nota text. ibi [sed hoc] quòd appellatio culpæ non videtur uerificari in leuissima, sed solùm in lata. ¶ Secundò nota, quòd sicut ratione scientiæ dominus perdit ipse facultatem dandi pro noxa, ut infra commo.l.pe.& de pign. acti.l. si seruus.cum concordantijs, ibi, ita & si in eo deprehendatur lata culpa,ut hic. ¶Tertiò nota,quomodo dominus tenetur pro facto familiaris sui. Circa quod omnino uide quod dixi s.ead.l.§. si fornicarius.

Ex §.Inquit lex.

SVMMAE.

1 *Pœna prodita nominatim contra corrumpentem, extenditur ad offendentem.*

2 *Clausula generalis en refertur ad specificata.nu.3.& 4.*

5 *Testator si legat ordini fratrum prædicatorum ad pias causas, si postea iussit distribui bona inter pauperes ad sensum prioris prædicatorum, an prior posset illa bona distribuere in suo conuentu.*

§.Inquit lex. ¶ Hic incipit exponere uerba huius terij capitis, de quo supra.§.tertio autem capite.& hoc intendit. Corrumpens alterius segetem seminando folium, aut auenam, uel aliquid simile, tenetur domino, & colono, sicut is, qui alienum uinum effudit, uel acetosum facit, uel alio modo uitiauit, & clausula generalis adijcitur, ut omnia complectatur. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [acetum fecit] & qualiter hoc fiat, vide gloss. in l. in venditionibus. infra de contrahenda em. ptione.

¶ Ibi

1 ¶Ibi[continetur.] ¶Nota hunc text. qui facit,† quòd pœna prodita nominatim contra corrumpentem, extendatur etiam ad offendentē. ¶Item not. in ver.[cū eo planè]contra immittentes cype,vel quid simile in vinum alterius,propter quod vinum destruatur. ¶In gl. super verbo nouum. ¶Ibi[doli clausula.]So. vt ibi.s.quòd hic clausula generalis fiebat pro expressis tantùm,ibi pro alijs,dicitur autem opponi tantùm pro expressis, quando hoc exprimitur, vt hic, vel quando omnes species sunt specificatæ, ita quòd aliæ non supersunt. ¶Aliqui tamen dicunt, quòd concordant; nam comprehendit omnia,vt hic scilicet non specificata, vt ibi. Vel dic secundū
2 Iacob.de Ra. † quòd generalis clausula non refertur ad specificata,vt d.l.doli.quando sic relata, esset superflua, ar.illius.l.& eo.titu.in l.qui bis. Secus si non esset superflua,vt hic,& l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosanc.eccles.ita refert Cyn.in l.non dubium.in vlt.q.C. de legi. vbi vide,& de hac materia per Dy.extra de reg.iur.in c.generi per
3 speciem.lib.6.Aduerte tamen;quia quod† dicitur,quòd
a generalis clausula non refertur ad specificata,ª vt d.l.doli.est verum,quando in eadem scriptura proferretur. Secus si in diuersis secundùm Bar.in l. 1. §. 1. de ope.noui nuncia. Et ideo si per vnum statutum pro vno maleficio imponitur certa, & determinata pœna, & in alio generali imponitur alia pœna pro omnibus maleficijs,in quibus primum maleficium potest includi,vnum non derogat alteri.Poterit ergo iudex imponere quam pœnam volet, quasi illa generalitas veniat addendo. l. qui sepulchra.C.de sepul.vio.& ibi per Cy. & in d.l.1.§.1. de oper.no.nun.& de accu.l.senatus.& de pę.l.sanctio legum, vbi pleniùs per Bar.& in l.1.vi bo.rap. Circa quod vide
4 quod scripsi.s.e.i l.1.¶Aduerte item, † quòd generalis clausula,quandoque comprehendit, vel refertur ad specificata correctiuè,non additiuè, vel corroboratiuè,vt cū ob eandem causam,& in diuersis scripturis vtrūque profertur.l.libertis quos.in princ.ff. de alimen. lega. Secus si in eadem scriptura.Ita loquitur.eod.titulo. l. alimenta. §.Basilicę.Et iste est verus intellectus illarum legum,quę videntur ad inuicem aduersari, secundùm Dy. & Iacob. de Are.& hæc sunt notanda ad plura. Primò ad quæstionem de eo, qui legauit cuilibet fratrum Prædicatorum 10.ducatos, & priori bibliam, an etiam ad legatum de 10. Prior possit admitti,de qua vide per Cyn. in l. cum quidam.ad fi.C.de legatis. Item faciunt ad aliam.q.sci-
5 licet, † quòd si testator legauit ordini fratrum Prædicatorum ad pias causas, & postea iussit bona distribui inter pauperes ad sensum Prioris Prædicatorū, quòd Prior non possit illa bona distribuere in suo conuentu: tamen hoc puto verum, si testator fecit in diuersis dispositionibus, quasi videatur ademisse legatum primum factum Prædicatoribus,vt d.l.libertis quos.& eodem titulo. l. Stichus.& d.§.Basilicæ. ¶Item etiam puto, & si in eadem dispositione per l.pecuniæ sortem. & l. Titia.§.qui Marco.de annu.leg. Nec ob. dict.l.Stichus. quia ibi primum legatum erat ob causam certam, & determinatam, & ex eadem causa fiebat secundum generale. Vnde quia per secundum satisfit primæ causæ, non reuocatur primum,quod est in casu proposito,quod satis ponderādum videtur,cogita tamen.

ADDITIO.

a ¶Ad specificata. Adde ad hanc materiam,nunquid clausula generalis,salua ratione recti sermonis ad specificata tantùm referri valeat,Alexand.in consi.153.inci.Viso,ac vt oportet considerato in 2.vol.nu.15.

Ex §.Rupisse.

SVMMAE.

1 *Vulnus quid dicatur.*
2 *Punitur dans opem, non solùm immediatè, sed etiam mediatè.*
3 *Conducentes equos ad vecturam, si imponunt eis pondus nimium,vel valisiam, quam commodè ferre non possunt,tenentur domino,si per hoc equus in aliquo sit deterioratus.*

§.Rupisse. ¶Prosequitur expositionem verbi,ruperit.& circa illud mouet dubia, & hoc intendit. Contra vulnerantem, vel cedentem pugnis, vel quocunque instrumento competit Aquilia,si seruus deterior factus est, & etiam ad expensas factas in curatione.Sed si non est factus deterior,non competeret Aquilia: sed iniuriarum,& scindens, vel inquinans alterius vestimenta, vel alterius blada in flumine effundens, vel arenam immiscens frumento,vel excutiens pecuniam de manibus, cuius nulla est redemptio, hac lege tenetur. Secus si excusserit, vt ad alium perueniret; quia tunc in factum, & furti agitur. hoc dicit,& allegatur iste tex.per Bartol.in l.si gemina. infra arbo.fur.
1 cæs. ¶In text.ibi[vt scinderet.] Nota, † quod vulnus est cutis scissio, vel etiam tumefactio, vel inflatio, quod est vtile ad statuta. ¶Ibi[Aquilia cessat.] Nota hic singulariter in Aquilia ponderari damnum in qualitate extrinseca, vel etiam in expensis factis in re offensa. Et hic colligo,quomodo differt ab actione iniuriarum, in qua damnum non ponderatur, & sic non est necesse illud probari; quia ordinatur illa ad vindictam. ¶In textu ibi[sciderit, vel inquinauerit.] & sic pondera, quòd ista non differunt,quò ad hanc acti.in qua concluditur,quanti ea res fuerit,supra e. l.tertio autem capite. Et no.hic casum contra scindentem vestem in scholis so-
2 cio.¶Ibi[quasi ope, consilioque.] † Nota ergo hic puniri dantem opem non solùm immediatè: sed etiam mediatè,quod est utile ad notata eo.l. is qui opem. & in l.in furti.§.opem.ff.de furtis. ¶Adde tamen, quòd differentia est inter socium, consiliarium, fautorem, defensantes, & similes. Vide de hoc plenam gl. Io. And.in cle.j. de pœn.¶Not.tex.in ver.[si quis vestimenta.]Est enim vtile ad plura contingentia,maximè in verbo,inquinauerit,& est vtile ad id, quod dubitari solet, vtrùm si alicui vestis scindatur, dicatur affici iniuria personali, & Bart. dixit (quòd non) in l.prima. §. hoc autem edictum.ff.de ope.noui nuncia.& in l.locatio.§. quòd illicitè.de publica. Et pro hoc videtur esse casus in l. sed est quæstionis. infra de iniur. Circa quod vide,quod nota. extra de senten.excomun. in cap.nuper. Adde etiam notabilem glos. 16.q.quarta. in c.si quis suadente Diabolo. quæ dicit, si ingerat quis manum, vel pedem in clericum, vel si sputat, vel perfundat cum aqua,vel si rumpat ei vestimenta, incurrit ipso iure in sententiam excommunicationis, de qua ibi per tex.quia violētia fit personæ, & quæ religiosis rebus accedunt,religiosa sunt.s.de rei ven.l. quæ religiosis. ¶Item nota casum in §. si mulier.contra aliquid attentantem, per quod sequatur partus abortus; pondera hanc literam, quæ non distinguit, an iam esse-

homo,& sic essent lapsi quadraginta dies à die conceptionis,vel non,& eodem modo videtur intelligi.l.si mulierē. ʒ.de sicariis.glo tamen videtur in hoc distinguere in l.Diuus.ʒ.de extraor.cri.sic & iure canonico,quo ad pœnā irregularitatis distinguitur;illa enim non contrahitur, nisi interficiatur homo iā natus,extra,de homici.c.sicut ex literarū.facit.32.q.2.c.qđ vero.& c.Moyses. & vide circa hoc glo.in d.c.sicut.& eo.tit.in c.si aliquis.¶Itē not.tex.
3 in §.& si nullum. † nam facit contra conducentes equos ad vecturā,qui postea imponunt eis pondus,vel valisiam, quam commodè ferre non possunt,vt si per hoc equus in aliquo sit deterioratus,domino teneantur.

Ex §.Si oliuam.

SVMMAE.

1 *Impendens in recolligendis fructibus rei ab altero possessa, videtur impensam donare.*
2 *Furtum,& damnum quomodo differant.*
3 *Colligens fructus maturos facit id,quod est de genere permissorum.*
4 *Pœna prodita in oliua,vel vuis,potest extendi ad syluas, perticas, & similia.*

§. Si oliuam. ¶Colligens alienos fructus immaturos,tenetur Aqlia. secus si maturos, quo casu impensas donasse videtur. Si tamen maturos exportat,tenetur furti, & vbi ex delicto res pretiosior efficitur, cessat Aquilia: licèt agi posset iniuriarum,vel aliis actionibus.hoc dicit. ¶In tex. ibi [si oliuam] quæ appellatur fructus industrialis.l.si eius š.de rei vēd.cōiūctā.l.fructus.ʒ.de vsur. ¶In tex.ibi [fecerit] scilicet in hoc,quod eū fecit ꝑpetuò castū secūdùm Odof. ¶No.tex.in secūdo responso,qui semper allegat ad hoc,
1 † quòd impendens in recolligendis fructibus rei ab altero possessæ,videtur impēsam donare.& est vtile; quia quotidie occurrit,quando possessor vadit,& exportat fructus alterius rei:vnde habet locū qđ hic statuitur, circa quod vide,& adde quod not.ʒ.de cond. indeb.in l.q. exceptio-
2 nem.§.si pars.& quod ʒ.dicam super glo. † Secundò no. hic colligi apertam differentiam inter furtum, & damnū; nam damnum dicitur causari cum corruptione, & damnificatione rei; furtum verò cum amotione. Et hoc est vtile ad statuta prouidentia circa damna data. ¶ Tertiò
3 hic videtur probari,†quòd colligens fructus maturos facit id,quod est de genere permissorum : secus si immaturos.quod facit ad id,quod notabiliter dicit glo.de fabro, vel operario, & hoc est vtile ad statuta prouidentia circa
4 damna data in l.in rem.§.tignum.š. de rei vend.¶†Quartò videtur facere ista litera, quòd pœna prodita in oliua, vel vuis per identitatem rationis extendi possit etiam ad syluas,perticas,& similia, quasi hæc videretur extensio legis,& non hominis:& sic passiua,quę etiā in statutis locum habet, secundùm notata in l. si quis seruo. C. de furt. ¶ In glo. j. in fin. Nota, & signa hanc glo. & in hoc vltimo dicto facit ad quæstionem,quam scripsi supra tit.j.ī l.ex hac.quæ refertur per Cyn. in l.si.C. de eo,& c. q̄ est de dāno dato in frumento herboso, & viridi.¶In gl. 2.ibi [§. sed & si quis] vbi est casus not. quòd non obst. quòd arguatur dolus impedētis: tamen aduersarius non debet per hoc locupletari, ideo conuenitur quatenus est factus locupletior.¶In ea.gl.ibi sol.ibi [animo lucrādi.] Ex hac solutione not.intellectum ad hanc literam. ¶In ea.glo. ibi [scio.] Et ratio diuersitatis; quia primo casu dominus voluit obligari.¶Secundò not.in ea.ibi [secundùm Ioan.] quòd plura consequimur retinendo, quàm non consequimur agendo. & in hoc est vtile, quòd reperiatur quem posse retentione vti, ad hoc facit.l.si in area. infra de condic.indeb. ¶In eadem glo.in fin.collige ergo prædicta omnia, & dic,quòd si impendat quis in alieno mala fide animo dandi damnum : tunc pro tali impensa nullum habet remedium; quia videtur donare, casus est hic not. secundùm primam solutionem supra positam ad primum contrarium. Sed si impendit animo lucrandi: tunc si nomine domini, repetit,quatenus est locupletior, casus est in dicto §. sed & si quis, secundùm aliam solutionem. Si suo nomine impendit,tunc aut circa rem, aut circa factum. Primo casu,tunc si in reficiendo,consulitur sibi officio iudicis in retinendo tantùm.ʒ. de condi. indeb.l.si in area.Si in faciendo,est omni remedio destitutus; quia videt̄ donare propter malam fidem.C.de rei vēdi.l.domum.& dic,vt ibi pleniùs.š. de rei vend. l. in fundo. vbi vide glo. magnā. Si circa fructum : tunc non habet ius agendi, vt hic, secundùm aliam solutionem : sed ius retinendi sic, vt d.l.in fundo.& l.fructus. Ex his collige bonam doctrinam in hoc are. ¶In gl. in quadruplum in fin. Adde circa hoc quod dixi supra eodē in l.in de Neratius. §. si dolo.

Ex §.Si calicem.

SVMMAE.

1 *Periculum potest quis in se suscipere.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*

§.Si calicem. ¶Damnum contingens imperitia magistri in re, quam laborandam assumit,est culpabile, non contingens vitio ipsius rei. hoc dicit,vel sic. Conuentio facit cessare actionem. leg.Aquiliæ,sicut actionem ex contractu.hoc dicit. Nota ibi [tenebitur] quia culpa est, & c.j.de reg.iur.'l.culpa.¶Ibi [& Aquiliæ]quia cōtractus ex conuentione legē
1 accipiunt.l.j. §. si conuenerit.ʒ.depoſi. Et ex hoc no. † ꝙ quis potest in se suscipere periculum.Nota ex isto verbo, tollit,quod allegatur per gl.in l.qui Romæ.§.Flauius. ff. de verb.oblig.coniuncta hic expositione glo.Secundò nota bonum consilium pro operantibus in diuersis ministeriis, vt licèt aliàs sint de periculo obligati ex natura contractus: possunt tñ ab illo se eximere; quia expressa cōuētione &c.. Nec obst.huic tex.l.Pōponius ait.ʒ. de pac. dota.vbi glo.opponit de isto tex.qa solu.vt ibi.¶Nota in
2 glo.fin.ibi [quandoq; impropriè] quasi dicat,†quòd nō impropriè; quia priuatio præsupponit habitum, vt l. decem. de verborum obligat. & š. de iust. & iure. l. manumissiones. Vnde dicitur,ꝙ cōuentus ad decem,si alleget pactum de non petendo, videtur confessus debitum, nisi probet pactum, de quo tangitur per Bart. in d. l.decem. Circa quod vide glo. C. de excep. ī l.si quid. & quod ibi not. Cyn. & Iacob. Butrig. Adde etiam hic quod not.in simili in l.si pro ea. in vltima quæst.C.mandati.

§.Si cum maritus. ¶Etiam inter virum & vxorem pōt intentari actio.leg.Aquiliæ. hoc dicit. ¶Et est casus vtilis, & quotidianus ad damna,quæ quotidie vxores inferunt in rebus maritorum, de quo est etiam casus in l. penult. infra eodem.

§.Si

§.Si quis ædificij. ¶ Contra frangentem hostia, & diruẽtem ædificia datur damnũ passo actio legis Aquiliæ. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [aquęductum] quem habebam in fundo vicino causa aquæducendæ. ¶ Ibi [sunt] vt s. de rei ven. l. in rem. §. pe. & fi. ¶ Nota hic contra eos, qui tempore guerrarum vadunt per comitatum, & rumpunt fenestras, hostia, vel muros, vt ingrediantur domos inhabitatas timore guerræ, vel fortè vt exportent, si quid ibi inuenerint. Nam ciuiliter tenentur, secundùm quod hic statuitur. ¶ In tex. ibi [lapsi fuerunt] quia imperitia culpæ adnumeratur. s. eo. l. qua acti. in fi. & l. idem iure. secũdùm Odof. ¶ Et istum tex. no. contra rusticos malè onerantes ligna, & contra portantes lapides pro calce coquenda; quia si malè ordinent, & lignum, vel lapis cadens det damnum, tenebuntur Aquilia, vt hic.

§.Si quis seruum. ¶ Contra locantem seruum imperitum pro perito, sequuto damno agitur ex cõducto, & Aquilia, nisi damnum fuisset sequutum facto tertij; quia tunc contra eum tantùm agitur. hoc dicit. ¶ Nota ex isto textu, quòd non debet quis facere se, vel alium peritum eius, de quo est simplex, vel ignarus. Et facit contra locãtes iudices, vel alios officiales cum Potestatibus, asserentes illos esse multùm sufficientes ad id regendum, quod asserere videretur eo ipso, quòd ad id requisiti offerunt, vt dicit hic notabiliter glo. est enim quid eis imputetur, si postea contrarium inuenitur. ¶ Adde tamen circa istud de imperitia, quod dixi. s. eo. in l. qua acti. § fi. cum l. seq. ¶ Item not. in ver. [si rectori] contra magistros vasorum, qui conducuntur, vt prouideant, ne vinum effundatur. Nam si taliter prouideant, vt sequatur effusio, obligantur, vt hic.

Ex l. Qui foueas.

SVMMAE.

1 *Denunciatio non requiritur, ubi adest scientia.*
2 *Culpa eius, qui potuit euitare periculum, præponderatur.*

L.Qui foueas. ¶ Non debet quis facere foueas, etiam ad finẽ capiendorum animalium, & per locum insolitum, per quem iter habetur, & vbi homines conuersantur, aliàs pro damno sequuto tenetur vtili Aquilia, vel in factum: imputatur tamen scienti, vel sibi prouideri valenti. hoc dicit. ¶ Et quòd primò dicitur in fouea, extenditur etiam ad ponentes laqueos, vt in l. seq. in prin. hoc dicit vsque ad §. protectum. ¶ Nota bonam considerationem huius l. quæ licèt exemplum ponat in fouea, vel in laqueo: tamen extendi potest ad alia similia constructa, ex quibus damnum causari potest. ¶ Nota ibi [neque sciuerit] &c.
1 Nam videtur probare, † quòd vbi adest scientia. non requiratur denunciatio, & sic faceret ad no. per glo. in l. emptor. C. de euic. & ibi Cy. & per Dyn. in regula. eum qui certus. de reg. iur. lib. 6. Bar. autem conclusit, quòd in sciente non requiratur alia denunciatio, quando fit solũ, vt sciatur, quod est de præsenti. l. item veniunt. §. petitam. supra de peti. hære. Secus si fiat, vbi aliquid de nouo fiat, ita vide Bar. in l. denunciasse. in princip. infra ad l. Iuli. de
2 adulte. ¶ Nota, † quod licèt arguatur culpa facientis foueam, vel laqueum: tamen præponderatur culpa eius qui potest euitare periculum secundùm Bar.

Ex l. Quemadmodũ. §. Si protectum.

SVMMAE.

1 *Vim vi quando liceat repellere. & nu. 2.*
3 *Commodum possessionis quid sit.*
4 *Prætoris aditio quando sit necessaria.*

§. Si protectum. ¶ Immissum alienũ tignum, quod supra meam domum nullo iure protenditur, non licet mihi intercidere propria auctoritate, nisi immisisset in proprio à me possesso; quia tunc mihi possessori licitum est propria auctoritate tale immissum incidere. hoc dicit. §. not. & facit infra quod vi aut clam. l. si uitem. §. si ad ianuam. & quod ibi no. ¶ In tex. ibi [protectum] cuius caput incipiebat in meo, nec tangit solum tuũ. ¶ Ibi [aliud est] huiusque quando pręcidens non posidebat, hic verò quando posidebat. ¶ Ibi [fecit] & ab illo possesso, ita intelligitur iste tex. ĵ. de ope. no. nun. in l. de pupillo. §. meminisse.
1 Et ex hoc no. † quòd licet vim vi repellere, etiam ex interuallo, quando in meo fit vis, ita quòd meum attingat. ¶ Nota, quòd non est licitum trabes retinere, vel simile quid, quod protenditur supra domum vicini, nisi fortè hoc liceret iure seruitutis. Aduerte, quòd licèt non sit licitum tenere: non tamen permittitur illud amouere propria auctoritate ei, qui non est in eius possessione. ¶ Circa hoc tñ dic, aut quis facit aliquid in proprio, quod non immittitur in alieno, vel super alieno non pendet: & tunc licitum est ei hoc facere, infra de dam. infe. l. Proculus. dato quòd alicui noceret. C. de serui. l. altiùs. Aut quod quis facit in proprio, immittitur, vel pendet super alieno: tunc si quidem pendet super alieno, sed non tangit alienum, dic, quòd si est arbor, habet locum interdic. de arbo. ceden. Si verò est tignum, vel quid aliud: tunc negatoria, vt hic: non tamen est licitum auctoritate propria illud euellere, vel id præcidere, vt hic. ¶ Sed si id, quod quis facit in proprio, immittit in alium: tunc aut immittitur opere artificiali, & ille, in cuius rem immittitur, potest tollere propria auctoritate, vt hic in secundo responso. Aut non opere artificiali, sed naturæ: & tunc non licet tollere propria auctoritate, ita intelligitur l. prima. & quod ibi not. C. de
2 interdi. & nota bonam distinctionem. ¶ † Ita not. remedium proditum ei, qui turbatur in libertate suarum rerum, vel libero vsu earum. Nam contra omnem volentem vti aliquo iure, vel facto sibi non competenti, per quod eum turbet, potest intentare negatoriam. quod notabile reputo, attento maximè, quòd pro vi turbatiua dicitur non esse proditum aliquod iudicium criminale, nisi iniuriarum, ita sentit notabiliter gloss. in l. cum filius. §. primo. de verb. obl. et est casus in l. iniuriarum. §. si quis me. ĵ. de iniurijs. facit qd no. gl. i l. de pupil. §. meminisse. & l. 1. §. hoc aũt interdictũ. ĵ. de ope. no. nunc. & l. si duo. in prin. ĵ. vti pos. & l. quibus diebus. in prin. ĵ. de condi. &
3 demon. † Item not. hoc mirabile commodum possessionis; nam tribuit posidenti facultatem resistendi propria auctoritate. quod non habet; si non esset in possessione.

Et hoc est vtile propter id, quod dicitur, quòd vbi licet aliquid facere propria auctoritate, potest iudicis officiũ implorari, vt in tali facto defendat facientem ad futura. Casus est singularis secundùm Iacob. de Are. in l. si seruus. C. quòd cum eo. facit, quod in simili not. gloss. ĵ. de fideiuss. i l. si contendat. & de libe. le. i l. Aurelius. §. centũ. Ad vnum tamen aduerte; quia quod hic dicitur posside ntem posse resistere propria auctoritate, debet intelligi, si in solidum rem possideat. Secus si cum alio possideat communiter; quia tunc non potest propria auctoritate destruere, sed debet ad negatoriam recurrere. ʒ. de ser. vr. præd. l. sed si inter me. facit. ĵ. communi diuid. l. Sabinus. & quod ibi no. et hoc etiam tenet Bar. post Iacob. de Are. Quid autem si ædificans possidet naturaliter, ego autem ciuiliter, & econtra, an potero destruere mea auctoritate, si est indebitè ædificatum. vide per Barto. in l. 1. §. nunciatio. ĵ. de ope. no. nũ. Item per istum text. dixit Dy. & Iacob. de Are. quòd vbicunque ædificatur in fundo à me possesso: tunc nec in nunciatione, nec in prosequutione est necessaria Prætoris aditio; quia mea auctoritate destruere possum. Fallit religiõis fauore, vt l. ossa. ĵ. de re
4 ligio. & c. † Sed si ædificat in solo à me non possesso: tunc in prosequutione est necessaria Prætoris aditio, nõ in nunciatione. l. de pupillo. §. meminisse. ĵ. de ope. no. nun. Sed vtrunque dictum Bart. limitat in d. l. 1. §. nunciatio. Nã primum limitat, quando ędificatur in solo à me possesso ante nunciationem factam simplici verbo: secus si iã esset facta; quia tunc amisissem possessionem. l. j. §. operis. ĵ. de ope. no. nun. Secundò limitat illud verum, quando directò ædificatur in solo à me possesso: secus si principaliter ædificatur in suo, & protenditur in meum. d. l. 1. C. de interdic. ¶ In glos. ibi [contra eos] qui dicunt, & fuit Pla. vt refert glos. in l. 2. in prin. ʒ. si serui. ven. & l. fistulas eodem. titu.

Ex §. Si nauis tua.

S V M M AE.

1 *Equus currendo si irruit in aliquem, & eum offendit: an teneatur sessor.*

2 *Lucrum futurum non consideratur in actione. legis Aquiliæ.*

§. Si nauis tua. ¶ Si damnum datur à naui culpa nautarũ; quia eam non rexerunt, vt debent, & possunt, tenentur Aquilia: secus si vi, vel casu, cum fortè à nullo regeretur, hoc contigerit; quia tunc nil domino imputatur, & hoc etiam extenditur ad retia piscatorum, in quem nauis incidit, quæ reperiuntur præcisa. h. d. vsque ad §. si nauis alteram. ¶ Ibi [schaphã] idem est, quòd parua nauis, vt ĵ. de euic. l. schapham. ¶ Ibi [cum nautis] & etiam cum domino nauis, vt no. ĵ. in §. si nauis. ¶ Ibi [nautę] scilicet alterius nauis, in quã impulsio facta est, & propter id periit ipsa nauis. Ita addit Ray. ¶ In text. ibi [piscatorum] dic aliorum, qui, & illa retia præciderunt per culpam. Et not.
1 distinctionem huius literæ; † nam per hunc text. quidam determinant. q. de equo, qui currendo irruit in aliquem, & eum offendit, scilicet vt attendatur, an culpa possit obijci sessori equi: & tunc puniatur. Secus si sine eius culpa hoc contigerit; quia forte ruptum esset casualiter frenum equi; tunc enim videtur excusatus. extra de homici. c. dilectus. quod intellige, vt ibi. Adde etiam casum ad hoc eodem. titu. in c. significasti. il primo. & vide quod circa hoc dixi in l. prima. §. fine autem. supra titu. primo. ¶ Item no. ibi [Item labeo &c.] quòd non imputatur ei, qui damnum dat, quando non poterat aliter se dilaqueare. Et ideo allegari potest, quod illaqueatus potest se impunè dilaqueare, patet hic, dum statuit eum nulla actione teneri, & hoc intellige in illaqueato sine causa. Quid autem si iustè, vel cum causa est illaqueatus, an hoc sit ei licitum quocunque iure, vide plenè. ĵ. q. quam disputauit Mar. de Fano, quæ incipit. Inquisitus de crimine capitali &c. ¶ Itẽ nota tex. ibi [Sed vbi &c.]
2 Probat enim notabiliter, † quòd in actione. l. Aquiliæ non consideratur futurum lucrum, quod erat in spe tantùm, & hoc propter eius incertitudinem: quod nota pro modo agendi, & etiam quia facit ad q. de qua. ĵ. tangam super glos. Adde tamen casum supra in e. l. proinde si seruum. §. primo. & l. seq. in principio. ¶ In gloss. æstimationem. ibi [iudicis officium] vt no. Insti. de acti. §. actionum. Et hanc sol. videtur tenere glos. in contrario, dum facit differentiam inter actionem ex contractu, & Aquiliam. ¶ In ea. ibi [vel meliùs] nota, & signa hanc solutionem, & per istam glos. Bald. arguit, quòd si interficiat quis stipendiario equum, non teneatur interfector ad damnum amissi stipendij; quia hoc erat futurum, ad qđ hæc actio non extenditur. In contrarium facit; quia hoc stipendium corpori cohæret, & habet certam causam; ergo eius videtur habenda cõsideratio. ʒ. eodem. l. proinde si seruum. §. primo. & l. seq. in prin. pro hoc facit, quod sequitur in gl. Sed arg. contra &c.

Ex §. Si nauis alteram.

S V M M AE.

1 *Aggressorem quando sit licitum occidere. & nu. 2.*

§. Si nauis alteram. ¶ Si nauis in aliam irruẽs est ab ea submersa, tenetur gubernator submergens, si sine tali submersione periculum irruptionis potuit euadi, aliter non tenetur. hoc dicit. Pro euidentia casus præmitte hic, quod dicit prima glo. ¶ Nota bonum tex. proban-
1 tem, † quòd non semper est licitum in aggressorem rum
2 pere, & eum occidere: † sed tunc demum, cum aliter periculum euitari non potest, facit. l. prima. §. cum arietes. & quod ibi dixi. ʒ. tit. 1. & adde ad hoc etiam quod not. C. vnde vi. l. prima. & extra de homici. in c. tertio. & in c. sicut dignum. §. clericos. vbi vide plenam glo. & ex hoc collige materiam articulandi, cum comparetur ad defensam alicuius ex eo; quia dicatur, quòd qui occidit, vel percussit, fecerit ad sui defensionẽ; debet enim sic articulari, quòd Petrus armatus fecit impetum, & aggressum contra Antonium loco, & tempore in accusatione, vel inquisitione contentis: & tunc Antonius insultatus existens in periculo vitæ, nec aliter periculum euitare valens, occidit, vel percussit ipsum Petrum, ita probatur hic. Ad vnum tamen aduerte; quia dixit Cyn. ꝙ sufficit periculum euitari non posse sine verecundia, vt si fortè robustus miles sit insultatus à rustico, vel alio vili, ita ꝙ sine magna eius verecundia non poterat fugere, ita dicit. C. vñ vi. i l. 1. quod verum tamen puto, si insultus euitari non potuit. Secus si euitari potuisset: tunc enim puto, quòd imputaretur ei, cur non euitauit insultum, vt sic euitaretur in consequentiam tantum malum. Et hoc

reputo

reputo satis equum. ¶ Item nota in ver. [si furem] considerationem haberi damni non solùm irrogati immediatè, & directò irrogati, sed mediatè, & in consequentiam.

ADDITIO.

2 ¶ Et eum occidere. Vide Bal. in l. nullus. C. de iud. Panor. in c. cum ab homine. de iudi. in 4. col. vers. & licèt. Fely. in c. 1. de homic. in prin.

§. Hac actione. ¶ De omnibus animalibus vulneratis, vel occisis, quæ numero pecudum non habentur, potest hac actione agi. h. d. tex. ¶ Ibi [ceterisq;.] Ex hoc collige, φ canis quantumcunque austerus, & robustus enumeratur inter feras, vt patet hic. Et potest esse vtile ad statuta, & ad multa. ¶ Secundò nota, quòd canis, leo, & aper non continentur appellatione pecudum, facit. š. eodem. l. 2. in principio.

Ex §. Magistratus.

SVMMAE.

1 *Magistratus tenetur de commissis à se, etiam durante officio.*
2 *Pignus prætorium, vel iudiciale debet ali expensis debitoris.*
3 *Creditor faciens expensas sine dolo, repetit, seu recuperat eas à debitore.*
4 *Officialis, vel familia non dicitur delinquere, si reus resistit, & offenditur in persona.*
5 *Actio subrogata quando sapiat naturam subrogantis.*

§. Magistratus. ¶ Etiam magistratus tenetur de damno dato, nisi id fecerit iuridicè suum officium exequẽdo, præsertim contra resistentem suę iurisditioni. h. d. §. no. ¶ In tex. ibi [pignori] prætorio, vel iudiciali. ¶ Ibi [in factum] scilicet subrogata loco Aquilię, quæ eandem naturam sapit, vt Aquilia. & allegatur ad id, quod dicam. Ɉ. super gloss. ¶ Ibi [dãda est] scilicet tibi cõtra eũ. ¶ Ibi [corruptasq;] dic culpa serui secundũ Ray. ¶ Ibi [fecerit,] & sic de iure suum officium exequendo, vt no. in l. non videtur. §. qui

1 pro iussu. Ɉ. de regu. iur. † Nota primò, etiam officio durante, magistratum teneri de commissis à se. An tamẽ durante officio conueniatᷓ, & quando, dic vt. Ɉ. de iniu. in l. nec magistratibus. & in specie ad hunc casum vide glos. ita intelligentẽ in d. l. non videtur. §. qui iussu. ¶ Secundò no. quòd sequuta detentione animalis alterius per officiales, etiam ex aliqua iusta causa non debent eis alimenta denegari. Ex quo patet, quòd multò minus denegari debent humano corpori. & facit cõtra iudices multũ inhumanè hæc denegantes. ¶ Tertiò nota tex. ibi [eis cibaria,

2 &c.] qui probat, † quòd ille, ad quem spectat pignus, qđ capitur, puta bos, vel equus, vel quid aliud expensas requirens, debet ei facere expensas. Et sic patet, quòd pignus prætorium, vel iudiciale debet ali expensis debitoris, & hoc tenet sing. glo. in Auth. ei qui iurat. C. de bo. au

3 cto. pos. † Si tamen creditor illas fecit sine dolo, illas repetit, seu recuperat à debitore, vt. Ɉ. de bo. aucto. iud. pos. l. Prætor. §. quod ait. ¶ Itẽ no. in ver. [itẽ si dum putat, &c.] quòd officialis pignorans, vel grauans aliquem, siue illicitè, siue etiam licitè tenetur ad custodiam pignorum, intellige, nisi esset fortè per statutum prouisum, penes quẽ deberent fortè conseruari; quia ille tunc teneretur, & ideo, si talia pignora reddat deuastata, vel deteriorata, tenetur parti emendare damnum, quod intellige, si hoc contingat eius culpa, etiam leuissima, quæ sufficit ad hanc acti. Ɉ. eo. l. in l. Aquilia. ¶ Item no. hic in ver. [si quid probari]

4 † quòd dicitur officialis, vel familia delinquere, si cum capiendo reus resistit, nec se capi sinit, offendat in persona. Aduerte tamen ad vnum, quòd vbi officialis aliquid facit, non exercendo suum officium, potest ei licitè resisti. C. de iure fisci. l. prohibitum. lib. 10. & C. de metal. l. deuotũ. & not. glosl. in d. §. qui iussu. & hic tenuit Guil. in l. vt vim. š. de iusti. & iu. Item not. text. in fin. qui probat, quòd si officialis habeat aliquem captiuatum, qui se vulneret, vel interimat, vel laqueo se suspendat, vt pluries actualiter est repertum, nil potest imputari ipsi officiali. Adde tamen, quòd (ne hoc sequi posit) cauti officiales consueuerunt aduertere, quando habent aliquem detentum, maximè pro graui maleficio, quòd non introducatur in carcerem gladius, vel aliud, ex quo verisimiliter aliquid prædictorum sequi posit, vel fieri. Item per hunc text. dixit Guliel. in l. fin. §. fin. Ɉ. de pigno. act. φ licèt officialis pro exequutione iustitię posit capere animal, vel currum, vel rem aliam tertij ei necessariam: per illum text. tamen omne damnum debet domino emendari, vel per hunc text. iustum pretium rei offerre domino, ar. C. pro quibus. cau. serui pro præmio liber. acce. l. 1. & 2. & š. quemadmodum serui ami. l. si locus. §. 1. & quod no. Ɉ. de adul. in l. si postulauerit. §. iubet. & §. 1. de religi. in l. si quis sepulchrum. in princip. & de rei ven. in l. itẽ si verberatum. §. 1. ¶ In glo. in ver. in factum ibi. [l. de pecoribus.] Nota, quòd quando vna actio subrogatur in locum alterius per modum suppletionis; quia actio producta certis casibus non competebat: vnde suppletur alia in casibus illis in lo-

5 cum deficientis actionis; † actio. n. subrogata ita demum sapit eandem naturam circa id, quod actio trahit ex natura efficiente, seu introducente eam, si sunt eiusdem effectus. Secus si sunt diuersi, vt probatur in l. 1. §. hæc actio. Ɉ. si quis te. liber esse ius. fue. Tamen quò ad alia sapit eandem naturam regulariter, casus est hic, & in l. pen. š. si qua. pau. fe. di. & in l. de peco. hic allegata. Fallit tamen in certis casibus, circa quod vide, quod not. per Bartol. in d. §. hæc actio. vbi ad hoc allegat hunc tex.

Ex §. Hæc verba.

SVMMAE.

1 *Plebiscita recipiunt interpretationem.*
2 *Dicta in vno capite legis, quãdo intelligantur in alio repetita. nu. 3. & 6.*
4 *Statutum, si dicit in aliquo loco, quòd habeat locum in præteritis, & futuris, quomodo intelligatur.*
Et quid de statuto dicente, quòd iudex debeat ferre sententiam cum consilio sapientis. nu. 5.

§. Hæc verba. ¶ Verba plurimi inserta primo capite legis Aquilię, intelligunẽ repetita in alio capite eiusdem. l. Hoc dicit. Vel sic. Dicta in vno capite legis intelliguntur tacitè, in alio capite eiusdẽ legis repetita. Hoc dicit notabiliter. & hoc facit ad plura, de quibus. Ɉ. dicam. Nota hic coniuncta. l. 1. š. eod. vbi dictum est hanc legem à plebe ro

1 gatam, † quòd plebescita recipiunt interpretationem, vt

patet hic, & eadem ratione idem dixit Mar. de Fan. in sta
tutis, vbi dicit, quòd recipiunt extensionem commodam,
& honestã. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mun. & ho. & de
verb. sig. l. in lege cẽsoria. Aliàs enim si diceretur, vt quidã
dixerunt, vt nullam extensionem recipiant; quia stricti iu
ris sunt, vt l. quicquid astringendæ. de ver. ob. & de mili.
test. l. quod constitutum. & l. constitutionibus. ff. ad mu-
nicip. & l. prospexit. ff. qui, & à qui. de exerci. l. 1. §. is,
qui nauem. & l. non aliter. de leg. 3. sequeretur absur-
dum, quòd stante statuto disponente, quòd qui alium
occiderit, occidatur, quòd insultatus non poterit pro
sui defensione insultantem occidere: sed metu pœnæ
statuti debebit pati se occidi, & etiam dirobari, quod ta-
men est contra iura. ff. eo. l. scientiam. §. qui cum aliter.
& l. 1. §. cum arietes. s. titu. 1. & quod ibi not. & s. eo. l.
itaque. & ibi dixi cum similibus. Hanc autem conclu-
sionem esse veram probat; quia & contractus mutui,
qui est stricti iuris, recipit congruam expositionem, &
interpretationẽ. l. cũ quid. ff. si cer. peta. item & lex Impe
ratoris, vt patet. C. de rei. vxo. acti. in l. 1. §. & cũ. & Inst. q
bus alie. licet. in princip. Item & edictum Prætoris. l. ab
hostibus. §. sed quòd simpliciter. s. ex qui. ca. maio. &
l. quãuis. s. de in ius vo. & l. 2. §. hæc verba. s. de nego.
gest. Item & senatusconsultum. ff. ad Macedo. l. sed
Iulianus. §. mutui. Item & constitutio Principis. C. man.
l. fin. Et responsa prudentum, vt l. & si sine. §. sed
quod Papinianus. s. de mino. & l. dicere. §. 1. s. de ar-
bi. Et consuetudo. C. quæ sit long. consuetu. l. 1. & l.
de quibus. s. de legi. de quo, & responsionem ad indu-
cta in oppositum vide latiùs per eum in quæstione, quæ
incipit. Quæri consueuit, &c. ¶ Secũdò nota, vt dixit tex.
2 qui quotidie allegatur, † quòd dicta in vno capite intel-
liguntur in alio capite repetita, quod procedit scilicet,
quando in alio casu subest eadem ratio subintelligendæ
repetitionis, vt hic, & Insti. eod. §. ex hoc tamen capite.
¶ Circa hoc tamen aduerte latiùs, quia aut est vna lex,
vel vnum statutũ habens plura capitula, aut sunt diuersæ
3 leges, vel statuta. † Primo casu, si loquimur in his, quæ
pertinent ad narrationem facti, aut illa plura capitula
inferuntur sub diuersis orationibus, & non intelligun-
tur repetita. l. 2. in princip. & l. 4. §. erit. ff. vi bo. rap.
Aut inferuntur sub eadem oratione, & tunc intelligun-
tur repetita, ar. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. instru. & proba-
tur in l. 1. in princip. coniuncta. l. 3. §. quod ait Prætor.
ff. de incen. rui. naufra. Sed si loquimur in his, quæ per-
tinent ad iuris dispositionem: tunc si dicta in præcedenti-
bus sunt exorbitantia, & contra ius, non intelliguntur re-
petita. l. vxo. §. vxo. ff. de leg. 3. facit, quod not. gloss.
in l. talis scriptura. in fin. ff. de leg. 1. facit etiam reg.
quæ à iure. de regu. iu. lib. 6. & l. in his. s. de legibus.
Et ex hoc infertur, ꝙ cum de natura legis sit dare for-
4 mam futuris negotijs. l. legis. la 2. C. de legi. † si statu-
tum in aliquo loco dicit, quòd habeat locum in præte-
ritis, & futuris, non extendetur ad futura capitula, seu
ad sequentia capitula, cum in hoc exorbitet, & ita per plu
ra alia determinauit Iac. de Belui. in q. per eum disputa-
ta, quam ponit in corpore Authenticorum. vt cum de ap-
pellatione cognoscitur. circa princip. Sed si non sunt exor
bitantia, intelliguntur tunc in proximis repetita, vt hic, &
ff. de a[illegible]. l. mariti. §. hoc quinquennium. non in alijs
distantibus, not. gloss. Insti. de rerum diui. in §. itẽ la-
pilli. Secundo casu principali, quando sunt diuersæ
leges, vel statuta: tunc dixit Oldra. in q. quæ incipit. An-
tiquum statutũ ciuitatis Paduæ, &c. quod si prima lex est
posita in speciali, & proprio casu, verbis duntaxat illi ca-
sui adaptata: tunc non fit repetitio, vt in l. Prætor. §.
ait. ff. vi bon. rap. nisi in contrarium trahat identitas
rationis. ff. de coniungen. cum ema. liber. l. 2. & l. si nemo.
§. hoc edictum. de testa. tu. Sed si nullo habito respectu
ad casum specialem, & proprium, sed per modum regu-
læ, & vniuersalis traditionis: tunc ex præcedenti lege in-
telligitur repetitio in sequenti. l. regula. §. fin. ff. de iu. &
fac. igno. & hæc distinctio probatur ex pluribus legibus
simul coniunctis. ff. de iure codi. l. si quis cum testamen-
tum. de le. 2. l. si Titio. §. Iulianus. & l. legatorum. §.
fin. & l. 1. §. fin. de lega. 3. & ibi not. & eod. titu. l.
5 si ita fuerit. secundùm eum. † Et ideo si statutum dicit,
quòd iudex debeat quamlibet definitiuam ferre cum
consilio sapientis, licèt aliud statutum det ei arbi-
trium procedendi in certis casibus summariè, intelli-
getur repetitum cum consilio sapientis; quia istud pri-
mum statutum procedit per modum regulæ; & ita fuit
de facto determinatum Bononiæ. Item ex his infer-
tur ad aliud, scilicet, quòd si statutũ dicit, quòd con-
tra assassinos Potestas habeat liberum arbitrium: aliud
statutum generale dicit, quòd non possit cognoscere ni-
si de maleficijs commissis suo tempore, quòd non pote
rit cognoscere de assassinatu facto tempore antecessoris
sui; quia istud statutum generale dicẽs, quòd non possit
cognoscere, procedit per modum regulæ: ergo intelligi-
tur repetitum in quolibet casu, facit. s. de legi. l. sed &
posteriores. Pro hac determinatione facit; quia post tem-
pus cognoscendi maleficium non dicitur maleficium;
quia lex dicit, quòd aboletur. ff. de iniur. l. sed si vnus. §.
si ante iudicem. Et ideo istud arbitriũ non extenditur cir
ca tempus cognoscendi maleficium, nisi statutum nomi-
natim faciat mentionem de tempore, argu. ff. de verb. ob-
lig. l. q Romæ. §. Callimachus. & ita Bal. determinauit. Itẽ
prædicta faciunt ad quęstionem hic disputatam per Mar.
Silli. si vnum statutum dicit, ꝙ pro homicidio imponatur
pœna mille librarum, de quibus medietas sit hæredũ oc-
cisi: aliud statutum dicit, quòd si quis fregerit pacem occi
dendo, puniatur in publicatione omnium bonorum. Mo-
dò quidã fregit pacem occidendo suum inimicum, quę-
rebatur, vtrùm medietas condemnationis deberet esse hę
redum occisi, in quo dicit attendendum, quomodo proce
datur. Nam si proceditur de simplici homicidio, non est
dubium, ꝙ hæredes defuncti dicuntur habere partem ex
forma primi statuti. Sed si agatur de pace rupta: tunc
secus; quia omissum in primo statuto videtur relictum in
dispositione iuris communis: quo iure pœnæ maleficiorũ
sunt fisci cum effectu, & nõ priuati. l. agraria. ff. de termi.
mo. & quia non intelligitur persona extrinsecus repetita.
l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum
obligationibus. & quia quicquid astringendæ obligatio-
nis, &c. l. quicquid astringendæ. eo. titu. secundùm Mar.
sill. Et hoc idem Bald. est secutus ex eo; quia ista est alia
species delicti, quàm illa, de qua disponit primum statu-
tum: & ea, quę statuta sunt circa vnam speciem delicti,
non videntur circa aliam repetita. d. l. 3. §. erit. ff. vi bon.
rap. Nec obst. iste. §. quia, si nõ intelligeretur hic facta re
petitio, remaneret lex obscura, & etiam irrationabilis.
Vnde hoc fit, vt absurditas euitetur; nisi enim subintelli-
geretur verbum, plurimi, subintelligeretur verbum, mini-
mi, quod esset absurdum, & contra mentem legis. Adde
6 prædictis, † ꝙ si ex duabus legibus, vel statutis vna veniat
ad interpretationẽ alterius, omnis culpa apposita in lege
interpretata intelligitur repetita in lege interpretãte, pro
batur in l. nihil. ff. de coniungen. cum emanc. liber. Au-
then. de filijs ante do. instr. na. §. fin. colum. 3. secus si vna
non

non veniat ad interpretationem alterius; quia tunc dicta in vna non intelliguntur repetita in alia. l. prima. §. meminisse. de vent. inspi. Et hęc nota bene; quia quotidiana sunt.

Ex l. Qui occidit.

SVMMAE.

1 *Pacem faciens cum inimico, si promittit eum non offendere sub pœna, si postea occidit eum bannitum, qui iure municipij poterat occidi, an teneatur ad pœnam.*

2 *Damnari non debet quis, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, aut tormentis, nec quoties opus est, torqueatur in pœnam alicuius delicti, de quo non sit conuictus. numero. 3.*

L. Qui occidit. ¶Alienum seruum in facinore deprehēsum iustè occidens, non tenetur Aquilia. h. d. Nota ergo, ꝙ legalis permissio excusat attentantem factum, quod aliter foret punibile, vt patet. s. eo. l l. 2. sic & aliàs excusat debitorem interimentem speciem, quam debebat, si hoc iustè faciat. ȷ. de verbo. obli. l. qui seruum. & l. quid ergo. §. si hæres hominem. de lega. 1. & ibi Bald. videtur enim semper inesse tacita conditio, nisi hoc iustè fiat. l. quæro. §. inter locatorē. ff. loc. & l. Gracchus. hic allegata. Et per
1 hoc Oldr. disputans determinauit,† quòd si quis fecit pacem cum inimico, & promisit eum non offendere sub pœna, si postea occidat eum bannitum, qui iure municipij impunè poterat occidi, quòd non dicatur venisse contra pacem, quasi hoc iustè fecerit, per iura prædicta, de qua q; vide per Bar. in d. l. qui seruū. & in d. §. si hæres seruum. ¶Item prædicta videtur facere, ꝙ si iudex, præcedētibus legitimis indicijs, aliquem tormentauit, qui in tormentis mortuus est, ꝙ non teneatur, quasi hæc lege permittente fecerit, tergo dēt esse impunit', vt hic. & d. l. Gracchus. & hoc tenet Ia. de Are. si iudex in torquendo legitimum modū nō excessit, arg. l. quæstionis. la 1. ȷ. de quæsti. & l. de minore. §. tormenta. ita debet intelligi secundùm eū ȷ. de pę. l. aut damnum. §. hostes. versi. nec ea quidem pœna. Sed si legitimum modum non adhibuit, vel etiam excessit, quod intelligo iudicari ex conditione, & qualitate personarum: tunc si dolosè, tenetur Cornelia de sica. l. fin. ȷ. ad l. Iul. repe. si non dolosè: tunc non tenetur tanquàm dolosus; quia hoc fecerit: sed tanquam culpabilis; quia
a plus fecit, quàm debuit,[a] arg. ȷ. de adult. l. si adulterium. §. Imperatores Marchus. Vel etiam nō tenetur in aliquo; quia potuit esse vehementissimus in suos subiectos, vel subditos, in Auth. vt iud. sine quo. suf. circa medium. Et sic quod licitè factum est, pœnam non meretur, vt hic, & d. l. Gracchus. vbi post Ia. de Are. simpliciter sequit Cy. ¶ Adde tamen incidenter prædictis, † quòd de iure com
2 muni non debet quis damnari, vt verberibus necetur, vel virgis interimat, vel tormētis, tex. est de singulis. i d. l. aut damnum. §. hostes. versic. nec ea quidem pœna. & hoc not. contra iudices, qui aliquos cōdemnant, vt aliqui plantentur vsque ad caput interimendi, cum fustibus, & lapi-
3 dibus, idem in similibus. ¶Item adde aliud, † quòd non debet quis damnari, vt quotiens opus est, torqueatur in in pœnam alicuius delicti, de quo non sit conuictus, casus est singularis, secundùm vnam lectu. in l. penul. infra. de quæstio.

ADDITIO.

a ¶Plus fecit, quàm debuit. Adde ad hanc materiam, nunquid istud damnum datum sit irreparabile, Alex. in cons. 183. incip. Habita super contentis. in v. vol.

Ex §. Pignori.

SVMMAE.

1 *Actiones plures an possint simul concurrere.*

2 *Præscriptio longissimi temporis fuit incognita iure Digestorum.*

§. Pignori. ¶Non solùm domino, sed etiam creditori vtilis Aquilia competit. h. d. vel latiùs. Pro seruo pignori dato occiso datur Aquilia debitori, & etiam creditori in duobus casibus, scilicet si personali actione sit exclusus. Item si debitor non sit soluendo, quibus casibus datur actio ei solùm pro rata sui debiti, & pro residuo debitori. hoc dicit in terminis, & in summa. Et ad intelligentiam huius. §. vide notata in l. eū qui. §. idem scribit. ȷ. de fur. ¶In text. ibi [competit] quia pignus permanet in bonis eius, vt C. de pigno. l. pignus. ergo &c. & l. item Mela. s. eod. ¶In text. ibi [amisit.] Vnde sublata personali, adhuc durat persecutio, aliàs luitio pignoris. C. de lui. pigno. l. intelligere. secūdùm Odof. ¶In text. ibi [iniquum est] idest esse videtur. ¶ Ibi [actionē,] & certè danda videtur. ¶Nota ex determinatione huius
1 literæ, † quòd quando eadem actio pluribus conceditur ex diuersis iuribus, quatenus non concurrunt, se inuicem non confundunt, & idem contingit in pluribus actionibus ciuilibus. l. Prætor. §. 1. ȷ. vi bo. rap. Secus si sunt plures actiones criminales descendentes ex eodem facto. l. senatus. ȷ. de accusa. & de hoc in dictis iurib' no. ¶In gl. super verbo amisit ibi [sed hoc non valet.] Not. glo.
2 quæ quotidie allegatur, quòd † præscriptio longissimi temporis fuit incognita isto iure, & hoc videtur probare Insti. de perpe. & tem. ac. in prin. & idem quod hic, dixit gloss. etiam in l. Iul. in prin. s. ex quibus cau. mai. & in l. si cum quis in hostium. §. quandiu. ȷ. de fur. & in Auth. vt eccles. rog. gaud. 100. an. præscrip. §. 1. col. 2. Et hæc pars communiter tenetur. Vnde vide per Barto. hanc partem tenentem in l. fin. rem ra. ha. & in l. in omnibus. ȷ. de act. & ob. & in l. in vsucapione. de diuer. & temp. præscrip. gl. tamen videtur sensisse contra in d. l. in omnibus. la 1. ȷ. de actio. & obliga. & contra hanc gloss. & similes videtur esse casus in l. si pupillus alterum. ȷ. de admi. tu. in fi. ¶In ea. gl. ibi [perpetuum] quot autem tempora habeat ista hypothecaria, vide bonam glo. in l. cum notissimi. in prin. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum.

§. Si quis alienum. ¶Nō dicitur corrumpere, vel damnum dare, qui vtitur ad vsum destinatum. h. d. cum gloss. ¶Nota ergo hunc tex. ad statutum pœnale contra damnum dantem in re aliena, scilicet, vt dicamus statutum tale non habere locum in bibentes vinum alienum, vel comedentes alienas vuas, vel bladum; quia non videtur dare damnum; quia vtitur re ad vsum destinatum, vt hic. & quod nota; quia quotidie euenit.

Ex §. In hac.

SVMMAE.

1 *Attentans etiam id, quod est de genere permissorum, potest cōmittere culpam.*

2 *Socij an teneantur de homicidio commisso à socio.*

§. In hac

§.In hac. ¶Qui non præuidet, quod præuidere debuit, dicitur esse in culpa, & qui occasionem præstat damni, videtur damnum dedisse. h.d. Et primò ponit dictum generale. Secundò infert ad aliud. Tertio extendit. Quartò remouet dubium. Secūda, ibi, neque. Tertia ibi, in eodem. Quarta ibi, at si omnia. ¶In tex. ibi [& si culpa] etiā leuissima. j. eo. l. in lege. la 2. & intellige de culpa, per quam intercessit destructio dānosa: aliàs secus, vt sequitur. ¶In tex. ibi [reus est] & ideo tenetur vtili Aquilia. Et ad intelligentiam huius tex. adde gl. j. de sica. l. a nihil. addeēt in hoc casu, in talis. qui hic iudicatur, &c. teneatur in foro pœnitentiali, quod not. Inno. extra de homi. i c. sicut dignū. circa mediū magnæ gl. ¶In tex. ibi [videt.] Nec ob. j. de vi, & vi ar. l. 3. §. si quis autem. vers. proinde. vt ibi no. & adde hic omnino, quod statim dicam in notabilibus. ¶Ibi [caret culpa] & sic non
1 tenet actione ista. Nota, † quòd attentans etiam id, quod est de genere permissorum, potest committere culpam, quod pondera ad no. per gl. in l. in rem. §. tignum. s. de rei ven. Et allegat iste tex. per Archi. post Lau. 15. q. 1. in c. si quis insaniens. quòd si quis vini vires non ignorat, & se inebriat vsque ad mentis subuersionem, huic imputādum est, quod inde sequitur. Ita terminat ibi per hunc tex. facit quod ibi no. per glo. summæ, quā allegaui. s. eo. in l. quicūque. ¶Item nota regulā hic positam, ꝙ qui occasionem damni, &c. cui concordant iura hic allegata in gloss. Circa quod attende; quia si dat quis operam rei licitæ, & adhibet diligentiam, quam potest, non tenetur de his, quæ sequuntur inde. 23. q. 5. c. de occidēdis. & hic in fin. Secus si non adhibet eam diligentiam, quam potest; quia tenetur. quinquagesima di. c. sępe. & hic. Sed si daret operam rei illicitæ, semper imputātur ei ea, quę sequuntur, vt. 50. dist. c. quantū dicit. & s. eo. l. itē Mela. in prin. Et hanc doctrinam nota ad intelligentiam huius regulæ, quæ colligitur ex gl. Ber. extra de test. c. sicut nobis. ¶In gl. q̄ incipit, argumentū. ¶Ibi [ꝙ qui occasionem] &c. Tangitur etiā aliquid extra de homici in c. cętero. Et adde prædictis casū
2 23. q. 5. c. cū homo. Et prædicta faciunt ad q. † quòd si auctor violentiæ, qui habuit secū socios, hominem per se interfecerit, & hoc constet, quòd nihilominus socij teneantur de homicidio, quasi opem præstiterit. Sed Iac. de Ra. in hac. q. dixit, quòd non tenentur tanquam de dolo; quia non habuerunt animum præstandi opem homicidio: sed violentiæ tantùm: sed tenentur de culpa; quia poterāt prouidere, & sic non erunt immunes in totum ab homicidio, ar. huius. §. & l. si quis domum. §. 1. j. loca. quæ hic allegatur in glo. Circa quod vide Cy. hanc. q. referentem in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. in 3. q. ¶In gl. ibi [generalitas restringitur] loquit de ea, quæ posita est in prin. huius. §. ¶In ea. in fin. ibi [semper] imò nullo modo concurrit. Sed dic, vt s. de dolo. l. cum quis percusserit.

Ex l. Si vulneratus.

SVMMAE.

1 *Vulnerans non potest inquiri, nisi de vulnere simplici, quando vulnus non est mortale; quamuis ex alia causa sequuta fuerit mors.*
Et qualiter debeat vulnerans articulare. nu. 2.
Et quid si dubitetur, sit mortale, vel non, nu. 3.

§.Si vulneratus. ¶Pro vulnere non mortifero, licet negligētia vulnerati sit mors sequuta, agitur de vulnerato tātùm non de occiso. h. d. Et ad intelligentiam huius partis vide omnino quod dixi. s. eo. in l. itē Mela. §. sed si plu-
1 res. Nota ergo ex tex. † quòd vbi vulnus non est mortale, si sequitur mors ex culpa vulnerati, vt in eo, qui inordinatè viuat, vel se curari non patiatur, non poterit accusari, vel inquiri vulnerans, nisi de vulnere simplici. Quod est multum vtile. & idem dicunt Doctores, si medicis nollent obedire ei promittentibus salutem, si permitteret se
2 curari. ¶† Ex isto collige modum articulandi pro defensione vulnerantis. Stabitur autem super hoc relationi medicorum. C. de re mili. l. semel. lib. 12. & l. 1. §. 1. j. de vē. inspi. vel etiam vnius tantùm, si in illo loco non inueniatur, nisi vnus, vt in Auth. de non alienan. §. quod autem. col. 2. Tales autem medici hoc arbitrantur ex qualitate pcussionis. c. significasti. extra de homi. & facit quod ibi no. Inno. facit etiam. s. eo. l. item Mela. §. sed si plures. & quod ibi dixi. ¶Aduerte tū quia iste tex. procedit, quā
3 do apparet de negligentia. ¶† Quid autem si de ea non apparet, & medici dubitent, sit mortale, vel non. Puto in dubio præsumendum ex vulnere illo mortuum, nisi de negligentia probetur, & qui eam allegat, debet eam probare, vt dicitur in simili in dolo in l. quotiens. §. qui dolum. j. de proba. An autem, & quando superuixit post vulnus, præsumatur alio modo non apparente ex illo vulnere mortuus, vel non, vide quod dixi plenè. in l. ait lex. s. eod. titu.

Ex l. Si putator.

SVMMAE.

1 *Denunciari tempore non congruo, vel non denunciari, sunt paria.*
2 *Locus quomodo probetur esse publicus.*
3 *Exclamans, vt periculum euitetur, excusatur à delicto postea sequuto, si dolus eius non præcesserit.*
4 *Dolus præponderat culpæ.*

§.Si putator. ¶Ex qualitate loci iudicatur damnum datum dolo, vel culpa incidenti. h. d. ¶Vel sic. In attentante dicit adesse culpa, quando à diligente potuit præuideri. ad hoc etiā pōt allegari. ¶Ibi [machinarius] qui stat circa ædificia, quando eleuantur secundùm Odof. ¶In tex. ibi [euitari,
1 non possit] † Nota paria non denunciari, vel denunciari tempore nō congruo, facit. l. si rem. hic allegata. Et hoc facit contra asinarios, & muliones, qui non nunciāt hominibus, quòd asinus, vel mulus percutiat, nisi cum animal percutit, & non potest euitari percussio. ¶Ibi [iter fiat vulgo] & vtrobique tenetur de culpa. sed in casu sequenti solùm tenetur de dolo, & hoc sequitur. Nota, tamen ex
2 ista litera, † quòd ad probandum locum esse publicum, non sufficit probari per illum vulgò per omnes transiri. ¶Ibi [exigenda nō est] id est non imputatur ex culpa, quæ
3 aliàs imputatur. j. eo. l. in lege. la 2. quæ est cōtra. † Not. quòd excusatur à delicto postea sequuto ille, qui exclamat, vt periculum euitetur, si dolus eius non præcesserit, & hoc verum, quando attentat rem licitā, facit. s. eo. l. cū itaque. Et sic pōt induci ad currentes cū equis, quòd debeant exclamare, si in loco publico currant, vel etiam in priuato, vbi sunt homines, facit ad hoc. s. eo. l. itē Mela. in prin. & quod scripsi. s. tit. 1. in l. 1. §. siue aūt. Adde etiā casum extra de homi. in c. significasti. Item allegatur tex. ad q. de eo, qui sagittat in sepe, quòd si aliquis reperiatur

tur ibi latens, qui offenditur, sagittans non puniatur. Item
4 allegatur, † quòd dolus præponderat culpæ, facit. s. eo. l. item si obstetrix. in fi. & per hoc dico, quòd licèt percutiens clericum incedentem in habitu laycali, nõ incurrat sententiam excõmunicationis, de qua. 17. q. 4. in c. si quis suadentente. & no. glo. ff. loca. in l. si ignorans. & extra de sen. excom. in c. audientiam. & no. in l. item apud. §. si quis virginem. ff. de iniur. vel resistens, vel percutiens familiarem Potestatis non habentem vestem, vel beriolam suam, idest vestem, cui nec credendum est asserenti se talem, vt no. in l. Diuus. ff. de custo. reo. vel familia ducens scholarem repertum non in habitu, non incurrit pœnam statuti comminatam contra vituperosè ducentem scholarem, ar. prædictorum. Tamen hoc sit intelligendum verum, nisi percutiens sciuerit eum cleri. vel familiarem Potestatis, vel ducens sciuerit scholarem. Nam tunc dolus eius præponderat culpæ offensi; excusat ergo in dubio officialem qualitas habitus; quia talis quisque præsumitur, in quali habitu reperiatur. C. si ser. expor. l. moueor. facit extra de sent. exc. c. si iudex laycus. & quod ibi no. Vltimò adde ad hunc tex. 50. dist. c. sæpe. & de æta. & quali. c. ad aures. & quod ibi no. de homi. c. de cætero.

Ex l. Illud quæsitum.

SVMMAE.

1 *In criminalibus est procedendum de similibus ad similia.*
2 *Argumentum à minori habet locum etiam in pœnis statuendis. & nu. 3. & 4.*
5 *Extensio an fiat ad aliũ casum, vel ad aliam personam ex identitate rationis.*
6 *Maximè, dictio implicat.*
7 *Præsertim, dictio sumitur pro taxatiua.*

L. Illud quæsitum. ¶ Sicut ĩ actione furti commissi à familia seruorum alicuius liberatur dominus tantum præstando, quantum præstaretur, si ab vno libero esset furtũ commissum, ita & in actione legis Aquiliæ propter identitatem rationis est eadem habenda consideratio. h. d. in terminis, & in summa. Vel sic. Casus, quos conuertit paritas æquitatis, & identitas rationis, nõ sunt quò ad iuris dispositionem separandi. ad hoc allegatur per Oldr. ¶ In tex. ibi [dominus careat.] Nota casum prouisionis illius edicti, & sic patet, quòd loquitur eo casu tãtùm, quo pro furto agitur ciuiliter. ¶ Si ergo ageretur criminaliter ad vindictam: tunc quia in seruis pœna pecuniaria non potest cadere, vt. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. alteranda est in corporalem: & tunc singuli erunt puniendi, nec sufficeret alterum eorum pœnam luere. l. si familia. cum. l. se. s. de iurisd. om. iudi. nec habet locum illud edictum. Similiter nec habet locum, vbi plures homines liberi accusantur criminaliter; quia agitur de vindicta publica. d. l. si familia. & ibi no. ¶ Ex his etiam patet, q cũ illud edictũ fuerit inuẽtũ in fauorẽ dñorum, vt hic patet, & ibi ratione literæ, nõ habeat locũ ĩ liberis, qui nõ habent dominium. Probatur; quia si etiam plures essent serui diuersorum dominorum, pro quolibet deberet præstari solita pœna. ff. de iniur. l. si plures. & no. gl. in d. l. si familia. in fi. magnæ glo. Et hoc no. ad limitationem, & intel
1 ligentiam huius legis. Allegatur quotidie iste tex. † quod in criminalibus sit procedendum de similibus ad similia, sic. ff. de adul. l. si postulauerit. §. haberi. & §. iubet. & l. si quis id, quod. & l. si familia. s. de iurisdi. om. iudi. & s. tit. 1. l. 2. in prin. & l. pe. & l. vt tantùm. §. 1. ff. de ser. cor. & de procu. l. seruum quoque. §. publicè. & de lib. ho. exhi. l. 3. §. sed & similiter. ff. ad l. Iul. de vi. pu. & l. qui cœtu. §. fi. cum se. In oppositũ tamen facit. ff. de pœnis. l. si Præses, & l. interpretatione. ¶ Pro cuius conclusione potest dici, quòd in casibus, in quibus est omnimoda similitudo per omnia, & in quibus subest maior ratio, quàm in casu illo, ad quẽ simile ducitur: tunc potest procedi de similibus ad similia, vt in iuribus primò allegatis. In delictis
2 enim, quæ tendunt ad eundem effectum, † etiam in pœnis statuendis, locũ habet arg. à minori, probatur in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. & ibi hoc no. Ia. de Bel. Idem scilicet, quòd procedatur de similibus ad similia, dicendũ est, vbicunq; est simile legis, vt in dictis legib'. & ĩ d. §. publicè. & ĩ d. §. & si similiter. & ĩ d. l. q cœtu. in fi. & tangitur aliquid. C. de transac. in l. transigero. & in l. 2. C. de patri. qui fili. di. & C. de interdi. ma. in l. fin. Sed vbi est simile hominis: tunc non est procedendum de similibus ad similia, etiam si sit eadem similitudo per omnia, & subsit eadem ratio. Sed dic tu attendendum, an delictũ transeat in speciale crimen, vel descendat in generale. ff. de extraor. crimi. per totum, & l. hodie. ff. de pœn. & l. 3. in prin. ff. de cri. stellio. ¶ In glo. æstimari ibi [l. si quis filiũ] dic, non est eadem ratio, & tamen est idem ius secundùm gloss. ibi: sed solue, quòd ibi est speciale, ne pater, qui emancipauit filium bona fide, damnum patiatur secundũ
3 Ray. ¶ Conclude tamen latiùs, † aut tractatur de fauore tantum: & tunc vbi est eadem æquitas, ibi idem ius. ff. de verbo. obli. à Titio, & hoc etiam si in lege essent apposita verba taxatiua. l. ob æs vbi gl. C. de præd. mino. ¶ Aut tractatur de odio tantũ, idest vbi odium tantùm sequeretur; tunc si in lege apposita sunt verba taxationem inducẽtia, vel similia, non debet esse idem ius, etiam vbi est eadem æquitatis ratio. l. 2. C. de patri. qui fili. di. & l. f. C. de prædijs decuri. sine decreto non alie. li. 10. Sed si non ibi sũt talia verba: tunc si est eadem ratio æquitatis, & per omnia simile, debet esse idem ius. C. ad Mace. l. pe. & l. filium. ff. ad Mace. & s. de his, qui no. infa. l. 2. §. exercitium. vbi dicit hoc. ¶ Si verò non est per omnia eadem ratio æquitatis: tunc non debet esse idem ius. s. de legi. l. quòd verò cõtra. l. in his. l. ius singulare. & l. quod non ratione. & ad hoc facit, quod dixi. s. in tex. ¶ Aut tractatur de odio, & fauore: & tunc aut procedit prohibitiuè, aut permissiuè. ¶ Primo casu si in re prohibita versatur odium immediatè, & fauor mediatè: tunc non debet esse idem ius, licèt posset esse eadem ratio, patet in l. fin. C. de inter. ma-
4 tri. ¶ † Si verò econuerso est ibi fauor immediatè, sed odium mediatè: tunc si ratio participat in odio plus, quã in fauore, non debet esse idem ius, ar. l. cum quidam. de li. & posth. & c. odia. de reg. iu. li. 6. ¶ Si verò plus participat in fauore, debet esse idem ius. d. l. actio. cum concor. hic allegatis in glo. Si procedat permissiuè, dic, quòd semper, vbi est eadem æquitas, debet esse idem ius, vt hic cũ
5 concor. ¶ Circa hoc tamen, an ex identitate rationis fiat extensio ad alium casum, vel ad aliam personam, vide Bar. in l. si constante. in princ. solu. matrimonio. in 9. q. primæ partis legis. ¶ In ea. glo in fi. Nota ex ista gloss.
6 † quòd dictio, maximè, implicat: idem ius esse in casu cõ
2 trario ad expressum, facit. C. vnde liberi. l. qui se patris. & probatur in l. si quis pro vxore. in prin. ff. de dona. inter, vi. & vxo. Quod ẽ verũ, qñ in oratione dictio, maximè, iungitur cum verbis denotantibus causam impulsiuã, & hoc constat, vt d. l. si quis pro vxore. ¶ Vel etiam, quando est dubium, vt d. l. qui se patris. secus si iungatur cum verbis denotantibus causam, seu rationem finalem, & hoc constat;

stat; qa tunc abũdat, vt in Auth. de inst. cau. & fide. §. oportet verò. colla. 6. & l. fi. §. fin autem. C de test. ma. Ita dixit notabiliter Iac. de Bel. i d. §. oportet. in 4. opp. ¶ Ci. autẽ dixit, quòd hæc dictio, maximè, abundat, vbicunque sensus per eam implicitus resultat iuri contrarius, ita intelligit d. l. fi. §. sin autem. de testa. ma. Ita dicit in l. 1. C. de rescin. ven. tangitur etiã aliquid in l. nec ambigi oportet. C. de dona. & hic no. Nam quãdoq; simpliciter reperitur
7 sũpta illa dictio pro, tãtũ. 1. q. 3. c. si qs Episcopus. ¶ † Simile dicamus in dictione, præsertim, quæ pro taxatiua sumitur. 12. dist. c. illud. cũ concor. ibi. de qua dictione vide tex. in l. 1. C. in qui. ca. in inte. resti. non est ne.

Ex §. Si idem eundem.

SVMMAE.

1 *Deinde, dictio denotat temporis interuallum.*

2 *Effectus solus inspicitur, quando plura tendunt ad eundem effectum.*

3 *Statutum, quod punit producentem falsos testes, quomodo intelligatur.*

4 *Vulnera dicuntur confundi cũ homicidio postea sequuto, quando plura vulnera tendunt ad vnum homicidium.*

§. Si idem eundem. ¶ Si vulneret quis primò, postea ex interuallo occidat, de vulnerato, & de occiso tenetur: sed si plura vulnera eodem impetu inferat, & inde mors sequatur, tenetur de occiso. hoc dicit iste tex. qui allegatur pro singulari. ¶ In textu, ibi [sunt delicta] scilicet separata. Et ratio est, ne maleficiũ remaneat impunitũ. ĵ. eod. l. ita vulneratus, secundùm Odof. ¶ Ibi [pluribus vulneribus.] Etiam si aliqua erant mortalia, & aliqua non. Idem si fortè pugnis, vel calcibus primò eum vexauit, postea eodem impetu interfecit. Nam totum est vnum factum, & assumit sibi vnam speciem delicti, & punitur tanquam vnum delictum tantùm, per istum tex. qđ est notabile ad multa, vt statim subdã. ¶ Nota in verbo,
1 deinde, coniuncta glo. quæ dicit ex interuallo, † quòd ista dictio, deinde, notat temporis interuallum, quod potest esse vtile, quando istud verbum reperitur insertum accusationi, vel inquisitioni. Alibi tamen dicitur simul fieri, qđ fit successiuè, probatur. s̃. si pars hæred. pet. in l. antiqui. & de iniur. in l. si plures. quod no. gl. 3. q. 9. i c. nihilominus.
2 ¶ Secundò nota, † quod vbi plura tendunt ad vnum effectum, solus ille effectus inspicitur, & ideo dixit Bart. post istum tex. quòd quando plura vulnera præcedentia tendunt ad vnum effectum vnius vulneris, pro illo solo punitur vulnerans. Exemplum ponit in frangente os alicui, ex cuius fractione irrogatum est vulnus in alia parte corporis, de quo vide Bar. in l. si gemina. ĵ. arbo. fur. cæsa. Item facit pro doctrina Dy. in l. nunquam plura. ĵ. de priua. delic. & secundum hoc terminabitur etiam quæstio de percutiente alium pluribus alapis, vel pluribus percussionibus, quòd puniatur pro vna tantum, maximè attento, q̃ sunt plura delicta eiusdem speciei, secundùm glos. in d. l. nunquam. pro hoc facit. l. Prætor. §. quòd autẽ Prætor vers. si mihi. ĵ. de iniur. vbi etiam aliquid Bar. Dy. tamen tenuit contrarium; quia ex istis pluribus delictis sequuntur plures effectus; ergo plures pœnæ debent imponi. l. 3. ĵ. de termi. mo. ¶ Item pro hoc. l. si quis adulterium cum incestu. ĵ. de adulterijs. vbi si ex vno facto sequuntur plura delicta tendentia ad eũdem effectum, punitur ex quolibet, vt ibi; ergo multò magis si ex pluribus factis sequuntur plura delicta. ¶ Nec ob. iste tex. quia hic plura delicta tendebant ad eundem effectum, vt s̃. dixi, & hoc sequitur Bar. in d. l. nunquam plura. vbi vide latiùs. Item facit,
3 † quòd si producat quis plures testes ad vnum effectum, sit vna productio, & pro vno delicto tantùm veniet puniẽdus per statutum, quod punit producentem falsos testes. & hoc tenuit Dy. in d. l. nunquam plura. de priua. delic. & Bar. in l. inficiando. §. infans. ĵ. de furtis. Secus si ad diuersos effectus; quia tunc pro quolibet puniretur. l. 3. ĵ. de termi. amo. Item ex hoc infertur, quod si testis falsum dixerit super diuersis capitulis, siue articulis: si illi articuli tendunt ad vnam conclusionem, & ad vnam victoriam, vnum est delictum. Secus si ad diuersos effectus; quia tũc essent plura. Idem in euellente terminos; quia si essent plures lapides in vno loco, vnus terminus diceretur euulsus: & sic pro vno tantùm puniretur, d. l. 3. de termi. amo. ¶ Circa quod vide omnino Bar. in d. §. infans. & adde etiam, quod dixi in l. si seruus. §. seruum. in prin. s̃. eod. ¶ Item
4 no. † quòd vbi plura vulnera procedunt ad vnum homicidium; vulnera dicuntur confundi cum homicidio immediatè sequuto, vt sic solum de homicidio puniatur. Et secundùm hoc videtur intelligi insultum in percussione cõfundi, quod tenuit singulariter glos. in l. qui de crimine. C. de accu. Sed contra istud videtur casus in l. si quid fur. in prin. coniuncta glo. ĵ. de fur. vbi dicitur, quod si frangatur, vel rumpatur arca, vt in ea posita subtrahantur, licèt non possit pro ipsa arca fracta agi furti: tamen potest agi Aquilia secundum glo. ibi, & tamen constat, quòd fractura fuit actus præparationis ad furtum: igitur non debet posse agi per istum tex. ad id, quod dicitur de insulto, vt d. l. qui crimen. Sed puto responderi posse, quod ille actus præparationis fracturæ, licèt sit ordinatus ad aliud puta ad furtum: tamen inducit læsionem specificam à læsione, quæ inducitur per actum finalem, & ideo etiã de eo punitur, secũdùm ibi no. aliàs secus esset, vt hic. ¶ Ex quo no. pulchram resultantem conclusionem. Adde prædictis vnum, quod vbi præter propositum delinquentis incidatur in aliam speciem delicti, non tenetur quis de illa alia., probatur per l. verum. ĵ. de fur. Secus si in eãdem speciẽ, vt eo. tit. l. vulgaris. §. si is, qui. vers. si quis æs. vel nisi delictum commissum secundum propositum verisimiliter ordinari potuerit sui natura ad illud, sic intelligatur. l. qui seruo. §. plus Pompo. ĵ. de fur. & l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi.

Ex l. Si seruum.

SVMMAE.

1 *Articulare quomodo debeat mutuans frumentum, & petens eius restitutionem.*

2 *Res dicitur tantò plus valere, quantò faciliùs potest vendi.*

3 *Aestimatio rei extantis secundum præsens tẽpus, probatur de facili.*

L. Si seruum. ¶ In actione legis Aquiliæ cõsideratur interesse cõmune, non affectionis. Et pretia rerum non indicantur ex affectione, vel vtilitate singulari, sed æstimatione communi, & in Aquilia habetur consideratio etiam lucri amissi. Et vbi pro damno dato non potest competere Aquilia directa, vel vtilis, recurritur ad actionem in factum. h. d. tota lex. ¶ In tex. ibi [omnibus, vel pluribus] est vtile ad id, quod dicam. ĵ. super glo. Nec ob. ĵ. de act. empti. l. 1. in prin. & s̃. eo. tit. l. proinde. vt ibi no. Similiter nec ob. ĵ. man.

man.l.cum seruus.etiam ibi notatur in tex.¶Ibi [redēpturus esset] vltra ęstimationem cōmunem.¶Ibi [potuimus] & amisimus ratione damni nobis dati. ¶In gl. 2.
1 in fi.& hoc cum iuribus hic allegatis.†No. ad instructionem eorum, qui mutuarunt frumentum, & repetunt ęstimationem illius ratione morę secundùm formam. l.vinum.si cer.peta. Nam debent articulare, & probare, ꝙ in tali anno,pro maiori parte anni,in tali loco,vel in foro publico frumentum emebatur, & vendebatur pro tanto pretio, nec sufficeret probari simpliciter, ꝙ frumentum in loco publico tanti valuit, probat hoc text. in l. pretia rerū.§.fi.hic allegatus. Dixi autem de foro publico; quia non sufficeret,si in priuatis domibus pluris vēdebatur,vt multotiens contingit tempore maximæ caristiæ, vbi in foro publico non potest vendi, nisi certo pretio. ¶In gloss. quarta.ibi [intellige communiter.] Facit qđ no.in l.si seruus.in prin.ĵ.de condi.fur. & de fur.l.si quis vxori. §. pen. & ideo non probat testis, qui dicit,quòd tanti emisset rem: sed debet dicere, quod tanti communiter empta,& vendita fuisset, & additur communiter cum periculo, & fortuna emptoris.l. prima.§.si hæres.& ibi not.ĵ.ad Trebel. Item quòd sic communiter empta, & vendita fuisset ab homine sciente conditiones, & qualitates rei.l.mortis causa capimus. §.fi.& ibi notat gl.de dona.cau.mor. attenta etiam quantitate redditū. C.de rescin.ven.l. si quos. Circa quod adde quod š. dixi super alia glo.& post hic per gloss. & Doct. C. de re-
2 scin.vend. in l.secunda. Vnū tamen nota, † quòd tantò pluris dicitur res valere,quantò faciliùs potest vendi, & cum minori grauamine venditoris. Exemplum pone, si vendi potest sine cautione de euictione, vel fideiussore non præstito, vel si vendi potest præsenti pecunia, vel etiam non præsenti, sed emptori legaliori, & locupletio-
3 ri,vt l.eum qui.§.melior ĵ.de in di.adiec. Adde, † quòd æstimatio rei extantis(secundùm præsens tempus)de facili probatur vno modo per iudicem,qui potest æstimare.l.fi.C.de iure do. impe. Alio modo per æstimatores assumendos.l.hac edictali.§ his illud. C. de secundis nuptijs.& in Auth.de non aliē. §. quia verò Leonis. Et hoc tenuit Azo.in summa huius ti.& est pōderandum, quòd hæc assumptio potest fieri,etiam post didicita testificata,secundùm Bal.in l.secunda.C.de rescin.ven.in pe.col. Tertio modo potest fieri,si alta voce subhastetur:& facta venditione secundùm illam, an venditor possit dicere se deceptum,& se timore territum vendidisse, dixit Bartol. quòd sic,in l. prima,C. de præscriptio. 30. anno. per l.si quos.C.de rescin.ven. ¶Sed contrarium videtur verius, quando cum subhastatione vendita est res,iudicis decreto interueniente.C.de prædi.decuri.l.prima.lib. 10.Nec ob.d.l.si quos.quia videtur loqui, quando constabat de ambitione.Et ex his dixit Bar.in l. secunda. C. de rescin. ven.consulens agenti condictione ex illa lege, quòd ad probandum se deceptum, sufficit, ꝙ ad eius petitionem iudex mittat æstimatores, quibus, & eorum relationi stabitur,secūdùm eum.quod non videtur tutum; quia illa probatio debet referri ad tempus venditionis. Tales autem æstimatores hoc de præsenti non possunt inspicere,vel videre; ergo eorum probatio non videtur concludens necessariò.š.de neg.gest. l.cum actū.& C.de proba. l.matrem.cum si. Dixit etiam, quòd remedium illius legis cessat,quando venditor notam habuit conditionem, & qualitatem rei tempore venditionis, & ita alias de facto obtinui, quod tamen intelligo, probata verè scientia. Sola enim scientia præsumptiua, qua quilibet præsumeretur scire vires rei suæ, non tollet sibi beneficium illius legis,& hoc est, quod voluit Ioann. And. in Spec. de emp.& vend.§.vltimo,in add.quę incipit.quid si agēs scienter &c. ¶In gloss.fina.ibi [l. qui autem.] sol.vt in qualibet earum no.Ad l.si is.§.fi.responde, ꝙ ibi loquitur in lucro,quod percipiebatur cum iniuria alterius,cuius consideratio non habetur,vt ibi. Et ex hoc no.Doct. quòd vbicunque in materia interesse habetur consideratio lucri (quod glo. dicit hodie esse generale. C. de sen. quæ pro eo,quod inter.profe.l. 1.)illud habet locum, si lucrum potest percipi sine alterius iniuria, & ita dicit gloss. quam Dyn. dixit singularem in l. si quis vxori. §. penul.infra de fur.

Ex l. Titio, & Seio.

SVMMAE.

1 *Ius accrescendi fingit retro quò ad acquisitionem actionis personalis.*

2 *Dominium rei legatæ fingitur non transisse in legatarium, si ipse repudiat.*

L. Titio, & Seio. ¶Si ex duobus legatarijs in legato serui coniunctis,alter legatum repudiet, etiam post occisum iam seruum,alter solus agit Aquilia,ac si ab initio fuisset solus ad legatū vocatus. hoc dicit.¶Vel sic, & notabiliùs. Ius accrescendi fingit retro, sicut aditio hæreditatis, etiam super re iam perempta.hoc dicit. simile supra eodem l.si dominus.§.primo. ¶In tex.ibi[occisus est] ab alio.¶Sequitur in litera [perinde Titius agere possit]scilicet insolidum.¶Ibi [videtur] vide text.
1 in l.si patronus.§.fi. ĵ.de bo.liber.¶Nota hic, † quòd sicut ius accrescendi fingit retro, quò ad dominium, & commodum legatarij, ita & quò ad acquisitionem a-
2 ctionis personalis,vt hic.¶Secundò nota,†quòd licèt dominium rei legatæ dicatur transire in legatarium à morte testatoris.l.à Titio.infra de fur. si tamē legatarius repudiat, fingitur non transisse. Ratio est; quia tale dominium est repudiabile,vt patet hic,& ĵ. si cer. pet. l. proinde.& š.eo.l.huic scripturæ.& no.ĵ.de condit.inst.l. si quis ita hæreditatē.facit.C.de indic.viduita.in Auth.cui relictum.& ideo legatarius acceptans,dicitur potiùs habere per ius non decrescendi, quàm per ius accrescendi, vt hic in glo. Item potest ista lex allegari, quòd corruptio vnius est generatio alterius. Corrupto enim iure legatarij repudiantis, generatur ius solidi in persona alterius collegatarij.

Ex l. Nam sicut. §. Si dominus.

§.Si dominus. Pro testatore occiso non potest hæres agere acti. legis Aqliæ; nā defuncto talis actio competere non potuit,ergo nec hæredi.hoc dicit. Et primò loquitur,quando seruus mortiferè vulneratus fuit solus scriptus hæres cum libertate. Secundò quando pro parte. secunda ibi, ꝙ si pro parte. ¶ In tex. ibi [iusserit] scilicet insolidū.¶Ibi [eique].s.seruo instituto.¶Ibi[extiterit hæres] & sic tāquàm hæres hæredis volebat agere Aqlia, quod videbatur posse;qa hæres hæredis &c. C. de hær. inst. l. fi.

tamen contrarium statuitur, vt ȷ. patet. Et ratio est; quia impeditur propter personam mediam istius serui, à quo immediatè cām habet. ¶ Ibi [Aquiliæ actioné] .s. ad pretium occisi, vt sequitur ibi [eius, cuius]&c. scilicet hæredis liberi. ¶ No. ergo ex isto tex. regulam, quòd vbi actio est impossibilis testatori, iudicatur etiam impossibilis & hæredi. ¶ Secundò no. quòd causa immediata est potens impedire causam mediatam. Quod intellige, & declara, vt dixi. s. super tex. ¶ In glos. fi. ibi [qua hæres est.] Ratio est, quia pro illa agit; nam habebat pro illa dominium huius occisi. ¶ In ea. ibi [hic cohæres.] Ratio diuersitatis est; quia substitutus ille nullo tempore habuit dominium, nec habiturus fuit; iste autem cohæres fuit pro parte hæreditaria.

Ex l. Liber homo.

SVMMAE.

1 *Filius, vel seruus obediens patri, uel domino excusatur ratione iussus. & nu. 2.*

3 *Potestas, vel Rector quomodo teneatur de delicto commisso per aliquem de sua familia.*

4 *Mulier an debeat culpari, si ingrediatur carcerem, & mutet habitum cum viro culpabili, cuius colore maritus exeat, & aufugiat.*

5 *Officialis an possit compellere aliquem ciuem, vel subditum suum ad suspendendum, vel fustigandum, vel decapitandum aliquem.*

6 *Voluntas patris in quibus casibus excuset.*

7 *Crimina leuia, quæ dicantur, quæ grauia, & quæ grauiora.*

L. Liber homo. ¶ Excusatur quis à delicto propter obedientiam debitam, vel permissam. Ad hoc allegatur, & pone casum in nube. ¶ Ibi [liber homo.] idem in seruo, vt ȷ. de ac. & obli. l. seruus. & de reg. iu. l. ad ea. ¶ Ibi [iniuria] .i. culpa. secus si dolo secundùm Iacó. de Ra. ¶ Ibi [cum eo actio est]. s. tantùm. ¶ Nec ob. ȷ. de noxa. l. 2. §. fi. vt ibi patet secūdùm Ray. facit. in l. in fraudem. §. fina. de his quæ in frau. cre. ¶ Ibi [habuit] in alio, non in hoc, quod dixi secundùm Iac. Bu. ¶ Ibi [non habuit] nec hoc, nec aliud secundùm Iac. Bu. ¶ Ibi [qui fecit] supple damnum eo iubente. C. de accu. l. nō ideo minus. Nec ob. ȷ. quod vi, aut clam. l. denique. §. fi. vt ibi no.
1 ¶ Not. tex. qui quotidie allegatur, † ꝙ filius, vel seruus obediens patri, vel domino, ratione iussus excusatur, & loquitur iste text. in leuioribus: secus in atrocioribus,
2 vt ȷ. patet in litera. † Et sic potest allegari ad q. de domino mandante seruitori suo, ꝙ vxorem eius interficiat, vel interficiet eum, an excusetur seruus interficiens. In qua qōne Ia. de Ra. distinxit an mulier esset aliàs omnino peritura, vel non. Pe. verò dixit in dubio seruientem excusatum; quia fecit hoc ob tutelam corporis sui, & quia omnis ordinata charitas &c. l. Præses. C. de ser. & aqua. Et quia licitum est sanguinem suum redimere. l. 1. ȷ. de bo. eo. qui sibi mor. consci. De hac tamen q. vide latiùs per Ci. C. vnde vi. in l. 1. in penul. q. dicam etiam in l. si quis fumo. §. 1. ȷ. eodem. ¶ Item no. hunc tex per quem de facto fuit obtentum, quod libellus, qui dabatur contra quendam officialem Potestatis, qui mandato ipsius Potestatis quendam illicitè torserat, reijceretur, quasi excusatus esset ratione iussus superioris, vt hic. Et no. Dy. de re. iur. in cap. quod quis mandato. lib. 6. facit l. liberorum. §. fi. & l. qui iussu. supra de his qui no. infa. facit etiā ȷ. de iniur. l. iniuriarum. in prin. versi. si quis quod decreto. vbi de hoc videtur casus coniuncta gl. facit etiam qđ
3 no. ȷ. de re. iu. in l. non videtur. §. qui iussu. † Et ex hoc sume notabilem cautelam pro Potestate, & Rectore, qui fuerit in aliquo loco, vt oblato libello de tortura in syndicatu contra aliquem de sua familia, elapso tempore ad dandum libellos contra seipsum, faciat officialem suum inculpatum probare, quòd hoc fecit de mandato ipsius Rectoris, & ipse Rector hoc etiam confiteatur, & vterque erit securus, vt ex præcedentibus patet. ¶ Item allegaui hunc tex. in q. quam disputaui, quæ incipit. In-
4 quisitus &c. ¶ Circa tertium dubium principale, † quòd mulier, quæ cum viro culpabili habitum mutauit, sub cuius colore carcerem exiuit, & aufugit maritus, non debeat culpari: quasi hoc, & si sonet in delictum, non tamen fuit de atrocioribus, maximè attento, quòd à tali habitus mutatione non trahebat consequentiam necessariam fuga viri, ergo in talibus debuit viro parere, vt hic, & dict. l. ad ea. & l. si is qui in puteum. §. si tutoris. infra quod vi aut clam. attenta parificatione, quæ videtur fieri de subiectione vxoris erga maritum, & serui erga dominum, per no. per gl. in l. 3. §. si quis seruum. ȷ. de statulibe. & de ope. lib. l. sicut. Pro qua etiam bene facit illud Genesis. 3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. facit etiam vndecima quæst. tertia c. si dominus. de quo tamen ibi vide latiùs. ¶ In glo. super ver. qui iussit. ibi [ergo nec ciuis magistratui.] ¶ Nota. hāc parificationem, quam facit de obedientia serui ad dominum, & ciuis ad magistratum: et sic si ciuis tenetur obedire
5 magistratui, videtur, † quòd officialis possit compellere aliquem ciuem, vel subditum suum ad suspendendū, vel fustigandum, vel decapitandum aliquem. Contrarium tamen tenuit Guil. quòd non debet compelli, nisi esset persona multùm vilis, probatur C. ne quis inui. lib. actū reipubli. gerere. co. in l. prima. & secunda. lib. vndecimo. & hoc tenuit Guil. in l. fin. §. fina. infra de pig. actio. ¶ In ead. ibi [maximè cum aliàs facturus non erat.] Vtrùm autem in crimine locum habeat, & fieri debeat ista distinctio, erat aliàs facturus, vel non, & quò ad succedentem, vide no. per Bar. in dict. §. Proculus. all. in gloss. ¶ In ea. ibi [quia non erat atrox delictum] in atrocioribus ergo noluit excusari obedientem, & hoc infra apertiùs firmat. Circa quòd ab extra vnum nota, quòd in atrocioribus excusatur filius obediens patri, vbicunque illud, quod attentatur, permittebatur patri iubenti, casus est no. cum gloss. in l. Gracchus. C. de adult. Di-
6 cit tamen ibi Cin. quòd Pe. dicebat, † quòd uoluntas patris excusat, nisi in his, in quibus si non essent punita, remanerent impunita, & ita fuisset ibi secundùm eum. qđ no. ad limitationem præcedentis dicti. ¶ In ea. ibi [in quibus si pareât, vterque tenetur.] An tamen puniatur ea. leg. vide examinatum per Bar. in l. sed si vnius. §. si seruus meus. infra de iniu. Adde tamen, quòd si mandauit, nec sequutum fuit maleficium, an ex mandato teneatur mandans. Et dic, quòd sic, si delictum est atrox; nam tunc ex solo mandato obligatur, vt extraordinariè puniatur, vt l. prima. ȷ. de extraor. cri. non ex ipso delicto. Secus si fuisset leue; quia tunc non tenetur. l. item apud. §. si curauerit. infra de iniu. & ibi hoc tenuit Dyn. quod Bart. etiam sequitur eo. ti. in l. non solùm. §. si mandato. Adde etiam Innoc. qui dixit mandantem teneri, sequuta exequutione mandati, etiam diu post mandatum susceptum, nisi fortè appareat mandatum esse reuocatum expressè, vel tacitè, ita dixit extra de homi.

in capit.ad audientiam. Et hoc idem Bar. est sequutus in d.§.si mandato.¶Item prædictis adde vnam gloss.circa
7 hoc in l.ad ea.in princip.ꝭ.de reg.iur.† Collige, quæ dicantur crimina leuia, quæ grauia, & quæ grauiora. Et conclude, quòd illa dicuntur leuia, in quibus non requiritur dolus, vt damnum iniuria datum, vt hic no. & infra de iniur.l.non solùm. in princip. in fine primæ gloss. Idem tamen si requiratur dolus, dummodo crimen committatur circa modicam rem, vt furtum rei modicæ, vt dicit gloss.in dict.l.ad ea.facit.ꝭ.de fur.l.si libertus. & de pę.l.respiciendum. §.furta domestica. possunt etiam leuia appellari omnia illa de quibus ponitur exemplum infra de accu.i l.leuia.vbi Bar.dicit, quòd leue, vel graue iudicatur ex qualitate pœnæ; grauia verò dicuntur, vt priuata crimina, quæ requirunt dolum, & magnum præiudicium afferunt, vt furtum magnæ rei, vt dict.l.respiciendum.§.furta.& l.auxilium.§.in delictis.de minori.& no.gloss.in d.l.ad ea.Idem dixit Bar.in qualibet iniuria, quæ infertur in persona, vt dicatur grauis, probatur per casum in l.non solùm.§.si mandato. infra de iniu. vbi hoc tangitur in eo, quod ibi dicit, filium teneri, licèt obediat patri, ergo ibi iudicatur maleficium graue secundùm doctri.huius gloss. supra. Pro hoc facit; quia quælibet iniuria personalis est maior, vel grauior quacunque reali.infra de pę.l.in seruorum. in fin. & not.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ꝭ.de his qui no.infa. Grauiora autem dicuntur delicta publica, pro quibus non imponitur pœna mortis. Addit etiam Bartol. quòd alia appellantur grauissima, pro quibus imponitur pœna mortis, & in istis duabus secundùm eum loquitur gl. in d.§. in delictis.

§.Si quadrupes.

¶In actione legis Aquiliæ haberi debet consideratio etiam extra rem, & casus superueniens post litis contestationem in re, quæ erat in facultate soluendi, non excusat debitorem. hoc dicit. facit ad primũ dictum, supra eod.l.proinde.la prima.¶Ibi[fecisset]sub audi alij. ¶Ibi[defungi] quod necesse habet propter mortem quadrupedis. No.istum tex. ad id, quod dixi in prima parte summarij;quia facit ad q. quam formaui in l.quemadmodũ. §. idem Labeo. ver.planè.ꝭ.e.t.de stipendiario, cui interficitur equus, durante stipendio, an etiam stipendij amissi ratio haberi debeat.

L.Si eo tempore.

¶Si seruus alienus à seruo bonæ fidei possessoris vulneretur, contra ipsum possessorem datur domino actio legis Aquiliæ noxalis. h. d. Et ad huius legis intelligentiam vide quod not. ꝭ. de peti. hære.in l.si quid posse ssor.ver.sicut.

L.Quintus Mutius.

¶Aliena animalia in suo depascentia non potest quis percutere, vel damnificare, aliter tenetur Aquilia. Et in expellendo seruare debet modum, quem seruaret in proprijs; quia pro damno sibi dato habet actionem contra illorum dominum: nec potest illa propria auctoritate includere. hoc dicit. ¶Vel sic breuius. Licèt quis reperiat animalia in suo damnum dantia: non tamen potest illa vulnerare, vel occidere: sed potest illa commodè expellere, vel includere, donec dominum illorum admoneat. h. d. ¶No. casum hic apertum, quòd animalia in meo reperta non possum retinere, donec damnum mihi emédetur. Sed contra hoc videtur apertè.l. hoc amplius. §.de h is. ff.de dam.infec.& de incen.rui.nau.l.ratis. Sed solue vno modo secundùm Oldr. quòd in illis damnum passus nõ habebat aliud remedium contra dominum ruderum, vel ratis: ideo ei consuluitur vi retentionis. quod secus est hic, vt patet hic in text.ibi [quoniam si quid] &c. ¶Vel secundò dic secundùm Bartol. quòd ideo aliter hic statuit, quàm ibi; quia maius est periculũ in retentione animalium; quia faciliùs pereunt, quàm aliæ res, & ita secundùm eum debet etiam intelligi dict.l.ratis. Et ad practicã istius literæ. vide Roffr.in ti.de act. in factũ de pauperie.& Guil.in Spe.de actio.in §. 1. ver. sed pone, inuenio pecudem tuam. Adde etiam casum extra de iniu.& dam da.in c.si culpa. Item adde Bar. in l. qui ea mente. ꝭ.de fur.vbi dicit, ꝙ si pulli fugerint in domo scholaris, & eos claudit animo comedendi, & postea mutato consilio reddit, non tenetur furti.

Ex l.In lege Aquilia si deletum.

SVMMAE.

1 *Condemnatio fit statim, quando aliquid est factum de præsenti, & culpa, & damnum speratur de futuro.*
2 *Sententia conditionalis quando mereatur exequutionem. & num. 3.*
4 *Cognitio summaria qualis esse debeat.*
5 *Exemplo quando credatur.*
6 *Debitum probatur, probato tenore instrumenti contra furem.*
7 *Probationes debent esse plenæ in secundo decreto.*
Et quando sufficiat semiplena.nu.8.
9 *Pars an debeat citari in relaxatione.*
10 *Instrumentum si fuerit cancellatum, quod habet ex forma statuti exequutionem paratam, quid iuris.*
11 *Testium receptio propter senectutem, vel absentiam futuram, an habeat locum in causa criminali.*

L.In lege Aquil. si deletũ.

¶Ad intelligẽtiam istius legis pmitte, ꝙ ista lex habet tres lec.prout colligitur hic ex gl.pe. magna. ¶Prima est, ꝙ hic agebatur Aquilia, pendente conditione debiti conditionalis, cuius chirographum fuerat cancellatum, & hac causa iudicium hoc permittit.s. probãdo illũ debitorẽ, & chirographum deletum, vel cancellatum, & quia dicatur, ꝙ testes de facili sint perituri; quia fortè senes. Et si dicatur, quõ potest agi ad restitutionẽ damni; quia est ista vna obiectio, quæ formatur, cum nondũ euenerit conditio. Respõde. ꝭ.in ver.[sed tunc]ꝙ exactio differretur. & hæc lectura multùm congruit huic literæ, & Bart.hic dicit, ꝙ continet ipsam veritatem. Secundùm hanc ergo peteretur pronuntiari sub conditione hoc modo: dico, quòd deleuisti instrumentum, in quo continebatur, ꝙ Titius debebat mihi decem sub conditione, pone, si nauis ex Asia venerit, quare peto te condemnari ad quantitatem chirographi sub eadem conditione. ¶In tex. ibi[summatim]ex hoc verbo no. ꝙ summaria ꝓbatio sufficit ad probandũ, ꝙ testes sint senes, vel valitudinarij. ¶Ibi[vincere] hic cõiter intelligit, si agatur ciuiliter, secus si criminaliter, tu dic vt ꝭ.dicã, & in sequẽtibus. ¶Ibi[nullas vires habebit]quia tũc nõ interest creditoris instrumẽtũ

debiti esse deletum. Et secundùm hanc lec. aduerte in modo probandi, quòd testes in probatione huius criminis dicant. Scimus, quòd Titius promisit tali dare decem sub conditione. si nauis ex Asia venerit, & de hac promissione debitor fecit chirographum, quod nec plus, nec minus continebat, et Titius hoc chirographum deleuit. Vel si non habeat testes, qui interfuerint huic promissioni: habeat tamen, qui viderint instrumentū debiti, & isti dicant. Vidimus hoc chirographum in prima figura, in quo continebatur, quòd Titius promisit Petro decem, si nauis ex Asia veniret &c. quod chirographum scripsit talis notarius, & hoc chirographum Titius deleuit, & ita hãc legē practicat Guil. in Spe. in ti. de cri. fal. ad fi. Et ex

1 hac prima lec. no. † quòd vbi est aliquid factum de præsenti, si culpa, & damnum speratur de futuro, statim fit condemnatio, sed differtur exactio. Et hoc est, quod in effectu iste tex. dicit secundùm hanc lec. quam gloss. in-

2 fra sequitur. ¶ No. secundo † quòd sententia conditionalis meretur exequutionem in conditionis effectum, vel euentum: sed conditione defecta, non debet fieri eius exequutio, & sic patet, quòd agens habet liquidare conditionem extitisse. quod intelligo, nisi fortè esset notorium: vt no. in l. fi. infra si cer. pe. & in l. 10. ࠤ. de verb. ob. ¶ Secunda lec. est quæ in effectu ponitur in gl. mag. pe. ĩ ver. [quidam tamen dicunt, nihilominus] &c. quòd hic agebatur conditione existente. in qua lectu. non insisto; quia non cõuenit textui. Tunc enim non differtur exactio, quod tamē voluit ista litera, & hac ratione reprehenditur. ࠤ. per gl.

Ex hac tamen lectura, quam in se veram puto, licèt non

3 ad text. nota. † quòd licèt sit purificata conditio debiti, super quo etiam aliæ probationes habentur: non tamen tollitur Aquilia, quatenus fortè interest respectu probationis peremptæ, propter quam peremptionem modò vexor in expensis alterius probationis, examinationis forte testium, vel simili; in hac enim actione venit damnū, quod consequimur. s. eod. l. si seruū. ¶ Tertia lectura est, quæ ponitur. in ead. gloss. vltra medium in ver. [quidam tamen dicunt] secundùm quam hic erit iudicium solius receptionis testium separatum à iudicio principali, & sic recipiuntur testes super actione mouenda. Et secundùm hanc lec. ista l. hoc intendit in summa. Qui habet testes super iure conditionali, potest petere illos examinari, & publicari ad æternam rei memoriam, si dubitatur de morte testium, vel eorum absentia diuturna, in qua sufficit summaria probatio. h. d. Sed contra hanc lec. facit; quia talis receptio testium non haberet exequutionem paratā suo tempore, vt voluit iste tex. Mera enim probatio non habet paratam exequutionem, vt no. in l. sed si possessori. §. pe. ࠤ. de iureiuran. vbi gloss. sing. dicit, quòd ex nulla specie probationis oritur actio, præterquam ex confessione, & iuramento. Et secundùm hanc lec. loquitur ista l. de receptione testium speciali, quæ fit ante litem conte. de qua etiam loquitur l. pupillus. C. de vsu. pu. & in l. current. ࠤ. de testi. & latiùs in c. quoniam frequenter. extra vt li. non conte. regulariter enim ante lit. conte. testes non recipiuntur vt ibi, de hoc etiam ext. de testi. in c. Albericus. & in cap. significauit. et ibi vide bonam gloss. ¶ Aduerte tamen; quia differentia est an testes recipiantur, quia timetur mors, vel absentia. An verò ad perpetuam memoriam. de primo loquitur iste tex. De secundo c. significauit. Quia primo casu dicta testium debent consignari, secundo debent publicari. Item hoc casu secundo recipiun-

2 tur etiam sani, & māsuri, & eorum dicta durabilia sunt, & primorum non, vt dict. capit. quoniam frequenter. post prim secundum Io. An. qui inuehit contra Spe. qui prædicta parificabat in Spe. de teste. §. nūc tractemus. in addi. quæ inci. & huic contrario &c. Item aduerte, quòd quando testes recipiuntur ad æternam rei memoriam, requiritur partis præsentia, vel saltem, quòd personaliter sit citata, adeo quòd si citatio ad domum fit, si non sit inuenta, non sufficit secundùm Dy. quod Ci. sequitur. C. de tes. ĩ Auth. si quis ab aliquo. vbi de materia istius l. etiam hr. ¶ Nec ob. ꝙ regulariter sufficiat citatio ad domū. l. 4. §. Prætor ait. ࠤ. de dam. infe. & extra de do. & contu. c. causam quæ. & de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. c. fi. quia loquuntur in his, quæ fiunt post lit. conte. in quibus est maior contumacia. De hac tamen. q. vide latiùs disputatum per Io. An. super reg. præsumitur lib. 6. ¶ No. ex ista lite-

4 ra in ver [ad suspicionē] † ꝙ sufficit summariam cognitionem esse talem, quæ iudici suspicionem inducat. Et est vtile ad id, quod dicam ࠤ. super 3. glo. Item allegatur iste tex. ꝙ tractus futuri temporis spectat ad iudicem. qđ est verum, quando ius est præsens, & præsens actio: sed sola differtē exactio, vt hic. & l. qui tabulas. ࠤ. de fur. aliàs. n. vtrùm, & qñ spectet ad iudicem, tangitur per gl. in l. 1. C. de iudi. & ĩ l. 1. § 1. ࠤ. de vsu. & ĩ l. 1. C. de sen. q̃ si. cer. quā. & ĩ l. 1. C. de fideicom. vbi per Ci. & in l. non quaadmodū. s. de iudi. vbi per Ia. Bu. & Io. An. de sen. exco. in c. Romana. li. 6. & p Ber. de sepul. in c. in vestra. & scripsi pleniùs in d. l. 1. §. 1. ࠤ. de vsu. Item hic videtur probari, quòd inspicitur quod euenire potest: de quo tangitur de iurisdictio. omn. iud. l. si idem cum eodem. & per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. ࠤ. de ver. obligatio. ¶ In gl. 2. ibi [quia quasi exemplum.] s. est istud dictum testis, cui exemplo non creditur, vt ࠤ. ll. hic all. ¶ In ea. gl. ibi [Auth. si quis in aliquo] simile no. glo. C. de fi. instr. l. sicut iniquum. Et hanc adde ad illam, per quam dicit Bart. in l. admonēdi.

5 circa tertium genus scripturæ. s. de epistola, † quòd licèt producenti exemplum non credatur, vt d. Auth. si quis in aliquo documento. quia eo ipso, ꝙ cessat producere originale, est præsumptio contra eum, & contra suum exēplum: tamen si producat exemplum, & dicat se perdidisse originale, & probet tunc exemplum, faceret semiplenā probationē per illam gl. facit quod no. ࠤ. de fi. instr. in l. 2. ¶ In ea. ibi [aduersario surripuerat]. q. d. ꝙ contra subtrahentem sufficit probari furtum instrumenti, & eius tenor præsumitur. Vnde non est necesse aliter ibi probari de tenore instrumenti, scilicet vero: sed sufficit, quòd sit allegatum, & probatum per iuramentum primi actoris, sicut in simili. C. vnde vi. l. si quādo. & extra quod me. cau. c. fi. aliàs enim si esset probatum de tenore, illa esset vera probatio, & sufficiens contra quemcunque. l. testium. in fi. C. de testi. et hoc tenet Dy. & Pe. in contrario. Sed contra videtur tex. in l. qui tabulas. & l. quidam tabularum. ࠤ. de fur. vbi etiam de tenore videtur necesse probari. Sed potest dici, quòd ibi loquitur, cum agebatur actio. fur. ad pœnam: prædicta autem, quando agitur ad id, quod dicitur ĩ instrumento contineri, secundùm Bar. qui ita respondit in d. l. si de possessione. Sed quidam libri non habent communiter hoc. ¶ Pro hac tamen sol. videtur bene facere; quia vbi agitur ad pœnam, non admittitur probatio per iuramentum, vt no. Barto. in l. fina. ࠤ. de in li. iur.

6 ¶ Ex prædictis collige, † quòd probato tenore instrumenti contra furem, ipsum debitum probatur, quod facit contra mercatores fugientes cum libris mercatorum, in quibus descriptæ sunt rationes aliorum. ¶ In ead. ibi [nō esse futuros.] puta qa sunt senes, & sic moribūdi, vel aduenæ, & sic recessuri, ita exponitur in gloss. penult. Idem tamen esset, si alia subsit rationabilis causa timoris, vt dict. cap. quoniam frequenter. ¶ In gloss. tertia. ibi

[verbi

[verbi gratia, si sunt senes] dixit Inn. quòd loquitur de constitutis infra septuagesimum annum, non de his, qui complessent; cum ipsi, & si possent volentes: non tamē inuiti coguntur ad testificādum. ỹ. de testi. l. inuiti. la 1. Ita dicit Inno. in c. quoniam frequenter. Sed Io. An. ibi in nouel. super ver. senex. dixit hoc arbitrarium, quod in proposito nostro puto verum. ¶ In eadem. ibi [summatim debet] &c. Et hoc ideo: quia plenè probari non potest, quantum quis viuat, vel si tempore conditionis erit præsens, vel absens. ¶ In ea. gl. in fi. Circa hoc dic, ꝙ quædā sunt causæ breuiores, de quibus in Auth. nisi breues. C. de sen.
b ex peric. reci. & in illis causa est summaria b quo ad cognitionem, & quò ad dilationes. Aliæ verò sunt nō breuiores, & in istis attende, an lex dicat summatim cognosci, vel non. Nam primo casu, si id, super quo est summaria cognitio, afferret plenum præiudicium: tunc intelligitur summatim, quò ad ordinem, & non quò ad probationes, imò ibi requiruntur plenę. C. de naufra. l. de submersis. lib. 11. & d. cle. sæpe. sic intelligitur, & resultant
7 plures effect'. † Et ideo in secūdo decreto ratione pleni præiudicij, licèt cognitio sit summaria: probationes tamen debent esse plenę, vt no. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infect.
8 † Sed si non affert plenum præiudicium: tunc summatim intelligitur, et quò ad ordines, & quò ad probationes, & sufficit semiplena probatio. Imò dixit Bart. quòd fortè etiam per iuramentum. l. thesaurus. ỹ. ad exhi. Et ideo in primo decreto non requiritur plena probatio, vt in Authen. de exhi. & introd. re. §. susceptam. Adde eadē rōne in actione ad exhibendum, vt d. l. thesaurus. Idem in casu alimentorum, vt l. si iudex. ś. de his, qui sunt sui, vel alie. iu. Idem in hac examinatione summaria super ætate, & qualitate testium, de qua hic in tex. & in ista glos. ¶ Sed si lex nihil dicit de cognitione: tunc debet cognosci plenè, vt l. iudices. hic all. nisi causa esset breuior, vt ś. dixi. & de hoc articulo tangitur per Dyn. in l. 1. in fin. ỹ. de præto. stip. Et ibi per Bar. & per Cin. in l. 2. in 11. q. C. vbi in rem actio. per Guil. in Spe. de contuma. §. sequitur. ¶ Et ex prædictis videtur dici posse, et ita aliàs allegaui, & obtinui, quòd in causa petitæ relaxationis à iuramento apposito in contractu, vel compromisso, quando pars vult petere reductionem, vel vult venire ad retractationem contractus, quòd sufficiat etiam summaria probatio, vel co
9 gnitio, secundùm prædicta. ¶ † An autem in tali relaxatione debeat pars citari, aduerte, quòd quandoque iuramentum obligat personam ad non agendum, non petendum, & similia (de quo iuramento loquitur Innocen. in c. 1. de li. cont. lib. 6.) & in isto pars debet citari; quia personam inhabilem habilitat ad iudicium; quia vult eum admittere ad agendum, facit l. tertia. §. si causa cognita. infra de bo. pos. & quia interest aduersarium ab agendo repellere, ergo &c. Quandoque iuramentum apponitur ad confirmationem contractus inualidi, de quo in Auth. sacramenta puberū. C. si adu. vēd. & de pac. c. 2. li. 6. & in isto dico idē, quòd pars debet citari; quia interuenire debet causæ cognitio, secundùm Inn. & in c. ad aures. extra de his, quæ vi, metusue cau. & videtur casus de fo. cō. in c. cum laycus. lib. 6. Item ius ex isto iuramento quęsitum descendit ex conuentione, & sic ex vinculo naturali, no. Archi. de præben. in c. auctoritate. lib. 6. & Spe. in titu. de le. §. nunc ostendendum. ver. 24. Item quia absolutio est fori iudicialis, ex quo concernit commodum alterius: & sic, si iudex procedit causa non cognita, dicitur facere, vt pars, non vt iudex, & tenetur, si lędit, sicut priuatus. de resti. spoliat. c. conquerente. ¶ Hanc conclusionem etiam iuuat, quod in simili dicitur, quòd etiam, si actus non teneat, non potest propterea reuocari de facto: sed demum parte vocata, casus est in l. secunda. C. sine cen. vel reliq. & tenet Innoc. in cap. veniens. de fil. presby. de maio. & obed. in c. inter quatuor. facit quod no. glo. in l. minor. §. primo. de euic. ¶ In gloss. mag. ibi [pati damnum] innuit ergo, quòd non videatur pati damnum, qui amittit vnam speciem probationis, & hoc videtur clarè probari in dict. l. qui tabulas. Et sic videtur facere, quòd quis possit conuenire in contractu, quòd non possit probare solutionem, nisi per instrumentum, quasi non patiatur damnum, ex quo sibi remanet vna species probationis. Gl. tenet contrarium in Auth. vt li. ma. & auiæ. circa medium ma. gloss. quia auctoritati testium per pactum derogari non potest. in Auth. vt si prohi. ma. debi. §. propterea. gl. col. 7. & hoc tenuit Alber. Galle. in Margarita sua. & Cin. & Bar. ī l. iubemus. C. de iudi. & Bal. in l. pactum inter hæredem. ś. de pac. ¶ In ea. gl. ibi [quidam tamen dicunt] hic est alia lec. dum dicit, si sint aliæ probationes. l. in exercendis. C. de fi. instr. Not. tamen vnum ab
10 extrà, † ꝙ si cancellatum est instrumentum, quod habeat ex forma statuti exequutionem paratam, vel saltem paratam probationem de iure cōi, licèt habeam testes de debito: tamen æstimatur meum interesse, quantò minoris venderem illud debitum propter illas probationes subtractas, ar. l. 1. § si hæres. ad Treb. et ita tenuit Bar. in d. l. qui tabulas. ¶ In ead. ibi [vt pœna inficiationis] Circa hoc vide quod dixi in l. 2. ś. eo. ¶ In ea. ibi [& solutum debitum] hoc declara propter id, quod dixi. s. e. ī l. inde Neratius. §. si in ea. ¶ Ibi [leuissima culpa] quod declara, vt dicetur ỹ. eo. ī l. in lege. ¶ In ea. gl. in fi. Adde hic specialem casum, in quo odio recipientis ex naufragio testes examinantur, lite non cont. & virtute taliū attestationum (etiam nulla sententia) ille, de quo querimonia exponitur, potest capi, & ligatus duci ad Præsidem, casus est no. secundùm Doc. in l. ne quid. in ver. testari. ỹ. de in
11 cen. rui. & nau. ¶ Item adde pulchrum dubium, † an hæc receptio testium propter senectutem, vel absentiam futuram (de qua. ś.) habeat locum in causa criminali. Et cōiter dixerunt Doct. ꝙ non; quia ibi requiruntur probationes strictissimæ. C. de proba. l. sciant. & hoc tenet Bar. in d. c. quoniam. in gl. hoc ideo. Idem ibi Inn. & Hosti. quia non est in eis bursale interesse, sicut in ciuilibus. Idem etiam Guil. in Spe. de teste. §. nūc tractemus. ver. pe. licet dicat, quòd Vincen. contra, cuius dictum vide per Io. An. in d. c. quoniam. super 3. glo. Sed in contrarium facit; quia ita quis potest pati iniustitiam in causa criminali, sicut in ciuili, vel ex contractu, quod satis videtur probari hic. hoc tenet Nico. de Mat. & refert Bald. in Auth. sed & si fuis ab aliquo. C. de testi. Tu potes concludere, ꝙ prima opi. vera est ex parte accusatoris; non enim debet in hoc ei faueri; quia in exequutionibus pœnarum non adhibetur fauor. ś. de mino. l. auxilium. in princ. Sed ex parte rei sit vera opi. secunda; fauendum enim est econtra reo in suis defensionibus. Vnde poterit petere examinari testes ad æternam memoriam, si fortè velit probare, ꝙ fecit ad sui defensionē, vel quòd tempore, quo tale maleficiūm fuit commissum, erat absens &c. & hoc solùm facit, ne iniustè opprimatur. Adde etiam, & aliud vtile ad examinationē testium ad æternam memoriam contra principalem, de directo loquitur ista vtilis l. & an noceat. & valeat contra extraneos possessores bonorum, an verò valeat contra illos solum, contra quos fuit facta vocatio, & Dy. consuluit, quòd non præiudicat ad illos tertios in suis consilijs, consil. sexto. quod incipien. Quæstio talis est. Titius, & alij complures ex parte vna, et cæt. De quo tangitur

etiam per Io. And. extra de testi. in c. significauit. in gl. dixit hic Inno. & in c. Albericus. in gl. quæ inci. quid. & in addi. ad Spe. in ti. de teste. §. nunc tractemus. versi. sed his testibus. Item adde, quòd attestationes publicatæ, idest testes examinati in causa inquisitionis, non probant in causa ordinaria accusationis, secundùm Inno. de testi. in c. cum in tua. ¶In gl. fi. ibi [ultra quadrimestre tempus] simile no. s. de mino. in l. 3. §. sed vtrùm. & in l. quòd si minor. §. si seruus. & adde quod no. solu. ma. in l. si filio.

ADDITIONES.

a ¶Durabilia sunt. Adde ad hanc communem materiam, quòd tales testes ad perpetuam rei memoriam debent examinari coram iudice, cui reus subiicitur, si ex parte ipsius fuerint recepti. s. coram iudice, coram quo causa principalis agenda esset, vide Alex. in consi. 103. inci. Consideratis his. in 5. volu. Et quo pacto publicentur ad perpetuam rei memoriam, vide eundem Alex. in consi. 348. inci. Super themate. in 2. vol.

b ¶Causa est summaria. Adde ad hanc communem materiam, quòd libellus potest omitti in istis causis breuioribus, Bar. in l. iubemus. la 2. C. de sacrosan. ecc. 3. colum. versi. venio ad tertiam. & in Authen. nisi breuiores. C. de sent. ex peri. reci. in fine. Panor. in c. 1. de lib. obla. in 6. ver. Itẽ fallit. vide Feli. in c. 1. de lib. obl. ver. ad illam fallentiam. col. 4. Alex. tamen tenuit contra Barto. in l. sciendum. in 9. colum. ff. de ver. obli.

Ex l. Si quis testamentum.

SVMMAE.

1 *Deleuerit, verbum quid importet.*
2 *Scriptura testatoris an sibi praiudicet.*
3 *Confessio vsurarum facta in testamento, an faciat quem vsurarium manifestum.*

L. Si quis testamentum.

¶Pro testamento deleto non competit actio legis Aquiliæ testatori, sed hæredi, vel legatario. sic hoc dicit prima particula: quæ actio legis Aquiliæ competit etiam pro chirographo deleto. hoc dicit vsque ibi. Sed & si quis. Pone casum, quidam fecit testamentum, & fuit deletum à quodam in vita sua. ¶In tex. ibi [deleuerit] viuo testatore, vel mortuo post aditam hæreditatem per hæredẽ,
1 secundùm glos. & ita supplet Ray. †Et no. verbum, deleuerit, quod importat subtractionem, & extinctionẽ virtutis eius. s. testamenti, iuxta illud. Deletur de libro vitæ, cui gratia subtracta ea operari permittitur, quibus æternam damnationem meretur. Vnde Propheta ait. Deleantur de libro viuentium, hoc est, subtrahatur eis gratia, qua subtracta in profundũ vitiorum, deinde in æternam damnationem præcipitentur, & cum iustis non ponantur, seu scribantur, legitur de pœ. dist. quarta. c. in domo. §. item secundùm iustitiam. ¶In text. ibi [hærede] scripto. s. purè. ¶Ibi [idẽ Marcellus] ad hũc ver. adde qđ dicam. j. i. l. prox. ¶Ibi [legis Aquiliæ act.] s. creditori, & alijs, quorum interest. quod est regulariter respectu eius summæ, quæ in his tabulis continetur, vt dixit tex. l. qui tabulas. infra de fur. & sic non uidetur considerandum, an debitor sit soluendo, an non, vel an eius æstimatio fieri possit, sicut eo. ti. l. fullo. §. fina. Et hæc vtilia reputo primò ad statutum disponens, quòd de instrumento ascendente ad summã 10. librarũ soluatur gabella, vel ponatur in memoriali. Nam attenditur solùm quanta quantitas contineatur, non autem, an debitor sit soluendo, vel non: sic & si dicat statutum, quòd talis iudex non cognoscat vltra quãtitatem 10. librarũ. Nam attenditur solùm, quod petitur, nõ qđ debetur, vel an debitor sit soluẽdo, vel non, tex. est no. in l. pe. in fin. s. de iurisdict. omniũ iud. & l. in offerendis. C. de app. Et no. bonam limitationem, nisi fortè agens in fraudem augeat, vel minuat quãtitatem, tex. est in Authen. de defen. ciui. §. & iudicare. Vnum tamen no. quòd vbi prima fronte quantitas petita est infra iurisdictionem iudicis, coram quo litigatur, & petitur: licèt ex postfacto appareat pluris esse eam, ut quia iudicium erat vniuersale, vel duplex, nihilominus super pluri sententia ferri poterit, casus est fin. in l. finali. §. fin. C. de app. ¶In gl. 3. ibi [l. si quis tabulas.] de hoc vide quod ibi no. super ver. quod testamentum non facit.
2 ¶No. sing. ex ista gl. † quòd scriptura testatoris non facit ei præiudicium; contenta ergo in illo possunt remoueri, facit quod no. Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. & Bart. in l. cum quis decedens. §. codicil. de leg. 3. & sic confessio, quam quis fecerit, quòd vsuras extorserat, vel aliquid malè abstulerat, in testamento facto ei non præiudicat, quò minus posit eam reuocare, reuocando testamentum; illa enim non est species probationis, vt sic ex ea posit conueniri: sed est species vltimæ voluntatis, quæ potest reuocari, & hoc vltimum not. Bald. in addi. ad Spe. in ti. de confes. §. confessio facta. Adde tamen prædictis singularem gl. in l. hæredes palam. in fin. j. de te-
3 sta. Et ex prædictis collige, † quòd talis confessio non facit talem sic confitentem in testamento se vsurarium tunc manifestum, de quo loquitur c. quamquam. de vsu. lib. 6. & hoc tenet Ang. in quæst. quæ inci. Hastensis miles. disputando eam.

§. Sed & si quis.

¶Si secreta dispositionis alterius apud se deposita quis reuelet, tenetur ei & in factum, & iniuriarum, si iniuriæ faciendæ causa hoc fecit. h. d. ¶Vel sic. Secretarius reuelans alterius secretum, tenetur ad interesse. ad hoc notabiliter allegatur. ¶Ibi [tabulas] .s. secreti conseruandas. ¶Ibi [in factum] .s. quando legit. Sed directa Aquilia, quando deleuit, vt s. prox. & j. i. l. se. ¶Ibi [agi] ab hærede ciuiliter. ¶No. ibi [si iniuriæ] &c. inspici causam, propter quam delinquitur, & sic põt adduci ad id, quod dicã statim. j. in §. prox. ¶In gl. publicauerit. Ibi [§. sed vbi] vel etiam tenorem dispositionis testatoris publicando, quam fortè secretam esse volebat. Et hoc videtur de mente huius literæ. ¶In ea. ibi. [§. qui vir.] & de fal. l. 1. §. is qui deposita. ¶Adde, quid de detrahente nomen alterius, & imponente nomen suum, dictum vide peregrinum in l. Titio. j. ad muni. vbi casus no. Adde etiam in simili alium casum. s. de dolo. l. quidã debitor. & ibi no. Ia. Bu. vbi ponitur casus de illo, qui fecit literam contrafactam.

Ex §. Interdum.

SVMMAE.

1 *Testamentum subtrahens, an teneatur lege Cornelia de falsis.*
2 *Pax an intelligatur rupta inimico per actum libidinis.*
Et an per commissionem furti. nu. 3.

§. Interdum.

§. Interdum ¶Delens alterius tabulas licèt obligetur damni iniuriæ: non tamen obligatur furti, si furandi animum non habuerit. h. d. ¶In tex. ibi [vt quis] scilicet extraneus, & non debitor, & per hoc cessat contrarium de l. qui tabulas. §. fin. ꝟ. de fur. ¶In tex. ibi [delendo] sic, & si subtraxisset: non tamen vt furtum faceret instrumenti; nam nec tunc furti, sed de dolo tenetur. l. sub prætextu instrumenti. C.
1 de transact. ¶No. tamen; † quia puto quandoque subtrahentem instrumentum teneri posse Cornelia de falsis, si fortè hoc fecit, vt cælaret, ita quòd nulli veritas appareret, sic intelligo gloss. in l. eum qui. C. de fal. quæ communiter etiam probatur: secus si subtraheret, vel cælaret solùm, vt furtum committeret; quia tunc nō tenetur Cornelia, nisi forte instrumentum pertineret ad causam testamenti, in quo est speciale, vt. ꝟ. de fal. l. Paulus. sic nec incidit in Corneliam, qui cælat instrumentum, non vt omnibus cælet: sed solùm alicuius intuitu, vt sui aduersarij, vt est casus sing. in l. 3. §. si quis dolo. ꝟ. de tab. exh. ¶No. hic considerari finem, ad quem aliquid fit. Alibi dicitur, quòd principalis causa delinquendi inspicitur. l. verùm. ꝟ. de fur. de quo per glo. in l. 3. §. sed quod meretrici. ꝟ. de
2 condi. ob tur. cau. † Et faciunt ad q. Suza. qui terminauit, quòd per actum libidinis nō intelligatur interrupta pax inimico, quod simpliciter Bar. sequitur in d. l. verùm. Sed tu intellige hoc verum, quando constat libidinis causa tātùm hoc factum, aliàs præsumptio esset contra libidinē inferentem, ar. l. 1. C. de sica. vbi enim aliquis actus pōt se habere ad plura delicta, delinquētis odio semper fit interpretatio contra eum, vt no. Dy. in reg. in obscuris. extra de reg. iur. li. 6. ¶Idem si constaret, quòd animo iniuriandi vxori eius, cum quo habet pacem, cum ea adulterium commisisset; nam eo ipso iniuriam patitur vir. l. 1. §. per alias. cum ibi no. ꝟ. de iniu. vbi dicit, quòd iniuria facta vxori videtur facta viro. Et ex prædictis potest inferri,
3 † quòd committens furtum non rumpat pacem, quod etiam Bar. tenuit in d. l. verùm. pro quo videtur facere. ꝟ. de fur. l. in furti. §. ope. vbi videtur casus, quòd furans non intelligitur offendere, nisi inimicitiarum causa faciat. In cōtrariū videtur casus in vsi. feud. de pa. tenen. in §. si quis quinque. & hoc tenuit Bal. ibi per illum tex. Pro concordantia dic, ꝙ opi. Bar. vera est in casu certo, quando constat, vel ex coniecturis potest percipi, quòd solùm fecit ad finem lucri, aliàs in dubio sit verior secunda opi. scilicet, quòd pax intelligatur rupta; cum enim in delictis semper præsumatur contra delinquentē, posito maleficio pro constanti, vt no. in d. c. in obscuris. per Dy. si ille, qui fecit, & promisit non offendere, furatur, & de furto constat, poterit conueniri, quasi præsumatur inimicitiæ causa fecisse furtum. d. §. ope. adde prædictis Bar. in d. l. verùm.

Ex l. Qui tabulas.

SVMMAE.

1 *Siquis laceret instrumētum aduersarij productum coram iudice, vel etiam priuatam scripturam, qua qui, vti vellet, quantùm ad probationem stabitur iuramento producentis.*

L. Qui tabulas. ¶Cōtra depositarium delentem tabulas testamenti, ita quòd legi non possint, datur actio depositi, & ad exibendum etiam Aquilia; quia corrupit. h. d. & habet conformitatem cum duobus casibus præcedentibus. Et pone casum in testamento deleto, vel instrumēto. ¶In gl. 1. in fi. vel coniunge omnes solutiones simul. ¶Adde,
1 † quòd si laceret quis instrumentum aduersarij productum coram iudice, vel etiam priuatam scripturam, qua quis vti vellet, quantùm ad probationem stabitur sacramento producentis. C. de proba. l. si de possessione. sed quò ad punitionem debet puniri extra ordinem, arg. l. locatio. ꝟ. de publi. §. quod illicitè. & experiri debet in se talis violenter iudicis auctoritatem elusam, extra de testi. cog. c. peruenit. cum si. ita dicit Io. An. extra de fi. instru. in nouella.

Ex l. Ob id, quod.

SVMMAE.

1 *Tempus, quo agitur, consideratur, & non aliud.*
2 *Actio iniuriarum acquiritur hæreditati, & per eam futuro hæredi.*
3 *Verba sunt ita intelligenda, vt euitetur absurditas.*
4 *Statutum dicens, quòd habens instrumentum donationis, vel clericatus, debeat illud producere, vt insinuetur, aliàs non teneat, habebit locum in eo, qui habere tunc potuit, & non habuit.*

L. Ob id, quod. ¶Pro damno dato in re hæreditaria, hæreditate iacente, dat̄ hæredi post adeūti actio legis Aquiliæ, sicut & actio furti, vel interdictum, quod vi, aut clam. h. d. ¶Vel sic. In Aquilia venit damnum datum in hæreditate iacēte. h. d. ¶Ibi [quod] pro quia. ¶In. tex. ibi [quia tūc fuerit] scilicet re, & cum effectu, & ideo sufficit, ꝙ spe, dummodo fingatur retro fuisse dn̄s, vt in exemplis, quæ sequuntur. ¶Ibi [captione] i. deceptione. ¶Ibi [eadē dicere mus] scilicet ꝙ cōpetat actio furti. ¶Ibi [furtim.] i. clā l. furtim. ꝟ. arb. fur. cæ. ¶Ibi [prohibitus fuerit] s. op' fieri
1 in prędio hæreditario. ¶† No. cōsiderari tēpus, quo agit̄, & non aliud, seu non posterius. Et per hoc dico, quòd pro damno dato per maritum in deteriorando fundum dotalem datur contra eum mulieri, matrimonio dissoluto, hęc actio legis Aquiliæ, qd gl. tenet in l. diuortio. §. si fundū. so. ma. licèt Bart. eam reprehendat ex eo; quia hæc actio datur domino, & sic marito. l. doce ancillam. C. de rei vēdi. ergo non contra eum: sed illam glo. intelligo, matrimonio dissoluto, vt dixi, & sic in mulierem retranslato dominio. l. in reb'. C. de iu. do. & de dona. inter vi. & vxo. l. vxor marito. Et licèt tempore damni dati non esset vxor domina, potest agi tamen, vt hic. Potest tamen dici, ꝙ Bar. considerauit maritum non teneri; quia illo tempore, quo dedit damnum, ipse maritus erat dominus. ¶ Secundò not.
2 † quòd actio iniuriarum acquiritur hæreditati, & per eā futuro hæredi, ita alleg. hæc. l. per glo. in l. 1. §. & si fortè.
3 ꝟ. de iniuri. ¶Item no. quòd † verba non sunt intelligenda prauè: sed potiùs, vt euitetur absurditas. ¶Item no. ꝙ paria sunt, scire, vel scire debere. l. quod te. ꝟ. si cer. peta. quod facit, vt assump. ad regimen parochialis ecclesiæ, & c. de elec. licèt canon. lib. 6. Et etiam præsentatus ad regimen illius, & c. de insti. c. 1. eo. lib. Et adde glo. in l. 3. §. quod quisq; iur. & posset dici, paria sunt, habere, & habe
4 re posse. † Vnde statutum dicens, quòd habens instrumentum donationis, vel clericatus, debeat illud producere, vt insinuetur, aliàs non teneat, habebit locum in eo, qui habere tunc potuit, & non habuit. ¶In glo. ibi [aliud actione furti] Et potest assignari ratio diuersitatis; quia furtū, cum sit contractatio rei alienæ inuito domino animo lucrandi. l. 1. ꝟ. de fur. & res hæreditaria interim nō habeat

dominum, meritò non potest in ea furtum committi secundùm Bar. ibi. Sed Aquilia actio non requirit dominiū: sed tempus, quo datur dānum, vt hic probat tex. Aduerte tamen; quia præcedens ratio Bar. ad casum. l. hæreditariæ. videtur esse contra illum tex. Nam rei pignoratæ, vel ablatæ à defuncto interim nullus est dominus: & tamen in ea furtum potest committi, vt ibi. Propterea nec videtur vera illa ratio; quia hæreditate adita ante possessionē apprehensam per hæredis negligētiā non cōmittitur furtum. j. de cri. expi. hære. l. 2. §. 1. & tamen constat damnū incontinenti transisse in hæredem. s. de rei ven. l. si ager. Dic ergo, quòd alia est ratio illius legis, s. quia donec hæreditas iacet, nullius est possessio. l. prima. §. Scæuola. ff. si quis te. lib. esse iuss. fue. Vbi autem non est possessio, siue detentatio, impossibile est furtum committi, cum nullus inueniatur, quo inuito res contractetur. Nec ob. prædictæ rationi eod. tit. l. si dominium. vbi actio furti competit hæredi per contractationem factam post aditam hæreditatem, & ante aliquam possessionem apprehensam; quia ibi facto furis non potuit hæres possessionē apprehendere, vnde nō fuit negligēs apprehēdēdo, vt. d. l. 2. §. 1. de crimi. expi. hæred. Vnū tamen adde, quod licèt hæredi interim non detur actio furti pro ista re: tamen sibi competit condictio ex l. cum quærebatur. C. vnde vi. ad recuperandum possessionem, qua quodammodo fuit spoliatus, eò quòd defunctus fuit spoliatus, vt ibi no. & Insti. de vsuc. §. quòd autē. & l. 1. j. de cri. expi. hære.

Ex l. In lege.

SVMMAE.

1 *Culpa leuissima sufficit in Aquilia.*
2 *Maleficium est maius in committendo.*

L. In lege. ¶ Aquilia tenetur nō solùm, qui damnum dedit dolo, imò, & qui lata culpa, leui & leuissima. h. d. Odof. secūdùm quem pone exemplū. Si aliquis te aggreditur, & tu incipis ei resistere, venit alius ad vos separando, & tu resistendo volens percutere aggressorem, percussisti mediatorem, teneris:
1 vt. j. eo. l. scientiam. §. qui cum aliter. ¶ Nota † ergo regulam, quòd in Aquilia sufficit leuissima culpa. quod intellige de culpa in committendo, secus si in omittendo, vt probatur de vsufr. l. si vsusfructus. §. denique, & j. de pœ. l. capitaliū. §. penul. Est enim maior culpa commissionis, quàm omissionis. ¶ No. glo. in l. si mora. j. solut. matrim.
2 † Item, & maleficium est maius in committēdo, q̄ in omittēdo, vt not. j. ad Sylla. l. Diuus. illa tamen glo. intelligitur in maleficio ficto, & interpretato secundùm Bal. qui ita allegat eam. Vnum adde, quòd siue omissio fiat dolo, siue negligētia, idē est, vt no. Io. An. extra de elec. in c. si cōpromissarius. in glo. super verbo negligenter. lib. 6.

Ex §. Quotiens.

SVMMAE.

1 *De sola scientia quando quis teneatur.*
2 *Impedire qui potuit, ne alius læderetur, & non impediuit, an teneatur, & nu. 3.*
4 *Dominus fundi an teneatur de robaria facta in suo fundo.*
5 *Dominus an teneatur de robaria commissa in territorio per sibi subditos.*

§. Quotiens. ¶ Ex delicto serui obligatur dominus sciens, & prohibere valens. h. d vel sic. Patientia eius, qui prohibere pōt, operatur idem, quod mandatū quò ad eum obligandū. h. d. facit. l. quid ergo. §. 1. s. de his qui no. infa. & l. 1. in prin. j. de noxa. ¶ Ibi [seruus] in patre autem, qui scit filium delinquere, & potest prohibere, vide tex. cum glo. s. de iu
1 di. l. si longiùs. ¶ No. hic, † quòd quando quis tenetur de sola scientia, non tenetur, nisi quando prohibere potest, aliàs non, vt. j. de regu. iur. l. culpa caret. fallit secundùm Bar. quādo maleficium debet committi in personam eius, cuius potestati ē aliquis subiectus, vt si seruus, vel vasall', sciat mortem domini, vel filius patris mortē, vt. j. de parrici. l. 2. vel sciat subditus committi contra ciuitatem, vel Principem. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. in fi. his enim casibus sola scientia obligat: aliàs non, nisi sit particeps delicti. j. de parrici. l. vtrum. & per Bar. ibi. Et hæc faciunt
2 ad q. † an ille, qui potuit impedire, ne alius læderetur, & non impediuit, teneatur. Et gloss. in reg. culpa caret. j. de reg. iuris. dixit, quòd sic de iure canonico, per c. dilecto. extra de sen. exc. lib. 6. Idem Dy. in reg. non est sine culpa. eo. li. Pro hoc facit; quia non caret scrupulo societatis occultæ, &c. qui manifesto facinori desinit obuiare, extra de homici. c. sicut dignū. 2. q. 7. c. negligere. 23. q. 3. c. si. & c. qui potest. Quid sit de iure ciuili. Dy. videtur dubitasse in d. c. non est sine culpa. gl. autem nostra dixit secus in d. reg. culpa. nisi in his, quos habet corrigere. Tu dic, q̄ non tenetur, vt probatur. s. quod me. cau. in l. metum. §. sed licèt. coniuncta. l. fin. j. de condi. ob tur. causā. vbi enumeratur, qđ arguit, quòd non tenetur de iure, &c. Et circa hoc vide glo. 23. q. 3. in c. non inferenda. & pleniorē extra de sen. excom. in c. quinta. Vbi etiā vide Inn. qui refert quosdam dicere quemlibet teneri ad defensionē clerici. 90. dist. c. præcipimus. 3. q. 1. c. nulli. & c. se. Itē & defensio clericorum ad ius publicū spectat: vnde omnes tenētur defendere ius publicum. 1. dist. c. ius publicū. & l. 1. s. de iusti. & iure. Concludit iudices, & omnes, qui potestatem habent aliquam super percutientes, teneri ad
3 defendendum. † Idem de his, quorum nomine fit verberatio: non tamen credit tales cadere in canonem excommunicationis, si ex negligentia non prohibeant, cum dolus sit necessarius ad hoc, vt quis incidat: & si dolus interuenit, semper cadit in canonem, qui prohibere potest, siue suo nomine verberetur clericus, siue non, siue sit in sua potestate verberans, siue non, per decretalem illam. Et hoc idem tenet ibi Host. & Io. An. in nouella. Adde hic, an defensionem extranei possit impunè assumere, quod dicam in l. scientiam. §. qui cum aliter. Item facit iste tex. & præ-
4 dicta, † quòd de robaria commissa in fundo alicuius, teneatur dominus fundi, si sciens fuit, sic & si commissa fuerit in territorio alicuius villæ, teneatur villa, si fuit sciens, quasi teneatur ad custodiam sui territorij. Et hoc videtur sentire glo. in l. nequid. infra de incen. rui. nauf. Sed potes dicere, quòd in naufragio sit speciale, vt dominus teneatur, & etiam villa, quasi ad custodiam obligati: idem esset in domino. In alijs autem maleficijs non potest villa, vel castrum puniri, etiam ad emendam damni commissi in suo territorio. Ad hoc adduco tex. in Auth. vt nulli iudic. §. quoniam verò contingit. colum. 9. & quod ibi tangitur per Iaco. de Bel. Facit etiam. l. 1. C. vt nullus ex vicarijs. li. 11. Et hoc intelligo verum ex simplici sciētia: sed si sciuit, & prohibere potuit, & non prohibuit, bene teneretur, ar. huius tex. Facit etiā. l. 1. C. de fal. mone. & l. 2. §. domini prædictorum. C. de his, qui latro. quod mēti te-
5 nendum est. † Quid autem de robaria commissa in territorio

torio, alicuius domini per sibi subditos, sensit glo. in d. l. nequid. dominū teneri, ar. Insti. de obli. ex quasi delic. §. si. quod procedere potest, si illi, qui prædictam robariam commiserunt, erant per dominum ad custodiam deputati; tunc enim videretur in culpa, cum malos custodes habuerit, siue elegerit, vt. d. §. fi. & l. 1. ꝟ. fur. aduer. nau. cau. sta. aliàs ex tali facto dominus non teneretur, arg. d. l. 1. C. vt nullus ex vic. lib. 11. Facit. l. 1. §. caupo. ꝟ. fur. aduer. nau. cau. sta. Quod etiam limitandū puto, nisi sciuerit, & talis erat dominus, qui prouidere poterat, vt. s. dixi, & ideo nō esset dubium, quòd dominus tenetur, &c. Adde notabiliter, quòd de iure cōmuni tenetur Dominus pro suo territorio, quod scrutari facere debet, vt incedat securus, vt probatur. l. 1. §. in summa. ꝟ. tit. proxi. quod est notabile. Item facit iste tex. quòd cum iusta causa timoris excuset protestantem coram publicis personis. l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ꝟ. de ope. no. nun. vel excuset appellātē. ꝟ. de app. l. cū quidā. & C. de his, qui ꝑ me. iud. nō appel. l. 1. & 2. & extra de appel. c. si. sufficiat actū terroris probari factū per familiares ipsius iudicis; ipse. n. iudex videt fecisse, cum corrigere potuerit, & non fecit, vt hic. Et hoc tenuit Bar. in d. §. si quis ipsi. & videtur probari extra de testi. in c. constitutus. il 1.

Ex l. Scientiam. §. Lege Aquilia.

SVMMAE.

1 *Actio an desinat competere, deficiente interesse.*

2 *Casus superueniēs an excuset à culpa cōmissa ratione doli, vel culpa præcedentis.*

§. Lege Aquilia. ¶ Licèt vulnus sit sanatum, pōt nihilomin' vulnerat' agere de vulnere. h. d. ¶ Vel aliter. Licèt cesset factū, propter quod est parti actio quæsita, non ꝑ hoc impeditur quis intentare actionem iam sibi paratā, & effectualiter acquisitam. h. d. Et potest induci iste tex.

1 ad illud generale, † an desinente interesse, deficiat actio competere, de quo per Iaco. Bu. in l. si seruus. §. 1. de con di. fur. per Cin. in l. ad comparandas. C. man. per glo. in l. inter omnes. in prin. ꝟ. de fur. Aduerte tamen; quia propriè propterea non desinit hoc interesse, etiam vt ex nūc, quatenus apparet seruum deterioratum, vel in eius curā

2 impensum. † An autem casus superueniens excuset à culpa commissa ratione doli, vel culpæ præcedentis, Dy. allegat notabilem casum, quòd sic in l. & in totum. ꝟ. de impēsis. Circa quod, an sit verū, & quomodo debeat intelligi, varia scripta sunt, quæ Cin. refert. C. man. in d. l. ad cōparandas. vbi vide. Potes breuiter cōcludere secundū Di. Aut actio, quæ dabitur ad illud interesse ratione illius doli, vel culpæ, nondum erat nata. & tunc superueniēs casus excusat, vt d. l. & in totū, & inf. de his, quib, vt indi. l. si §. apud Scæuolam. Aut erat nata tunc, sed nō poterat intentari, & idem. l. si vehenda. §. 1. ad l. Rhodi. de iac. & l. is qui ex stipulatu. infra de actio. & oblig. Sed si poterat intentari, aut actor erat in pari dolo, vel culpa cum reo, & repellitur. l. fi. §. sed, & si stipulatus. s. de eo, per quē fac. erit. & infra. de reg. iur. l. cum par delictum. Aut non erat in pari dolo, vel culpa & tunc aut actio, quæ datur pro interesse, non succedit in locum alterius actionis, à qua erat liberandus per interitū: & tunc non liberatur. l. inter oēs. in princi. & §. 1. ꝟ. de fur. & l. in re fur. ꝟ. de cōdi. fur. Aut illa actio succedit loco alterius actionis, à qua erat liberandus per interitum: tunc excusatur. l. non solùm. §. hæc acti de alie. iudi. mu. causa fac. & l. electio. §. si is. de noxa. secundùm Dyn. quæ verba sunt vtilia, in d. l. & in totum.

§. Cum stramenta. ¶ Vbi non apparet, nec apparere potest, quis fuerit auctor delicti, in dubio sequit absolutio. h. d. ¶ Vel sic. Vbi nō cōstat, quis fuerit aggressor, neuter punitur, scilicet sequuta morte. ¶ Et pone casū secundùm Odof. cum in curia sancti Ambrosij arderent stramēta, duo stulti ceperūt per se manus, dicentes curramus, vt saltemus vltra ignem, dum ita se tenerent per manus, ambo ceciderunt: vnus eorum est combustus in totū, vel in parte: certè tenetur (qui superest) domino combusti lege Aquilia, si apparet, quod ei' culpa factū sit, aliàs neuter tenetur. Est ergo positus terminus, qui clarè repetitur hoc modo, quòd duo serui, &c. vt. s. No. verbum [concurrunt] quia denotat, quòd simul currebant, ita quòd nullus fuit aggressor. & sic nō ob. l. 1. §. cum arietes. s. tit. 1. No. quia hic ponit casum in dantibus operā rei licitæ, & solaciosæ. ¶ In tex. ibi [concurrunt] ita quòd nullus fuit aggressor, & sic non ob. l. 1. §. cum arietes. s. tit. 1. No. hunc tex. quem glo. allegat. in l. 1. §. cum arietes. s. tit. 1. Intelli ge tamen hunc. §. secundùm quod ibi dixi; hic enim loquitur in his, qui dabant operam rei permissæ, & ludo permisso, secus si illicitæ seu non permis. ¶ Vnde si duo adinuicem se percusserunt, & non apparet, quis eorum fuerit aggressor, vterque puniretur, & hoc tenet Richar. Malum. cinus dictum retuli in d. §. cum arietes. vbi vide, & facit iste tex. ad q. de duobus equis currentibus vno aduersus alium, vel vno post alium, & adinuicem se percutiētibus casualiter, quòd nulla possit per aliquem eorum emenda peti. ¶ In gl. 2. in fi. Solue, vt no. in d. §. si plures. hic. n. ratione dubietatis neuter tenetur. quod secus est in pluribus aliquem percutientibus. licèt nō appareat, cuius ictu percussus sit. Nam tunc omnes deprehenduntur in culpa: vnde omnes tenentur, vt. d. §. si plures.

Ex §. Qui cum aliter.

SVMMAE.

1 *Tutela quando dicatur inculpata. & nu. 2.*

3 *Præsumptio semper fit contra eum, qui primò operam dedit rei illicitæ.*

4 *Terror infertur cum armis.*

5 *Miles, vel alius robustus insultatus à rustico, vel alio vili, ita quòd sine dedecore non poterat aufugere, si occidat rusticum illum, an puniatur.*

Et quid in foro pœnitentiali. nu. 6.

7 *Insultatus excedens modum in se defendendo, punitur solū pro illo excessu.*

8 *Defensio quando dicatur permissa.*

9 *Iniuria, quæ fit seruo, contingit dominum.*

10 *Defensio potest assumi à quolibet etiam extraneo.*

11 *Iniuriantes se mutuò, an teneantur.*

12 *Oratio generalis, & indefinita restringitur, vt intelligatur de iuribus, & legibus de hoc dicentibus.*

§. Qui cum aliter. ¶ Damnum ab aliquo datū pro sui defensione tantùm non iudicatur punibile, & licèt sit permissum insultato ad sui defensionem tantùm, nō ad ul tionem

tionem suum aggressorem percutere, non tamen media-
torem, vel alium. h. d. vel sic. Quod fit ad defensam, pœ-
nam non meretur. h. d. sic & ȷ. de vi, & vi ar. l. 3. §. cũ igi-
tur. & C. vnde vi. l. 1. & s. de iusti. & iure. l. vt vim. cum si-
milibus. Circa quod vide in vsi. feud. de pace te. §. 1. & qđ
no. glo. eo. de pace iur. fir. in. §. homicidiũ. facit etiam cle.
1. de homicid. Nota primò hunc tex. qui allegatur ad q.
formatam per Cin. in l. 1. C. vnde vi. in ver. sed denuò quę
ro. de qua dicã. ȷ. eo. in l. si quis fumo. §. 1. ¶ Secundò no-
ta hunc tex. per quem dicit Bar. quòd declaratur. l. 1. C.
vnde vi. & quod ibi no. scilicet quomodo intelligantur il-
la verba [cũ moderamine inculpatæ tutelæ] de quo gl. la
1 borat ibi. † Nam tunc dicitur inculpata tutela, quando
se tueri aliter non potest, vel defendere, scilicet sine pericu
2 lo rerum, vel personę. † Vnde non debet pati, quòd dam-
nificetur in aliquo, si damnum esset irrecuperabile: aliàs
secus. ȷ. de sica. l. furem. Et ideo si non possum effugere,
quin me percutias, nisi te interficiam, possum te interfice
re, cum quęlibet iniuria personalis sit maior quauis reali.
l. & in seruorum. ȷ. de pœnis, & propter realem irrecupe
rabilem possum occidere, vt dictum est; ergo multò for-
tius propter personalem. Et hoc est, quod voluit Bart. in
d. l. furem. quod est notandum. Adde tamen ad hęc ex-
tra de resti. spoli. c. olim. il primo. in glo. fi. circa finem. &
extra de homici. c. significasti. il primo. vbi omnino vide.
¶ Quomodo autẽ probari posset factum ad sui defensio-
3 nem, aduerte; † quia semper præsumitur contra eum,
qui primò operam dedit rei illicitæ. ȷ. eo. l. si ex plagis. §.
tabernarius. Item contra eum, qui primò aggressus fuit. l.
1. §. cum arietes. s. tit. 1. Item contra illum, qui primò in-
cepit verba cõtumeliosa proferre. l. si nõ cõuitij. C. de iniu-
rijs. Item contra eum, qui primò incepit euaginare ar-
ma. l. 1. C. ad l. Cor. de sica. ideo autem contra tales pręsu
mitur, quia in eis præsumitur dolus; aliàs si dolus nõ præ
sumeretur, oporteret præsumi illos furiosos, vel fatuos,
quod de nemine præsumitur, nisi probetur. C. de codicil.
l. nec codicillos. Nota tamen, quòd si euitari potuisset in-
sultus, imputaretur ei, cur non euitasset, vt euitaretur ma
ius malum, vt dixi. s. eo. in l. quemadmodũ. §. si nauis alte
ram. vbi est bon⁹ tex. Et ideo debet articulari, quòd pro-
pter illam aggressuram fuit in discrimine constitutus, tũc
enim statim videtur ei licere aggressorem occidere, tex.
est in l. is, qui aggressorem. C. de sica. Vel etiam articulari
in specie, quòd erat in angulo, vel sic arctatus, quòd fuge
re non poterat, nec se iuuare clamore, vel alio modo: præ-
sumitur autem in discrimine vitæ constitutus, eo ipso
4 † quod terror infertur cum armis, ita sentit notabili-
ter glo. in l. 4. s. eo. ¶ Adde Inn. qui dicit, ꝙ sufficit proba
biliter dubitari, vt excuset, arg. huius literæ. & s. eo. l. sed
& si quęcunque. in prin. & C. quando li. se sine iu. vindi. l.
1. & l. is, qui aggressorem. & ita no. Inno. de sen. excom.
5 in c. si verò. il primo. Adde tamẽ prædictis, † quòd miles,
vel alius robustus insultatus à rustico, vel alio vili ita, ꝙ
sine dedecore non poterat aufugere, si occidat rusticum il
lum, non puniatur, quasi videatur non potuisse aliter se
tueri, ar. l. filius. ȷ. de condi. insti. & s. ex qui. can. ma. l. in
eadem. Nam possumus quæ, salua honestate, & honore,
nostro possumus. Ita Ci. in addi. in d. l. filius. C. de cõd. in-
sti. Aduerte tamen circa prædicta, quod tales circunstan-
tiæ, de quibus dictum est. s. sunt necessariæ ad probandũ
defensionem in foro contentioso, vel iudiciali, in quo non
6 creditur asserenti se fecisse ad sui defensionem: † sed in fo
ro pœnitentiali crederetur hoc asserenti, extra de homi.
c. significasti. il secundo. & de spon. c. tua. & hoc tenet Io.
An. in cle. 1. de homi. in glo. ordinaria. ¶ Adde prædictis,
7 † quòd vbi insultatus, defendendo se, modum excedit, pu
niri debet solũ pro illo excessu, casus est sing. in l. si adulte-
rium cum incestu. §. Imperatores. ȷ. de adul. facit. l. Grac-
chus. C. de adulte. extra. de resti. spo. c. olim. il primo. qđ
intelligo, quãdo ille excessus est punibilis. hoc dico pro-
pter no. per glo. in d. c. olim. ad fi. & in d. c. significasti. il
8 2. Item facit iste tex. † quòd vbi defensio est permissa, quę
permissa dicitur etiam canonico, & diuino iure, vt dixi in
l. 1. §. cum arietes. s. tit. 1. vbi de hoc vide, quòd talis de-
fendens pro sui defensione non dicatur peccare, etiam in
foro conscientiæ. Circa quod vide Inno. in d. decre. si ve-
rò. de sen. excom. ¶ Item no. regulam huius tex. quomo-
do attentans excusatur, qui aliter se tueri non potest. Idẽ
videtẽ, si aliter tueri non poterat illũ, cuius sibi defensio in-
cumbebat, vt defensio domini seruo, vel patris filio. quod
intelligo etiam de non legitimo, ar. l. 3. ȷ. de liber. causa.
tunc enim etiã videtur excusatus. & ȷ. ad Sylla. l. cum do-
minus. & videtur apertè casus. ȷ. de iniur. l. si vnius iussu.
ver. plenè facit. l. si seruus. C. de his, qui ad eccle. cõfu. Et
hoc voluit Inno. in d. c. si verò. Et per hoc dico, quòd si vil
la occurrere tenetur iniuriã passo, & capere malefacto-
rem, in occursu contigerit occidi malefactorem, quòd oc
cidens non teneatur. Idem videtur econtra in domino vo
9 lente defendere seruum; † quia iniuria, quæ fit seruo, con-
tingit dominum, vt. l. sed si vnius. §. si seruus meus.
de iniur. Et idem eadem ratione in domino volen-
te defendere suum vasallum; quia interest ipsius domini
magis eum habere, quàm non. Idem est fortius in patre
volente repellere iniuriam filij; potest enim eam repelle-
re, sicut suam; quia paternum officium est defendere filiũ:
vnde ex officio paterno ad hoc tenetur. d. l. si vnius. §. qđ
deinde. & hoc etiam tenet Inno. simpliciter. in d. c. si verò.
& gl. ma. in vsibus feud. de pace te. c. 1. §. 1. quam omnino
vide. ¶ Idem videtur dicendum eadem ratione in mari-
to volente defendere vxorem suam; sibi enim incumbit
defensio sua. ȷ. de iniur. l. 2. & Insti. de iniur. §. patitur. &
hoc etiam tenet glo. in d. c. 1. §. 1. & Inno in d. c. si verò.
Idem videtur in volente defendere concubinam, vel famu
lam, vel aliam de sua familia. Nam econtra debet assu-
mere defensionem domini sui. d. l. cum dominus. ad Sylla.
tales enim continentur hoc casu appellatione familię. l.
1. §. familię. de vi, & vi ar. & hoc videtur etiam sensisse In-
no. qui loquitur de his, qui sunt de familia, in d. c. si verò.
vbi sensit plus scilicet, ꝙ sit idem in socio; quia socij etiã
ad iniuriam propulsandam tenentur, aliàs deliquisse vi-
dẽtur. 23. q. 3. c. fortitudo. & c. non inferẽda. & extra de
resti. spo. c. olim. causam. in fi. adduco de iure nostro text.
10 in l item apud Labeonem. §. tenetur. ȷ. de iniurijs. † Et idẽ
dico in quocunque etiam extraneo assumente defensionẽ
cuiusuis extranei, quod videtur permissum, ar. l. 3. §. cum
igitur. de vi, & vi ar. quia si in rebus mihi permittitur con
uocare amicos, vt ibi, ergo fortiùs in personis, id est vt me
tueant, & videtur hoc expressum in l. deuotum. C. de me
tatis. lib. 12. Idem sentit Inno. in d. c. si verò. Aduerte ta-
men; quia Bal. dixit hoc verum, quando crimen, quod cõ-
mittebatur in eum, cuius defensionem sumo, erat publi-
cũ; tunc enim licet mihi, & cuilibet de populo eũ defende
re: secus si priuatum. ¶ Vnde rem meam mihi furto sub-
tractam non est licitum tertio à fure auferre, dato quòd
eum inueniret in fragranti crimine, per no. ȷ. de fur. l. ita-
que fullo. ita sentit Bald. in d. l. vt vim. Vide tamen
glo. in d. c. 1. de pace tenen. quæ videtur hoc restringere
ad coniunctas personas. adde etiam Iaco. Butri. in d. l. vt
vim. adde etiam, quod dixi. s. ea. l. in prin. vbi declaraui,
an teneatur quis assumere defensionem tertij. Item etiam
adde,

adde quæ dixi.s.eo.ī l.sed & si quæcunque. in prin. vbi declaraui, quæ sit differentia inter iniuriam personalem, & offensam in res. Item adde, an hæc talis expulsio in iure respectu personę, & rerum fieri possit, & quando, & an sit licita clericis, quod no.gl. 23.q.1. in c.1. quā vide omnino. Adde etiam, quod no.de sen.excom.in c. cū voluntatem.ad finem. Item adde, quòd licèt defensio permittatur pro conseruatione, vel defensione suæ personæ, vel etiam rerum, vt dixi, & Bar.notauit in d.l. furem. tamen fallit in filio, qui pro defensione rerum non posset patrem occidere, nec etiam pro alia causa, nisi pro defensione suę personę, ar.l.si adulterium cum incestu.§.liberto. ĵ. de adul. & ibi vide Bar.qui hoc tenet in filio occidente patrem bānitum. ¶Item no.tex.ibi [vim vi.]&c. quia eadem ratio

11 ne, & iniuriam iniuria, vt.s.de iusti.& iu.l. vt vim. † Et sic facit, quòd si te vocaui latronem, & tu me, non possumus nos mutuò accusare, quasi videatur factum ad repulsionē proprię iniurię. Contra tamen tenet Guil.in Spe.de accu.

a in §.1.ver.qd si te vocaui.ᵃ de quo vide, quod dixi.s.tit.1. in §.cum arietes. ¶In gl. 2.ibi. [§.qđ eis] alibi dicitur cōtra, omnia intelligi prohibita, quæ non apparerent permissa. ĵ.de coll.illicitis.l.3. Dic, quòd in edictis permissorijs omnia intelliguntur permissa, nisi inueniantur prohibita: sed in prohibitorijs econtra, scilicet, quòd omnia intelliguntur prohibita, nisi inueniantur permissa, & sic debet declarari hæc doctrina secundùm Cin. in addi. in d.§.quod eis. ¶In glo. 3.ibi.[secus est in ista]quasi dicat, quòd sine animo iniuriam inferendi, iniuria non infertur, vt ibi.& l.illud.eo.tit.sed bene datur damnum, vt hęc actio competat, in qua sufficit leuissima culpa.s. eo. l. in lege.& ideo hic esse casum dico, q̄ si volens alium percutere, & in proximo stantem manum intuli, & percussi, cui nullo modo volebam iniuriari, licèt non possit ipse agere contra me iniuriarum: succurritur tamen sibi de vulnerato ratione culpę, ar.l. si fortuito. ff. de incen. rui. nauf.& l.3.ĵ.de sica.de quo Bar.dubitauit, & insolutum dimisit in dicta.l.illud.§.fi. Nec ob. ĵ.de pœnis.l.respiciēdum.§.delinquunt.ver.casu verò. vbi delictum commissum casu non punitur; quia ibi quando delinquens dabat operam rei licitę, quæstio autem prædicta, quando illicitæ, & ita dicit ibi Barto. ex quo collige terminationem prædictæ quæstionis, quā supra insolutā dimiserat. ¶ In ea.gl.in fi.Solutio, ibi nulla fuit facta iniuria, hic sic. ¶Vl

12 timò no.tex.ibi[oēs leges.]&c. †Nam licèt vtatur vniuersali, & indefinita: debet tamen restringi, vt intelligatur scilicet de iuribus, & legibus de hoc dicentibus. Simile in l. inter omnes.s.qui satisda.cog.quod est vtile ad plura; nā si promissio in communi obtenta dicat ita contineri in omnibus statutis, & ordinamentis ciuitatis, debebit intelligi, scilicet de hoc disponentibus. Vel si dicat obtentū per omnes de cōsilio, vel vniuersitate, intelligitur, scilicet qui fuerūt præsentes. Item, est vtile ad saluationem testis deponentis super fama, qui dicit se audiuisse ab omnibus, q̄ intelligi debeat, scilicet de materia loquentibus, non à mutis, infantibus, vel similibus. Quomodo autē, & quādo hęc vniuersalis affirmatiua, omnis, recipiat restrictionem, vide per Iaco.de Are.& Bartol. in l. 1.§. nunciatio. ĵ.de ope.no.nuntia.

ADDITIO.

a ¶Te vocaui. Vide tamen Ang.in l.vt vim.ff.de iust.& iure.2.col.Bal.in l.1.C.vnde vi.Arch.& Do.de San. Gemi. in c.neganda.3.q.11.in fi.Fel. in c.dilecti.de excep.ver. prouocatus delinquens.col.7.

§.Qui idoneum.

¶Tollens, vel deprimens bonū parietem alterius, obligatˀ domino eius Aquilia.h.d.¶ Ibi, [idoneum] qui habebat inter se, & vicinum idoneum; ergo à contrario secus videtur, si non idoneum, puta ruentem, quasi tunc non videatur interesse domini, illum esse depositum.

Ex l.Si vulnerato.

SVMMAE.

1 *Processus si sit inchoatus de vulnerato, & vulneratus moriatur de illo vulnere, finitur processus, & debet incohari nouus.*

2 *Statutum, quo pro homicidio imponatur pœna capitis, nisi habuerit pacem, quo casu mitius puniatur, quomodo intelligatur.*

3 *Accusatus de simplici vulnere, vel crimine cū detractione qualitatis, an possit postea accusari de eodem crimine cum adiectione qualitatis.*

L.Si vulnerato.

¶ Si pro seruo vulnerato sit actum Aquilia, potest postea agi de occiso, eo mortuo ex illo vulnere. Solutum tamen ex causa vulneris computatur in pœnā homicidij, loquor de pœna ciuili, vt sic in effectu agēs non plus consequatur, quàm si à principio fuisset actum

1 de occiso.h.d.cum l.seq. ¶No.hic tex.probantem, † q̄ si sit inchoatus pcessus de vulnerato, morte sequuta ex illo vulnere, processus ille finit, & debet inchoari nouus processus de occiso. Et est vtile; quia secundùm hoc fideiussores primi processus amodo non tenerentur. quod disputando tenuit Iaco.de Belui.in q.quæ incipit. Regni constitutione cauetur.&c.quæ posita est sub.l.fi.C.de duo.reis. Et est ratio; quia mutatur tam species criminis, quàm pœnæ: ideo requiritur nouus libellus. De hoc tamen, an fideiussores teneātur, vide qđ dixi.s.eo.in l.ait lex. quia si pro pœna vulneris tantùm sint accepti, liberantur.

2 ¶Item facit iste tex. ad q. † si per statutum pro homicidio imponatur pœna capitis, nisi habuerit pacem, quo casu mitiùs puniatur, & habuerit quis pacem de vulnere, ex quo vulnere mortuus est postea vulneratus, quòd nō obstante illa pace possit decapitari, in oppositum facit. l.dāni.§.Sabini.ĵ.de damno infec.quod respicimus prin.non finem, vt no.gl. fi.Insti.de iniu.in §.fi.in gl.fi.& hāc partē videtur tenuisse Gui.de Suza.in q.statutorum.ad fi.¶Sed primā partem tenuit Albertus Galeot. titu.de accu.ver. fi.in mar.sua.ideo consuluit, quòd fiat pax de vulnere, & de omni eo, quod ex vulnere sequi potest. hanc etiam. q. ponit Guil.in Specu.de accu.§.fi.in ver. sed pone.A. accusauit.B.&c. ¶Tu autem pro cōcordia opinionum dic primò, quòd si potest cōstare, quòd partes voluerunt remittere iniuriam mortis per illam pacem: tunc sit clarū. Sed vbi hoc constare non potest: tunc si sit remissa actio iniuriarum, non videtur remissa actio pro homicidio cōpetens, ar.l. si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiuran.Sed si est remissa iniuria: tunc si vulnus erat verè mortale, omnia videntur remissa. vt. d. §. Sabini. cum similibus.s. alle. Secus si prima facie non erat mortale; quia tunc mors non remissa videtur, vt hic, & hoc videtur de mente Bar.per istam cōsiderationem in d.§.Sabini. Adde in simili quæstionem disputatam per Federicum de Scal.quæ incipit. Titius vulnerauit. &c.vbi examinat, an exceptio pacis factæ de vulnere, de qua.s. vel cōdemnatione

toriè summariè, vel absolutoriè super illo, repellat accusantem de maleficio, vel homicidio filium, vel extraneũ, de qua. q. Ioan. And. facit mentionem in addi. Spec. in d. ver. sed pone. A. ¶ Item videtur facere iste tex. ad quæst.
3 † an accusatus de simplici vulnere, vel crimine cum detractione qualitatis, possit postea de eodem crimine accusari cum qualitatis adiectione; vt quia primò fuit accusatus de simplici vulnere, postea autem additur de mortifero, & fuit. q. quam Bar. ponit in l. senatus. ff. de accusa. vbi concludit attendendum, an accusatus de simplici vulnere, fuerit absolutus, an condemnatus. Si absolutus, nullo modo poterit iterum accusari, quando conuenitur ex delicto alterius; quia potestas addẽdi qualitatem non durat, nisi pendẽte primo iudicio. l. in delictis. § si detracta. ℸ. de noxa. Sed si conuenitur ex proprio delicto: tunc, si qualitas alterat maleficium, potest iterum accusari; quia istud est aliud maleficium, quàm deductum in prima accusatione. l. denunciasse. §. quid tamen. ℸ. de adul. Si verò non alterat maleficium, sed solùm pœnam eius: tunc potest iterum accusari, per regulam. l. senatus. š. alle. & l. licèt. š. nau. cau. sta. Si verò fuit condemnatus: tunc indistinctè ratione qualitatis posset eum iterum accusare, per l. vnde quæritur. in fin. secundùm communem literam. ℸ. commo. & l. plura. & l. cum ex vno. vbi glo. ℸ. de actio. & obli. Pro primo etiam videtur facere iste text. & hoc esse verum probat; quia si procurator colludit, talis collusio non nocet domino. l. & eleganter. §. pe. š. de dolo. ergo ex eadem ratione, qui exequitur crimen publicum, non debet posse nocere fisco, detrahendo qualitatem aggrauantem maleficium; & quia quando accusator præuaricatur, non est dubium, quòd secundus ad accusationem admittitur. l. 3. ℸ. de præuarica. & C. de accu. l. si quis homicidij. Sed non est dubium, quòd iste accusator præuaricatus est; nam detraxit scienter qualitatem aggrauantem maleficium; ergo non præiudicat, &cæ. l. 2. in princ. & §. 1. ℸ. de iure fisci. & erit forma accusationis secundũ hoc; quia accusabit (maleficio qualificato) vt puniatur de sola qualitate, ar. l. Iul. §. qui fundum. de verbo. oblig. de solu. l. & etiã. & de dolo. l & eleganter. §. non solùm. Sed certè (salua meliori deliberatione) veriùs videtur dicendum, ꝙ de hac qualitate vlteriùs quæri non possit, qđ videt̃ ꝓbari per casum in l. Prætor edixit. §. 1. ℸ. de iniur. vbi actum fuit Cornelia iniuriarum ratione hominis occisi: & tamẽ dicitur iterum agi non posse Cornelia de sicarijs, nec potest negari, quòd ibi accusans non præiudicauerit fisco, dum viam mitiorem elegit. Nec ob. quòd vbi accusator præuaricatur, iterum secundus ad accusandum admittitur; quia id verũ est, reo absoluto per præuaricationẽ accusatoris. Sed vbi reus est condẽnatus in minus ratione præuaricationis accusatoris: tunc secũdus non admittitur, vt d. l. 3. de præuaricato. & pro hoc dico, quòd videtur casus in l. sepulchri violati actio. ℸ. de sepul. vio. Pro hoc etiam videtur facere d. l. senatus. secundùm primum intellectum gl. Item probo ratione, pone, pro simplici vulnere reo esse illatam pœnam irrecuperabilem, vt puta abscissionis auriculæ: pro vulnere verò qualificato debere imponi pœnam abscissionis manus: certe incongruũ foret postea de hac qualitate iterum accusari. Nam secũdùm hoc pateretur pœnam pro vulnere simplici, & pro vulnere qualificato, quod esset absurdũ, cum de eodem crimine nõ deat quis bis puniri. Nec ob. leges allegatæ ꝑ Bar. š. quia omnes loquũtur, cum agitur ciuiliter ad prosequutionẽ rei familiaris, sic ẽt loquit. l. ista. Et hęc intellige, nisi talis qualitas alteret maleficium, vt est qualitas loci, vel temporis. Nam tunc aliud maleficium in secunda accusatione deducitur. Et si dicat̃, ergo sequeretur incõueniens, quòd pro eodem facto quis punitur bis. Dico, ꝙ hæc inconuenientia toleratur; quia prima pœna fuit imposita pro maleficio non commisso, vnde non tollit pœnã delicti cõmisi verè. Adde tamen qđ dicã de ista qualitate in l. in delictis. §. detracta. ℸ. de noxa.

L. Si seruus.

¶ Diuersitas factorum exigit diuersitatem pœnarum. h. d. etiam si sint facta eiusdem generis, & formæ. h. d. Et facit ad no. in l. agraria. ℸ. de ter. mo. ¶ No. ergo, ꝙ põt sæpius delictum committi, etiam respectu eiusdem rei. Circa qđ vide gl. in l. vulgaris. in prin. ℸ. de fur. & quod no. Bar. eo. tit. in l. inficiando. §. infans.

L. Si quis fumo

¶ Fugans, vel necans fumo alienas apes, tenetur in factum, quasi non occiderit, sed mortis causam præbuerit. h. d. Nota quò ad vulgarem modũ expellẽdi alienas apes. ¶ Secũdò no. aliud ẽ occidere, aliud mortis causam dare. quod est notandum ad statutum puniens homicidam, vel occidentem aliquem. Ad idem facit š. eod. l. itẽ si obstetrix. in prin. & quod ibi tetigi. & š. eo. l. qua act. §. Celsus. vbi vide. Facit ẽt ad notata in l. si vnius. §. seruus. ℸ. de iniurijs. & adde casum ℸ. eod. l. ita vulneratus.

Ex §. Quod dicitur.

SVMMAE.

1 *Intercidens ædes vicinas, timens, ne ad se ignis perueniret, videtur magis hoc facere causa defensionis, quàm offensionis.*

2 *Vicinia nõ tenetur ad emendam domus dirutæ propter ignem, & nu. 3.*

4 *Incendiũ quando numeretur inter casus fortuitos, & quando non.*

§. Quod dicitur.

¶ Intercidens vicinas ædes alienas, instè timens, ne ad se ignis perueniret, nõ potest dici damnum iniuria dedisse, vt teneatur Aquilia, siue ignis ad locum peruenerit, siue etiã ante extinctus fuerit. h. d. ¶ Vel sic. Licitum est alienam rem destruere pro defensione rei
1 propriæ. h. d. Et ratio est; † quia hoc faciens, videtur magis facere causa defensionis, ꝙ̃ offensionis, vt hic, & l. 2. §. penul. ℸ. de incen. rui. nauf. ¶ Et hoc mõ facit ad q. Iaco. de Are. de seruiente, qui timẽs mortem sibi comminatam à domino, nisi vxorem eius fortè de adulterio suspectam occideret, interficit illam, quòd excusatus sit, si illa erat aliàs peritura, aliàs non, ar. huius. §. & ℸ. quod vi, aut clã. l. si alius. §. est & alia. Ita dicit Iac. & Ci. ponit. C. vnde vi. in l. 1. vers. de vno quęro. vbi videas. ¶ No. ex isto tex. modum probãdi; debet enim articulare, ꝙ pro suarum ædiũ causa defendendarum, quæ aliter saluæ esse non poterãt, hoc fecit, ad idem facit. l. 2. §. penul. de incen. rui. nauf.
2 Item videt facere iste tex. † quod quando in vicinia diruitur vna domus propter dubium ignis, quòd vicinia nõ teneatur ad emendã illius, quando ignis erat vlteriùs progressurus, aliàs secus. Ita videtur hic probari, & in d. §. est & alia. & l. 1. §. ex incendio. de incen. rui. nauf. Sed certè iste tex. loquitur quo ad factum, scilicet, vt ipse diruens non teneat. ¶ Et ideo in q. proposita aduerte, quòd Guil.
3 de Cu. terminauit, † quòd ad reparationem domus alterius

rius destructæ propter dubium ignis teneantur conferre, & ad hoc obligati sint omnes de vicinia, qui habent ex hoc commodum, argu. ∫. ad l. rhodiam de iac. l. secunda. §. si conseruatis. & ar. eorum, quæ notantur in l. si locus. §. primo. ∫. quemad. serui. ami. & l. secunda. §. mater. ∫. ne quid in lo. pu. & C. de omni agro deser. l. quicunq;. in fi. lib. 11. secundùm Guil. in dicto. §. si conseruatis. &c. ¶ In gloss. prima. ibi [attulit] in fin. ∫. de probat. l. quotiens. §. qui dolo. Dic tamen, quòd aut facio, quod est de genere prohibitorum, & præsumitur dolus, vel culpa, vt hic, & l. 1. C. de sica. & l. si non conuitii. C. de iniurijs. ¶ Aut facio quod est de genere permissorum, in specie tamen, vel casu illo prohibitum: & tunc si palam, non præsumitur dolus, aliàs secus si clam, ar. l. fin. ∫. de ritu nup. secundùm Iac. Bu. adde tamen gloss. not. in l. in rem. §. tignum. ∫. de rei ven. & quòd tetigit Bar. in l. prima. §. non autem. ∫. si quis te. liber esse ius. fue. ¶ † Circa ma-
4 teriam incendij, aduerte, quòd alicubi incendium videtur numerari inter casus fortuitos. C. de per. tu. l. si res. & ∫. pro socio. l. cum duobus. §. dāna, quæ imprudentibus. Alibi verò non iudicatur fortuitus: sed inhabitanti imputatur, quasi præsumatur eius culpa factum. ∫. de offi. præfec. vigi. l. 3. §. primo. vbi est dictio, plerunque, quæ facit regulam, & ∫. de proba. l. si pactum. & ibi nota. ad idē facit de peri. & co. rei ven. l. si vendita. ¶ Dic ergo pro conclusione veritatis, ꝙ aut loquimur de incendio, cui nullo modo potest prouideri, vt quia exercitus, vel hostes rebelles fecerunt incendium: tunc potest dici casus fortuitus, vt in iuribus. ∫. allegatis. ¶ Aut incendiū fuit factum alio modo, & tunc aut habuit originem in loco, de quo agitur, & non fit sine culpa inhabitantium, qđ intellige in genere, sed bene potest fieri sine culpa singularis personæ, secundùm Ia. in d. l. si vendita. Et ideo si dominus domus, in qua incendium ortum est, reperiatur talis, qui teneatur de facto omnium habitantium (vt quia caupo, nauta, & stabu. vel hospes) dico, quòd tunc ratione culpæ huius tenetur, & poterit conueniri. & ita fuit de facto consultum Paduæ per Ric. de Sal. in quodam hospite, in cuius hospitio equi quorundam Ambasiatorum Regis Ludouici fuerunt combusti: tenetur enim hospes de facto omnium hospitantium. l. 1. ∫. nau. cau. sta. in pri. ¶ Aut incendium habuit aliunde ortum, & tūc attende, aut in loco remoto adeò, quòd poteram mihi prouidere per depositionem mediæ domus, secundùm formam istius legis, vel alio modo, vt extinctione: tunc dicatur in
a culpa, a nec erit fortuitus casus. Si verò prouideri non poteram, vt quia in loco proximo ortum habuit, ita tamen, quòd non erat possibile prouidere: tunc non dicatur in culpa: sed dicetur fortuitus. & hoc tenuit Ci. in d. l. 3. supra de offic. præfec. vigi. Quæ autem sit pęna incendiarij, vide distinctionem per Ci. C. qui accu. non pos. in l. data. & adde, quòd Ray. refert de facto seruatum esse, quòd pœna ignis, de qua loquitur. l. qui ædes. de incen. rui. nau fra. imposita fuit ei, qui incenderat quædam torcularia, & idem verè in eo, qui combussit tectoria pannorum, ar. d. l. qui ædes. & ibi no.

ADDITIO.

a ¶ Dicatur in culpa. Adde Bal. in l. si quis. ver. an verò. ff. de peric. & commo. rei vendi. vbi dicit, ꝙ incendium pręsumitur fieri culpa inhabitantium. l. si vendita. ff. eod. de peri. & com. rei ven. l. 3. §. j. ff. de off. præfec. vig. & quòd probato incendio est fundata intentio contra inhabitantes, nisi probent, quòd sine culpa eorum sit sequutum incendium, ita tenet Sali. in l. si creditor. C. de pigno. act. Imol. in l. si domus. ff. de leg. primo. Ang. in consil. 197. inci. Incendium. Et vtrùm quis teneatur de incendio, etiam ex culpa leuissima, vide Fel. in c. tua nos. de senten. excommunic.

L. Qui domum. ¶ Diruens alienam domum, domino inuito (licèt reædificata alia in eodem loco solo cedat) tamen tenetur domino Aquilia, quatenus eum diruendo damnificauit. hoc dicit. ¶ In text. ibi [naturale] idest ius gentium, quo statutum est, quòd quicquid plantatur &c. Insti. de re. diui. §. cum in suo. sic de rei ven. l. secunda. cum si. Adde tamen gl. quæ dicit in ecclesia speciale, vt solum ædificio cedat, vt 12. quæst. secunda. c. apostolicos. vbi no. in gloss. ¶ Idem dicunt quidam, si de materia tua ædifices ecclesiam in fundo alterius, ar. 17. q. 5. cap. questi. Et secundùm hoc fauor ecclesiæ operatur tantùm, quòd si Episcopus constituat ecclesiam in alieno solo, ecclesia trahit ad se dominium soli, & ius patronatus. Alij tenent ibi contrarium, vt Lauren. qui dixit, quòd si ecclesiam constituat Episcopus in alieno solo, vterque est patronus, vnus ratione constructionis, alter ratione soli; nam fauor ecclesiæ non est locupletandus cum aliena iactura. ∫. de condi. indebiti. l. nam hoc natura. 54. distin. c. generalis. in fi. extra de donat. inter virum, & vxo. cap. nuper. in fi. & in hoc simpliciter residet Archi. in dicto. c. apostolicos.

Ex l. Ita vulneratus.

SVMMAE.

1 *Vulnerans non liberatur, quando vulnus est mortale, licèt alius superueniat, & occidat.*
2 *Mori dicitur quis bis per fictionem.*
3 *Promissio ab aliquo concepta, cum morietur, verificatur, eo accidentaliter ab aliquo occiso.*
4 *Malum minus debet eligi de duobus malis.*
5 *Maleficia non debent remanere impunita.*
6 *Membri debilitatio non est pœna capitalis.*
7 *Mensis quomodo computetur.*
8 *Percussus per aliquot dies ante festum Natiuitatis, si porrigat accusam suam post festum Natiuitatis, & dicat factum hoc anno, accusatio procedit.*
9 *Homicida propriè quis dicatur.*
10 *Vulnerans semper tenetur de occiso.*
11 *Vniuersitas an puniatur pro delicto.*
12 *Officialis potest mandari capi asinum, vel currum alterius pro exequutione publicæ iustitiæ.*
13 *Statutum loquens de homicidio, comprehendit mandantem.*

L. Ita vulneratus. ¶ Si seruus mortiferè vulnerat' ab vno, per alium occidatur, tenet quilibet eorū Aquilia, ne delictū alicuius remaneat impunitū: variè tū fiet æstimatio. Nā in vulnerante habebitur rō, quanti plurimi fuit à die vulneris: sed in occidente à die mortis. hoc dicā legē do literam. Casus est. Seruus alterius fuit vulneratus mortiferè, & constabat ratione medicorum, quòd moriturus erat de vulnere, &c. ¶ Ibi [ita vulneratus.] hic primò ponit thema, & quæstio. ¶ Ibi [moriturū] dic, qa medici fortè hoc asserebant, quibus super hoc credi

debet. C. de re mili. l. si semel. lib. 12. ¶ Ibi [institutus] puta ab extraneo: nam oia ponuntur cũ ministerio. ¶ Ibi [ictus] idest percussus, ne sit mala grammatica. ¶ In tex. ibi [respondit] in hoc secundo altius exorditur. q. & ponit allegationes. ¶ Ibi [præbuit] & tales tenentur actio. in factum. ¶ Ibi [sed lege] ponitur allegatio, quòd secundus tantùm teneatur de occiso. ¶ Ibi [visus est] ex primo capite teneri de occiso. ¶ Ibi [rursus] hic ponitur allegatio, quòd etiam primus vulnerans tenetur de occiso. ¶ Ibi [certum esset.] secus si incertum, & hoc tollit cõtrarium secundùm Ray. ¶ In text. ibi [igitur.] Hic respondet principali quæstioni. ¶ Ibi [ex internallo] dic maximè; nam idem si in eodem instanti, vt in fi. huius respon. ¶ Ibi [leg. Aquilia] dic directa de occiso, & per hoc patet responsum primæ quæstionis super hoc formatæ. ¶ Ibi [idque] hic confirmat solutionem præcedentem ex auctoritate veterum Iurisconsultorum. ¶ Ibi [perisset]. s. in casu superiori, secundùm Ray. ¶ Ibi [æstimatio] hic remouet dubium circa quæstionem, soluens. ¶ Ibi [non eadem] sicut nec in superiori casu. ¶ In tex. ibi [ex die vulneris.] Nota, quòd secundùm hoc patet, quod ex illo die dicitur mortuus. ¶ Ibi [hæreditatis] scilicet extranei, post vulnus primi eidem seruo illatum. ¶ Ibi [eiusdem] hic respondet tacitæ obiectioni. ¶ Ibi [alius] scilicet posterior, alius prior. ¶ Ibi [quòd si quis] hic respondet alteri obiectioni, & rationes decidendi annectit. ¶ Ibi [pro vtilitate communi] quæ vult maleficia puniri, vt in pluribus iuribus hic per glos. allegatis. ¶ Ibi [rebus] idest exemplis. ¶ Ibi [vnum interim] & quod hic ponitur gratia exempli, idem erit in cæteris, quibus versatur talis æquitas, vt s. de publi. l. & aliæ. Ex quo collige, quòd vnum sufficit gratia exempli, & ita allegat Ray. hic istum tex. facit. j. de præscrip. ver. l. prima. & j. de falsis. l. si quis obrepserit. ¶ Nota ex
1 ista lectura, † quòd quando certum est primum vulnus esse mortale, non alleuiatur vulnerans, licèt alius præueniat, & occidat. & sic facit contra excogitatum modum per aliquos euadendi primum vulnerantem, de quo dixi. s. eo. in l. itẽ Mela. §. Celsus. Et ex hoc sequitur aliud,
2 † quod licet sit impossibile secũdùm naturam quem bis mori. C. qui accu. non pos. l. prima. nihilominus tamen per fictionem hoc potest contingere, quòd fingatur quis
3 bis mortuus. Et adde incidenter, † quod promissio ab aliquo concepta, cum moriretur, verificatur in eo ab aliquo accidentaliter occiso, quæ fuit quæstio Pilei domini calis, & vltima, & pro hac decisione allegauit Rayn. l. Gallus. §. & quid si tantùm. j. de libe. & posth. ¶ Secun-
4 dò no. † quòd de duobus malis minus malum debet eligi, de quo tangitur in Auth. qui. mo. na. effi. sui. circa prin. & in l. quoties. j. de regu. iur. ¶ Ibi [nihil sine captione.]
5 Item no. regulam, † quòd maleficia non debent remanere impunita, concor. extra de sen. excom. cap. vt famæ. Nec ob. j. de adul. l. si vxor. §. primo. quia ibi delictum habetur pro non delicto propter vtilitatem personæ. C. de adulte. l. quæ adulterium. in fi. facit quod no. in l. tertia. §. non perpetuæ. j. de sepul. vio. Item no. ex litera debilitationem alicuius etiam mortaliter differre à morte; nam debilitatus non moritur, vt hic. & s. eo. l. qua act.
6 §. si quis seruum. Et per hoc dixit Bartol. † quod debilitatio membri non est pœna capitalis. l. 2. in fin. de publ. iu. & ibi allegat istam legem isto modo. Item per hoc dixit Cin. quòd si insultet quis alium gladio euaginato in territorio vnius, & eum persequendo interficiat in territorio alterius, quòd illius est exequutio, & iustitia, vbi factum est homicidium, ar. istius legis, & l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. & ita ponit Ci. in l. qui in crimine. in 4. q. C. de acc. circa hoc vide Bart. in l. libellorum. j. de accu. & quod dixi. s. e. in l. ait lex. Item no. hic quot dies habet annus, & hoc intelligendo de anno legali; nã quandoque annus ponitur pro septimana. 31. distinc. tenẽre debet ecclesia. Cuius gratia subde, quid in mense, iura enim ciuilia variare videntur; quia quandoque dicuntur menses esse 30. dierum. in Auth. iubemus. C. de iudi. C. de tempo. app. l. 2. post pri. C. de iure delibe. l. si. §. fin. autem dubius. & extra de elec. c. quàm sit. li. 6. Quandoque videntur dicere, quòd sit maior 30. diebus. j. de re. iur. l. vbi lex. glo. dicit, quòd illud est ex benignitate, quã. no. ad propositum. Quandoque videtur appellari men-
7 sis 25. dierum. l. lecta. j. si cer. pe. † Potest forte dici, quòd si loquimur de mense per respectum ad annum totum: tunc intelligatur mensis, prout occurrit, ne anni tempus excedatur, quod esset absurdum. Sed si loquimur per respectũ ad ipsum mẽsem puta p duos, vel tres tunc si mensis fiat mentio in prin. ipsius mensis, intelligetur de mense præsenti, prout occurrit, ar. j. de verbo. obl. l. eum, qui Calendis. in prin. & l. liber homo. §. decem. e. ti. Si verò de mense fiat mentio. j. mensem, nec in princip. tunc aut mensis est declaratus à partibus, & illud seruatur, vt l. lecta. præalle. Aut non est declaratus: & tunc aut agitur de fauore, aut de odio. Primo casu, si fauor exigit celeritatem, intelligitur mensis 25. dierum, vt d. l. lecta. vel 30. vt in iuribus primò allegatis. Sed si exigit dilationem: tunc intelligitur 31. dierũ, vt d. l. vbi. de re. iur. Secundo casu, quando de odio: tunc tempus dilatari debet, facit quod no. in l. 3. §. minorem. supra de mino. Adde tamen omnino gl. in d. c. quàm sit. extra de elec. li. 6. & Ci. qui dixit, quod tempora computantur ciuiliter per dies, non per momenta. j. de testa. l. qua ætate. secundùm Ci. & Bald. ibi. ¶ Item hic videtur probari, quòd si promisi dare decem hoc anno, intelligitur incipere annus à die stipulationis, non autem intelligitur de anno currente incipiente à die natiuitatis: ad idem videtur bene facere. l. cũ qui Calendis. ver. sed planè. j. de verbo. obligat. quod no. ad intellectum. l. qui hoc anno. e. ti. Item facit hæc lex, & præ-
8 dicta ad quæst. † si percussus per aliquos dies ante festum Natiuitatis, porrigat accusam suam post festũ Natiuitatis, & dicat factum hoc anno, quòd accusatio procedit, quasi iste annus inceperat à die vulneris. Quod potest procedere loquendo de anno legali, quem Ia. Butr. appellat emergentem in l. pe. C. de accu. prout est 365. dierum, vt hic & l. cum hæres. §. Stichus. de sta. lib. ¶ Nã sic loquendo, quicquid est factum inter hos 365. dies, potest dici factum hoc anno, ad idem facit gl. in l. diuortio in prin. j. so. ma. in gl. quæ incipit. Berta nupsit. quam ibi Bar. ponderat ad saluandum istum libellum: secus si loquamur de anno vulgari, qui denominatur à Natiuitate CHRISTI; quia hoc respectu non potest dici factum hoc anno, & hanc differentiam posuit Iac. Bu. in l. pe. C. de accu. & Insti. de acti. in prin. Cum ergo verba libelli debeant intelligi secundum intentionem proferentis, vt l. si quis intentione. s. de iud. & no. extra de restitut. spo. cap. cum ad sedem. intelligendum erit de anno legali, siue emergenti, vt comprehendat maleficium commissum. Bar. tamen dixit, quòd istud nõ est verum; quia cum in accusatione debeant inseri anni domini secũdum op. gloss. in l. fin. C. de accu. (quæ etiam secundùm Cin. de iure est tenenda, nisi consuetudo loci aliter se haberet, & nos dicimus, quòd anni domini, qui ponuntur in princip. quinterni per notarium, ponuntur loco annorum, qui debent inseri in accusatione) de necessitate sequitur,

quitur, quòd si dicatur hoc anno, debeat intelligi hoc millesimo, qui millesimus debeat inseri in principio accusationis, & est insertus in principio quinterni, ita conclusiuè putat, quòd libellus illud maleficium non concludat, ita tenet in l. libellorum. ↄ. de accu. Sed certè non puto eum bene dicere; quia suum dictum potest procedere quantùm ad annos Domini dati libelli, & hos ponit notarius: sed Iac. Butr. loquitur de anno commissi criminis, & ideo puto eum meliùs dicere, quòd libellus possit saluari. Et adde id, quod dixi de persona accusata in l. item Mela. §. sed si plures. supra eod. ¶ Nota demum istum tex. ibi,

9 [qui adhibita] &c. † Probat enim quis dicatur propriè homicida. Et sic videtur facere ad statutum ciuitatis dicens, quòd non possit procedi de maleficiis commissis retro per sex menses, nisi de homicidio retro per annum, si accusetur quis, quòd dederit auxilium, vel fauorem homicidæ, & accusatur (transactis tamen sex mensibus, non tamen anno) quòd non possit procedi, quasi iste non sit propriè homicida, & sic in eo non habeat locum statutum loquens de anno. Contrarium tamen fuit de facto seruatum. Pro cuius intelligentia aduerte ad verba statuti; nam si scripta sunt in personam, puta, si quis occiderit, non comprehendent dantem opem, vel fauorem homicidæ; quia ille non occidit, vt hic; lex enim Aquilia est scripta in personam, supra eodem l. 2. ideo in ea appellatur homicida, qui suis manibus fecit, vt hic, non alius: secus si verba sint scripta in rem, puta, si quis fecit homicidium &c. tunc bene comprehenderet dantem fauorem, & super hoc poterit fundari præcedens terminatio. Nam istud statutum est scriptum in rem, facit. l. aut qui aliter. §. fin. ↄ. quod vi, aut clam. & quod not. Iaco. de Arena. in l. si seruum. §. ait Prætor. ↄ. de acquir. hære. in ver. admoneris. & per Bart. infra de adult. l. hæc verba. ¶ In glo. super verbo, teneri, quæ incipit, de occiso, in fine. Dic ergo latiùs, aut certum est vulnus esse mortiferum, aut non esse mortiferum, aut dubitatur. Primo ca

10 su, aut vulneratus decessit sine nouo ictu, † & vulnerans semper tenetur de occiso, vt dicta l. huic. § si seruus. & supra eodem l. ait lex. & infra eodem. l. si ex plagis. in prin. Aut decessit ex nouo ictu: & tunc aut vulnus fuit illatum ab eodem vulnerante, aut ab alio: si ab eodem, tenetur de vulnerato, & de occiso. l. illud. §. fin supra eodem. Si ab alio maturiùs est occisus: tunc vterque tenetur de occiso. l. illud. §. fin. supra eod. vt hic. varia tamen fit in personis eorum æstimatio, vt patet hic. ¶ Secundo casu principali, quando certum erat vulnus nō mortiferum: tunc vulnerans de vulnerato tantùm tenetur, vt d. l. qui occidit. §. fin. supra eo. ¶ Tertio casu, quando dubitatur, aut decessit sine nouo ictu, & dic, quòd siue incontinenti, siue ex interuallo sit mortuus, præsumitur mortuus ex vulnere, vt dicto §. si seruus. nisi contrarium probet, vel de mala cura, vel custodia &c. vt supra eo. l. proinde. in princ. & infra eodem l. si ex plagis. in princ. & dicta l. qui occidit. §. fin. & argu. ↄ. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. qui mancipium. ver. culpam. Aut decessit ex nouo ictu: & tunc præsumitur vulnus præcedens non fuisse mortiferum, & ideo tenetur primus de vulnerato tantùm. l. item Mela. §. Celsus. supra eodem. Quidam tamen intellexerunt illum §. quādo certum erat vulnus esse mortiferum. ¶ In glo. super verbo, iudicauerunt. in fin. sed solue, vt ibi not. quia hoc contingit hic, ne delictum remaneat impunitum, vt patet hic infra. in ver. [quòd si quis] & vers. [vtrùm] facit l. 3. in fine. infra de eo, quod certo loco. & infra rerum amot. l. si mulier. §. rerum. de quo plenè in l. prima. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. ¶ In glo. super verbo, trecentis, ibi: [nam tot dies habet] &c. quod intelligo verum in anno legali, vel emergenti, de quo supra dixi. Quandoque tamen habet vnum diem plus propter bisextum, vt dicta l. 3. §. minorem. supra. de minor. & l. cum bisextus. de verbo. signif. ¶ In glo. ibi. [l. si municipes.] Solue, hic plures, vt singuli deliquerunt, meritò omnes tenentur insolidum: ibi verò deliquerunt, vt

11 vniuersi. † ¶ Quo casu aduerte, quòd si delinquit vniuersitas, vt vniuersitas, puta, quia vadunt cum vexillo, vna est pœna; quia delinquens fingitur vnus, sic loquitur. l. metum. la terza. §. animaduertendum. supra quod met. cau. & supra de dolo. l. sed si ex dolo. l. sed damni. de dam. infect. & l. si municipes. hic alleg. Et si esset pœna capitalis, imponeret pœna arbitraria, vel pœna pecuniaria. l. tā collatores. C. de re mili. lib. 12. de quo, quomodo possit

a puniri vniuersitas, a vel delinquere, vide per Bart. in l. aut facta. §. fin. infra. de pœn. & per Innoc. extra de sen. excom. in c. grauem. Econtra autē, si delictum committatur ab vno, & interfit plurium, dic, vt l. si plures. ↄ. arbo. fur. cæs. ¶ In ea. glo. ibi [damni infecti] quidam sol. quòd hic dolus, vel culpa hominis interuenit, ibi verò fortuitus casus. ¶ Vltimò ab extra nota rationem vulgarē, quæ ponitur hic ibi [cum nec imputaretur] nam ex hoc

12 arguit Guil. quòd † pro exequutione publicę iustitiæ potest officialis mandare capi asinum, vel currum alterius, domino tamen rei debebitur competens salarium, idest æstimatio, arg. C. pro quib. cau. ser. pro præmio lib. acci. l. prima. & supra quemadm. seruit. amit. l. si locus. §. j. & quod ibi not. & de rei vendi. l. item si verberatum. cum similib. ita ponit Guil. in l. fin. §. fin. de pigno. actio. adde quod dixi in simili in l. liber homo. supra eodem. vbi dixi, an possit quis compelli esse manigoldus publicus. Item per hanc rationem, quæ fundatur in publica vtilita-

13 te, videtur posse argui, † quòd statutum loquens de homicidio, comprehendat mandantem. qui tamen non videtur homicida verè, sed per interpretationem; quia per alium &c. vt no. in l. prima. §. deiecisse. ↄ. de vi, & vi arma. nam prouidentia legis, vel hominis ad aliquem casum, relata ratione publicæ vtilitatis, continet alium casum, qui est idem per fictionem. l. Gallus. §. quid si is. in fin. infra de liber. & posthum. vbi Bald. notat. Sed certè ibi probatur contrarium, scilicet, quòd iste casus non contineatur secundùm veram significationem verborum: sed ex quadam suppletiua interpretatione, vel extensiua, quæ in statutis locum non habet, facit dicta l. aut qui aliter. infra. quod vi, aut clam. in §. fin. & quod not. in dicta l. si seruum. § ait Prætor. de acquiren. hæredit. & ita tenuit Bar. in l. omnes populi. de iustitia, & iure. & in l. si is q pro empto. infra de vsucap. scilicet, quòd non extendatur. Ci. tamen disputando tenuit contrarium, scilicet, quòd talis interpretatio admittatur in statutis, ponderata mente, & ratione ipsius statuti; nam mens legis est ipsa lex, vt not. Dyn. in c. vlt. de regu. iur. Pro ista opinio videtur casus in dicta l. Gallus. §. quid si is. nam inuentio, & consilium Galli videtur posse conuenire, & æquiparari statuto municipali, cum veniret illud consilium ad derogationem iuris antiqui, scilicet xij. tab. vt patet Insti. de leg. in §. postremò. Item pro hoc facit; quia in statutis videtur procedendum de similibus ad similia. l. de quibus. supra de legibus. & quia tacitè cautum videtur id, in quo eadem ratio reperitur. l. libertum. §. senatus. infra de ritu nupt. C. de reuoc. dona. l. his solis. & l. fina. C. de indic. vidui. tollen.

ADDITIO.

a ¶Puniri vniuersitas. Adde Bal.in l. etiam.in 5.& 6.col. C.de exequu.rei iu.& in Authen.& omnino. C. ne vxor pro mar.Bartol.in l.prima.ff.de mag.conue. Bald.in tit. de pace Constan.ver.vniuersitatē. & Fel. in c. dilectus. il secondo.de simo.ver.vltimò inquantùm Doct. colum. pen. Et an posSit vniuersitas excommunicari, vide Host. in summa de sent. exc. in §.fina.versi.ergo si constat Panor.in c.dilecte.de excep.in 1. notabi.

L. Si ex plagijs. ¶Vbi vulnus est mortiferum non interueniente negligentia, nec medici imperitia, obligat vulnerantem de occiso.hoc dicit. Vel sic. Imperitia medici, vel negligentia infirmi non imputatur percussori, nec auget delictum.hoc dicit. Pone. Quidam vulnerauit seruum, deinde mortuus est, quaritur, an possit agi de occiso directa. Dic, quòd agitur directa Aquilia contra vulnerantem, & ad huius intelligentiam vide quod dixi supra in l.proxi. ¶In gloss. quæ incipit, de occiso. & no. hic modum articulandi, vt vulnerans de occiso non teneatur; debet enim articulari, & probari mortem sequutam; negligentia infirmi, vel imperitia curantis: circa quod vide quod dixi in l.qua actione. §. Proculus. cum l.seq. §.eod. titu.

Ex §. Tabernarius.

SVMMAE.

1 *Allegans factum ad sui defensionem, videtur negare maleficium.*

2 *Præsumptio fit in dubio contra dicentem se fecisse ad sui defensionem.*

3 *Defensio permittitur insultato, cum moderamine tamen.*

§. Tabernarius. ¶Percutiens immediatè suum percussorem, videtur hoc fecisse ad sui defensionem, & ne iterū percutiatur, & ideo non iudicatur culpabilis, vt teneatur Aquilia.hoc dicit. Vel sic. Dans damnum alii ob suarum rerum defensionem, non tenetur Aquilia, & ob recuperationem non tenetur dans damnum. hoc dicit, & dic hic casum in tabernario. Parisius tabernarius tenebat hospitium, & tenebat suam lucernam ante domum, vt faceret lumen transeuntibus, & venientibus: & pone, quòd seruus alterius fuit priuatus oculo à tabernario, qui reposcebat lucernam suam substractam à d.seruo, qui resistebat: & no. quòd dubium erat propterea; quia tabernarius excessisse modum videtur, & sic tabernarius leg. Aquilia teneri, secūdùm Odof. ¶Ibi [factū videri,]& sic tabernarium lege Aquilia teneri.
1 † No.quòd allegans factum ad sui defensionem, videtur negare maleficium, facit.l.prima.C.vnde vi.§.de iu.& iu.l. vt vī. & §.e.l. scientiam.§.qui cum aliter.& sic facit, quòd puniri debeat à statuto puniente negantem maleficium. Secus si statutum puniret negantem factum; quia non dicitur negare factum, licèt asserat factum, quod ad sui defensionem fecit, & ita declarat Bar. in q.illa, quæ incipit. Per Italiam communiter sunt statuta &c. facit etiam quod tangit in l.eum qui ∫.de iureiu. circa quod vide omnino quod scripsi in l.2.§.eod. An tamen sic respondens dicatur clarè, & simpliciter respondisse, vide quod nota.in l. prima.§.si quis simpliciter.∫.de verbor.obligatio.& per Bar.in l.prima.§.primo.∫.de vulg.& pupil.no.in l. Gal-
2 lus.in prin.¶Secundò no.† quòd stante dubio, si aliquid factū sit ad sui defensionem, vel non, semper præsumitur contra eum, qui primò dedit operam rei illicitæ, casus est hic, & ita allegaui.§.e.in l.scientiam.§.qui cum aliter. vbi vide quæ dixi ad intelligentiam huius. §. ¶Tertiò
3 no.† quòd cum insultato permittatur defensio, cum moderamine tamen intelligitur ex l.prima.C.vnde vi.& declaraui plenè.§.e.in l.scientiam.§. qui cum aliter. Si tamen moderamen excedat, & non ex proposito, non tenetur, casus est hic secundùm gl. quæ ita allegat istum tex. 13.q.1.in gl.summæ, ad fi. ¶In gl. fi.dic circa hoc, quod dixi.§.eo.in l.sed & si quencunque.in principio.

§. In cliuo. ¶Si damno dato ex retro cessione currus alicuius argui possit hominis culpa, homo ipse tenetur Aquilia: si arguatur culpa animalis, vel iumenti, dominus animalis tā tùm tenetur: si in neutro culpa deprehenditur, neuter tenetur. hoc dicit. Vel sic. Ex facto ius oritur, & ius dicitur facto implicitum, & ad hoc allegat. ¶Ibi [in cliuo] hic ponit primò thema, & quæstio. ¶Ibi [respondit] hic ponitur solutio ipsius quæstionis cum obiectionis responsione, & dubij remotione. Primò, cum culpa mulionis datum est damnum. ¶Ibi [ius esse positum] idest iuris decisionem, seu responsionem. Ita ponit Io. mona. extra de elect.in c.cupientes.§.s.li.6.& de iur.calū.c.fi. ¶Ibi [nā nihilominus] hic tollit tacitam obiectionem. ¶Ibi [sua voluntate] sicut fuit in casu præcedenti. ¶Ibi [veluti] ecce simile. ¶Ibi [sed si mulę] hic tertium prosequitur casum, quando culpa mularum damnum fuit datum cū hominibus, idest mulionibus. ¶Ibi [quòd si neque.] hic quartum prosequitur casum, quando sine alicuius culpa. ¶Ibi [illud quidem certum] hic quintò, & vltimò remouet dubium. No. istum tex. ex eo, quòd dicit, ius deriuare à facto, facit enim ad excusationem consulentis diuersimodè super eodem facto; excusatur enim, vbicunque factum est variatum. ¶In gloss. reformidassent. in fin. ex hoc collige consilium ad excusationem domini mularum, vt articuletur ex causa superueniente hoc contigisse, vt si aliquo alio impressus esset terror. ¶In gloss.fin.in fin. at hic dominus mularum non habet auxilium contra tertium. Item nec ob.extra gl.l.si tertius.in fi.∫. de aqua plu.ar.in princ. vbi tenetur pro damno dato pro tertio; quia ibi tertius vicinus erat in culpa, vt ibi no.

Ex §. Quidam boues.

SVMMAE.

1 *Commodum, & incommodum transit in emptorem à die emptionis. Limita, vt nu. 2.*

3 *Emptores redditumm publicorum quando incipiant habere commodum.*

§. Quidam boues. ¶Pro damno dato à re vendita, quæ data erat experienda, non tenetur venditor, si dominium erat translatum, aliàs secus.h.d. Et ad intelligentiam huius præmitte, quòd quandoque contractus venditionis est purus resoluendus in conditionis euentum. Quandoque est conuentionalis perficiendus demum in aduentum conditionis, & inter istos est diuersus,

sus effectus, ut patet. ff. de in diem adiect. l. 2. ubi uide de hoc. Et super hoc fundatur etiā ista decisio. ¶ Ibi [ab altero boue] scilicet de prædictis duobus venditur. ¶ Ibi [deberet] ex tit. præcedenti. secundùm Ray. ¶ Ibi [emptos haberet] idest pro emptis retinere. ¶ Ibi non debe
1 ret præstari.] Et ratio est; † quia omne commodum, & incommodum à die emptionis transiuit in emptorem. l. prima. ff. de pericu. & commo. rei ven. Et ex hoc sequitur, quòd si quod incommodum emptor recepisset experientia boum, vt quia eos experiundos locasset pro 20. solidis in die, id totum cedat emptoris lucro: secus si nondum perfecta erat emptio, vt sequitur; tunc enim (quia nondum ad eum spectat periculum, etiam si experiundos accepisset) commodum interim perceptum debet restitui domino boum. ff. commod. l. si is qui. §. si quē quæstum. qui est ad hoc vtilis, & notabilis casus, seu textus, & ibi vide gl. quæ notabiliter limitat hoc verum, quādo ad aliquem spectat periculum ex natura contractus.
2 † secus si ex sua mora, vel culpa; tunc enim per hoc non lucratur commodum medio tempore perceptum, ne ex
3 dolo suo lucretur. Et ex his patet, † quòd emptores redditū publicorum non priùs debent habere redditus, quàm incipiat eorum obligatio, vel contractus, nisi forte ex pacto contractus id fieret retrorsum, vt multotiēs contingit. videnda ergo sunt verba contractus. ¶ In fi. super vltimo verbo ibi [debere] actione de pauperie. l. 1. §. 1. s. ti. prox. secundum Odof.

§. Cum pila. ¶ Si ludentes ad inuicem se impellant, & alter eorum cadens debilitetur, vel in aliquo deterioretur, non tenetur impellens, nisi studiosè fecisset, & extra naturā ludi. h. d. tex. & glo. Vel breuiùs. Damnum datum ex natura ludi nō venit in Aquilia. ad hoc pōt allegari. ¶ Ibi [seruulum,] qui parui habent ossa teneriora. Nota istū tex. pro occurrentibus tota die inter socios ludentes; nā ibi id, quod occurrit occasionabile aliunde, iudicatur impunibile, vel inculpabile, & sic non punitur. Potuit autē esse ratio; quia in ludo licitum est cuilibet ludentium superare ludentem, seu socios. ff. de præscr. ver. l. si gratuitam. aliàs est sub. l. si rem. §. fi. & de verb. ob. l. in exequutione. in fi. vbi gl. quod tamen intelligo faciendo secundū naturam ludi, vt & hic probatur in tex.

Ex l. Si boues.

SVMMAE.

1 *Abortum causans incurrit irregularitatem.*
2 *Pœna irregularitatis propter abortum non contrahitur, nisi interficiatur homo iam animatus.*

L. Si boues. ¶ Vbi fœtus eijcitur culpa alterius cogentis animal, datur contra eum actio in factum. h. d. & hoc quādo animal eijciens non tetigit, aliàs daretur directa A-
1 quilia, vt s. e. l. Quintus. & ibi no. Et facit ille tex. † quòd is, qui immediatè est causa, quòd mulier pareret abortiuū, (vt quia eam fortè strinxit in tripudio, vnde postea casualiter est sequutus abortio) quòd incurrat irregularitatē, vide l. Diuus. ff. de extraord. crimi. & l. si mulierem. ff. de
2 sica. & l. Cicero. ff. de pœn. cum ibi no. † Aduerte tamen, quòd illa pœna irregularitatis non contrahitur, nisi interficiatur homo iam animatus, extra de homic. capitu. sicut ex literarum. & eodem. ti. c. si aliquis. vbi de hoc, circa quod vide quod dixi supra e. in l. si seruus seruum. §. si mulier. ¶ In glo. ibi super verbo, boues, idest vacca. similis expositio. ff. de vsuc. in l. si aliena. §. 1. & ff. de vsur. in l. equis. la prima. & la seconda. & ibi plenè vide.

Ex l. Legis Aquiliæ.

SVMMAE.

1 *Actio cui competat venditori, vel creditori, quando dubitatur de damno dato in re debita.*
2 *Actio an detur creditori contra debitorem.*

L. Legis Aquiliæ. ¶ Nemo potest agere de iniuria, quam sibi ipsi irrogauit. hoc dicit. Vel sic. Vbi creditor speciem sibi promissam ante moram debitoris interimit, vel vulnerat, tenetur debitori Aquilia. hoc dicit. Secus si hoc faciat, mora iam commissa per debitorem; quia tunc ipse promissor liberatur. hoc dicit in summa quò ad omnem effectum. Et primò quando res debita vulneratur, vel occiditur ante moram promissoris. Secundò quando post moram. Secunda ibi, quod si. Casum ponam sub nube. Quidam stipulatus est Stichum sibi dari, cōtingit, quòd antequam promissor esset in mora, stipulator, vel creditor vulnerauit illum Stichum, vel interemit. ¶ Ibi [promissum] potest intelligi sub conditione, vel die incerta, & tollit contrarium secundùm quosdam. Tu tamen hoc declara, vt ff. dicam. ¶ Ibi [liberatur.] & potest esse ratio; quia vltima mora nocet, vt hic, & ff. de peric. & com. rei vē. l. illud. & de act. emp. l. si per emptorem. ¶ In glo. super verbo, vullnerauit. ibi [sub conditione, vel in diem certam.] hanc soluti. tenuit Pe. & Ci. in contrario. Sed certè in hoc, quòd istum tex. intelligit in oblig. conditionali, videtur malè dicere; quia si erat sub conditione debitor, ergo deberet expectari conditio. s. e. l. in lege Aquilia si deletum. & fortè hoc fuit de mente glo. hic ad fi. dum opponit de illa. Potest tamen dici defendendo, quòd ibi, conditione pendente, non erat agenti ius aliquod de præsenti respectu principalis debiti, licèt ratione delicti esset ius, sed nō præstatio: hic autem erat ius de præsenti; quia debitor nunc erat dominus, licèt speretur abesse de futuro, ar. de condi. fur. l. si seruus. ver. quòd si pendente. quia tamen hoc sapit aliquam diuinationem ad istum tex. ideo gl. soluit aliter, vt sequitur, q. d. non competeret alia actio de dolo. Aduerte tamen circa istam primam in eo, quòd intelligit legem contrariam in promissione pura, vel in diem certam; nam & in hoc videtur posse reijci. Ecce alia obiectio ad secundam partem per casum. l. huic scripturæ. s. e. in prin. vbi venerat dies solutionis. s. mors: & tamē nō legatario, sed hæredi competit actio. Potes tamen defendere, ut si dicas, quòd ibi non venerat plenè dies; quia licèt mors esset sequuta; non tamen aditio hæreditatis. l. tempore interitus, & sic legatarius propriè non erat creditor ibi. ff. de actio. & ob. l. is cui. Ita etiam dixi in contrario. ¶ Ibi [vel occidit alius] Ray. dicit simpliciter illam veram gl. tamen in contrario non tenetur eam, per d. l. huic scripturæ. Potes dicere, quòd hæc est in se vera, & bona, attentò maximè; quia non debet improbitate sua consequi actionē. l. ita fullo. §. primo. ff. de fur. Vel dicaliter

secundùm gloss. in contrario. s. quòd ad æstimationem serui habet debitor Aquiliam, vt hic, quam tenetur cedere creditori: sed ad cætera damna agitur de dolo, vt hic, & hanc tenet ibi glo. Guil. tamen dixit ibi, quòd est in electione stipulatoris, vtrùm agat ex dolo, vel ex iure cesso, & sic vtraque ibi competit secundum eum, & sic text. ibi non denegat actionem legis Aquiliæ debitori; quia tenetur eam cedere. Vel secundùm eum respexit tēpus post cessionem; quia postea quàm cessit, non dicitur Aquiliam habere. ¶ Nec ob. huic dicto, q͂ vbi est alia actio, non detur de dolo. l. 1. §. ait Prætor. eo. tit. quia illud verum, quando habet locum alia actio immediatè, idest sine cessione: secus si cōpetit alia mediatè, idest mediante cessione; quia tunc locum habet etiam de dolo, si volo eam eligere; iniquum esset enim prætextu cessionis fiendæ denegari actionem de dolo secundùm eum. Sed Petrus dixit, quòd ibi non habet locum actio legis Aquiliç, nec cessio: sed de dolo tātùm. ¶ Nec ob. iste tex. quia respōdetur, vt dixi. s. circa primam solutionem scilicet, quòd hic animal occisum debebatur in diem, vel sub conditione: ibi autem seruus debebatur purè, & hoc tenuit Cin. in contrario in additione. ¶ Pōt tamen dictū Guil. sustineri, vt dicamus, q͂ actio de dolo non concurrit cum alia sumente originem in eadem persona: tamen bene concurrit cum alia cessa; quia sumit originē in personis diuersorū. ¶ Ad vnum tamen aduerte, quòd in eo, quod gl. ibi dixit debitorem teneri ad cedendum actionem creditori, glo. dixit contrarium s. eo. in l. proinde si
1 seruum. vide earundem concordantiam. ¶ † Vltimò concl ude ad materiam legis, si dubitetur (damno dato in re debita) cui competat actio, venditori, vel creditori, distingue: aut damnum datum est à tertio, aut à debitore, aut à creditore. ¶ Si à tertio, aut occidendo, aut uulnerādo. ¶ Si occidendo: tunc datur debitori Aquilia, si hoc fecit in eius iniuriam, & ab eo captatam: quo casu clarum est, quòd debitor ipse non liberatur, arg. ȷ͂. loca. l. si merces. §. culpæ. & quia per eum factum videtur, quò minùs detur. ȷ͂. si cer. pe. l. quod te. Sed si hoc non fecit in iniuriam debitoris, vel saltem debitor eam non captauit. i. non cedit eam: quo casu liberatur, ar. d. l. quod te. tunc adhuc datur debitori Aquilia; quia eius interest, nec videtur teneri ad eam cedendam creditori. Nam cum per mortem serui fit sublata obligatio ipso iure, vt d. l. quod te. & de verbo. obli. l. si ex legati causa non superest actio creditori, qua possit conuenire debitorem, vt cedat, vt s. eo. l. huic scripturæ. & ideo quia omnis actio deficit, datur creditori de dolo. d. l. arbitrio. §. fina. s. de dolo. Quod verum intelligo, quando res debita erat ex causa lucratiua: secus si onerosa; quia tunc tenetur cedere scilicet quando onerosa, & dare quicquid est apud eum ex re illa. l. in summa. §. si quis seruum. ȷ͂. de condi. indebi. & hæc est vera conclusio, licèt Ci. multùm laborauerit in hoc articulo in l. non moriturum. C. de contrahē. & commit. stipula. Si verò vulnerando: tunc quia debitor non est liberatus, remanet creditori actio ad ipsam speciem debitam, per quam consequitur cessionem actionis. d. l. huic scripturæ. secundo responso. ¶ Secundo casu principali, quando damnum est datum à debitore: tunc clarum est, quòd debitori contra se ipsum non
2 datur actio. † Sed an creditori contra debitorem detur actio, dico, q͂ si merentem occidit, non tenetur debitor, & ideo denegari videtur actio creditori, argu. ȷ͂. de leg. 1. l. quid ergo. §. si hæres hominem. & quod ibi no. & de ver. obl. l. qui seruum. Quod intelligo, nisi debitor iam fuisset in mora præstandi rem; quia tunc teneretur ratione prç cedentis moræ, ar. d. l. quod te. l. & l. si ex legati causa. in ratione sui, & ideo isti creditori competit Aquilia contra eum hoc casu: sed si non merentem, tunc dico secus; non enim liberatur debitor. d. l. si ex legati causa. et ideo creditori contra eum daretur actio. Attento tamen, an res esset debita purè: & tunc statim veniret tota æstimatio. An sub conditione: & tunc in exactione expectaretur cōditionis euentus. s. eo. l. in lege Aquilia si deletū. ¶ Tertio & vltimo principali casu, quando damnum est datum à creditore: tunc si debitor erat in diem, vel sub conditione, agit debitor contra eum Aquilia; quia tunc interim priuatus est ea re. d. l. huic scripturæ. & quia non erat certum debitum iri, veniet æstimatio totius rei, quatenus ipsius debitoris interesset, facit ad istud. l. proxi. & quod ibi no. Sed si debitum erit purum: tunc non agit debitor; quia liberatus est, vt hic: nec poterit debitor obijcere creditori culpam; quia ipse ex ea lucrum sentit. l. cum in fundo §. q͂ si mulier. ȷ͂. de iure do. quæ verba no.

L. Stichū, aut Pamphilū.

¶ In actione legis Aquiliæ venit interesse etiam deperditę potestatis soluendi animal interemptum minoris valens, quàm id, quod remansit in obligatione alternatiua. h. d. & iste est vnus modus. ¶ Vel sic, & magis ad literā. Creditor occidens ante moram alterum ex seruis alternatiuè promissis, tenetur non solùm ad veram æstimationem serui occisi: sed etiam ad interesse, si alius pluris valet, qui superest, quod interesse attenditur, etiam si casu superstes moriatur. h. d. & hic est proprius modus. Et diuidam literam, & dicam legendo eam. Pone casum in seruo occiso ante moram. ¶ In text. ibi [promisi Titio] & sic in dubio erat mea electio, per l. plerunque. in fin. ȷ͂. de iure do. Aduerte tamen; quia ab hac eligendi potestate excluditur debitor propter facinus ab eo commissum in altero alternatiuorum, probatur inf. de sol. l. Stichum, aut Pamphilum. in prin. ver. enimuerò. ibi [neque defuncti offerri potest æstimatio] &c. Et hoc casu, quo est debitoris electio, admittitur libellus alternatiuus ȷ͂. de uerb. obli. l. ubi autem. §. illud. Quod uerum est, quandiu utrunque superest, aliàs solus vnus peteretur, ut d. l. Stichum. ubi etiam probatur, q͂ mora per debitorem commissa circa unum alternatiuorum, non intelligitur commissa circa reliquum. ¶ In tex. ibi [ante moram] h. d. quia secus esset si post moram; quia tunc liberatur debitor, unde non agit actione legis Aquiliæ contra occidentem; quia non interest. ȷ͂. proxi. in fi. & adde, quod ibi dixi. ¶ In tex. ibi [respondi] hucusque thema, & quæstio, hic altiùs exorditur, & duas format quæstiones. Prima. ibi [quanti.] Secunda ibi [& q͂d dicemus. ¶ Ibi [creditor] & sic tenetur leg. Aquilia, ut s. l. proxi. ¶ Ibi [habeo dare] si nolo dare pretium Stichi occisi, vel si uolo agere lege Aquilia, & hoc tollit contrarium secundùm Ray. quicquid dicat gl. ¶ In tex. ibi [interest] & sic. 10. miliaria, aliàs milia; quia Pamphilus remanet in obligatione. ȷ͂. de contrahen. emptio. l. emptioni. §. fina. secundùm Odof. ¶ In tex. ibi [promissor] ab utroque Pamphilo, & Sticho, & certe non admittitur hoc. ¶ In tex. ibi [sufficiet.] Hæc est alia pars, in qua respondet ad vtranque quæstio. siue viuat Pamphilus, siue naturaliter decesserit. ¶ In text. ibi [occideretur] scilicet Stichus, uiuo Pamphilo. ¶ In text. ibi [hac quidem] hic ultimo infert ad alium casum. ¶ In text. ibi [ratione] quia sufficit fuisse pluris ultra annum retro, etiam si & cæt. ¶ In textu, ibi [fuisse] propter Pamphilum,

lum,qui superfuit intra annum retro secundùm Ray. vel supple fuisse; quia intra annum intererat mea 20. habere Stichum; quia poterã ipsum dare, & liberari ab obligatione, & remãsisset Pamphilus mihi, qui valebat 20. poterat enim in anno tanti valere. ¶Not.ergo ex ista litera vltra casus summarios,quòd licet actione legis Aquiliæ minuatur interesse:non tamẽ per hoc minuitur actio; quia talis actio habet oculos retro,nec est merè persequutoria,& hoc collige vltra glo.¶In glo.ibi, vel veriùs, ibi [forsan] Sed certè istæ rationes, aliàs solutiones non videntur aliqualiter satisfacere, nec huic literæ conuenire, quæ dicit,necesse habes dare, & ideo dic melius,distinguendo scilicet tres casus. Aut enim alter seruorũ decessit casu:& tunc est promissoris electio, & ita loquitur contrarium. Aut decessit facto stipulatoris occidentis:& tũc multò magis,& fortiùs elegit promissor, vt hic. Nec ob. q̃ iste tex.dicat,necesse habeo dare, &c. vt dixi; q̃a expone,vt dixi s̃.super litera. Aut iste seru⁹ decessit facto promissoris,qui eum occ.dit,& elegit stipulator, ita loquitur d.l.Stichum,aut Pamphilum.in prin.quæ etiam contradicere videt.& hæc videtur esse melior solutio, & vera prædictorum iurium.hic non sunt alia.

Ex l.Mulier.

SVMMAE.

1 *Actio legis Aquiliæ non est famosa.*
2 *Vxor an possit facere eleemosinam de bonis viri.*
Et an possit commodare res viri.nu.3.

L.Mulier. ¶Vxor dans damnum in re mariti,potest Aquilia cõueniri.h.d. pone.Mulier damnificauit seruum,vel animal mariti, stãte matrimonio,&c. ¶In tex. ibi [conuenitur] & hoc tenuit,& voluit.l.maritus.s̃.allega.¶No. hic, † quòd actio
1 Aquiliæ nõ est famosa,aliàs nõ cõpeteret inter coniuges, ita no.glo.s̃.eo.in l.si seruus seruum.§.si cũ maritus. Et tamen competit inter eos,etiam constante matrimonio, vt ibi patet,& hoc non violando literam,prout intelligit gl. quæ dicit dari in factum. Veriùs ergo videtur, quod glos. sentit in d. §.si cum maritus.quasi istud,quod sentit hic, dum dixit de actione in factũ.¶Nota secũdò istum text.
2 qui videtur facere, † quòd vxor non potest eleemosinam facere de bonis mariti,ad idẽ facit.j̃.sol. mat.l. constante.§.si vxor. In contrarium autẽ facit.j̃. re. amo. l. 1. vbi tex.dicit,quòd societas vitæ quodamodo eam dominam facit,Bar.ibi dixit,quòd si facit, quod marit⁹ potest, quatenus maritus facere consueuit,ar.j̃.de pigno.actio.l.vel vniuersorum.& l.fi.j̃.quod cum eo. quod intelligo etiam ignorante marito;fortiùs ergo eo sciente,& tacente: quo casu videtur consentire,vt no.Bar.post glo.in d.§.si vxor. Sed si faciat eleemosinam pro se, adhuc dixit Bart. quòd mulier potest; quia in isto casu permittitur,per l. si sponsus.§.concessa.circa fi.ff.de dona.inter vir.& vxo.Sed certè ille tex. loquit, quando vir adhuc donat, vt distribuat in piam causam,vel in oblationem,videlicet Deo fiendã. Quid ergo,si hoc non appareat,scilicet de consensu viri? Respondeo dicendum,vt.s̃.scilicet, quòd si eo sciente, & non cõtradicente,tũc fit clarũ:sed si ignorante,tunc in leuibus,& in illis,ex quibus patrimonium viri non multùm diminuitur,vt cum dat vnum panem,vel vnum vitrum vini,vel quid simile, puto idem scilicet, quòd vir videatur consentire propter promiscuum vsum inter eos,& vitæ societatem,&c.de qua in d.l.1.j̃.re amo. & C. de cri. exp. hære.l.aduersus.cum simi.In aliis autem non leuibus,vel ex quibus inducitur magna diminutio viri, & in quibus ex qualitate patrimonij,& datorum non est verisimile uirum consentire:tunc vir credendus est contradicere,ar.j̃.
3 de fur.l.qui vas.§.vetare.† Ex his etiã colligitur, an vxor commodare possit res viri,ad quod bene facit d. l.si constante.§.si vxor. vbi aliquid de hoc. Puto enim in dubio videri permissum vxori à viro, & hoc ratione promiscui vsus inter eos,de quo habet in d.l.1.re.amo.& d.l.aduersus.nisi fortè essent res, quas non esset verisimile maritũ concedere commodari, vel quæ essent deputatæ vsui viri tantùm,vt libri,equi,canes,& similia,facit Insti.de oblig. quæ ex delic.§. placuit.

L.Equum. ¶Si equus commodatus sine culpa commodatarij ab alio fit percussus,non tenetur commodatarius.Ita potest summari.h.d.ad literam.Ecce casum. Quidam commodauit equum suum scholari, quidam currendo obuiauit scholari,& impetu proiecit equum,& scholarem in terra,equus fregit crus,quare,&c.¶No.ibi [non equi,]&c.idest, percutientis in meum equum, & dic, equi ab alio sibi commodati. ¶In tex. ibi [verum puto] nam ipse equus non videtur contra naturam sui generis damnum dedisse: unde cessat actio de pauperie.s̃. tit. 1. l. 1. §. ait Prætor. & ita supplet Odof.Secus ergo,si esset vitio equi, vt hic innuit glo.q.d.quòd tunc dominus tenetur,exemplum potest poni in equo vmbroso, vel aliàs non bene domito; quia fortè auditu tubæ,sonitu, vel quouis alio territus cõtra naturam sui generis damnum dedit; quia socium irruit,vt hic.& pondera,quia quotidie euenire potest.

Rub. De his, qui deiecerunt,vel effuderunt.

CONTINVA Rub. Dictum est de lege Aquilia,quæ prosequitur damnum, verùm quia ista etiam damnum prosequitur.j̃.l.1.in prin. ideo post illã hæc à parte ponitur. Differunt autem inter se,quia superior ex maleficio, vel delicto: hæc verò ex quasi maleficio,vt no.glo.j̃. in l. 1. post prin.in ver.si verò seruus.Itẽ illa datur ad simplum,& cõtra negantem ad duplum: hæc autem originaliter datur ad duplum,vt.j̃.eo.l.1.in prin.Item ad intelligentiã præmitte,quòd hoc edictum habet duo capita. Vnum prouidet contra deijcientem,vel effundentem, &c. de quo statim in l. 1. in prin. Secundum verò prouidet contra tenẽtes appensum,vt dicitur.j̃.eo.in l.si verò.§.Prætor ait. & dicit hic Ray.super Rub.quòd materiã huius tit. prosequitur Rof.in tit.de actio.in factum.de his qui deie.vel effu.

Ex l.Prætor ait.

SVMMAE.

1 *Dominus tenetur ex facto serui.*
2 *Actio de his,qui deie.est datiua.*
3 *Vestibulum quid dicatur,*
4 *Damnum modicum vestis antiquæ non æstimatur.*

L.Prætor ait. ¶Ista prima lex huius tit. hoc intẽdit, & dic sic.Hic

ponitur primum caput edicti prouidens in effectu, quòd si quid reperiatur deiectum, vel effusum in loco, per quē publicum iter fit, & damnum sit datum in alijs rebus, quàm in homine libero, datur actio in factum ad duplū: sed datum in corpore libero, & perijt, scilicet liber, datur actio ad quingentos aureos. Aliàs si ei solùm nocitū est,
1 datur in id, quod iudici æquū videbitur: † ex facto tamen serui obligatur dominus, tamen ignorans solùm noxaliter. h. d. vsque ad §. in summa. Casum. Domine, vellem scire, quid consulitis super hac materia. Ad hoc respondit, quòd Prætor ait, &c. Deinde mouetur dubium, si est sequuta mors alicuius liberi: sed quid si fuit læsus tantùm. ¶ Ibi [consisteretur] se firmat, vel residet. ¶ In tex. ibi [factumue erit] in alijs rebus, quàm in homine libero. ¶ Ibi [in eum] scilicet liberū. ¶ Ibi [dabo] & talis actio ex hoc, edicto est popularis. j. eo. l. si verò. §. hoc autem. Et cui applicetur hæc pœna, dic, vt ibi no. & vbi ego etiam ali-
2 ter dixi. ¶ Ibi [dabo.] Nota, † quòd ista actio est datiua. ¶ Ibi [nocitumque] scilicet in personam, vt declaratur in ea. l. §. hæc aute verba. ¶ Ibi [insciente domino.] quando enim sciens est, perditur facultas dandi pro noxa. j. commo. l. penul. cum simi. ¶ Ibi [in iudicio] s. contra dominum intentato secundùm Ray. ¶ Ibi [noxæ dedere.] contra hoc tamen videtur facere. j. ea. l. §. cū seruus. Sed sol. vt ibi no. Et dicit hic Odof. quòd in hac noxali actione tenetur dominus ad æstimationem damni, sed liberatur dando pro noxa. vt. j. l. 1. ¶ Nota tex. ibi [in quo consisteretur.] ex quo videtur posse argui, quòd lex etiā pœnalis, & sic odiosa contra attentantes aliquid in via publica, vel per quam de publico eatur, locū ēt habet in attentantibus in locis, & in vestibulo, vel similibus lo-
3 cis. † Est autem vestibulum locus, vbi cuilibet de populo licitum est residere, fortè causa ludi, vel alia. quod est notandum. cui adde. §. summa. & quod ibi not. Potest tamen dici, quòd hoc est hic ex extensione Prætoris, & sic non erit extensio hominis, sed legis. ¶ Secundò nota ex hoc edicto prouisum esse domino vestis, quæ deturpatur in transitu, vel dum in via residet, per effusionem, siue emissionem fortè lauaturæ parassidum, vel alterius rei aptæ ad turpandum; debet enim in duplum emendari ei damnum, quod potest esse vtile habenti vestem antiquam, vt sit cū ista refusione dupli, & faciat sibi nouam.
4 Aduerte tamen, † quòd damnum antiquæ vestis modicū æstimatur. ¶ In glo. super ver. factum. Nota istam glosſ. ¶ In glo. 3. ibi [vel dic datum] hæc secunda melior, vt vnum verbum nō sit superfluum per aliud, & expositionē istorum verborum no. quando ista verba reperirentur in statutis apposita. ¶ In gl. 3. scilicet eius damni. Et in hoc differt ab Aquilia, quæ contra confitentem datur in simplum, secundum Odof. de quo dic, vt dixi. s. rub. ¶ In gl. si seruus, ibi [in suis] scilicet seruis delinquentibus indistinctè. ¶ In ea. glo. ibi [§. hanc autē] melius facit. § seruorum autem suorum. & hunc credo, quòd gl. voluit allegare. Sequitur in glo. [in alijs autem] scilicet seruis, quorum opera inhabitans vtitur, & sunt serui alieni. ¶ In ea. gl. ibi [quasi delicto] quod dicitur cōmitti eo ipso, quòd opera vtitur talium seruorum.

Ex §. Summa cum.

SVMMAE.

1 *Viæ debent esse securæ.*

2 *Dominus loci tenetur per suum territorium facere quem scrutari, vt securus incedat.*

§. Summa cum.

¶ Hic ponit rationē huius edicti, vel eius prouisionem commēdat, quod locum habet, vt siue sit locus publicus, siue priuatus, per quem tamen vulgò iter fiat: secus tū si tempore deiectionis per illum locum non erat vulgaris accessus, licèt postea esse cæperit. h. d. Pone casum, quæ fuit ratio hui⁹ edicti. sed pone, quòd erat alia via vicinalis, nunquid hoc idem habebit locum, vers. parui. mouet hoc dubium. ¶ Nota id, ad quod quotidie alle-
1 gatur † quòd viæ debent esse securæ: & sic facit ad id, qđ Bar. tetigit in ti. ne quid in loco publico. & in l. ne quid. j. de incen. rui. nauf. circa quod vide quod dixi. s. tit. 1. in l. scientiam. circa prin. vbi etiam istum tex. notabiliter alle-
2 gaui, † quòd dominus loci tenetur per suum territorium facere quem scrutari, vt securus incedat. Et no. istum tex. ibi [parui autem] ad statuta prouidentia de pœna furcarum contra aliquos robantes in strata, & in via publica. Et nota. q. Florentinorum de vno, qui extra stratam fuit desrobatus. Item facit iste tex. ad promittentem tenere stratam securam sub certa pœna, quòd non teneatur pro facto desrobati, qui ibat per alpes, non autem per iter rectum. Et ita not. dicit Bar. fuisse de facto terminato per istū tex. in fi. literæ. ¶ Ibi [hoc edicto teneri.] Ratio est secundùm Odof. quia legitimè factum ab initio non debet pœnam irrogare. C. de admini. tut. l. seruus. & j. de itine. actuque priua. l. 1. in fi. secundùm eū. ¶ In gl. secunda, quę dicit [quantùm ad hoc edictum] quasi dicat, quòd quantùm ad alia edicta sic, & j. de loc. publi. fru. l. 1. j. de via pub. l. 1. & ne quid in loco publico. l. 1.

Ex §. Quod si cum suspēderetur.

SVMMAE.

1 *Lex, vel dispositio expresè concepta, & etiam facta habet locum in eo etiam, quod est in fieri.*

2 *Lex loquens verbo præsentis temporis ad punitionem delicti, quomodo intelligatur.*

3 *Potest, verbum est extensiuum.*

§. Quod si cum suspen.

¶ Suspensum, vel decisum habetur pro deiecto, & effusum per se, venit in hac actione. h. d. primò. Et actio in factū ex hoc edicto contra inhabitantem datur ad duplum, non habita mentione inficiationis, vel culpæ. h. d. secundò vsque ibi, hæc autem verba. Vel latiùs. Hoc edictum, quod loquntur de deiectis, locum habet in eo, quod cum suspenderetur, vel suspensum esset, decidit, vel etiam appensum, effusum est, etiam sine hominis facto, & agetur contra habitantem, non contra dominum ædium, nec exigitur culpa, vel negatio ad hoc, vt ad duplū agatur, licèt Aquilia requiratur vtrunque. h. d. in terminis, & in summa vidi prouisum de pœna, &c. Sed pone, dum quidam vellet pignatellum apponere, illa cecidit, &c. ¶ In tex. ibi [videndum est.] Et hoc casu videtur, ꝙ duæ pœnæ possunt locū habere, sīn no. j. eo. in l. si verò. §. si id, qđ. & dic, vt ibi. ¶ Ibi [inhabitabat] scilicet ædes alienas, vbi vtrūq; exigitur, vt patet. s. tit. 1. in l. sed & si quencūque. §. 1. & i l. inde Neratius. §. hæc actio. ¶ Ibi [quinquaginta aureorum] & cui pœna hæc soluatur, vide. j. eo. in l. si verò. §. hæc autē actio. facit. l. 2. C. de discussō. & l. 3. j. de sepul. vio. quod
1 declarabo in d. §. hæc autem actio. Nota hic, quòd † lex pœnalis,

pœnalis,vel dispositio expressè concepta in facto, locum habet etiam in eo, quod est in fieri,sic.s̄.de iur.om.iudi.l.
2 si quis id,quod.§.fi.cui etiam adde,† quòd vbi lex vtitur verbo præsentis temporis ad punitionem delicti, intelligitur de verbo præteriti temporis,& plusquam perfecti.l. cedere.in princip.& ibi no.ℸ.arbo.fur.cæsa.verbum enim præsentis temporis significat & præteritum.ℸ.de verb. si-
3 gni.l.verbū erit.† De verbo autem,potest,quod est exten
a siuū, a vide de leg.2.l.si ita quis in testamēto . & quod ibi no.tangitur etiam aliqud in l. cum in secundo. ℸ. de iniust.testa.¶In gl.culpæ.in fine ibi [nam non exigitur] sic ergo sufficit culpam præcedere, & ista est potens obligare.Et ex hoc collige,ꝙ vbi quis obligatur pro facto sui familiaris,dicitur argui in eo propria culpa,& ideo dicitur ex quasi delicto teneri.Inst.de obli.quæ ex quasi del.§.1. Et sic si statutus est modus, vel terminus agendi ex obligatione deriuata ex quasi delicto,comprehenditur & iste casus à statuto.

ADDITIO.

a ¶Quod est extensiuum.Adde, quòd hoc verbū,poterit, seu potest,ad futurum trahitur, Alex.in cons.301.incei.Pōderatis his.in 3.vol.nu.2.

Ex §.Hæc autem.

SVMMAE.

1 *Lex loquens de iniuria personali, non verificatur de iniuria reali.*
2 *Offensa quid dicatur.*
3 *In,dictio denotat inhærentiam.*

§.Hæc autem. ¶Verba edicti prouidentia contra nocentē libero homini, intelliguntur de damnis illatis in corpus eius,nō in bona, vel ei' vestes.h.d.ad literā. Vel sic. Nocere est in corpus, in rebus verò offendere. Ita largo modo sumi potest. Aduerte tamen, quòd hic loquitur specialiter in suo casu. ¶In tex. ibi [corruptumue est] tunc .n.condēnatio fit in duplū dati dāni. ¶Ibi [admittuntur] quo casu fit condemnatio, in quantū iudici videatur. s̄. ea.l. post principiū. ¶Nota vtiliter ex litera ,† quòd lex
1 loquēs de personali iniuria nō verificatur ī reali, & sic ꝙ offendens in pannis, & vestibus:non puniatur pœna, qua punitur offendens liberum hominem; quia iniuria facta in vestibus, licèt dicatur facta personæ: non tamen dicitur facta in psonā. circa quod vide notabilia verba Gui. de Cu.in l.si qua per calumniam.C.de epi.& cle. Et ideo bene patet hic, quòd licèt alicui scindantur vestes,vt clerico,non dicitur affici iniuria personali, de quo tangitur per Inno.de sententia exco.in c.nuper. & per Ci. de offi. proconsu.& lega.in l.meminisse.per Bar.in l.1.§.hoc autem edictum.de op.no.nun.& in l.licitatio. §. quod illici tē.ℸ.de publi.& per Archi.17.q.3. in c. si quis suadente diabolo.vbi omnino vide gloss. & etiam vide quod dixi.s̄.tit.1.in l. si seruus seruum. §. rupisse. Adde tamē,
2 † quòd offensa de per se dicitur omnis actus, qui pœnam meretur,ita probat. ℸ.de manu.testa.in l. testamēto Centurio.in fi. Item omnis actus prouocans ad iracundiam. l. cum te.& l. filia. C. de inof.testa. ¶Item nota,quòd
3 ex isto tex.† quòd dictio, in, denotat inhærentiam: de hac autem dictione Bart. prosequitur in l. Gallus. §. & quid si tantùm.& §.ille casus.de libe.& posth. cui adde, quod not.Inno.in c.propter.extra de loca.in glo. conductor.circa princ.vbi singulariter exponit.l.si in annos. ℸ. de condi.& demon. Itē adde,ꝙ de hac dictione no. Arch. 40.di.in c.si Papa.vbi dicit,ꝙ dictio, in, quandoq; ponit̄ ꝓ,valde,vt.d. §. & quid si tīn.& in §.ille casus.& in Aūt. quomodo opor.Episcopos.§ quomodo.in verbo,irreprēsibile:i. valde reprehensibile. & extra de fideiuss.c. 1.Quāque ponitur pro,non.de sen.exco.in 6.c.Romana.§ fi.in ver.innoxios.25.di. c. vnum orarium. §. nunc autem.in ver.irreprehensibile.43.di.c.1.in prin. Quādoque pro,sine, in Authent. de incest.nup.§. hoc quidē. colla. 6.ibi innoxium. & de fide instru.§. 2. in verbo, innumeras. ℸ. de condi.inde.l.frater à fratre.in verbo, indēnis. & extra de præscri. c. illud autē in fine in verbo,inconfusè. Quandoque ponit̄ pro,malè.in Auth.de iudi. §. quia verò. ibi incauta. Quandoque ponitur pro , pro. ℸ.de condi.fur.l. 1.Quādoque ponitur pro,propter, & pro,circa.l. in hac. ℸ. de tritica. secundùm vnam lecturā. Quandoque ponitur pro,contra.C.de fide instr. & iure hastæ fi.l.2.li. 10.2. q.1.c.si peccauerit. ibi, ī te.1.cōtra te. & extra de iudi.c. nouit.in prin. Quādoq;,in,nō priuat,sed aggrauat.41.di. c. parsimoniā. in princip. in verbo,infucatū.secūdùm Archi.ibi.

§.Si filius. ¶Pro deiecto à filiofami. inhabitante per se, non datur in patrem actio ex hoc edicto de peculio; quia non datur ex contractu : sed datur contra ipsum filiū.h. d.¶Ibi in text. [quid sit]per quod alteri nocitum sit, & adde.s̄.tit.1.l.si seruus seruū.§.Proculus.& quod ibi notaui,¶Ibi [venit] scilicet actio,q̄ ex hoc edicto descēdit: sed actio de peculio datur ex contractu.¶In tex.ibi [competit] insolidum.Nota regulam,quòd actio de peculio non potest intentari,nisi ratione obligationis deriuantis ex contractu, cōcordant iura hic allegata in glo.Adde tamen, quòd statim dicam in proxi.§.in glo. 1.in fi.Sed quòd pater etiam tangatur,facit.s̄. de iudi. l. tam ex contractibus . sed responde vt ibi no.scilicet, quòd teneatur pater, quatenus ex delicto filij locupletatū est peculium. l. 3.§.ex furtiua causa.ℸ.de peculio.

§.Cum seruus. ¶Pro deiecto, vel effuso ex cænaculo serui per se inhabitantis, non competit actio de peculio contra dominum,nec in factum ex hoc edicto, sed extra ordinem per iudicem aliter castigatur.h.d.vsque ibi,habitare, Pone terminum . Si videmus contra habitantem proditā actionem de peculio,quæro de hoc: seruus de licentia domini conduxit domum, alius deiecit,qui fortè cohabitat cum seruo, quæro,an contra seruū agatur.¶Ibi [habitator est] sine domino , & ex domo,in qua habitabat, per aliquem est quid deiectum,vel effusum,non per ipsum seruum.¶Ibi [dāda sit.]scilicet in dominū,& videtur,quòd sic ratione, quæ sequit. ¶ Ibi [de peculio.]& videtur , ꝙ sic;quia,&c. vt sequit̄. ¶Ibi [venit] idest causatur deiectio,q̄ facta est.¶Ibi [nocuerit] licet sit deiectū ex loco, in quo habitat seruus,secundū Odof. ¶Ibi [seruū] scilicet tantùm,non autem dominum hoc casu teneri noxaliter de peculio seruorum. ¶Nota ex isto tex. quòd vbi actio deriuat à delicto serui,non datur contra dominum actio de peculio.Sed contra hoc videtur apertè.ℸ.de pecu.l. peculiū aūt.§. fiue. Sed respōde,ꝙ istud,quod dr̄,ex delicto serui cōtra dn̄m de peculio non dari actionē,sit verum quò ad pœnam,vt hic, sed ad emendam damni sic, sicut ibi. Vel dic alio modo, quòd istud est verum agendo, & ita intelligitur hic: sed excipiendo,& retinendo scilicet tenetur

tenetur dominus, sic in subsidium, ar. ꝭ. de condi. inde. l. si in area. in fi. & infra de pecu. l. peculium. §. si opem. & sic esset conclusio, licèt non agatur de peculio, vt hic: tamen permittitur domino deductio; quia seruus factus est debitor domini, & quia multa consequimur excipiendo, & retinendo, quæ nō agendo, vt d. l. si in area. ita fuit de mēte Ia. de Belui. ¶ In contrarium tamen sumpsi hanc doctrinam, pro hoc facit quod not. glo. in eod. tit. de peculio. in l. si noxali. §. idē scribit. in gl. deductione. ¶ In text. ibi [corrigendum] vel dominum liberari dando seruū pro noxa. s. eod. l. §. si seruus. ¶ In gloss. magna ibi. [l. idem. §. penul.] vbi actio, quæ dicitur ex quasi delicto, dicitur rei persequutoria: sed quæ ex delicto dat̄, est pœnalis. ¶ In ea. gl. ibi [vel ēt noxaliter hic potest agi] & hoc potest intelligi per id, quod dixi supra tex. ad finem, secundùm Odof.

Ex §. Habitare.

SVMMAE.

1 *Hospes non iudicatur habitator domus, in qua habitat.*

2 *Citatio facta ad domum quid operetur.*

Et quid de facta ad apothecam. nu. 3.

4 *Domicilium præsumitur per assiduam habitationem.*

5 *Scholaris habitās locum studij per decennium, an dicatur ibi domicilium contraxisse.*

6 *Scholaris si testatur in studio, & legat socio omnia, quæ habet in ciuitate studij, an veniant libri, quos habet ibi ad tempus.*

7 *Sholaris recedens, si postea reuertatur, an recuperet priuilegium matriculæ, & alia.*

§. Habitare ¶ Hospes non dicitur inhabitare, sed qui residet in domo conducta, vel gratis. h. d. Vel sic. Non dicitur locum inhabitare, qui ibi reperitur per viam transitus, vel breuis residētiæ. h. d. Et facit ad plura, vt ꝭ. dicā. ¶ Ibi [i suo] hospitio hospitatur. Contra hoc videtur. ꝭ. eo. l. si verò. §. 1. Sed dic, vt ibi no. ¶ Ib: [dederit] idest concesserit, secundùm Odof. sed recuperat damnum ab hospite. ꝭ. eodem. l. si verò. §. cum autem. ¶ Nota hic primò ex hoc tex. † hospitem non iudicari habitatorem domus, in qua hospitatur. Quod est vtile ad statutum aggrauās pœnam contra offendentem aliquem in domo habitationis, scilicet, vt non habeat locum in offendente viatorem in hospitio, facit infra de adulte. l. qui domum. Aduerte tamen; quia hoc intelligo in viatore, & hospitante tantisper, idest breui tempore, vt hic: secus si hospitium conduxisset ad tēpus non modicum, vt probatur in l. lex Cornelia. §. domum. ꝭ. de iniur. Quod autem dicatur modicum tēpus, vel immodicum, puto declarādum iudicantis arbitrio, ar. l. 3. §. emansor. & quod ibi not. infra de re. mili. Adde incidenter, quid de offendente in porticu istam. q. vide per Guil. ī spe. de iniur. §. 1. vers. pone i statuto. & vide Bar. in l. item apud Labeonem. §. conuitium. ꝭ. de iniur. Item facit iste textus, † quòd vbi de iure, vel ex forma statuti sufficit quem citari ad domum (quod de iure communi est regulare, secundum not. in l. 4. §. Prætor ait. versic. abesse. ꝭ. de damno inf. pro qua citatione ad domum pro nunc vide Ioan. Andre. in mercurialibus suis in reg. præsumitur. de reg. iur. lib. 6.) q̄ non sufficit viatorē citari ad hoc, vt dicatur citatus ad domum habitationis, facit d. l. 4. §. abesse. & quod ibi not. & quod not. Clemen. causam. in versi. communiter. de elect. † Item si citetur ad apothecā, in qua aliquam artem exerceret, etiam si ibi resideat, pro maiore parte diei: sed tamen non inhabitet ibi cum sua familia, probatur in d. l. lex Cornelia. §. si tamen. versi. tantùm igitur ad meritoria. coniuncta gloss. ibi. ꝭ. de iniur. bene facit. l. 1. & quod ibi not. per Barto. ꝭ. de libe. agno. In eo autē, qui vna die habitat in ciuitate, alia verò habitat in rure, dic, quòd potest dici vtrobique habitare, si ibi habitet cū sua familia: secus si familiam in ciuitate relinquet, & rus se contulit laboris fortè causa; tunc enim non potest dici in rure habitare, arg. huius tex. & d. l. lex Cornelia. §. domum. Sed tunc dicitur habitare in ciuitate tantùm; quoniam corpus suum in ciuitate esse dicitur propter familiam ibi existentem, tex. est notabilis in l. cum scimus. C. de agri & cen. lib. 12. Citatus ergo in rure, vbi stabat in laborerio, familia sua in ciuitate relicta, non dicetur citatus ad domum habitationis, bene facit. l. eius. §. 1. & ibi no. ad munici. Nec obst. ꝭ. de iniur. l. item apud. §. si conuitium. quia ibi loquitur de conuitio, quod committitur, & perpetratur vbicunque locorum; non. n. est necesse, q̄ ibi denuntietur in habitatione. ¶ Sed qd in apotheca, quæ habet duas portas, quarum vna respondet ad vnam cōtratam, alia ad aliam, cui ascribi debeat, vt sic videat̄, cui soluere dēat decimas, vel collectas, & fuit de facto dubitatum. Et quidam dicebant, quòd in loco, vbi sunt merces; quia ibi est maior pars patrimonij, argu. l. si fideicommissum. s. de iudi. Sed in contrarium facit, quòd illæ merces ibi retinentur venales, ergo non censentur ibi esse, cum non sint ibi perpetuò, sed ad tempus. ꝭ. de hære. institu. l. ex facto. la 2. l. generali. §. vxori. ꝭ. de vsufr. le. & facit quod not. Arch. de elect. inc. licèt canon.
4 lib. 6. in quo cogita. Item facit iste tex. † quòd per assiduam habitationem præsumatur in loco cōtraxisse domiciliū, facit l. 2. C. vbi sena. vel clarissi. & quod not. per Iac. de Are. in l. cum delanionis. §. Sabinus. ꝭ. de fund. instruc. & infra de leg. secundo. l. seruis vrbanis. potest enim non habens domum in loco ibi contrahere domiciliū ex assidua habitatione. l. eius. §. Celsus. ꝭ. ad mu. hoc sentit Inn. de fo. compe. ī c. ex parte. facit. ꝭ. de fun. instru. leg. l. cum quidam. & de au. & ar. leg. l. qui vxori. §. 1. Videtur autē contrahere in dubio per cursum 10. annorū. C. de incolis. l. ciues lib. 10. & no. glo. in d. l. lex Cornelia. §. domum. Ratio est, quia in dubio per lapsum tanti tēporis nō præsumitur amplius habere animum redeundi, arg. not. in l. 1. C. de ser. fugi. & quod not. per Dyn. in re-
5 gu. sine possessione. lib. 6. Et ex his quidam inferūt, † q̄ scholaris habitās locum studij per decēnium, dicatur domicilium contraxisse. Quod potest procedere, si se ingessit alijs rebus, q̄ studio; incipit enim præsumi desijsse tunc habere animum in dubio reuertendi ad propriā. Secus enim in studente, & residente in studio solùm causa studiorum: tunc enim, etiam si 20. vel 30. annis ibi resideret, nō dicetur ibi contraxisse domiciliū, & hoc videtur fuisse de mente Dyn. in d. §. domum. pro hoc facit, quod intelligitur quis ibi esse, vbi habet animum reuertendi, probatur in l. ex facto. la 2. versic. vt puta de italico. infra de hære. institu. Insti. de re. di. §. apium. & C. de agri. & cen. l. cum
6 scimus. lib. 11. ¶ Adde prædictis, † quid de scholari, qui testatur in studio, & legat socio omnia, quæ habet in ciuitate studij, an veniant libri, scilicet, quos habet ibi ad tempus. Prima fronte videtur, quòd non, cum eos habet ibi animo reportandi ad proprium domicilium, &c. ergo non censentur ibi esse, vt dicta l. ex facto. Sed dico, q̄ de facto contrarium terminatum fuit; quia res, quibus quis vtitur vno loco, & quas habet propter illum vsum, censentur illius loci. l. debitor. infra, de pigno.

gno. Et quod videtur habere perpetuò in illo loco ta-
7 les res. no. In in. de acti. §. item seruiana. † Adde etiam, quid de scholari recedente,& postea reuertente, an recuperet priuilegium matriculæ,& alia, an verò desinat iudicari scholaris. In quo dic, quòd si aliud assumat exercitium, vt quia efficiatur mercator, demum pœnitentia ductus reuertatur ad studium: tunc desinit statim esse scholaris, ar. l. legatis seruis. §. si ex officio. de le. 3. Idem si assumat ministerium etiam cōforme, vt quia efficiatur aduocatus,& incipiat practicare, vel ire per officia. Sed vbi aliud exercitium nō assumit, dic, q per lapsum decem annorum perdit priuilegium matriculæ, & sic desinit iudicari scholaris, nec tractabitur amodo hic, vt scholaris. probat. C. de domesti.& protecto. in l. 3. in fi. li. 12. & de primice. l. 2. circa medium. eo. lib. & hoc tenet Bar. in l. aut facta. §. tempus. ʃ. de pœ.

ADDITIO.

2 ¶ Dicatur modicum tempus. Adde tempus esse modicū, vel non, qualiter iudex arbitrari debeat, Alex. in cōs. 156. incip. Viso, & cōsiderato. in 2. vol. nu. 10. & quod magnū, & paruum tempus esse dicatur, vide eundē. Alex. in cons. 15. incip. Viso instrumento. in 3. volu. nu. 4. Et quod dicatur tempus longum, vide Alex. in cons. 53. incip. In præsenti consultatione. in 4. vol. nu. 10. vide gl. 2. in l. cum de iure. ff. de vsu. glo. in l. si filius. C. de pet hæred. Bal. in Rub. C. de præscr. long. tem.

Ex §. Si plures.

SVMMAE.

1 *Plures obligati ex quasi maleficio censentur correi. Limita, vt nume. 2.*
3 *Actio vtilis pro socio quando habeat locum.*

§. Si plures. ¶ Pro deiecto, vel effuso ex cœnaculo plurium tenentur omnes insolidū,& vnius solutio liberat omnes scilicet alios. sed si cœnaculū erat diuisum, tenet solus ille, qui inhabitat illā partē, ex qua videtur deiectum. & h. d. cum in trib' legibus seq. & prin. se. Et pone casū. Plures sunt pariter inhabitantes; quia simul habitant, vel cōduxerūt. ¶ Ibi in tex. [habitent] simul nulla facta diuisione,& aduersatur. l. si verò. in prin. ʃ. eo. ¶ Ibi [perceptione,] i. solutione ab vno eorū facta. ¶ Ibi [præstaturi] scilicet cęteri socij, contra quos nō est actū. ¶ Ibi [dāni] ab vno soluti. ¶ Ibi [qui. soluit] scilicet solidum, & dicit hoc Ray. vide etiam Roffre. in tit. de vtili. actio. pro socio quæ cōpetat, cum plures socij habitant in cœnaculo. ¶ Ibi [cœnaculo] expone hoc verbum. ʃ. de fun. instru.& instr. le. in l. cū tabernam. Not. hic ex tex. l. cum sanè. quòd in ista actione non oportet argui factum certi hominis. Facit etiam ad q. de cultello per beruarios inuento inter plures ad pedes, quia omnes teneatur, de qua dic, vt dixi. s. tit. 1. in l. itē Mela. §. si plures. Secundò not. hunc tex. cum seq. per quem Bart.
1 arguit, † quòd plures obligati ex quasi maleficio, censetur esse correi, & quilibet eorum potest conueniri insolidū. Ad idem facit, quod no. in l. ex maleficijs. §. is quoque. in glo. ʃ. de actio. & obli. ¶ In contrarium facit, quod nō, & quod quilibet teneatur solum pro parte. s. nau. cau. sta. l. fi. §. si plures.& quod ibi no.& quod no. per glo. Insti. de
1 † quòd qualitas, quæ habet aggrauare maleficium, debet probari affuisse secundùm tempus maleficij, aliàs non aggrauat, quod est vtile ad no. per Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulte. ¶Similiter dicimus in qualitate habilitante ad aliquam dignitatem, vel prærogatiuam; nam illa requiritur tempore, quo dignitas, vel prærogatiua defertur, extra de elect. c. innotuit. & c. dudum. & c cũ in cunctis. In talibus ergo qualitatibus aggrauantibus, de quibus hic, semper habetur respectus ad tempus delicti, vnde postea superueniens nil operatur, vt hic. Et ideo si ex forma statuti in delictis plus punitur nobilis, quàm plebeius (vt est Florentiæ) & quidam tempore delicti reperiatur nobilis, postea sit effectus plebeius, punitur, vt nobilis; quia inspicitur tempus delicti, & ad illud tempus debet referri consideratio qualitatis personæ, vt hic, & est apertè casus de hoc in l. 1. ff. de pœ. qui est bonus casus, facit extra de rescrip. c. si eo tẽpore. lib. 6. & eod. titu. de rescrip. in Clemen. literas. facit etiam quod in similibus dicitur de valore rei. ff. de in lit. iur. l. cum furti. ¶Itẽ si ex forma statuti pater tenetur assignare legitimam filio delinquenti, tenetur assignare solùm de bonis, quæ habebat tempore, quo filius deliquit, non de postea quæsitis; quia tunc, cum deliquit, incipit obligatio formari contra patrem, vnde formatã obligationem non debemus extendere, ar. C. de iure fisci, l. certa forma. li. 10. & ff. de man. l. si tibi mandauero. §. is, cuius, & pro hoc bene facit iste tex. & d. l. 1. de pœn. & hanc partẽ tenet Bal. in l. lex Cornelia. de vul. & pupil. vbi inducit formaliter istum tex. &
2 d. l. 1. ¶Item facit, † quòd si statutũ prouidet, quòd quis non possit esse de Prioribus, siue Antianis, nisi habeat mille in bonis, & tempore imbussulationis habebat quinquaginta tantùm: tempore tamen, quo extrahitur de bussula, habet mille, & vltra, ꝙ non possit esse de Antianis, vel Prioribus. ¶Itẽ si statutum diceret, quòd banniti, vel rebelles non possunt esse de Antianis: bannitus, vel rebellis tempore imbussulationis non erat habilis, licèt tempore, quo extrahitur, sit rebannitus, vel reconciliatus. In his tñ duobus vltimis putarem multùm ponderanda verba, & mentem statuti: vnde semper considera mentem statuti. ¶Itẽ allegatur iste tex. per Bart. in l. Titius. de mili. testa.
3 † quòd si statutum dicit, quòd dominus teneatur pro delicto commisso à famulo, quòd non debeat teneri pro cõmisso per eũ, antequam esset eius famulus: secus si statutum diceret, quòd teneatur pro delicto familiari; quia tũc dubitatiuè dixit, dominus tenetur etiam pro commisso per eum ante famulatum, in quo tamen (dixit) cogita. ¶Sed potes concludere in hoc casu id, quod in præcedẽti, scilicet, quòd non debeat teneri pro ante commisso, per l. fi. i prin. ff. nau. cau. sta. & l. 1. §. caupo. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. Et hæc pars humanior videtur; quia iniquum videtur dominum teneri, & reddi grauatum pro delicto alterius absque aliqua eius culpa, contra reg. sine culpa. & reg. non debet aliquis. de reg. iur. lib. 6. Aduerte tamẽ;
4 quia si statutum diceret, quòd † dominus teneatur soluere condemnationem famuli, sufficeret eum famulum esse tempore condemnationis, casus est hic, quia qualitas adiuncta verbo, &c. Sic, cum statutum dicit cõdemnationẽ, illud tempus inspicitur, facit quod in simili dixit Bar. in l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pupil. ¶An tamen tale statutum teneat, vide Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. ¶Item per istum tex. videtur terminari quæstio (stante statuto, quòd salarium consultoris sit vnus bononinus pro libra, si non sit Doctor, sine sex denarij) causa reperitur cõmissa nõ Doctori, in qua postea consuluit factus Doctor, quòd debeat habere vnum bononinum pro libra, quasi inspiciatur tempus adhibiti consilij, & fuit quæstio hic de facto Bononiæ disputata. ¶Pro cõclusione dic considerãda verba statuti; si enim dicit, si Doctor consuluerit, habeat vnum bononinum pro libra, &c. tũc quia verbũ, Doctor, regitur ab illo verbo, consuluerit, sufficit, quòd tempore consilij sit Doctor, casus est in l. præcipimus. §. sanè si illustris. C. de appe. & ibi Bar. format istam. q. Sed si statutum diceret, si causa consulenda committatur Doctori, sit eius salarium, puta vnius bononini; quia tũc istud verbum, Doctor, regitur à verbo, committatur, debet esse Doctor tempore commissionis, quæ significat secundũ tempus verbi, vt hic, & sic de vtroque membro est hic ca-
5 sus. † Vbi autem verba essent ambigua, fiẽda esset pro eis, scilicet Doctoribus interpretatio, & sic in benigniorem partem. l. 3. §. scio. ff. de mino. ¶Item facit iste tex. quòd si per statutũ, vel cõsuetudinẽ Regni debet primogenitus succedere, & in successione alijs præferri, & primogenitus, qui erat naturalis tantùm, id est, natus ex concubina, reperiatur legitimatus, & legitimatio sit valida, & sic habilis effectus ad successionem tẽpore mortis patris, ꝙ hoc ei sufficiat, vt alijs præferatur etiam legitimis, quasi illa verba, primogenitus, respiciant verbum, successionis, vel verbum, succedat, vt hic probatur; quia qualitas, &c. & sic ipsius legitimationis effectus consideretur secundùm tẽpus, quo succedere debet, & sic tẽpore ipsius mortis defuncti. ¶Nec mirũ, nõ enim priùs debet de cuiusque cõditione queri, quàm hæreditas, vel legatum ad eum pertineat. ff. de leg. 2. l. non oportet. vbi sunt hæc verba ad literam. Eo autem tempore scilicet mortis sufficit primogenitum naturalem esse legitimum; ergo istud tempus, (quod est magis legitimum) expedit attendendum. C. de natu. libe. l. nuper. dixi plenè in q. disputata per me, quæ incipit. Baro quidam. vbi plenè dico. An tamẽ tale statutum, vel consuetudo sit valida de iure, vide per Hosti. & post eum per Io. An. in nouel. de voto, & voti redemp. in c. licèt. Restat dicere certa verba super glo. sed eamus ad associandum Rectorem ad honorandum festum beati Thomæ de Aquino, & in prima lectione perficiam, & legã
6 difficilem. §. si detracta. ¶Item facit iste tex. † quòd si impetrans ecclesiam curatam, tempore impetrationis erat inhabilis, non teneat concessio, licèt tẽpore vacaturæ reperiatur habilis, est hodie casus de rescrip. in c. si eo tempore. lib. 6. ¶In glo. super verbo, fuerim. in fi. scilicet, vbi dicit ponderari tempus, quo actus geritur. Dic, quòd potest dici, quòd concordat; quia sicut hic debet esse dominus tempore delicti, ita debet esse affinis ibi tempore postulationis. Sed Iaco. de Belu. respondet, quòd illud, quod ibi habetur, non obstaret; quia in pœna imponenda consideratur tempus præteritum, id est, an deliquerit, vel nõ, vt hic: sed in amicitia spectatur tempus præsens, id est an duret, vel nõ, vt ibi secũdùm eũ. ¶Vt videtis ista est quędam diuersificatio facti. Vel dic tertiò, & subtiliùs, quòd ibi agitur de præsenti exhibitione patrocinij, vnde præsens statutum inspicitur: hic de præterito, & cõsummato delicto; ideo non præsens, sed præteritum tempus specta-
7 tur. ¶Et hæc faciunt, † quòd qui erat familiaris meus tempore obligationis contractæ, sed nunc non est, possit pro me testificari sup illa, scilicet obligatione, & ita p illum. §. affinitatis. terminauit Alb. Gal. in Margarita de teste. §. 1. vers. quid si olim. vbi idem tenet Guil. Et vbi ponit etiam, quid si dominus repellat à se familiarem, vt possit pro eo testificari, an ad testimoniũ admittatur, scilicet repulsus. de qua quæstione tangitur per Cy. post Iaco. de Rauen. in l. 2. C. de testi. & videtur communis opinio,

quòd probet, dummodo non appareat factum in fraudē, de quo ibi, & per Domi. Angel. de Vbal. in d. l. 2. C. de testi.

ADDITIO.

a ¶Cui adiungitur. Adde ad hanc concl. Alex. in cōs. 102. incip. Viso processu. in 2. vol. Pau. de Cast. cons. 7. in secūdo vol. & in cons. 16. in eo. 2. vol.

Ex §. Cum dominus.

SVMMAE.

1 *Qualitas licèt aggrauet maleficium, non facit, quòd non possit agi ex simplici facto.*

§. Cum dominus. ¶Ex delicto serui delinquētis, domino sciēte, obligatur dominus nomine proprio, & noxaliter nomine serui, & pœna ab vno exacta non potest ab alio exigi. h. d. Vel sic. Pro noxali ex eodem facto oritur duplex agendi forma, & insolidum, & noxalis. h. d. Not. de hoc vidistis. s. in l. 2. in fi. ¶Ibi [ob scientiā,] idest facultatem prohibendi sine iussu tantùm. ¶Ibi [actio] scilicet noxalis. ¶Ibi [videndum est] & videtur, quòd non, nisi fortè, &c. & sic verba, quæ sequuntur, veniunt ad arguendū, quod no. ¶Ibi [ergo] hic arguit, quòd sic scilicet, quòd sit dāda noxalis contra seruū. ¶Ibi [impunitū erit.] & ibi [iniquum] si dicimus noxalem actionem non durare contra seruum. Non ob. j. eo. l. si ex duobus. in princi. vt ibi no. ¶Ibi [imò.] hic ponit responsio ad quæsitum. ¶ Ibi [tenebitur.] Est autem differentia in hoc; quia noxalis sequitur manumissum. j. eo. l. Prætor. sed non illa, quę datur in solidū; quia ad ea tenetur dominus ex sua persona: vnde ista nō respicit personā serui. ¶No. ergo, † φ licèt qualitas aggrauet maleficiū: nō tamen facit, quòd nō possit agi ex simplici facto s. omissa illa qualitate, vt. j. §. proximo. Et ista est ratio, quare hic dicit, oriri duplicē agendi formā. ¶In glo. fi. in prin. tāgit dubium, de quo dicam. j. §. proxi. ¶ Ibi secūdū Irne. vt. j. de iniur. l. si plures. & hęc tollerāda est in se, sed nō satisfacit bene cōtrariò. ¶Ibi in fi. dic, φ hæc videt cōmunis, ad cuius declarationem vide, quod dixi. s. eod. in l. 2. in fi. vbi declaraui. Vel dic, ad cōtrarium, & meliùs, quòd ibi non dicit, quòd si dominus soluat propter suam scientiam, desinat teneri ratione familiæ, vel econtra: & sic in hoc non contradicit, sed dicit non sufficere, quòd nomine familiæ soluat vnā pœnam: sed oportet pro singulis vnam pœnam solui, aggrauato delicto propter scientiam domini, aliàs secus; quia si non interueniret scientia, liberatur soluendo vnam pœnam. s. ad leg. Aquil. l. illud. & s. de iur. om. iud. l. si familia. Et istum articulum declarabo. j. eo. in l. Prætor. tangitur hic.

Ex §. Si detracta.

SVMMAE.

1 *Libello generali an possit aliquid addi.*

2 *Qualitas expressa in iudicio an possit detrahi, & nu. 3.*

4 *Qualitas, quæ non alterat substantiam, vel ius agendi, potest addi, vel detrahi, lite pendente. nu. 6.*

5 *Qualitas an sit necessariò deducenda in libello.*

7 *Sententia lata super facto principali, non potest iteratò agi ratione nouæ qualitatis.*

Et an tunc possit impetrari restitutio. nu. 8.

9 *Scientia non est causa agendi in sciente.*

10 *Accusans aliquem de vulnere cum sanguinis effusione, si probet de vulnere, sed non de sanguine, quid iuris.*

11 *Condemnationis effectus est diuersus.*

§. Si detracta. ¶Accidens, vel qualitas etiam in ponderosa pęna augmentatiua, vel diminutiua, pendente iudicio, potest adiici, vel detrahi: eo verò finito, eius additio, vel detractio potest impediri per obiectum exceptionis rei iudicatæ. h. d. satis pulcrè. Vel sic, & breuiùs. Iudicio pendente, potest qualitas addi, & detrahi: sed non, lata sentētia. h. d. breuiter. Duo facit principaliter, quia primò ponit dictū, quando est actum cum detractione noxæ. Secundò econtra, quando sine noxæ detractione. Secunda ibi [contra quoque.]Seruus alicuius dederat mihi damnum, vnde poteram agere contra eum si sciens fuerat, ad totam emendam, aliàs ad noxæ deditionem: nunc ago contra eum detracta noxæ deditione, id est ad totam emendam damni, quasi contra scientem: non potui probare de scientia, fuit absolutus: nunc volo agere ad noxaliter, an possim. Nam nunc variatur modus agendi in secundo libello à primo, & sic secundùm regulam iuris ciuilis videtur non debere obstare exceptio rei iudicatæ. Quid dicendum, dicitur, φ obstat; quia licèt mutetur qualitas, non mutatur substantia criminis. Pone, quòd porrexi petitionem, vbi simpliciter petij emendam totius damni: nunc, iudicio pendente, volo inferere qualitatem scientiæ suæ; & sic, vt condemnetur in solidum, vel ignorantiæ, & sic cōcludere pro noxa, nunquid, iudicio pendente, possim hoc facere. Respondetur, quòd sic, scilicet vbi primò agerem generaliter, videlicet qn̄ est actum contra dn̄m scientem, tanquam scientē: sed quid si actum tanquam contra ignorantem, & sic pro noxa post latam pro eo absolutam, an possit agi tanquā
1 contra scientem. Respondetur, quòd non. † Sed pone, vt in secundo responso, quòd fuit libellus generalis, an, iudicio pendente, possit addi tanquam contra scientem. Respondetur, quod sic. ¶Ibi [detracta,] idest omissa noxæ deditione. ¶ Ibi [conscio] idest quasi eo sciente, seruus deliquerit, & sic actum erat in solidum. ¶Ibi [agendo] cōtra dominum. ¶Ibi [deditione] vt dominus serui possit dare seruum pro noxa, quasi eo ignorante seruus deliquerit, & in minus agebatur, quā primò. ¶Ibi [exceptione] hic respondet. ¶Ibi [donec]hic mouet dubium circa hoc primum dictum. ¶ Ibi [si eum] scilicet agētem. ¶Ibi [de sciētia domini] scilicet egisse. ¶Ibi [transire] ēt post litē cont. Et iste casus videtur turbare totam materiam. l. edita. C. de eden. & glo. hic in fi. tangit. j. dicam. ¶Ibi [contra] idest econtra ¶ Ibi [eo] scilicet domino. ¶Ibi [noxæ deditione,] & sic primò fuit actum in minus, & in hoc differt à præcedenti. ¶Ibi [actum sit] & absolutus est. ¶Ibi [noxæ deditione] & sic plus, quàm priùs egerat. Nec obstat. j. eo. l. si ex duob'. in prin. vt ibi no. ¶Ibi [in ipso autem] hic remouet aliud dubium iuxta proximè dictum. ¶ Ibi [iudicio.] s. primo. ¶ Ibi [scientiam] implicat, quòd in primo erat dictū ignorāter. ¶Ibi [prohibendus] etiam post lit. contest. secundùm veritatem.
2 ¶ † No. hic primò, quòd licèt quis in iudicio exprimat qualitatem: non tamen adeo videtur se astringere, quòd non possit illam detrahere, quod est notandum. Et ratio huius est, quia qualitas non variabat actionē, vt statim. j.
3 dicam. ¶Secundò no. † quòd sequuta absolutione de maleficio, non potest postea de eodem agi, etiam cum adiectione alterius qualitatis. Quod est generaliter verum, si absoluti

absolutio est lata super facto; quia factum non est probatum. l. si quis cum totum. §. si ancilla. & l. egi. ff. de excep. rei iudi. Idem si propter illam qualitatẽ tantùm non probatam lata esset: cum tamen factum de se esset verum, quando quis conuenitur ex alterius delicto, vt hic loquitur: secus si ex proprio maleficio conueniretur; quia tunc nõ posset iterum molestari, scilicet ratione nouæ qualitatis. ff. de insti. l. habebat. in prin. & ita declarat Bart. in
4 l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adul. ¶ Tertiò not. † q qualitas, quæ non alterat substantiam, vel ius agendi, potest addi, vel detrahi, lite pendente, & ideo si est facta accusatio de Titio simplex scilicet, quòd vulnerauit, poterit, etiam lite contestata, addi, quòd Titius sit de nobilibus, stante scilicet statuto, quòd nobilis iniuriam inferens plebeo acriùs puniatur, vt est Florentiæ, vt dixi. s. in proxima lectione de nobilibus; quia quòd sit nobilis, non est principalis causa agendi, sed est qualitas maleficij, secundùm Ia. Bu. in l. edita. C. de eden. quæ verba sunt multùm notanda. adde quod dixit Io. mo. & post eum Io. And. in nouel. de elec. in c. ab eo, qui. lib. 6. q talis qualitas ideo potest hic detrahi, quia talis reuocatio, vel detractio nõ nocet aduersario: aliàs qualitas in iudicium deducta non posset reuocari, vt ibi in d. c. ab eo, qui. Sed contra proximum notabile videtur facere; quia imò ista qualitas sciẽtiæ, vel ignorantiæ, videtur alterare substantiam actionis, cum in solidum detur, quando fuit sciens. Sed responde, quòd non alterat; quia siue dominus fuerit sciens seruũ delinquere, siue ignorauerit, vtroque casu petitur cõdemnari in solidum ad emẽdam totius damni. & ita debet fieri condemnatio: ignorans tamen habet priuilegiũ dandi pro noxa ex legis potestate. l. miles. §. decem. de re iudi. & s. l. 1. quod priuilegium perdit, si sciuit, & prohibere valuit, seu potuit. Et aduerte ad intelligentiam huius tex. quia dicit Inno. quòd ideo hic potest qualitas addi; quia hic erat actum simpliciter: secus si actum fuisset cũ expressione cõtrariæ qualitatis. quod declaro. Hic n. non dixerat in libello, quòd totum damnum peteret; quia domino sciente, damnum dedisset, vel minùs, quòd domino nesciente, & si hoc dixisset, postea mutare non posset: sed post libellum generalem ad emẽdam totius damni prosequutus est alterum membrum tantùm. s. scientiæ, vel ignorantiæ; & ideo non minùs potest prosequi alterum; cum ambo contineantur sub actione proposita. Ita dicit Inno. de li. obla. in c. 2. in glo. mag. ad finẽ. Vbi subdit, q si reus vellet à principio cogere actorem, quòd de illis duobus vnum eligeret, vel agere in solidum, vel ad beneficium, fortè posset, ar. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. Licèt posset inter illos casus assignari diuersitas; quia qñ agitur ex cõtractu de peculio, licèt semper agat eadẽ actione cũ altera adiectione, siue de tributoria, siue de peculio (q vt scitis, nõ sunt actiones, sed sunt adiectiones) tamen aliud debet petere, si agat de tributoria, aliud si agat de peculio, & aliud in eis sententiabitur; quia in vna tenetur in solidum, in alia de peculio. Sed quãdo agitur Aquilia, semper in solidum est actio, & condemnatio, vt d. §. decem. secundùm Inno. ibi, & sic habetis quid ad
5 nostrum propositum. ¶ Itẽ † hic videtur casus, quòd non sit necesse in libello qualitatem deducere, quod est verũ, quando non alterat substantiam, vel ius agendi, vt hic. Idem quando qualitas deducetur tacitè, exemplum. C. de sica. in l. 1. & de iniur. in l. si nõ conuitij. scilicet quia posito delicto positum videtur animus iniuriandi, vel si agã contra te ad rem, quam dicam mihi furatam per te, videtur enim tacitè deductus dolus, & omnia, quæ continent sub definitione, vel conditione furti, ar. generalis regulæ. l. sciendum. de verb. ob. secus si qualitas alterat substantiam, vel ius agendi, vt hic. Nec intelligitur tacitè deduci, vt est qualitas personæ delinquentis, rei (in qua delinquitur) temporis, & loci, quæ quandoque habent alterare factum: tunc enim istæ qualitates debent in libello deduci, vel saltem ante litis contest. addi, & sic non haberet tunc locũ iste tex. Dic aliàs q post litis contest. non posset scilicet hoc fieri; licèt enim talis qualitas non sit de substãtia maleficij, tamen est de substantia actionis, nec venit sub veteri actione, ideo ex ea non posset sequi condemnatio. Potest poni exemplum, si pro insultu de die est pœna pecuniaria, pro insultu de nocte est pœna personalis, certè talis qualitas, quòd de nocte, non poterit addi post litem cõtest. & de hoc articulo quò ad formam libelli est materia. l. edita. C. de eden. Quando tamen qualitas dicatur alterare substantiam, vel ius agendi, vel non, vide quæ Bar. scribit. in d. l. denunciasse. ¶ Adde etiam prædi-
6 ctis, † quòd vbicunque permittitur additio, vel detractio qualitatis, videtur semper ad hoc procedendum, demum vocata parte, scilicet cuius interest, siue procedatur per accusationẽ, siue per inquisitionẽ, & sic ex officio. Et ideo, vbi ex forma statuti debet copia accusationis, vel inquisitionis mitti ad camerã actorũ (vt est Bononiæ) necesse erit mitti etiã copiã huius additionis, vel detractionis, & hoc sensit Bart. hic, benefacit. l. 1. §. cum adijcit. ff. de verb. obl. ¶ In gl. amplius. ibi [ne sæpius] qđ hoc esset, si iteratò posset agi. ¶ Ibi. [l. licèt gratis.] dic, quòd fieri non potest, lata iam per vnum sententia: sed ante potest per plures etiam diuisim in eodem crimine inquiri. Ita dicit Io. An. in gl. ordinaria. extra de heret. in c. per hoc. li. 6. ¶ Ibi. [§. actiones.] & ff. eo. l. bona fide. Sed ista prima nõ hẽt bonam rationem diuersitatis; quia vis non stat, sit personalis, vel non: sed vtrũ varietur ius agendi, vel non. ¶ Ibi [vel meliùs] hanc tene. ¶ Ibi [sed dic contra, secundùm Io. vt hic.] No. ergo ex ista glo. quòd illud, quòd tex. hic decidit in sententiã absolutoria, extendendum est etiam ad condemnatoriam, solutione sequuta. Nec mirum; nam ista parificantur. l. si quis cum totum. §. planè. ff. de excep. rei iudi. scilicet lata absolutoria, vel condemna-
7 natoria rei esse satisfactum. ¶ Et sic no. ex ista glo. † q lata sententia super facto principali, non poterit iteratò agi ratione nouæ qualitatis: vnde si est lata condemnatoria de vulnere, non poterit postea agi ratione cicatricis, quæ dicatur remansisse. quod Guil. tenuit in Specu. de accusatio in. §. 1. post princ. p casum. l. Prætor edixit. §. 1. ff. de iniu. pro quo bene facit. l. qui seruum. in fi. ff. de acti. & obli. ¶ Bart. tñ contra tenet, q possit accusari de nouo propter illam qualitatem omissam in primo iudicio, & accusabitur de toto crimine, adiecta illa qualitate, vt de illa sola puniatur, ar. l. Iul. §. 1. ff. de ver. ob. de solu. l. etiã. de dolo. l. eleganter. §. non solùm. induxit pro casu. l. vnde quæritur. §. fi. secundùm communem literam. ff. commo. adduxit ẽt aliquas rationes, quas vide per eũ in l. senatus. ff. de accu. vbi format hãc. q. Sed tu de hac. q. dic, vt plenè scripsi in l. si vulnerato. S. ad leg. Aquiliam. vbi tenui cõtra Bar. Aduerte tñ; quia quod glo. dixit, non posse agi sm̃ istã opi. (ideo quia est cõis) videtur limitandũ, nisi fortè restitueret ex clausula generali, vt quia nesciuit: & ideo q a ignorauit, fuit deceptus, ideo &c. si petijt se restitui. facit. ff. de institu. l. habebat. in princ. & l. 1. in fi. ff. quan acti. de pec. est ann. & l. quæsitum. eo. tit. & quod no. in l. quod
8 in hæredem. §. eligere de trib. † Est tamen dubium, vtrum impetrari possit in casu isto restitutio; quia quod de restitutione dicitur, locum habet in ciuilibus. ita loquitur. d. l. habebat in prin. cum si. Secus videtur in delictis, in quibus

bus agitur ad vindictã, vbi non datur restitutio. s. de mino. l. auxiliũ. in quo cogita. ¶ Ibi [mutare] supple scilicet qualitatem actionis, scilicet quia aut deliquit seruus, domino sciente: & tunc dominus conuenitur ad totum interesse. Aut eo ignorante, &c. vt hic, scilicet quia tunc conuenitur cum facultate dandi pro noxa, & de hoc in l. edita. hic allegata, & extra de libel. obla.
9 in c. 1. ¶ Nota tamẽ ex ista glo. coniuncto tex. † quòd in sciente scientia non est causa agendi: sed delictum aggrauatur propter scientiam. Sed in mandato mandatum est causa agendi propter delictum sequutum. l. non solùm. §. si mandato. &. §. Proculus. j. de iniur. & l. obseruare. §. 1. de offi. procon. & lega. hic sit finis pro isto mane. Duab' sequentibus lectionibus non adfui; quia iui ad audiendũ l. frater à fratre. sub domino Iac. de Saly. ¶ Extra gl. facit
10 etiam iste tex. ibi [ad noxalem causam transire] &c. † q̃ aliquem accusaui de vulnere facto cũ sanguinis effusione, ex quo puniri debebat in centũ vigore vnius statuti, & postea probaui de vulnere tantùm facto sine sanguinis effusione, ex quo debet puniri in 10. vigore secundi statuti, q̃ iudex debeat eũ condẽnare solũ pœna secũdi statuti, arg. hic, & j. de ædilic. edic. l. bouẽ. §. aliquãdo. & l. illud. §. minus. de tributo. & ita terminauit Guil. de Cu. Sed Iac. Butr. tenuit contrarium, scilicet quòd non probata qualitate, debet fieri absolutoria. l. quid ergo. §. pœna grauior. s. de his qui no. infa. & in l. etsi seuerior. C. eo. i 5. col. Itẽ Ia. de Are. dixit, quòd debebat fieri absolutoria siue per accusationem, siue per inquisitionem procedatur, & ita consuluit, de quo tangitur per Cin. C. de probati. in l. 2. Bar. autem dixit in hac materia, quòd si qualitas, quæ est
a addita maleficio, est talis, quæ faciat a cessare actionem, vel accusationem propositam, debet sequi absolutio. l. Prętor. la 2. §. docere. j. vi. bo. rap. Idem si non faciat cessare, sed alterat factum, ita quòd faciat illud esse aliud factum. l. denunciasse. §. quid tamen. j. de adul. secus si non alteret factum; quia tunc ex eodem processu potest sequi
11 condemnatio. ¶ Aduertendum tñ est, † quòd vbi effect' condemnationis est diuersus propter illam qualitatem, ista detractio debet fieri, pendente iudicio, vt hic est casus. ¶ Item aduerte; quia de cõsuetudine seruari videtur, quòd semper feratur condemnatoria de simplici maleficio, illa qualitate non probata. Nam de consuetudine accusans non vnam legem proponit, sed omnem, dum dicit, peto eum puniri secũdùm formam iuris, & statutorũ, qui libellus de consuetudine procedit, glo. est ordinaria. j. de accusa. in l. senatus. Idem in inquisitione, in qua deducta non videntur deduci connexè, idest, quòd oporteat omnia probari, sed diuisim propter illam communẽ clausulam [super quibus omnibus, & singulis] intendit dominus Potestas inquirere veritatem, quæ est diuisiua, ideo sufficit alterum probari. ¶ Vltimò ad materiam huius. §. adde de qualitatibus inhærentibus, ex quibus pęna augetur, quæ superuenerunt ex postfacto præter propositum delinquentis. Item de inhærentibus ratione loci, vel temporis, vel personæ eius, in quem delinquitur, vtrũ opẽ præstans puniatur in plus propter illas qualitates. in quo vide omnino Bar. j. de fur. in l. is, qui opem.

ADDITIO.

a ¶ Talis, quæ faciat. Adde de ista probatione qualitatis Alex. in l. Diuus. ff. de re iud. in 2. col. & ibi Bar. in disputatione incip. Iure municipali cauetur. Vide Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cler. in 3. col. in fi. Et si qualitas in iudicio deducta, quæ est fundamentũ actoris, seu rei, non probatur, actor, vel reus succumbet, gloss. est in Clem. fi. de rescrip. in verb. creatum. Panor. in c. auditis, de rescrip. in pen. colum. vers. si autem sumus. Fel. in d. c. auditis. vers. secunda conclu. col. 22. quid autem sit qualitas, & in quibus consistat in ista materia, vide Bald. in l. ea, quæ. C. de cond. inde. & Bald. in l. 2. in 10. col. C. de cõs.

Ex l. Si plurium.

SVMMAE.

1 *Iuris idem est de toto quò ad totum, quod est de parte quò ad partem.*

2 *Actio noxalis, & indiuidua datur contra plures in solidum, & sapit naturam realis.*

L. Si plurium. ¶ Quod dictum est de scientia, vel ignorantia, locum habet etiam in pluribus dominis vnius serui delinquẽtis. h. d. Vel magis ad literam. Ex delicto serui pluriũ quilibet ex dominis tenẽt noxaliter, si ignorauit: si sciuit, quilibet insolidum, nec ex sola conuentione vnius, liberatur alter, & idem si pars sciuerit, & pars ignorauerit: & si sciente domino, delictum à seruo committatur, dominus tenetur etiã si non possessor, non eius hæres: sed ipse seruus manumissus: & actio noxalis nõ datur, nisi cõtra possidentem, qui conueniri potest, licèt dominus non fuerit tempore delicti. h. d. in terminis, & in summa cum se. vsq; ad §. Põponius. ¶ Ibi [omnibus] scilicet dominis. ¶ Ibi [quemadmodum] scilicet tenerentur scilicet in solidum. ¶ Ibi [liberabitur.] Nec ob. j. eo. l. si communis familia. quia ibi conuenitur dominus sciens, ideo qui ignorauit, liberatur: sed hic vterque sciuit. ¶ Ibi [manumissus tenebitur] quia noxa caput sequit. Insti. eod. §. oẽs, sm̃ Odof. ¶ Ibi [apud me] dominum ignorantem sit seruus, qui delinquit, conditione non mutata, noxius, aliàs, idest, si seruus viuat: sed si esset mortuus, hæres meus non teneretur. quod secus est in sciente. s. eo. l. si plurium. in fi. No
1 ta hic, † quòd id iuris, quod est in toto quò ad totum, est
2 in parte quò ad partem. ¶ Secundò nota, † quòd noxalis est indiuidua, & datur contra plures in solidum. ¶ Nota, quòd noxalis sapit naturam realis; quia concernit possessorẽ, de quo dixi. s. eo. sup Rub. Item hic videt probari, q̃ licèt extinguatur principale, non tñ accessorium; nam licèt extinguatur seruus, qui principaliter deliquit: non tñ extinguitur accessorium contra dominum, qui sciens fuerit. Sed potest dici, q̃ vterque principalis sit, q̃a vterq; ex proprio delicto tenetur. l. non solùm. §. si mandato. j. de iniur. ¶ In glos. super vebo, conuento, ibi [licèt vnum factum] vt. l. item Mela. §. si plures. s. ad l. Aqui. ¶ Ibi [si familia] & s. ad l. Aqui. l. illud. & vide quod ibi dixi, & quod tangitur in d. l. si familia. ¶ Ibi [sed Azo] hic reprehendit secundã lecturã ad istum ver. Et hęc opi. Azo. est cõmunis. ¶ Ibi [§. cũ domin'] & s. tit. 1. l. 3. vel. j. §. 1. & l. seq. Nec ob. j. eo. l. electio. i prin. quia ibi ẽ speciale, vt videbitis. ¶ Ibi [non liberat] sciens à residuo scilicet, in eo, quod deficit ad emendationem toti' dãni. ¶ Ibi [§ Pomponius] Et circa hoc vide, quod not. s. de eo, per quem fac. est. in l. 1. §. si plures. & s. tit. 2. in l. item Mela. §. si plures. & vide omnino, qđ ibi scripsi, & vt ibi dices. Sed Ray. hic in addi. dicebat respõdendum ad ista duo contraria formata vltimò in gl. q̃ hic in pluribus dominis: ibi in seruo, & domino. Vnde dixit, quòd prima lec. hic posita tutior est, & sic potestis adiuuare lectu. Iac. glossatoris.

Ex l. Noxalis. §. Pōponius.

¶Conuento emptore, & in solidum exacto, venditor liberatur in totum. h. d. Et ad intellectum vide. s. eo. l. in delictis. §. cum dominus. & §. se. ¶Ibi [conuentus sit] quod fieri potest, attentò quòd noxa caput sequitur. ¶Ibi [iam non posse.] Et ratio huius est. ⁊. si fami. fur. fe. dica. l. quotiens. in prin.

Ex l. Si seruus.

SVMMAE.

1 *Liti volens cedere ante litem contestatam, in quo audiatur.*
2 *Actio noxalis est diuidua quò ad ius soluendi ante litem contestatam.*
3 *Ius defensionis in noxali appellatur indiuiduum.*
4 *Compellitur aliquando quis ad communionem inchoandā propter impossibilitatem.*

L. Si seruus. ¶Quilibet plurium dominorum tenetur noxali in solidum pro furto facto à communi eorum seruo: potest tamen ante litem contest. cedere parti, non post, & in solidū condemnatus agit contra socios nolentes dare pro noxa. h. d. ad literam. Vel sic. Iudicio cœpto cum altero ex dñis, indiuidua est noxæ deditio: sed quod vnus ex dominis pro alio soluerit, repetit iudicio communi diuidundo, licèt ante iudicium cœptum liberetur pro parte cedēdo alteri, iudicio diuidundo reseruato dānum passo. h. d. Et diuiditur. Nam primò ponitur dictum. Secundò ibi ver. [sed non aliàs] erit declaratio. Tertiò ibi [plane] dubij remotio. Quartò ibi [ante noxale] limitatio. Quintò i ver. [quanquam.] vnam obiectionem remouet. Vltimò de æquitate concludit in ver. [sed melius]. ¶Ibi [euadere] scilicet nolendo dare pro noxa. ¶Ibi [iudicium] cœptū per litis cōtest. ¶Ibi [quis] posset dicere de rigore. ¶Ibi [amittat] actionem pro partibus aliorum. ¶Ibi [factus] scilicet furtum passus. ¶Ibi [cum socio] qui est pro alia parte dominus serui. ¶Ibi [nec communi diuidundo] dl recto; nam. ⁊. dicit de vtili. ¶Ibi [posit] de rigore. ¶Ibi [afficietur] ipse damnum passus. ¶Ibi [competere] hoc damnum passo; quia ex concessione sibi facta est factus dominus serui pro parte. vnde actio ei reseruatur contra alios socios. Nec obst. ⁊. communi diuidundo. l. 4. §. fi. & l. seq. & famil. ercisc. l. damno. vt ibi no. nam glo. respondet. ¶Ibi. [Nota primò istum tex. ad id, ad quod al-
1 legaui. s. eo. in l. 1. super prima glo. † ¶Nota secundò, in quo auditur volens liti cedere ante litem contest. qui post lit. contest. non audietur, facit. ⁊. eo. l. electio. §. neque. & l. si alienus, & quod no. s. de rei vendi. in l. vtique. item no-
2 ta, † quòd licèt noxalis appelletur indiuidua quò ad ius agendi: est tamen diuidua quò ad ius soluendi ante lit. cō test. postea autem secus, vt hic. & l. si seruus seruum. §. itē
3 si seruus. s. tit. 2. † Nam ius defensionis in noxali appellatur indiuiduum. s. si ex noxa. cau. aga. l. si cū vno. si quadru. paupe. fe. dicatur. l. 1. §. si commune. & hic. Nec obst. quod no. glo. in l. in stipulatione. de dam. infec. quæ dicit, defensionem in causa damni infecti diuiduam, & tamen illa est quasi noxalis, vt patet eo. tit. in l. Prætor. §. hoc edictum. quod Bar. fortissimum cōtrarium reputauit, & insolutum dimisit. Sed solue, vt dixi in d. §. si commune. d. l. 1. s. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Item not. ꝙ de iure communi detrahimus, ne quis iniustè damno afficiatur, facit. ⁊. si cer. pet. l. si eum seruum. & l. si me. & Ti-
4 tium. ¶Item nota, † quòd propter impossibilitatē quandoque quis compellitur ad communionem inchoādam, regulariter secus. ⁊. de condi. indebi. l. si verò sortem. §. si centum. & ibi glo. allegat istam. l. ¶In gl. in ver. fuerit paratus. ibi [Post lit. contest.] ante enim potest, vt. ⁊. in ver. [ante noxale. ¶Ibi [purgetur pœna] scilicet illa, legalis ex delicto, de qua pœna in l. qui ea mente. ⁊. de fur. & l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cleri. q. d. quòd ibi agitur ad pœnam, & sic ad lucrum: hic autem ad interesse, & sic ad damnum. & ista non sunt paria. C. de codicil. l. fi. Bar. autem dixit, quòd illa lex loquitur in arbitrarijs, sicut dixit in actione, quod metus causa, de quo plenè in l. si insulam. ⁊. de verbo. obli. ¶In gl. experietur. ibi. [sed, & ante] scilicet condemnationem. ¶Ibi [potest] scilicet dominus conuentus noxali, qui pro parte erat dominus, agere contra socios communi diuidundo, ideo sequitur, [dummodo ibi caueat de reddēdo] scilicet consocijs illud, quod socij præstiterint, per iudicium communi diuidundo. ¶In glo. fin. ibi. [vtile,] & sic quando datur vtile sibi, cessat directum, vide Alex. qui allegat istum tex. in l. si finita. §. fundum, in fi. de dam. infec.

Ex l. Si communis.

SVMMAE.

1 *Agi potest contra consocium in re communi de damno dato.*
2 *Dominus quando non teneatur pro seruo communi delinquente.*

L. Si communis. ¶Illud, quod alteri ex socijs ex suo facto præstiterit, ab alio non repetit; sed si seruum conuentum deteriorauerit, eo nomine communi diuidundo tenetur, & si desinit esse communis, tenetur in factum. h. d. ad literā. ¶Ibi [furtum] non manifestum, vt patet in fi. l. ¶Ibi [sciente] & iubente, secundùm glo. & altero ignorante. ¶Ibi [sed omnium nomine] hic primò socius cōuentus ex delicto serui soluit æstimationem litis in solidū. Et in hoc differt à ver. [cæterùm.] ¶Ibi [agere] ad suū interesse. ¶Ibi [cum socio] poterit socius ignorans, qui serui nomine præstitit litis æstimationem, & seruum apud se retinuit, non autem seruum pro noxa dedit, & in hoc differt à ver. [cæterùm.] ¶Ibi [cæterū] hic dedit seruum pro noxa, quam deditionem fecit ignorans, & sic est extincta communio. ¶Ibi [agi poterit] contra socium iubentem seruum delinquere. Dic, quòd poterit agi contra socium, quo sciente, & prohibere valente, vel quo sciente, seruus furtum fecerit, ad hoc quòd sua pars dimidia serui dati pro noxa præstetur ei, quo ignorante, seruus deliquit scilicet per consocium, qui iussit seruum delinquere.
1 No. † ꝙ de damno dato in re communi, vel eius deterioratione sicut contra extraneum potest per alterum ex dominis agi, ita, & contra consocium. ¶In glo. in ver. cō-
2 sequi. in fi. quę est. 2. † adde, an aliquo casu possit communis seruus delinquere, quo non agatur contra dominum consocium ignorantem. In quo dic, si ille, qui est ignorās, non possidet, nec dolo desierat possidere, non tenetur. l. totiens. §. Prætor. ⁊. eo. sed si possidebat eum: tūc si seruus delinquat inuit' ab altero domino ita coactus, quòd resistere aliter non poterat: isto casu dominus ignorans non tenetur; quia nullum est delictum serui. Si verò aliter poterat euadere: tunc si commisit leue delictum, idem; quia alter socius non tenetur, cū seruus in hoc deberet domino parere. s. tit. 2. liber homo. sec' si delictum esset atrox: tunc

tunc enim tenetur socius; quia seruus deliquit, quia in hoc debet parere non debuit. l. 2. §. is, qui, s. eo. Ita colligitur ex gl. no. in l. pen. hic alleg.

Ex l. Bona fide.

SVMMAE.

1 *Officium iudicis concurrit cum exceptione.*
2 *Tutus exceptione potest implorare officium iudicis.*
3 *Officium iudicis potest implorari, vbi licet ali quid facere propria auctoritate.*

L.Bona fide. ¶ Pro furto serui per aliũ bona fide possesi non tenetur dominus, sed possessor: dominus tamen vendicans seruum, repellitur exceptione, vel compellitur damnum resarcire. h. d. Vel sic. Possessor bonæ fidei tenetur noxali ex delicto serui, non dominus, qui seruum non possidet, & dñs postea eũ vendicãs repellitur exceptione, vel iudicis officio cogitur damnũ resarcire. Hoc dicit. ¶ In tex. ibi [bona fide] idẽ si mala fide. j. eo. l. nõ solũ. ¶ Ibi [tenebitur] nisi inueniatur seruum possidere tẽpore iudicij inchoandi, & sic non obst. l. si seruus seruum. §. serui. s. tit. 2. ¶ Ibi [non facit] iste bonæ fidei possessor. ¶ Ibi [actoris] quia non potest plus iuris transferre, &c. vt de regu. iur. l. nemo potest plus iuris transferre. & j. de acqu. re. do. l. traditio. ¶ Ibi [consequetur] passus dãnum ab alio seruo.
1 Not. † quòd iudicis officium concurrit cum exceptione, & sic competit, quando quis potest se exceptione
2 tueri, sic in l. planè. s. de peti. hær. † & ideo tutus exceptione implorat iudicis officium, vt aduersario silentium imponatur. Ita dicit singulariter glo. in l. Aurelius. §. si certum. de libera. lega. Facit etiam gl. j. de fideiussor. in l. si contendat. quæ probat, quòd tutus exceptione implorat officium iudicis, vt pronunciet exceptionem ei competere, circa quod vide vtilia verba Bar. qui tamen non mouetur per ista iura, in l. si finita. §. eleganter. j. de dam. in-
3 fec. Adde etiam, † quòd vbi licet aliquid facere propria auctoritate, potest iudicis officium implorari, vt in tali facto defendat facientem, aut facturum, tex. est notabilis secundùm Iaco. de Are. C. quod cum eo. in l. si seruum. quem tex. ipsi singularẽ appellat. ¶ In fi. 1. gl. dic, vel solue meliùs, vt ibi not. in prima solutione, & dixi. s. super text.

Ex l S. bonæ fidei.

SVMMAE.

1 *De dolo quando non constat, quid iuris, & nu. 2.*

L.Si bonæ fidei. ¶ Desinẽs dolo possidere, vt euitet noxale iudiciũ, conuenitur, seu tenetur, ac si possideret. Vel sic. Desinens dolo possidere, habetur pro possessore, & tenetur noxali. h. d. ¶ Ibi [eum seruum] scilicet alienum, qui deliquit. ¶ Ibi [possit,] & sic malo dolo. & sic ista lex loquitur in casu certo. Et quia dixi, quòd hæc loquitur in casu certo, posset dubitari, quid in dubio, quando de dolo
1 non potest constare. In quo respondeo, † quòd quicunq; conuentus (quia possidebat) si litis contestationis tempore est repertus possidere, & postea desinat, præsumitur dolo desijsse, nisi aliud probet. s. de rei vendi. l. sinautem. in prin. Adde, quòd si condemnatus in reali, dolo desinat possidere, poterit fieri exequutio contra nouum possessorẽm sine ordinato processu, & noua sententia, secundùm Ci. in l. 1. C. de aliena. iudi. mu. causa facta. in 1. q. q. allegauit casũ in l. certa ẽ forma. C. vt in poss. lega. Sed Bart. contra dicens, quòd contra talem possessorem debet agi via ordinaria, p l. 1. §. necessariò. ff. si mul. vẽt. nom. in poss. mit. vbi Bar. in l. fi. eo. tit. ¶ Tu concorda opiniones, &
2 dic, † quòd si iste dolus committitur in fraudem paratæ exequutionis: tunc fiet missio, & exequutio contra nouũ possessorem. l. chirographo. §. fi. de admi. tu. & ita procedat. 1. opi. Cin. Sed si dolus committatur in fraudem creditorum, alienando fortè bona, vt sic minus reperiatur in bonis: tunc sit agendum vi ordinaria. Insti. de acti. §. si quis in fraudem. & ita procedat determinatio Bar. adde tamen, quod ipse Bar. scribit in l. creditores. quam repetijt. C. de pigno. & ibi latè per eum in secunda, vel octaua colum.

L.Non solùm. ¶ Non dicitur esse melioris conditionis delinquens, quàm non delinquens, vel prædo, quàm iustus possessor. cõcor. extra de præben. c. cũ qui. li. 6. & 9. q. 1. c. legi epistolam. & in quolibet earum vide plures concordantias. ¶ In gloss. 1. quæ incipit, aliud. ibi. [l. si seruus seruum. §. serui] vbi dominus tenetur ex delicto serui, nõ autem bonæ fidei possessor. Sed solue, vt ibi not. in prima solutione, & dixi. s. eo. in l. bona fide.

Ex l. Si quis à multis.

SVMMAE.

1 *Conditio occupantis est melior in pari causa.*
2 *Cauere non tenetur nisi de suo facto, & dato tantùm ille, cui per sententiam res euincitur.*
3 *Statutum disponens, quòd percutienti quem in platea cum sanguinis effusione, debeat amputari manus, quomodo intelligatur.*
4 *Litis contestatio non potest inducere præoccupationem, quando per plures non agitur ad idem, sed ad diuersum ex diuersis causis.*
5 *Hæreticus si fuerit inquisitus per iudicem vnius prouinciæ, & condemnatus per alium, quis habebit bona.*
6 *Inquisitio, quæ fit per officium, habetur loco accusationis.*

L.Si quis à multis. ¶ In actione noxali competente pluribus melior est conditio occupantis, & ille dicitur occupasse, qui priùs peruenit ad sententiam, non ad litis contestationem, & qui dedit statuliberum pro noxa, debet de suo facto cauere, & si extiterit conditio ante noxæ deditionem sine suo facto conuentus absoluitur: instantia tamen causæ trãsitum facit in statuliberũ, & pendente dubio libertatis, liberatur hæres tradendo talem, qualem habet, & suo iuri cedendo. h. d. cum se. licèt illam ego legam per se. ¶ In tex. ibi [ex pluribus tamen delictis] quo casu quid iuris sit, vide tex. j. eod. i l. qui ex pluribus. ¶ Ibi [conueniatur] actione noxali ex diuersis causis, ita supplet Odof. ¶ Ibi [dedatur,] idest pro noxa dẽt. ¶ Ibi [contingẽtẽ] aliàs secus, vt. j. l. proxima. ¶ Not.
1 † quòd in pari causa melior est occupantis cõditio. quod qualiter intelligatur, declara, vt statim dicam. Adde tamen, quòd quandoque non prodest præoccupatio, quia lex parificat conditionem omnium, de bo. auc. in pos. l. cũ vnus. & l. fi. C. eo. tit. scilicet de bo. auct. &c. ¶ Secundo not.

2 no.† ꝙ ille, cui per sententiam res euincitur, non tenetur cauere, nisi de suo dato, & facto tantùm. Itē not. hic, ꝙ si vnus seruus committat plura delicta, vna deditione illius indiuidui .s. serui dominus liberatur ab omnibus, & sic. ꝟ. de priua. delic. l. nunquam plura. in ver. si seruus. Et
3 per haec iura Bart. terminauit, † ꝙ si per statutum disponatur, ꝙ in platea percutienti cum sanguinis effusione debeat amputari manus dextra, & percutiat quis aliquem multis percussionibus, & cum sanguinis effusione in platea: si omnia illa delicta praecesserunt condemnationem, sufficit vna amputatio manus dextrae pro omnibus, facit ꝟ. e. l. qui ex pluribus. & quod ibi notatur. Secus si primò esset facta condemnatio de vno delicto, & postea delinquens aliud delictū cōmitteret; nā tunc iudex posset, alterata poena, amputare aliam manum, &c. de quo vide per Bar. in l. vulgaris. in prin. ꝟ. de fur. ¶ Item nota hic,
4 † ꝙ quando per plures non agitur ad idem, sed ad diuersum ex diuersis causis, in nullius eorum persona pōt litis contestatio inducere praeoccupationem, quia cuiuslibet petitio tēdit ad diuersa. Spectatur ergo sñia, quae est immediata cā exequutionis, & ille dr̄ in exequutione occupasse. & haec fuit rō huius legis secundū Bar. in effectu in l. si pluribus. ꝟ. de lega. 1. Tu potes dicere, ꝙ fortè hic fuit alia rō. s. qa per praeoccupationē ex toto excluditur ius alterius, vt ꝟ. statim declarabo super gl. ¶ In glo. super verbo, meliorem. ibi [probare nō poterit.] Et sic possessor debebat absolui. Insti. de interdic. §. commodum. simile notat̄. ꝟ. de admi. tut. in l. si plures. secūdùm Ray. sequitur, & not. in d. l. si plures. & ibi casus, ꝙ per legitimationem personae non intelligitur praeoccupasse, vel praeuenisse, nisi lite contestata, quod Bald. ibi etiam facit multùm notare. ¶ In gloss. super verbo, ad sñiam. ibi. [l. si pluribus] solue, & dic, ꝙ ibi praefertur in actione quaerenda: quo casu sufficit contestatio, vt ibi. facit de ver. ob. l. si Titius. hic autē in quaesita praeferenda, secundùm Dyn. Ray. Bar. & omnes. Sed contra hanc videtur casus in l. ex duobus reis. ꝟ. de duob. reis. vbi in iure quaesito praeferendo sufficit contestatio. Sed potest responderi, ꝙ ibi ideo, quia erant duo rei credendi ex eadē cā, & sic sñia lata cōtra vnum nocet alteri, ergo iudicium pendet per litis cōtestationē. Secus in his, qui nō sunt correi: sed veniunt ex diuersis, & separatis causis agēdi, vt hic. Vel aliter respōde, vt plenius no. per Bar. in illa l. ex duobus. In hoc tamen articulo conclude, ꝙ si agitur de praeoccupatione officij, quod cum iurisdictione exercetur, illa fit per citationem, vel similem actum. l. si quis postea. ꝟ. de iud. quò tamen ad praeoccupationē in ordine procedendi, illa dr̄ fieri per dationē libelli. l. in tribus. & l. qui prior. ꝟ. de iudi. Si aūt agitur de praeoccupatione officij, quod exercetur sine iurisdictione, illa fit per litis cōtestationē, dicta. l. pluribus. ꝟ. de proc. Sed si agitur de praeoccupatione quò ad exequutionē cōmodi vni⁹, & exclusionē alterius, dic, ꝙ si delictum vnū ex eadē causa descendit, sufficit cōte. etiam si per praeoccupationē excludatur ius alterius ex toto. d. l. ex duobus. de duobus reis. Sed si delictum non est vnū, sed vnum de per se in persona cuiuslibet: tunc si per praeoccupationē ex toto excludatur ius alterius, requiritur sententia, vt hic. & l. si verò. ꝟ. de pecul. secus si non tollitur ex toto, sed solū fiat alteratio praestationis; quia tunc sufficit contestatio solū. Ita intelligatur. l. si plurib⁹. hic in contrariū allegata. Ex praedictis infert, ꝙ etiā quò ad effectū confiscandorū bonorū non inspiciatur sñia iudicis iudicantis: sed prius inquirentis, & citantis. Vnde di
5 xit Dy. † ꝙ si haereticus habitans in Marchia priùs fuit inquisitus Bononiae per inquisitorē haereticę prauitatis, postea per inquisitorem Marchiae fuit inquisitus, & priùs cōdemnatus, ꝙ bona pertinent ad eum, qui pręuenit per inchoationem processus, non ad eum, qui praeuenit per sen
6 tentiam, vt hic. & ꝟ. de offi. consul. l. 1. Itē † quia inquisitio, quae fit per officium, habetur loco accusationis. ꝟ. de custo. reo. l. Diuus. Sed qui praeuenit in accusando, praefert̄. C. de accusat. l. qui de crimine. ergo & qui inquirendo. Praeterea quando secundum iudicium sic se habet ad primum, ꝙ absolutoria in primo parit exceptionem rei iudicatae in secundo: tunc, primo inchoato, non pōt aliud ꝓcedere. l. fundi. & l. fundum. ꝟ. de excep. sed in casu proposito absolutoria in primo lata, parit exceptionem rei iudicatae in secundo, ergo &c. secundùm Dy. Alij tamē in hoc articulo dixerunt, ꝙ praeuentio nil operatur; quia debent simul cōmunicare processus, & ferre sñiam, & si in eādem sententiam concurrant, bene quidem: aliàs ambo processus praesentari debent Sedi Apostolicae, quae cōdemnabit, vel absoluet prout sibi videbitur. extra de haereti. c. per hoc. lib. 6. Si ergo diuisim sñias tulerunt, sñia erit nulla; si eam tulerint concorditer, vnum erit tp̄s sñię, & vnum vr̄ tp̄s processus propter communionem. Vnde bona existentia Romae confiscabuntur hic Camerae, existentia in Marchia, Camerae Marchiae, extra hos districtus existentia, applicabuntur Camerae ecclesiae, cum vniuersalis Camera sit offensa, & ita in hoc vltimo Ang. de Peru. respōdit. ¶ In gl. pe. ibi [§. fi.] quia de euictione nō tenetur legatarius, de quo ibi, & in l. cum alienam. C. de leg. & l. si domus. §. de euictione. eo. ti. de leg. j.

Ex l. Praetor decernere.

SVMMAE.

1 *Seruus licèt habeat spem libertatis: tamen de eo iudicatur, vt de seruo.*

2 *Bannitus, qui ex forma ciuitatis, vel aliqua prouisione debeat rebanniri, & de banno cancellari, an possit interim offendi.*

L. Praetor decernere. ¶ Istam summa, vt ꝟ. l. proxi. ¶ Ibi [in statuliberum] effectum, quando ante sñiam in causa noxali euenit cōditio libertatis. Nec ob. ꝟ. de fur. l. si seruus cōis. §. fi. quia ista debet intelligi secundùm illam, vt ibi no. ¶ Ibi [iudicatae] in quo fertur sñia super emenda damni. ¶ Ibi [statuta libertas] quia adhuc pendet eius conditio. ¶ Ibi [quod & verum est.] Nec ob. ꝟ. eo. l. si noxalis. in fi. vt ibi no. No. hic, ꝙ translatio iudicis fit ēt ex eadē instantia, sic & ꝟ. de inin. l. si vnius. in §. filio. No. etiam hic casum, ꝙ etiam ex sententia sufficit praestare rem talem, qualis est, & sic condemnatus liberatur ab actione iudicati, vel in factum praestando etiam statuliberum. facit. ꝟ. de statuli. l. statuliberum medio. in prin. & §. illud. & hoc ideo est; quia causa, ex qua sperabatur auferri seruus, erat extinctiua actionis noxalis, & etiam dominij, vt est libertas, quae sperabatur hic: secus, si causa non foret extinctiua noxalis, vt causa pignoris, vel vsusfructus: tunc enim non liberatur cōdemnatus talem seruū praestando. inf. de solution. l. si
1 hominem. & ibi no. ¶ Item no. † quòd licèt seruus spē habeat libertatis: tamē de eo iudicatur interim, vt de seruo, & sic patet, ꝙ aliud est, quem esse liberum, aliud liberandum, facit ꝟ. de iudi. l. qui se dicit. & quod not. in l. fin. C. vbi, & apud quos in inte. rest. postul. Ex quibus, & ex isto
2 tex. cum duobus inferri videtur, † ꝙ bannitus, qui ex for

ma prouisionis, vel liberationis ciuitatis debebat rebāniri, & de banno cancellari, interim possit offendi. s. impunè ex forma alterius statuti disponentis, quod bānitus possit impunè occidi, quasi interim liberatus non est, licèt veniat liberādus. facit quod no. Ci. post Ia. de Are. & alios in l. 1. C. si aduer. liber. In cōtrarium vr̄ facere ff. de fideicō. li. l. ergo. in princ. & de iniu. testa. l. si quis filio. circa quod vide quod no. Dy. in l. 3. §. si seruus. ff. de acq. pos.

Ex l. Si hæres dolo.

SUMMAE.

1 *Doloso non prodest, si res perueniat ad eum casum, à quo incipere non potest.*

2 *Iudicium intentatum contemplatione serui, durat etiam post mortem naturalem serui.*

L. Si hæres dolo. ¶ Dolo desinēs possidere, nō tenetur noxali: sed proprio nomine in solidum, nec liberatur eius interitu, vel existente cōditione. h. d. ad literā. ¶ Vel breuiùs, & hoc sit pro notabili. Dolus non purgatur per casum postea contingentem. h. d. no. præmitte. l. electio. in prin. ff. eo. & quod ibi no. ¶ Ibi [iudicium] per litis cont. ¶ In tex. ibi [acceperit] ergo ante litem conte. eum manumisit. ¶ Ibi [impleta] pendente iudicio moto contra hæredem. ¶ Ibi [condemnari debebat] s. in solidum, vt
1 hic, & ff. eo. l. si plurium. in prin. ¶ No. hic, quod † doloso non prodest, si res perueniat ad eū casum, à quo nō posset incipere, puta si esset mortuus, vel euenisset cōditio libertatis,
2 à qua non posset incipere. ¶ Secundò † no. casum, quo iudicium intentatum cōtemplatione serui, durat etiā post mortem naturalem serui, nec fiat aliqua differentia, vtrū casus mortis contigerit, postquam euenerat dies statutæ libertatis, vel ante. quod prima fronte videtur directò cōtra casū. ff. ad le. fal. l. in rōne. §. si seruus. il primo. Sed responde, quod hic arguebatur dolus hæredis, ideo semper ei imputabatur. s. propter dolum: ibi autem seruus perijt casu sine aliquo hæredis facto. Quapropter fit ibi illa distinctio, an seruus decesserit, libertate iā sibi cōpetēte, vt tunc non imputetur hæredi: an verò conditione libertatis iā defecta. s. decesserit, & tunc hæredi imputatur, vt ibi not. ¶ In gl. 1. in fi. dic, & vide, quod ibi notanter in d. §. hæres. dicit gl. &c. ¶ In glo. quæ inci. Sed fortè. ibi [erat actor.] gl. dicit hoc, propter id, quod no. ff. si cert. pet. in l. quod te. vbi vide. s. an, non distinguatur, res erat eodem mō interitura, vel peritura, vel non. ¶ In ea. ibi [§. si is quem.] q. d. quod hic decessit seruus. lite iam conte. vel domino existēte in mora; quia differebat malicioſè iudiciū suscipere.

Ex l. Si ex duobus.

SUMMAE.

1 *Beneficium alicui cōpetens nō extenuat maleficium alterius, quò minus possit alter socius conueniri ad soluendū damnū.*

2 *Species non imputatur in quantitate damni in casu.*

3 *Societati non imputatur, vbicunque alter sociorum ad aliquid condemnatur propter suum delictum.*

4 *Dominus an teneatur, si seruus delinquat, eo ignorante, vel inuito. & nu. 5.*

L. Si ex duobus. ¶ Per dationē cōis serui delinquentis, pro noxa factam ab ignorāte, liberatur sciens in eo, quod est intra noxæ deditionem, nō in eo, quod est supra: sed per dationē factā à sciente, ignorans liberatur in eo, quod plus est in damno, quàm in pretio serui: iubens verò non repetit, quod soluit, sed ex proprio facto conuenitur. h. d. ¶ Vel sic. Quando delictū serui scientia alterius dn̄orū processit, tenetur sciens ad emendationē integri dāni, quanquàm ab ignorante seruus fuerat datus pro noxa: repetit tamē sciens ab ignorante partem æstimationis serui, & econtra: secus si iusserit maleficium fieri; quia nil repetit. h. d. & primò ponit dictum vsque. ibi [igitur.] Secundò ex illo dicto illationē ponit vsque ibi [ipsi tamē.] Tertiò ponitur declaratio vsque ibi [illud.] Quartò, & vltimò ponitur dubij remotio. ¶ Ibi [seruum] s. illum delinquentē iste ignorans. ¶ Ibi [alterum] s. qui sciuit. ¶ Ibi [cum altero] scilicet domino, quo sciente, seruus deliquit. ¶ Ibi [computato] puta, seruus valebat quindecim, damnum erat de 10. computabitur pro parte sua, & sic in v. restabit teneri, cum dederit 15. ¶ Ibi [non totius] s. damni soluti per dominū; quia tanq̄ sciens conuētus fuit, & condēnat'. ¶ Ibi [ferat] .i. sustineat dn̄s ignorās. ¶ Ibi [eius] s. totius serui. ¶ Ibi [si & alter] loquitur de dn̄o, qui ignorauit. ¶ Ibi [facere] s. delictum, quod postea reperitur seruus commisisse, & ipse iubens conuentus est, & in solidū damnū emendauit. ¶ Ibi [à socio] s. ignorante. ¶ Ibi [ex suo] s. domini iubentis. ¶ Ibi [patiatur] s. ille dn̄s, qui ius-
1 sit, & soluit. ¶ No. hic primò, † quod bn̄ficiū alicui cōpetēs, nō extenuat propterea maleficiū alterius, quò minus possit
2 alter socius conueniri ad soluendum dānū. ¶ Scd̄o † not. casum, quod spēs nō imputatur in quantitate dāni, & circa hoc adde, quod dixi in l. 1. §. eo. in prin. Item no. quòd aliud est scire, & aliud est iubere. Vtrùm aūt ista parificētur quantùm ad inducendū consensum, vide no. gl. 2. q. j. in c. notū. & in hoc adde, quod dixi in d. l. 1. in prin. §. eo.
3 ¶ No. etiā pulchrum tex. hic in fi. quod † vbicunque alter sociorū ad aliquid condēnatur pp suū delictū, hoc nō pōt imputari societati, vt illius rō debeat cōiter haberi. & sic ēt si ē cōtracta societas oium bonorū, & vnus pp vulnus, qd̄ cuidā inferat, soluat certā pœnā, puta. 25. librarū, sibi soli imputatur. ¶ In glos. 1. ibi. [§. si quadrupes.] nec obst. quod licet vna actione sit actū: tn̄ & alia possit agi, quaten' plus in ea est, q̄ in prima. ff. vi bo. rap. l. 1. de act. & obli. l. qui seruū. in fi. & ff. cōmo. l. vnde quæritur. cū similibus; qa potes rn̄dere, vt colligitur ex not. in contrario, s. in §. si quadrupes. Vel dic subtiliùs, quod illa. s. distinctio directorū iuriū locū hēt in actionibus cōpassibilibus in origine: secus vbi se nō patiuntur in origine, vt est actione de dolo, quæ est subsidiaria cū actione de pauperie; nam tunc non distinguitur, vtrū pl' sit in vna, q̄ in altera, vt ibi, qd̄ est no. ¶ In gl. 2. in fi. quæ inci. imò. &c. hic adde casum de. l. noxalis. §. Pompo. §. eo. & quod ibi no. ¶ In gl. 3. ibi [nō tn̄ iubēte.] & sic nō ob. ver. [illud iniquum.] qui ponit. ff. i e. l. qa loquitur, qn̄ iussit. ¶ In gl. sup ver. totius. ibi [solutio.] no, solu. ¶ Ibi [pcipere.] Et no. hāc dn̄am, de qua ēt dixi. §. tex. quia facit ad idē, qd̄ dixi in l. 1. §. fi. in fi. §. eo. ¶ In gl. super ver. totius. in fi. dic pro solutione huius cōtrarij latiùs, aut seruus delinquens est vnius dn̄i, aut pluriū. Primo casu, si dn̄o ignorante, vel inuito, delinquat dn̄s, tenetur
4 noxaliter. §. eo. l. 1. & Insti. de offi. iu. in prin. † Si eo sciente, & patiente, vel iubente: tunc tenetur sine noxæ deditione, vt d. l. 1. & hoc si possidet seruum, vel dolo desijt possidere. supra eodem. l. bona fide. aliàs non tenetur. ff. eodem. l. quoties. sed tenetur possidens, siue bona fide siue mala

mala fide.§.eo.l.bona fide.& l.seq.Secundo casu, quando aliquid committitur à seruo plurium, aut omnes dñi ignorauerũt,aut oẽs sciuerunt, aut vnus sciuit,alter ignorauit.Primo casu quilibet tenet̃ noxali.§.eo. l. si pluriũ. Secundo casu,si agit̃ cum vno,oẽs liberantur. d.l.si plurium.quod intellige,vt ibi. Tertio casu tenet̃ ignorãs noxaliter,sciens in totũ,& si actum est cum ignorante, nihilominus tenetur sciens,vt in primo casu huius legis.Si cũ sciente sit actum , & æstimationem soluit totius damni, recuperat dimidiam serui,non æstimationis ; quia soluit pœnã proprij delicti.§.eo.l.si pluriũ.& l.si cõis. Sed si vn' iussit,& alter ignorauit,si actum est cũ iubente,& soluit, nil recuperat. Vel dic,ꝙ recuperat,quatenus facta est æstimatio serui.Si vnus iussit,alter patitur,qui iussit, tenetur suo nomine,& serui.§.e.l.2.in fi.& si est cõuentus suo nomine,non consequitur aliquid à cõdomino.Sed si delictum sit commissum à familia : tunc si domino ignorante,tantùm præstaret,quantum & vnus liber fecisset.§.tit. 1.l.illud.si sciente,& iubente domino,põt conueniri suo
5 nomine,& serui.l.1.§.1.ꝭ.si fa.fur.fe.dica.† Si tñ seruus meus deliquit,& conuẽtus sum propter meã scientiã, nõ teneor plus ex delicto serui,quia obstat exceptio. §. eo. l.4.§.cum dominus.in parte,secundùm Odof. ego reformaui alio modo.¶In gloss.in ver.patiatur.ibi [§.nũc tractemus.]& §.e.l.si cõis.¶In ea.ibi[proprius est].i.in soli dũ vnius dñi tñ.¶Ibi [& noxaliter].i.ex facto serui.s. ne delicta remaneant impunita.¶ Ibi[fecissent.i.deliqssent.]¶Ibi[itẽ qđ dr̃]tollit aliud dubiũ.¶Ibi[atrox erat factũ,] sed in solidum tenetur,vt §.eo.l.2.§.1. Et no.hãc gloss. in hac materia pleniorẽ,quàm sit in corpore iuris. quæ dicantur atrocia,habetur §.tit.2.in l.liber homo.

ADDITIO.

a ¶Imputatur.Adde tamen, in quibus casibus vnus sociorum pro alio teneatur, Alex.in consi.139.inc.Perspectis scriptis.in 5.vol.per totum consi. Sed quid si quidpiã lucratus fuerit,an socius contradicens debeat habere partem lucri,Alc.in l.quia poterat.in fin.ff.ad Treb.tenet ꝙ non, idem tenet in l.in his.§.mancipia.ff.solu.ma.

Ex §.Si plures eiusdem.

SVMMAE.

1 *Decretum secundum contra fructuarium quid sit.*
2 *Iuris plus aliquando quis transfert , quàm habeat.*
3 *Grauato per alium quomodo succurratur.*
4 *Fructuarius , & dominus proprietatis debent communiter soluere collectam.*

§. Si plures eiusdem. ¶Proprietarius tantùm serui noxali conuentus,potest illum dare pro noxa, & fructuariũ ad collationẽ vrgere pro æstimatione vsusfructus,vel in vsumfructũ relaxet:& proprietario omittẽte,permittitur vsufructuario ipsius serui defensio , qui si succumbat,poterit se tueri contra ꝓprietariũ, vsufructu finito.h.d.Et primò ponit dictũ. Secundò prouidet proprietario conuento noxali.Tertiò dubiũ remouet.Secunda ibi [sed p Prætorẽ]¶Tertia ibi[& si ego]¶ In tex.ibi [agat]contra proprietariũ.¶Ibi[actoris faciã] no.& facit.ꝭ.eo.l.electio.in fi.& adde hic,quod no.ꝭ.de sol.in l. si hoiem.& ꝭ.eo.l.si noxale.in prin.vbi dicã. ¶Ibi [te] f. fructuariũ.¶Ibi[litis æstimationẽ]si nolis cõsentire de-
1 ditioni huius serui fructuarij.¶Ibi[cedere.] †No.formã secundi decreti contra fructuariũ,de quo p Bar. in l. si finita.§.si de vectigalib'.ꝭ.de dã.infe.& dicã.ꝭ.e. ĩ l.si noxale. Nec ob.huic parti in l.proxi.vbi stati dicã . ¶Ibi [damnatus].s.fructuarius.¶Ibi[tradas]pro noxa. No.
2 tex.hic;† nam videtur casus, in quo quis trãsfert plus iuris,quàm habeat;quia proprietarius tñ trãsfertur vsum fructum,contra reg.nemo.ff.de reg. iu.& ex. eo.lib.6.& l.traditio .ff.de acq.ter.dom. Sed potest dici hoc contingere ; quia totũ ius vtriusque erat connexum huic obligationi. Vel dic, & aliter, ꝙ hic fructuarius præsens erat tempore litis motæ,&sñiæ latæ cõtra proprietariũ. & sic nõ ob.ꝭ.de sol. l.si hoiem.vt ibi no.& dicã.ꝭ.eo. l.si noxale.in prin.¶Secũdò no.tex.hic,in ver. [sed per Prætorem]qui debet intelligi in officio mercenario deseruiente accusationi propositæ ad emendam damni . Ex quo
3 sing.no. † ꝙ qui per alium grauatur, põt ex eodẽ processu facere ipsum cogi ad indẽnitatem præstandam per officium iudicis mercenarij,facit C. ubi cau.fi.l.cum vendente.& C.de sen.l.cum eorum. An autem iudex,qui de crimine cognoscit ciuiliter, possit ex suo officio sine nouo processu pœnam criminalẽ imponere , vide quod no. Nico.de Mat. C.de condi.ob tur. can.ĩ l. quod cuitãdi. vbi dicit, quòd sic. Et de hoc audiui Bal. fecisse magnum festum.¶ Not.ibi[aut vsumfructum cedere] ꝙ per hunc tex.gl.in l.quamuis. ꝭ.de dam.infe. probat vulgarẽ modum loquendi,qui nõ laborat,nõ manducet,& fuit Apo
4 stoli ad Thessalonicenses.c.3. ¶Itẽ facit iste tex.† ꝙ fructuarius , & dñs ꝓprietatis debeãt cõiter soluere collectã,cum sit onus,qđ imponitur personæ pro re,vt est hæc emẽda dãni,sicut in simili dr̃ in cautione damni infecti, quę dr̃ imponi personæ ,ꝑpter rẽ, in qua vterq; s. proprietarius,& fructuarius cauet.l.hoc amplius. §.fi.& ibi no. Dy.ꝭ.de dã.infe.& intellige,ꝙ quilibet istorũ cõferet,facta æstimatione ꝓprietatis,& vsusfructus. Itẽ not.hic in fi.fructuariũ posse assumere defensionẽ rei fructuarię ,ꝓprio noie,proprietario negligẽte defendere. Adde , ꝙ ꝓ defensione rei cẽset̃ à dño cõstitutus procurator in rem suã.§.vsuf.queãd.ca.l.fi.& ibi no.& no.de ope.no. nũ.ĩ l. j.§.fi.& administrator legitimus cẽsetur cõstitutus , ideo non satisdat.ꝭ.de admi.tu.l.vulgo.C.de bo.quæ lib.l.fi. §.vbi autem in vnum.& d.l.fi.vsufru. quemad. ca.

Ex l.Is , qui vsumfructũ.

SVMMAE.

1 *Respectu potestatis agendi , & querelam damni in iudiciũ deducendi plus iuris habet fructuarius serui , quàm dominus pro parte.*

L.Is,qui vsumfructũ. Proprietari' serui põt ꝓ delicto eius à fructuario cõueniri,liberat̃.n.cedẽdo proprietati.h.d.¶Ibi[vsumfructũ]tñ cũ dño proprietatis,cuius seruus furtũ fecisset, quo casu dñs tenet , vt §.eo.l.si seruus cõis.& intellige hãc actionẽ furti intẽtari noxaliter tñ,& sic facit ad titulũ.¶Ibi[cũ eo]. s.fructuario.¶Ibi[ei] s.fructuario. ¶Ibi[& iõ] i.hic respicit primũ casum.¶Ibi[dãnatus] pro furto facto p illũ seruũ fructuario dedẽs seruũ,dico quò ad nudã proprietatẽ,se
1 cus si extraneo,vt §.l.proxi. in fi.¶ †No.hic, ꝙ sm̃ Rayn. saltẽ respectu ptãtis agẽdi, & qrelã dãni in iudiciũ deducendi plus iuris habet fructuarius serui , q̃ dñs eius pro parte,qui non posset agere contra alium dñm pro parte.ꝭ.eo.l. cum seruus.quia illius serui nomine, cuius no-

mine tenetur, non agit noxali. C. de fur. l. apud antiquos. & procedit in his, quæ commissa sunt à seruo; secus in cõmissis in ipsum seruum ab ipso proprietario, vel fructuario; quia pro talibus non agit fructuarius contra proprietarium, nec econtra. Ita loquitur. l. item apud Labeonem. §. si communem. j. de iniu.

Ex l. Si in re communi.

SVMMAE.

1 *Illud, quod quis unus sociorum consequitur ratione communis rei, tenetur alteri communicare.*

2 *Quando respectu rei, & ipsius actus, qui geritur, est vnicum factum tantùm, datò quòd ex eo plures afficiantur, tamen potest appellari vnum delictum, & vnum factum, seu vna obligatio, si versetur circa res, & quid si circa personas.*

L. Si in re communi. ¶Pro dãno dato in re communi duorum à seruo extranei, cuilibet dominorum competit actio noxaliter in solidũ, qđ iudicio communi diuidundo debet inter eos diuidi. h. d. & primò dictum vsque ibi [sed] Secundò ponit dubium ibi [sed si alterutri.] Tertiò dubium remouet. ¶ In text. ibi [agimus] qđ possumus, & singuli in solidum. ¶Ibi [alterutri nostrum] qui primò egit secundùm casum l. si quis
1 à multis. ſ. eo. No. 1. hic regulam, † quòd illud, quòd vnus sociorum consequitur ratione rei communis, tenetur alteri communicare, facit quod no. C. de duo. re. ĩ Au
2 then. hoc ita. Secundò no. quòd † quando respectu rei, & ipsius actus, qui geritur, est vnicum factum tantùm, datò quòd ex eo plures afficiantur: tamen potest appellari vnum delictum, & vnum factum, seu vna obligatio, vt hic in ver. [sed potest dici] &c. bene facit. j. arbo. fur. cæ. l. si plures. in prin. & de iniu. l. itẽ apud Labeonẽ. §. fi. & l. se. quod est no. cum tamen aliàs dicatur actus considerari respectu eius, in quem committitur, & qui ex actu afficitur. j. de iniu. l. 1. in fi. & l. eum qui. §. 1. eod. titu. ¶In hoc tamen conclusiuè dic, quòd quando sunt plures offensi, vel patientes, censentur plura delicta, si delictum committitur principaliter circa personas, vel circa vnam personam principalem, circa alium incidenter tamẽ ex proposito. d. l. 1. in fi. & l. eum, qui. §. 1. j. de iniu. secus si delictum committatur principaliter circa res; quia tunc est vnum, si res est vna, vt hic, & videtur expresse hoc probari in d. l. si plures. j. arbo. fur. cæ. vbi aliquid per Dyn. circa quod omnino vide quod Bart. tangit in l. 3. §. si ad plures. j. de sepul. vio. tamen nullus hanc legem all. Adde etiam ad prædicta quod tangit Bar. in l. si gemma. j. arbo. fur. cæ.

Ex §. Si serui, in quo.

SVMMAE.

1 *Conductor noxali non tenetur.*

§. Si serui, in quo. ¶Vsufructuarius potest agere pro damno dato à seruo contra proprietarium, & si proprietarius cõduxerat operas serui. h. d. ¶Vel sic. Pro delicto serui fructuarij tenetur proprietarius noxali, licèt operas illius conduxerit. h. d. ¶In gl. damnetur. ¶Ibi
1 [secũdùm Io.] nam † conductor non tenetur noxali. j. e. l. si seruus. §. 1. Et hoc est, quod Io. voluit dicere pro ratione dubitandi. Sed responde, quòd hic non conuenitur, vt conductor, sed vt proprietarius.

Ex §. Si seruus.

SVMMAE.

1 *Ex edicto nautæ, caup. stab. oritur actio ex recepto, & sic ex contractu, quando sine eorum culpa aliquid est deperditũ.*

§. Si Seruus. ¶Ex delicto serui vicarij datur vicarius ipse noxa: ex delicto autem ordinarij datur ipse seruus ordinarius. Et inducitur iste text. ꝙ iudicium noxale ita locum habeat ꝓ seruo subalterno, sicut pro principali. Et pro euidẽtia p̃mitte, ꝙ hic. §. legitur altero de tribus modis, vt hic percipi potest per gl. ¶Pro cuius intelligentia præmitte, ꝙ
1 † ex edicto nau. cau. stab. oritur actio ex recepto, & sic ex contractu, quando sine culpa exercitationis nautæ, vel cauponis aliquid est deperditũ, & ideo datur actio de peculio, quæ durat infra annum, etiam ipso seruo manumisso. l. si seruus nauem. j. de fur. Sed si facto nautæ, vel cauponis aliquid sit de perditũ: tunc illa actio dicitur dependere, siue descendere ex delicto, & ideo non datur de peculio, sed noxalis, quæ caput sequitur. l. licèt. §. fi. & ibi no. ſ. nau. cau. stab. ¶In gl. danda est. ibi [& no.] pro declaratione huius partis oppone sic. Hic dicitur, ꝙ vicario dante damnum, agitur de peculio contra dominum, imò cessat de peculio, quando seruus deliquit, & datur sola noxalis, vt ſ. eo. l. 4. §. cum dominus. Huius timore facta est gl. quæ voluit respondere, & intellexit istum tex. altero de tribus modis, vt sequitur, & quælibet lec. potest esse bona. Ray. tamen in addi. dicit tenendam tertiam, vt tutiorẽ. ¶In ea. ibi [alia est ad noxã] & secundùm hãc videtur casus, ꝙ in noxali continetur pecuniaria, videlicet condemnatio, imò datio pro noxa deducitur in condemnatione, & hoc videtur sentire glo. in l. miles. §. decem. super ver. rei iudicatæ. j. de re iudi.

Ex l. Qui ex pluribus.

SVMMAE.

1 *Committens plura maleficia, ex quorum singulis esset sibi amputanda manus non soluenti, si postea manus amputetur, liberatur, secus si soluat.*

L. Qui ex pluribus. ¶Dans seruum ꝓ noxa propter diuersa delicta, liberatur ab omnibus alijs actionibus, quod secus est, si litis æstimationem soluerit. h. d. ¶ Vel sic. Seruo dato pro noxa liberatus est ab omnibus ipsius serui noxijs: secus si litis æstimationem præstiterit; quia tunc pro alijs maleficijs adhuc poterit dominus cõueniri. h. d. in terminis in summa. ¶In tex. [ex pluribus noxijs]. i. ex pluribus dãnis, quæ à seruo passus fuerat. ¶Ibi [dominum] & sic per hoc est extincta actio noxalis; quia nomine serui nõ põt eidẽ competere; nã reperietur cõpetere cõtra se, qđ esse non põt, vt j. de fur. l. serui, & filij. in pri. No. ex isto tex. arg. ꝙ si cõmisit qs plura maleficia, ex qb' nõ soluẽti dẽt amputari ei man', & ei sit

sit manus amputata, ꝙ sit ab omnibus liberatus, quasi
manum dederit pro noxa, facit ad hoc. ỹ. de le. 2. l. Lu-
cius. §. impuberem. secus si se redemisset; quia tunc non
prodesset ei, quò ad aliud maleficium, facit. ỹ. de priua.
deli. l. nunquam plura. ver. sed si seruus meus. vide etiã
Bar. in l. vulgaris. in prin. ỹ. de fur. & quod dixi. s̃. e. in l. si
quis à multis.

Ex l. Quoties dominus.

S V M M AE.

1 *Iudicium cogitur quis suscipere in casu.*
2 *Coactus contestari litem, habet suas defensiones.*

L. Quoties dominus. ¶Dominus
non tradens seruum pro noxa, cogitur iudicium præcisè
suscipere, non tamen damnatur, nisi possideat, vel dolo
desijsset possidere. h. d. ¶ Vel sic. Dominus cogitur præ-
cisè iudicium suscipere, si seruus sit in eius potestate: se-
cus tñ si nõ possidebat sine dolo, vel culpa sua; quia libe
ratur. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [non suscipitur] simile vide
in vsufruc. no. s̃. de vsufr. i l. si absente. ¶ Ibi [omnimo-
do] idest præcisè compellitur respondere pro seruo.
Quod intellige verum, si seruus est præsens. ¶ Ibi [condẽ-
nabitur] scilicet dominus, etiam probato damno.
¶ Ibi [habeat] scilicet seruum eius, qui deliquit, & ex
1 facto suo agitur. ¶ † No. casum, quo quis cogitur iudi-
cium suscipere, probat hoc uerbum, omnimodo, quod
est contra not. in Auth. qui semel. C. quomodo. & quan-
do iu. Et ideo allegatur, ꝙ reus cogitur præcisè litem cõ
2 testari. ¶ Item in ver. [sed] no. ꝙ † licèt quis cogatur litẽ
contestari: tamen etiam saluas habet suas defensiones.
Et est multum vtile ad statuta, quæ disponunt, quòd ac-
cusatus, vel inquisitus præcisè cogatur respondere accu-
sationi, vel inquisitioni, antequam aliqua defensio admit
tatur; nam post responsionem videbuntur saluæ suæ de-
fensiones. ¶ Item not. tex. hic in fi. qui videtur probare,
quòd etsi lis sit contestata in directa rei ven. contra pos
sidentem, si dolo desineret possidere, & sic deberet con-
ueniri vtili. ỹ. eodem. l. electio. §. si is. nihilominus sine
noua litis conte. poterit condemnari, & per hoc confun-
ditur cauillatio Bulgaroti, & per hoc vide per Pe. & Ci.
C. de rei vendi. super rub. & in l. vnica. C. de alie. iu. & c. in
7. quæst. per Bartol. in l. quanquam. §. Iul. ỹ. de aqua
plu. arcen.

Ex §. Eos, quorum.

S V M M AE.

1 *Defensionem alterius an quis possit assumere in causa no-
xali.*
2 *Seruus proprius quis dicatur.*

§. Eos, quorum. ¶ Proprium ser-
uum verè, dubiè,
vel bona fide possessum potest quis noxali actione defen
dere, etiam absentem: alienum vero non, nisi præsentem
h. d. Et primò dictum. Secundò ibi [sed hoc] ita eius limi
tatio. Tertiò ibi [quod ita] limitatio limitationis. ¶ In
tex. ibi [nã alieni] & hoc constat, & non seruiuit bona
fide, aliàs secus, vt ỹ. in fin. §. ¶ In tex. ibi [an alieni] subau
di, possint absentes defendi. ¶ Ibi [constet] non alienos
esse seruos. ¶ Ibi [vel] pro saltem. ¶ Ibi [seruire] alienos,
1 et hoc constat. ¶ Nota, † quòd in causa noxali non po
test quis assumere defensionem illius, in quo non habet
ius, nec possessionem. Et est ratio; quia talem non pos
set dedere pro noxa, vt hic voluit gloss. Et ad huius in-
telligentiam vide. s̃. si ex noxa. causa agatur. l. secundę.
2 §. primũ. ¶ Item nota † seruum videri proprium, qui bo
na fide seruit. Non ob. ỹ. de reli. l. 2. §. primo. vbi habe-
tur, quòd natura genitiui est importare dominium.
¶ Item nõ obst. s̃. ad le. Aquil. l. si seruus seruum. §. si ser
ui. ¶ In glos. super ver. esse. ibi [pro noxa dare non pos-
set] hac ratione quidam dixerunt, quòd si ille, qui ali-
quem percussit, debet fortè ex forma statuti retinere ala
pam, quòd fideiussor in hanc causam non debeat admit
ti; quia non posset soluere. Nec ob. infra eodem. l. si plu
rium. §. qui alienum. quia ille text. debet intelligi in de-
fensione præsentis. ¶ In gl. si dubitetur. in fi. ibi [l. prima.
§. primo.] vbi bonæ fidei possessor non habetur pro do-
mino. Sed responde, quòd habetur pro domino, quò ad
defensionem serui sponte suscipiendo, vt hic: sed nõ, vt à
seruo necessario defendatur, vt ibi, vel etiam, vt seruus
torqueatur, de quo etiam ibi per Dyn. Ray. autem di
cit, quòd ibi loquitur quò ad tormenta, per quæ fie-
ret præiudicium domino, & seruo possesso: hic au-
tem non.

Ex §. Prætor ait.

S V M M AE.

1 *Purgare se cogitur quis per suum iuramentum in casu.*
2 *Positioni criminosæ an quis teneatur respondere. & nume.
3. & 4.*
5 *Condemnatoria fertur ex sola contumacia.*
6 *Testis, qui interrogatur, an sit criminosus, vel periurus, an te-
neatur respondere.*

§. Prætor ait. ¶ Negans se habere ser
uum in potestate, cogi-
tur præcisè iudicium suscipere sine noxæ deditione, vel
reo nolente iurare se eum in potestate habere, & pote-
stas accipitur pro facultate. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [si is]
dominus conuentus actione noxali. ¶ Ibi [accipere de-
bemus] vt dominus teneatur noxaliter ex delicto ser-
ui. ¶ Ibi [quòd si reus] qui seruum habebat in potestate,
1 & negabat se eum habere. ¶ Nota † casum, quo quis
cogitur se purgare per suum iuramentum. ¶ Secundò
no. quòd quis compellitur respondere cum iuramento,
an possideat, vel dolo desierit possidere, facit. s̃. de rei
vendi. l. qui petitorio. ad idem quod not. glo. in simili de
offi. assesso. in l. prima. in glos. super ver. postulationibus.
2 Item facit iste tex. secundùm Bar. † quòd quis debeat re
spondere positioni criminosæ, puta, an deliquerit, ad qđ
3 etiam facit. ỹ. de iniu. l. lex Cornelia. §. primo. † Quod
est uerum, secundùm eum, si interrogatur de proprio fa-
cto: tunc enim debet respondere, ne criminosus tacens lo
cupletetur cum aliena iactura. l. Marcellus. §. primo. ỹ.
re. amo. & ibi vide per eundem. Bar. & de hoc in l. qui iu
rasse. §. si pater. ỹ. de iureiur. & per Inn. extra de elect.
in capit. dudum. il 2. & de confes. in capit. secundo. & per
gloss. & Archid. 50. dist. in. c. ex pęnitentibus. & per præ-
dicta iura Bartol. consuluit de marito, qui solum spu-
rium

rium relinquebat: vxor granata fuit de restituendo post mortem illius, quibus ei videbitur, quæ vxor distribuit, quasi omnia bona viri quodammodo in illum spurium, & propter hoc dicitur tacitè rogata de restituendo non capaci, & per hoc fiunt positiones, ꝙ teneatur illis cum iuramento respondere, pro hoc in specie facit. j. de iu. fisci. l. non intelligitur. §. tacita. vbi glo. quæ dicit vnum esse modum probandi tacitum fideicommissum, scilicet per confessionem, ergo potest fieri interrogatio. Item ꝑ hoc facit; quia etiam secundùm Canoni. positionibus in his criminibus, quæ impediunt retentionem beneficij, quis tenetur respondere. Ita no. Inno. in d. c. dudum. superiùs allegato. & de accusationi. in capi. inquisitionis. & Guiliel. in Spec. de positioni. §. j. versi. 28. Sed in proposito tale crimen impedit retentionem beneficij; quia si ista vxor hoc commisit, est indigna retinere hæreditatē, & possidet mala fide, & tenet de fructibus. C. de his, q. b. vt indi. l. 1. & ff. eod. titu. l. eum, qui tacitum. Nec obst. quod no. in d. l. qui iurasse. §. si pater. & de exce. rei iudi. in l. si à te. in prin. quia ibi ideo cogitur respondere; quia per tales interrogationes examinaretur decisum sententia, vel iuramento, quod iudex pati non debet. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. j. de iureiur. Ita Bar. consuluit, & incipit consilium: Cecchus de Spoleto. Adde prædictis,
4 † quòd interrogationi, quæ fit ad sentētiæ exequutionē, (licèt cōtineat crimē) debet responderi, vt cum (viro passo confiscationem bonorum) vxor interrogatur, an aliqua occultauerit. gl. no. C. quādo, & qui. quar. pars. deb. l. 2. lib. 10. Item adde, quòd licèt quis cogatur responderе ad iudicis interrogationem: non tamen ad interrogationem partis, nisi aliquid ponat, & sic super facto positionem faciat. Ita dicit notanter gl. 30. q. 5. in c. iudicantem. Item nota hic, dum dicit [sine noxę deditione] quòd ratione doli aufertur alicui iuris beneficium. concor. l. 2. §. 1. s. si ex no. ca. aga. quæ hic all. ¶ Itē no. ꝙ licèt noxales actiones sint personales: tamen ratione possessionis sunt in rem; quia dantur contra omnem possessorem. s. e. l. bona fide. j. eo. l. pe. & dixi. s. eo. in Rubri. ¶ Item nota
5 hic in ver. [quòd si reus.] † quòd ex sola contumacia fertur condemnatoria. Et sic facit, ꝙ si partes sunt præsentes, & iudex mandet, ꝙ lites contestentur, & vnus nolit litem contestari, ꝙ tunc potest fieri missio in eius bona, tanquàm contra contumacem, vt hic. & pro hoc videtur tex. extra de regu. iu. in c. nemo videtur. & glo. ordinaria in Auth. qui semel. C. quom. & quan. iud. In iuramento autem calumniæ si non præstatur, tunc habetur pro confesso. C. de iuramen. calum. l. 2. §. sin autem reus.
6 ¶ In gl. iubebo. la 1. in fi. hic & supradictis adde, † quid in teste, qui interrogatur, an sit criminosus, vel periurus, nunquid teneatur respondere. de quo vide gloss. ordinariam. extra de testi. in cap. cum causam. in fi. & per Guil. in Spe. de teste. §. iam de interrogatorijs. versi. sed nunquid quæritur. ¶ In gloss. in potestate. ibi [§. potestatis] potest dici, ꝙ concor. Vel dic, ꝙ ibi loquitur, quantùm ad purgandum vitium furti: hic autem quò ad noxalem actionē concedendam, secundùm Iaco. de Bel. ¶ In ead. ibi [sufficit.] Solu. hic exigit, ꝙ sit in potestate: ibi verò non: sed sufficit tabulas extare, vt possit petere secundùm tabulas, secundùm Ia. de Bel. ¶ In gloss. fi. in fi. Vel dic extra gloss. quòd in hoc condemnatur, vt contumax; quia ducitur seruus ex primo, & ex secundo decreto. infra eodem. l. electio. in fine. & l. si noxali. secundùm Odofr.

Ex § Si tutor.

SVMMAE.

1 *Administratores legitimi debent præstare iuramentum, quod defertur à lege.*
2 *Syndici, actores, & procuratores possunt iurare de veritate dicenda.*
3 *Iuramentum non includitur in mandato generali.*

§. Si tutor. ¶ Iuramentum facultatis exhibendi seruum præstat dominus, vel quasi, non procurator. h. d. ¶ In text. ibi [dominus]
1 maior. ¶ Nota † ꝙ administratores legitimi debent præstare iuramentum, quod à lege defertur. Et nota bene, ꝙ secus est in causa dāni infecti, vt patet in l. qui bona. §. si alieno. j. de dam. infe. & vide, quia ibi no. Bart. & per istū
2 tex. dicit Inno. de iur. calum. in c. fi. in prima glo. † quòd syndici, actores, & etiam procuratores possunt iurare de veritate dicenda: dumtamen procurator habeat mandatum, vel liberam administrationem, vel sit in rem suā constitutus. Iuramentum autem de veritate non est tantùm de his, quæ quis vidit: sed etiam de his, quæ indubitanter quis nouit; nam non uidi CHRISTVM crucifigi, tamen firmiter noui, ad hoc, quod dicit Augustinus, quòd spes est certa expectatio futuræ beatitudinis; quia de futura beatitudine non potest esse certitudo scientiæ, sed credulitas tantùm: sic est in iuramento de veritate dicenda; quia iurat illa vera esse, de quibus non dubitat, licèt non viderit. Pro hoc, quod dicit lex, sciri indubitatum esse, quòd cum auditu percipitur ab antiquis. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. idem Labeo. secundùm In-
3 nocen. ibi. ¶ Item not. hic in secunda parte, † quòd in mandato generali non includitur iuramentum, vel iurandi potestas. ¶ In gloss. prima. in fi. Nam tale iuramentum potest tutor, vel curator præstare pro pupillo, vel adulto, sed non coguntur. ¶ In gloss. necesse est. in fine. hoc intelligo, nisi habeat speciale mandatum ad sic iurandum, vt extra de iur. ca. cap. fi. & adde quod not. maximè per Ia. Bu. in l. fi. C. de procu.

Ex §. Si iusiurandum.

SVMMAE.

1 *Infamis potest se excusare ab officio publico, allegando suam infamiam.*

§. Si iusiurandum. ¶ Iurans se non habere in potestate seruum delinquentem, licèt fuerit absolutus, potest ex noua possessione conueniri: nec ei obst. exceptio iuramenti. Et hic est duplex varietas, idest ꝙ dupliciter legitur. ¶ In text. ibi [iurauit] seruum non esse in sua potestate, dato quòd de hoc postea conuincatur, non poterit conueniri, obstante iuramento. Et si dicatur, non potest allegare suam turpitudinem. C. de transact. l. transactionē. potest responderi, quòd hic allegabat eam excipiendo, quod permittitur, vel etiam, quia ab alio erat detecta secundùm no. per glo. in l. aliàs. j. de iureiuran. & l. 1. s. de offi. assesso. super ver. postula-
1 tionibus. quæ dicit, † quòd infamis per sententiā potest se excusare

excusare ab officio publico, allegando suam infamiam detectam. Loquitur ergo ista lex, quando cœpit habere in potestate post iuramentum: quo casu potest agi, iuramento non obstante,& hoc voluit glo.hic in 2. lect. & ita voluit hic tex. not. autem Azo. in summa huius titu. in vers.vbi autem ille. Et ad hunc tex.adde,quod no. de iureiu.in l.qui iurasse.§.si pater.vbi iste tex.alleg. per gl. & eo.tit.in l.eum,qui.§.popularibus.

Ex l.Si seruus depositus.

SVMMAE.

1 *Commoda potentialis reuocatio serui, facit dominum eius in solidum teneri noxali.*

L.Si seruus depositus. ¶Pro delicto serui depositi, vel commodati agitur noxali contra dominũ eius. h. d. in primo responso. ¶Vel sic etiam. Qui per alium possidet, noxali tenetur,& dominus, qui habet facultatem difficilem,possessionem serui recuperandi,cõuenitur noxali,non possessor.h.d.¶Ibi [cum domino] scilicet tantùm,non cum commodatario,vel depositario. Et ad declarationem huius præmitte casum.ꝟ.commo.l.rei
1 cõmodatę.& ꝟ.deposi.l.licet.§.rei.¶No.†ꝙ cõmoda potentialis reuocatio serui, facit dominum eius in solidum teneri noxali,vt hic,quod secus esset, si foret incommoda;quia non intelligitur posse fieri,quod non potest commodè fieri,dicã statim in parte seq. Et hic adde, quod ibi statim dicam.

Ex §.Is,qui pignori.

SVMMAE.

1 *Creditor quomodo dicatur possidere rem sibi obligatam.*
2 *Facultatem non soluendi quando dicatur quis non habere.*
3 *Concedens alij precarium seruum,possidet, & conuenitur ex delicto serui noxaliter.*

§.Is,qui pignori. ¶Contra detinẽtem seruum sibi pignoratum, vel precariò concessum, non intentatur noxalis,sed contra dominum serui, si facultatem habeat ipsum seruum repetendi.h.d.¶Ibi [in potestate domini] idest debitoris, qui concessit precariò, vel dedit pigno-
1 ri.¶No.1.quòd † creditor dicitur possidere rẽ sibi obligatam,quod est verum,quò ad quid: quò ad quid autem dicitur possidere debitor, quod declara,vt no. in l.sciendũ.§.creditor.ꝟ.qui satisd.cog.& in l. qui pignoris. ꝟ. de
2 acqui.pos.¶Secundò no.ꝙ † non dicitur habere facultatem soluendi,qui non habet pecuniam ad manus,licèt habeat multas possessiones,facit.ꝟ. de le. 3. l.qui habebat. Et per istũ tex.fuit determinata.q.vltra mõtes secundùm quod Ray. retulit,quę erat inter duos Barones,qui vicissim promiserunt nihil acquirere alterius sub pœna,& vn⁹, eorum pignori acceperat possessionem in territorio alterius; quòd per hoc non incurrisset pœnam, nisi propter cumulũ debiti, & inopiam debitoris verisimile esset,eum luere non posse:tunc enim secus esset,vt hic,& l.legata.§. fi.de suppelle.leg.bene facit.d.l.qui habebat.& ibi Ray. facit mentionem de ista. q. ¶ Item no.tex. ibi [faculta-
3 tem repetendi] &c. probat enim, quòd † qui concessit alij precarium seruum,& possidet,conuenit ex delicto serui noxaliter. Et sic facit contra id,quod no.glo.in l.Pomponi⁹.§.si is,qui precariò.ꝟ.de acqui.pos.vbi dicit,quòd is,qui dedit rem precariò, non potest conueniri rei vendicatione,quæ datur contra possidentem,& tamen constat, quòd iste,qui concessit precariò,possidet. Si enim noxalis datur contra eum,qui precariò concessit, qui habet facultatem restituendi rem,vt hic; ergo & rei vendicatio dari debet.ꝟ.de rei ven.l.officium.Illa tamen glo.etiam potest saluari respectu naturalis,quæ in dubio transiuit in rogantem precariò,secundum. l. & habet. §. eum, qui. ꝟ. de preca.

§.Dominus. ¶Conuentus noxali confitens se habere in sui potestate seruum delinquentem,tenetur illum exhibere, vel defendere.h.d.ad tex.¶No.ergo, quòd ratione potestatis exhibendi seruum(etiam solùm confessatæ)dominus obligatur ad assumendum illius defensionem, vel ad eius exhibitionem, aliàs condemnatur in solidum sine aliqua deditione noxæ,vt hic secundùm vnam no.expositionem glo.& ex hoc collige,quòd non excusatur dominus,si non potest apprehendere;quia in sua potestate esse fatetur.

§.Si negauit. ¶Si cõuentus noxali neget seruum in sua esse potestate,potest actori iuramẽtum deferre, vel contra eũ probare, & tunc condemnabitur sine noxæ deditione: eo verò non probante, conuentus absoluitur: sed ex noua possessione conuenitur,absolutoria non obstante.h.d. cum seq. ¶Ibi[dominus] conuentus noxali ex delicto serui.¶Ibi [permittit Prætor].vt.ꝟ.eo.l.quoties.§.Prætor.¶Ibi[per quod]hic exponit illa verba vltima Prætoris[an iudiciũ] &c.¶Ibi [in potestate] scilicet verè,vel fictè.

Ex l.De illo.

SVMMAE.

1 *Dolo desinens possidere seruum,tenetur prætoria.*
2 *Electio facta de agendo cum vno,liberat alium.*
3 *Obligatio ex facto vnius tantùm,deriuat in plures.*
4 *Tutus exceptione præscriptionis soluens,poterit repetere.*
5 *Actio,quæ erat directa contra possidentem,appellatur vtilis contra eum,qui dolo desijt possidere.*

L.De illo. ¶Desinens dolo possidere seruũ delinquẽtem, tenetur vtili noxali, etiam si cum eiusdem serui nomine cum alio possit agi,& vno electo alter liberatur.Item si seruus manumissus, vel nouus dominus defensioni se offerat, priori domino datur exceptio.h.d.cũ seq. ¶In tex.ibi [manumisisse,] scilicet dolosè.¶Ibi [quod verius est] scilicet, vt non teneatur dominus,qui fecit dolo,vt non haberet seruum in potestate,siue sit cum alio actum,siue non,secundùm Odof. ¶Ibi [se manumissum] lite iam inchoata cũ manumissore in actione noxali, quod facere potest,etiã actore inuito,vt no.glo.ꝟ.fa.ercis.l.planè.la 1. Et sic no. quòd potest ex parte rei constitui procurator in rem suam, actore inuito etiam animo liberandi reũ,ita videtur probari hic: sic ex parte actoris constitui potest,reo inuito. Insti. per quas perso.no.acqui.§.pe.& ꝟ.fa.erc.l.planè. Interdum tamen non constituitur, puta, si dominus dicatur lega-

lior.s.de procu.l. si actor. Vel etiam meliùs informatus, vt ibi no. in l. solutionem. j. de solu. tunc enim actor nô cô pellitur talem procuratorem admittere, ar. l. 2. §. defende re. j. qui. ex cau. in pos. ea. Contra hæc vltima duo videtur facere scilicet, ꝙ non sit iusta causa repellendi procuratorem; quia post cessionem non potest dominus facere confessionem, quæ præiudicet pro anima in rem suam, vt no. s. de pac. l. si cum emptore. & l. fi. de transac. ergo frustra eius persona videtur ponderanda. De responsione cogita. in lege idem est. ¶ Ibi [serui] dolosè alienati. ¶ Ibi [patiatur] idest sustineatur in actione noxali iam inchoata contra primum dominum, quod potest facere, & suscipere in se, etiam actore inuito, vt no. j. fa. erc. in l. planè; nam hoc facto tutus est exceptione primus dominus. ¶ Ibi [quem velit conuenire] & vno electo, liberantur alij, vt. s. eo. l. de illo. in fi. & in prin. huius legis, secundùm Odof. ¶ Ibi [directò] & ciuili noxali, quæ datur contra nouum possessorem serui, secundùm Odof. & sic not. quòd ille, qui non possidet, tenetur directa noxali; quia habet in potestate. s. eo. l. quotiès. & hoc intelligit
1 etiam Odof. ¶ Ibi [possidere] Ex hoc no. † quò d dolo desinens possidere seruum, dicitur teneri prętoria, & hoc ex eo, quia obligat eum, ac si possideret. j. de re. iur. l. parem. & s. de peti. hære. l. nec vllam. §. non solùm. secundû Odof. ¶ Ibi [responderit] conuentus pro eius delicto no
2 xaliter. ¶ No. hic. in l. electio. in prin. † quòd sola electio facta de agendo cum vno, liberat alium, quod est hic speciale, aliàs solutio demum liberat. s. tit. 1. l. 3. & s. eo. l. plurium. Nec ob. j. si fa. fur. fe. dica. l. quotiès. in princ. & de rei ven. l. is, qui se obtulit. & d. l. si plurium. cum ibi not. quia potest dici, quòd hoc ideo; quia istorum, qui tenêtur, vnus habent causam ab altero: ibi non, licèt ex vna causa teneanẗ. Vel solue alter, vt. j. dicã. s. glo. ¶ In gl. manumisit. ibi [interpellatione facta côtra alterû tantùm] No.
3 quòd † vbi obligatio ex facto etiam vnius tãtùm deriuat in plures, etiam quorû vnus ab altero causam habet, obligatio iudicatur ideo vna, ita ꝙ sufficiat vnius tantùm interpellatio, vt alteri prosit, quod no. ad l. fin. C. de duo. re. ¶ In ea. gl. ibi [soluisse videtur] hoc verû quò ad effectum tollêdę obligationis, vt ibi: sed non quò ad modum liberandi; nam præscriptione liberatur ope exceptionis, sed solutione liberatur ipso iure, & hoc quò ad actiones, quæ tollunt têpore, non quò ad eã, quę durat, vt est actio de constituta. l. item illa. §. quod adijcit. j. de consti. pecu. & ideo illa durat; quia inspicitur tempus constituendi, vt
4 ibi no. ¶ Et ex ista gloss. no. † ꝙ hac ratione attêta, tutus exceptione præscriptionis soluens, repetere poterit, quasi sit sublata naturalis, sicut per solutionem, pro hoc bene facit. d. §. quod adijcitur. & hanc partem videtur tenuisse Cin. post Dyn. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. Cin. in 9. q. & Guil. in l. 1. in fi. s. quod quisque iu. Tu hoc declara, vt no. per Bar. in l. fi. §. 1. j. rem ra. habe. & ibi vide. ¶ In glo. super ver. liberauit. ibi. [§. cû dominus] sed ibi de duabus actionibus tenebantur. Sol. illi tenentur ex diuersis causis, vt ibi patet: hic ex vna. Vel dic, quòd hic vterque tenebatur noxali: ibi verò tenetur ille tantùm, qui habet in potestate, licèt alter propter confessionem suã, ideo venit noxali, & ideo ibi electione, sed hic perceptione contingit liberatio, secundùm Ia. de Bel. In glo. super ver. submouebitur. ibi [l. êt. §. fi. quæ est contra] aliàs est. l. nec vllam. §. itê si quis dolo. ¶ Ibi [realium.] Vel dic, & veriùs, hic possessor habebat causam ab eo, qui soluit, ideo eius solutione liberatur: ibi vero non habebat causã ab eo, ideo non liberatur, vt ibi no. Vel dic aliter secundùm Bart. in contrario, quod hic agitur personali ad quã titatê ratione interesse, ideo vno istorû interesse soluête, extinguit obligatio: ibi aût agebat reali côtra vnû ad rê côtra aliû ad quantitatê debitã ratione côtemptus: vnde in obligando eos non est eadem causa, sed dispar; meritò satisfactio dolosi non liberat possessorem, secundùm Iac. Bu. ibi, & fortè hoc idem voluit glo. hic. Conclude tamen latiùs, & dic, si plures debent eandem quantitatem, vn᷒ soluendo liberat alium, vt hic, secundùm solutionem Bar. Si vnus debet quantitatem, non liberat debentem rem. d. §. fi. hic in contrariû alleg. econtra si, nisi qui debet quãtitatem, debeat eã respectu speciei; quia tunc liberat eû. j. de re. eo. l. licèt. vbi casus, licèt illa posset intelligi i tutoribus, venditoribus bona fide: hic autem, quando arguitur dolus istorum. Si autem vnus debet quantitatem, alter interesse, vsque ad concurrentem quantitatem vnus liberat alium. l. 1. §. si plures. de eo, per quem fa. erit. ideo si duo debeant eandem rem, vno soluente, liberatur alter. j. loca. l. si merces. §. fi. Secus si vnus rem, alter pœnam; nam tunc soluens pœnam, non liberat debitorê rei, sed ecôtra sic. s. si quis cau. l. 2. & hęc vera in plurib᷒ obligatis ex contractu, vel quasi, vel etiam ex delicto, pro quo pœna non venit applicanda fisco: aliàs vnius solutio nunquam liberaret alium, quia mera pœna: nisi fortè ratione eiusdem officij plures essent obligati ad pęnam in pluribus obligatis ex quasi delicto, vt in illa, in qua tenetur propter maleficium commissum per alterum, vnius solutio liberat omnes. l. ex maleficijs. §. is, quoque. j. de acti. & obli. & ibi per Dy. & Bar. & adde prædictis omnino qđ scripsi in l. itê Mela. §. si plures. s. ad leg. Aqui. & s. tit. 1. l. perceptione. ¶ In tex. ibi. [itê si ex pluribus] no. quòd
5 † actio, quæ erat directa contra possidentem, appellatur vtilis contra eum, qui dolo desierit possidere, & sic facit, quòd lite contestata in directa, non possit ex eadem instãtia condemnatoria fieri contra eum, qui reperitur dolo desijsse possidere, de quo verò vide Bart. qui alleg. istum tex. in l. quanquam. §. Iulianus. de aqua plu. ar.

Ex l. Electio. §. Si is, quem desieris.

S V M M A E.

1 *Actio subrogata debet esse eiusdem naturæ cum illa, in cuius locum subrogatur.*

2 *Mora magis perpetuat actionem, quàm culpa.*

§. Si is, quem desieris. ¶ Actio vtilis subrogata in locum directæ, sapit per omnia naturam directæ. hoc dicit. facit. j. eod. l. si plurium. in princip. ¶ Vel sic. Debitor quãtitatis respectu certæ speciei, illa ante moram perempta, liberatur. h. d. Facit. l. Titiæ textores. §. fi. de le. 1. & j. loca. l. in nauê. cû si. de quo plenè. s. si cer. pe. in l. quod te. ¶ Ibi [liberaberis] sic nô ob. s. eo. l. si hæres. vt ibi no. ¶ Ibi [quia hæc actio] scilicet vtilis, quæ datur contra dolosum. ¶ Ibi [directæ] quæ datur
1 contra eum, qui possidet; † nam actio subrogata debet esse eiusdem naturæ cum illa, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarû. s. si quis cau. secundû Odof. ¶ Ibi [accipiendo] quia post moram teneris de interitu. de ver. obli. si ex legati causa. ¶ No. ergo, quòd actio subrogata, &c. de quo, & qualiter debeat intelligi, vide glo. 2. in fi. in l. certi condictio. in prin. j. si cer. peta. de hoc in d. §. qui iniuriarû. per Dy. j. de dona. cau. mor. in l. qui debitori.

tori. per Iac. de Are. ĵ. de dona. in l. id, quod. l. per Ci. post Pet. C. de rei vxo. in l. 1. & in principio. ¶ Item no.
5 hic, † quod mora magis perpetuat actionem, quàm culpa. Item quòd mora suscipiendi iudicium est causa perpetuandæ actionis, & sic facit haberi perinde, ac si iudicium foret captum; pro hoc facit, quia mora contestandæ litis inducit cōtestationis effectum. š. si quis cau. l. si eum. §. fi. & C. vbi in rem act. l. 2. in fi. & no. C. de rei ven. in l. motæ litis.

Ex § Neque hæredi.

SVMMAE.

1 *Mendacium defuncti non afficit hæredem. & nu. 2.*
3 *Dolus defuncti an noceat hæredi.*
4 *Negans maleficium an possit postea illud confiteri.*

§. Neque hæredi. ¶ Ex mendacio defuncti denegari debet actio hæredi, vel in hæredem, & reuocans mendacium ante litem contestatam in hac actione euitat pœnā, & ætati parcitur. h. d. ad literā. ¶ Vel breuiùs, & sic. Mendacium defuncti non nocet hæredi, nec sibi, si mendacium reuocet ante litis contest. ¶ Ibi [euitare] quæ pœna mentientis est, vt sine noxę, &c. ¶ Ibi [aduersus te] negantem seruum esse in tua potestate, & maiorem. ¶ Ibi [audiri non debebis] volens postea fateri seruum esse in tua potestate. ¶ Ibi [debeat] concor. š. de eden. l. Prætor
1 ait. in fi. & l. seq. secundùm Odof. ¶ † Not. mendacium defuncti nō afficere hæredem, simile dicimus in ficta cōfessione defuncti. ĵ. de iu. fisci. l. eum, qui. ideo autem nō datur hæc actio ex isto mendacio hæredi; quia lex videtur prodita ad vindictā: vnde non datur hæredi. š. si quis
2 cau. l. si eum. §. iniuriarum. similiter nec in hęredē; † quia deriuat ex delicto, vnde non datur contra eum. Insti. de
3 perpe. & tempo. act. in §. non omnes autem. † ¶ An autē dolus defuncti sit potens nocere hæredi, vt contra eum iurari possit in litem, vide Bar. in l. actionibus. ĵ. de in li. iu. Item no. casum, quo pœnitentia admittitur vsque ad contestationem, & ratio videtur esse, quia nō est per hoc captio actoris. ĵ. de interr. act. l. de ætate. §. Celsus. Item magis no. collige, quòd post negationem admittitur cōfessio cum beneficio iuris, si non perseuerat in mendacio, sed pœnitet ante li. conte. & ita allegat per glos. in l. inde Neratius. §. hæc actio. š. ad le. Aqui. Et secundùm
4 hoc hic videtur, † quòd qui negauit maleficium, possit postea illud confiteri, vt habeat beneficium statuti remittentis partem pœnæ confitenti. ¶ Sed aduerte, quia hæc litera probat contrarium; nam per negationem factam super facto principali inducitur litis contestatio, vt in Authen. offeratur. & ibi no. C. de lit. conte. & extra de elec. in c. dudū. & de li. contest. in c. 1. ergo non habet locum pœnitentia, vt euitetur pœna, vt hic, facit. š. de mino. l. si ex causa. §. nūc videndum. & Insti. de act. §. item mixta. vbi vide gl. facit etiam. ĵ. de iureiu. l. eū, qui. ver. eū omissa. & quod ibi no. Bar. si tamen negasset non in figura iudicij, vel non super facto principali, licèt super præparatorijs, bene esset locus pœnitentię, vt hic. Ita limitandum, & intelligendum puto, quod Bar. no. in d. l. eum, qui. vbi ponit multas limitationes circa hoc. Item quid de cōfitente nō simpliciter, sed conditionaliter, vel dubiè, vide omnino quod dixi in d. l. inde Neratius. §. hæc actio. & pleniùs in l. 2. š. ad l. Aqui. Item facit iste tex. ad l. sed hoc ita. §. quod autem. ĵ. de re iudi. scilicet, quòd ita demum denegetur beneficium socio neganti se socium, si perseueret in mendacio vsque ad litis contestationem. Item no. hic in fi. quòd etiam respectu mendacij subuenitur minori ratione ætatis, facit. š. de dolo. l. quidam. ĵ. de confes. l. certum. §. minorem.

Ex §. Si absente domino.

SVMMAE.

1 *Defendere volens auditur quis, etiam post secundum decretum.*
2 *Dominium acquiritur per secundum decretum.*
3 *Obligatio prima renascitur, rescisso secundo decreto.*
4 *Decretum secundum in actione noxali, et dāno infecto quomodo differat ab alijs.*
5 *Filius an priuetur feudo propter delictum patris.*

§. Si absente domino. ¶ In actionibus noxalibus nō liberatur seruus, licèt dominus absens eū non defendat, sed datur actio, reuerso domino. h. d. Vel sic. Pro noxali decretum interpositum ex contumacia vnius non officit alteri, quin debeat contumax reputari. h. d. not. facit. C. de an. excep. l. 2. ¶ Ibi [absēte] & contumace. ¶ Ibi [ductus] ab actore secundo decreto. ¶ Ibi [præsente] & seruū non defendente. ¶ Ibi [possit] scilicet contra quem processum est ad decretum. ¶ Ibi [qui ductus est] ab actore, & secundò decreto domino absente, vel præsente, & contumace. ¶ Ibi [obligatus est] scilicet vt possit fructuari, & creditor serui defensionem eius assumere. ¶ Ibi [noluerit,] & propter cōtumaciam eius seruus sit ductus ex secundo decreto. ¶ Ibi noceat] sic. š. co. l. si ex duobus. in fi. ¶ Ibi [his casibus] in quibus post secundum decretum de iure communi, vel speciali ad defensionē serui admittitur. ¶ Ibi [qui duxit] vnde actio sibi competēs fuit extincta. No.
1 † quòd etiā post secundum decretum auditur quis volens defendere, scilicet beneficio restitutionis in integrum, facit ad idem. l. 2. §. fi. š. si ex no. cau. aga. & l. si finita. §. si fortè. de dam. infe. ¶ Secūdò no. quòd etiam post secundum decretum admittitur tertius conductor, cuius prin-
2 cipalis intererat. ¶ Tertiò no. casum apertū, † quòd per secundum decretum acquiritur dominium, quod est verum, quando decretum est interpositum cōtra dominū, aliàs, si contra non dominum, solùm parata esset causa vsucapionis. ĵ. eo. l. & generaliter. in prin. Et ita not. in l. Prætoris. in priū. ĵ. de dam. infec. cum isto text. quòd
3 † rescisso secūdo decreto, obligatio prima renascitur. Et huius est ratio; quia restitutio ita debet fieri, vt vnusquisque ius suum recuperet. de mino. l. quòd si minor. §. restitutio. & l. vnica. C. de reputat. quæ fi. in iu. Item hic videtur probari, quòd secundum decretum non sit sententia
4 definitiua, quia fertur in absentem, non requiritur litis contestatio; quod secus in sententia definitiua. C. de senten. l. prolatam. & extra vt li. non conte. c. quoniam frequēter. Item fertur contra minorem non defensum, quod non est in definitiua. l. cum & minores. C. si aduer. rem iu. & hoc tenet glo. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confu. Potest tamen ab ea appellari; quia absorbet ius partis. š. de mino. & l. intra vtile. & l. ait Prętor. §. permittitur. & de ap. reci. l. ante sententiam. facit de dam. infe. l. si finita. §. postea autem. Sed ab interloquutoria de iure ciuili non appellatur; quia non absorbet ius partis. Secus de iure canonico; quia ab omni grauamine appellatur. extra

extra de app.super eo. ¶Vnum no.quod secundũ decre
tum in hac noxali,& de damno infecto, quæ est quasi no
xalis,differt ab alijs;quia seruus delinquens, vel prædiũ
ruinã minans, valeat pluris,quàm sit damnum, siue mi-
noris,nõ curatur: in alijs aut fit missio solùm vsq; ad cõ
currentem quãtitatem,vt in Auth.ei, qui iurat.& in cor.
vnde sumitur.C.de bo.au.iu.pos.¶In glo.super ver.no-
ceat.ibi.[l.fi.C.deposi.]dic, ꝙ illa nõ cõtradicit. ¶Ibi
[l.si quis in suo] in fine solue, vt ibi no. quia & illa con-
cord.¶Ibi.[§.si quis filium] de hoc vide,quod not.Dy.
5 de re.iu.in c.non debet.li.6.vbi tangit,† an propter deli-
ctum patris filius priuetur feudo,de quo ibi.¶Item iste
tex.& prædicta iura faciunt ad q. Guil. quòd si propter
delicta consiliariorum, vel regentium ciuitatem,feratur
generalis sententia excommunicationis,vel interdicti cõ
tra consiliarios,vel vniuersitatem, vtrùm illi consiliarij,
vel de vniuersitate, qui tunc erant absentes, qui con-
tradixerunt, sint excommunicati, vel interdicti. De
qua. q. vide plenè per Ioan. And. de sen. excom. in c. si
sententia.li.6.Item faciunt ad aliam.q.si spoliatus in cer
ta diœcesi iustè represalias obtinuit cõtra homines illius
diœcesis, & deinde vnum ex illis cepit, à quo consequu-
tus est æstimationem integram suæ prædæ, an saltem in
foro conscientiæ restituere teneatur.De qua.q.vide, quæ
plenè per Io.An.super d.regu.¶In ea.glo. in fi. & sic vi-
detur hic casus mirabilis,quo actio semel extincta resur
git,contra regulam.l.qui res.§.arcam.de solu.Sed dic,ꝙ
non videtur extincta propter restitutionẽ in integrũ, quæ
omnia reponit in pristinum statum.l.1. C. de repu. quæ
fi.in iudi.& dixi.s.in notabilibus.

ADDITIO.

a ¶Sententia definitiua. Adde Bar. ita tenere in l. si finita.
§.si fortè.ff.de dam.infe.versi.sed an.& Ant.de Bu. in c.
peruenit. il 2.de app.Et dicit Bal.in l.minoribus. C.de
his,qui. vt indi. ꝙ talis interloquutoria habet vim defi-
nitiuæ.Fely.in c.consultationibus.de offi.deleg.in 4.col.
versi.dicit hic Abb.Et quòd secundum decretum nõ de-
tur contra pupillũ,tenet Bar.in l.alienam.C.de præd. in
prin.& ĩ l.fi. ff.de in inte.resti.in 2.col.ver. interloquuto
ria verò. vbi dicit,quòd primum decretum contra pupil
lũ valeret, secundũ non. idem tenet Bal. in l.sub præte-
xtu.C.de hæred.act.& quòd decretum iudicis contra pu
pillum præsumatur legitimè factum, nisi pupillus osten-
dat iudicẽ falsis allegationibus circumuentũ, vide Paul.
de Ca.in cons.38.in 2.vol.in prin.

Ex l. Si noxale iudicium.

SVMMAE.

1 *Priuari potest quis per sententiam sola iudicis destinatione.*
2 *Creditor, qui habet potiora iura, vel qui vult defendere, potest
se obijcere, ad impediendum tenutam bonorum dari al-
teri.*
3 *Exceptio an transeat in singularem successorem rei.*

L.Si noxale iudiciũ ¶Credi-
tori seruũ
ꝑsentẽ in causa noxali nõ defendẽti,denegat ipso iure pi
gnoris ꝑsequutio: fructuario verò ope exceptionis.h.d.
¶Ibi [suscipere noluerit] quod potest absente domino,
vel non soluendo existente, non aliàs. s. eo.l. si seruus.
§.si is,qui.vt ibi no.¶Ibi [denegetur] scilicet.ope exce-
ptionis.¶Ibi [durat] nec ob.s.de vsufru.l.in loco.§.fin.

vt ibi no.¶No.tex.pro absente, quòd quando contra ha
bentem ius in re, respectu illius iuris fit immissio ex secũ
do decreto; si illud ius est separabile à persona, statim
quæritur misso:si est inseparabile, tũc eliditur. Ita subti
liter alleg.per Dy.& Bar.in l.Prætoris.la 1.in prin.j.de
1 dam.infe.¶Secundò no.hic, † quòd sola iudicis destina
tione potest quis per sententiam suo iure priuari. ¶Ter
tiò no.hic,in ver.[noluerit] literam,quæ includit, quòd
potest (si noluerit dominus) in iudicio noxali se oppo-
nere tertius, qui prætendat sua interesse. Ex quo potest
2 notabiliter argui,† quòd creditor,qui habet potiora iu-
ra,vel qui vult defendere, possit se obijcere ad impedien
dum tenutam bonorum dari alteri. An autem impediat
processus, qui fieret, non examinato iure tertij contra-
dictoris,vide Inn.de cõcess.prében.in c. proposuit.Adde
etiam hic pro modo secundi decreti interponendi, quod
Bar. firmat in l. si finita.§.de vectigalibus. in 5.q.j.de
dã.infe.¶In 3.glo.in fi.ibi [quia præsens erat] hæc vera
solutio,quæ probatur.j.de dam.infe.in l.is,qui.& in l.si
finita.§.si qua sint iura.& §.si de vectigalibus.Sed aduer
te,quia contra hanc sol.facit.j.§.proxi.vbi etiam absẽ-
ti domino præiudicat saltem, quantùm ad exceptionẽ,
& ideo sciendum est, quòd glo. in contrario dixit; quia
istud,quod hic dicitur, procedit, quando dominus agit
contra creditorem,vel fructuarium, vt conferat ad litis
æstimationem,vel quòd ius,quod habet,dimittat:sed in
contrario non egit contra tales.Quæ solutio non videtur
tuta;nam in fi.huius legis non fuit actum contra eos, &
tamen exceptione repelluntur,ideo Ia.de Are.in cõtra-
rio dixit,quòd licèt contra istos competat exceptio;hic
non,per hoc non tollitur,quin possit agi iudicati,vt hic;
quia res non est facta perfectè recipientis, licèt habeat
exceptionem,donec damnũ sibi emendetur;posset enim
ille emendando damnum seruum auferre. Præterea nec
contra fructuarium,vel creditorem datur exceptio,si nõ
probetur ex delicto serui contra eos. Nam probatio fa-
cta cõtra dominos,ipsis nõ ꝑiudicat, ideo durat ei actio
iudicati,ne nouis grauetur probationibus, vt in iuribus
3 præallegatis.& hoc videt sequi Bar.in cõtrario. An † au-
tem talis exceptio transeat in singularem successorẽ rei,
collige ex notatis per Dy.in regu. si quis in ius. de re iu.
lib.6.& p Bar.in l.si tertius.§.si quis prius q̃.j.de aqua
plu.ar.¶In gl.super ver.durat.ibi [at vsufru. cõstituitur
pacto, & traditione] hæc ratio secundùm Bar.non est bo
na;nam & dominium requirit traditionem.l.traditioni-
bus. C. de pac. & tamen missus ex secundo decreto sta-
tim est dominus.l.si finita.§. Iulianus.& §.se.j.de dam.
infec.& s.l.proxi.in fi. Est ergo alia diuersitatis ratio se-
cundùm eum;quia vsusfructus non potest ad alium tran
sire, ideo transit sola commoditas, secus in pignore. Ita
no.Bar.in d.l.si finita.§.item quæritur.j.de dam. infec.
Potest tamen & alia assignari ratio diuersitatis,scilicet,
quia fructuarius plus iuris habet,quàm creditor,vt pa-
tet.s.de vsufru.in l.3.& j.de pigno.ac.in l.si rem.§.1.&
ita videtur sensisse Ray.¶In ea.ibi.[l.vxori] & sic sentit,
quòd ante cautionem fructuarius nõ faciat fructus suos.
quod qualiter debeat intelligi,vide Cin.C.de vsufru.in l.
3.& Bar.in d.l.vxori.

Ex §. Ex his, quæ dixim⁹.

SVMMAE.

1 *Dominium, vt transferatur irreuocabiliter in actione noxali, quid requiratur.*

2 Datio

2 *Datio pro noxa facta à non domino, non transfert dominium.*
3 *Dominij translatio unde pendeat.*
4 *Proprietas, siue possessio quomodo transferatur per sententiam.*

§. Ex his, quæ diximus.

¶ Confessus in iudicio alienum seruum esse, licèt pro illo posset noxali conueniri, non tamen liberatur illum dando pro noxa: sed dominus illum vendicans, exceptione repellitur, nisi offerat litis æstimationem. h.d. Ad intelligentiam præmitte casum. l. si ex duobus. §. fi. ṡ. eo. ¶ Ibi [alienus est] qui datus est pro noxa. ¶ Ibi [traditum] per creditorem, vel fructuarium. ¶ Ibi [repelli,] & sic ille, qui dedit pro noxa, erit similiter liberatus exceptio-
1 ne, ĩ. l. proxi. secundùm Ray. ¶ No. hic, † quòd ad hoc, vt liberetur ab obligatione noxali ille, qui dedit pro noxa, oportet, quòd transferat dominium irreuocabiliter, facit. ĩ. de solu. l. si hominem. ¶ Secundò no. quòd dominus agens ad seruum assignatum pro noxa, potest repelli exceptione. quod videtur verum, si de delicto probetur contra eum; nam probatio facta cum alio, domino absenti non præiudicat. l. is, qui. & l. si finita. §. si qua sint iura. & §. si de vectigalib'. ĩ. de dam. infe. & ita videtur hunc tex. intelligere Bar. in l. si hominem. ĩ. de
2 solu. ¶ Item no. hic, † quòd datio pro noxa facta à non domino, non transfert dominium, & tamen transfert publicianam, & causam vsucapiendi, vt. ĩ. l. proxi. & idem videtur in sententia lata in reali contra non dominum, licèt sequatur traditio. ṡ. de publi. l. 4. in fi. & ibi not. & Insti. de offi. iud. in fi. vbi no. traditionem requiri. Hoc operatur virtus sententiæ, quæ si cõtra dominum esset lata, faceret trãsire dominium. l. 3. §. item quæri potest. de reb. eo. & l. statuliber à cęteris. §. 1. i fi. de statuli. & ṡ. de procu. l. Põponius. §. sed & is. & ĩ. de vsucap. l. si per errorem. licèt Pe. aliter dixerit, vt Cin. refert in l. 1. C. communia vtriusque iudi. de quo vide per Bar. in l. Pompo. § si iussu. ĩ. de acqui. pos. vbi Ray. tenet op. n. Pet. Adde tamen, quòd prædicta conclusio procedit, etiam si tradens erret in dominio; quia putet rem obtinentis sententiam; nam auctoritas rei iudicatæ impedit inferri quæstionem erroris. Ita dicit no. glo. in d. §. fi. Insti. de offi. iu.
3 Potest etiam addi ratio; † quia translatio dominij non pendet ex voluntate tradentis, sed legis potestate. ĩ. de leg. 2. l. si is, cui. & vide, quod tãgit Inno. de ele. in c. cum dilecti. post prin. Item adde, quòd prædicta procedunt in sententia condẽnatoria: secus in simplici absolutoria; quia per eam nullum ius quæritur in re. l. exceptio. & ibi no. ĩ. de exc. rei iu. & probatur. C. de transac. in l. si pro fundo. & ĩ. de iureiu. l. sed & si possessori. in princ. Adde etiã Inn. de cõcess. præben. in c. cũ nostris. & de elec. in c. transmissa. vbi dicit, quòd si sententia fertur super corporalibus, ex ea non quęritur dominium sine possessione: secus si super incorporalibus, vt super iure eligendi; quia tunc per talem sententiam acquiritur statim possessio, & per consequens proprietas istius iuris, & aduersarius, qui succubuit, & qui erat in possessione, statim perdit possessionem, quia videtur ei impositum silentiũ, & videtur phibitus possidere, vnde statim debet suspicari posse repelli, ad quod facit. ĩ. de acqui. pos. l. peruulceri. §. species. Itẽ pro hoc facit ratio; quia si in exemplo proposito de iure eligendi non transferretur proprietas, nec possessio, nõ posset victor eligere; quia omnis, qui eligit, aut eligit iure proprietatis, aut possessionis, vt no. Innoc.
4 de rest. spo. in c. literas. ¶ Et ex his no. † q licèt in icorporalibus alio modo videatur acquiri possessio. de ser. vrba. prædio. l. hæc autem iura. & tangitur per Dy. & Bar. de ope. no. nun. in l. si prius. cũ tamen sit vera conclusio, quòd vbi sententia fertur super eo iure reali', quod impossibile est possideri, vel cuius possessio, vel quasi, non potest tradi, quòd per sententiam transferatur proprietas, siue possessio, facit. ṡ. de sta. ho. l. ingenuum. iuncto eo, quod no. gl. in l. manumissiones. in gl. ṡ. de iust. & iu. & d. l. statuliber.

Ex l. Et generaliter.

SVMMAE.

1 *Agens publiciana, quando nititur ex sententia, non est necesse, quòd probet bonam fidem.*
2 *Causam iustam possidendi dicitur habere ille, cui seruus assignatur ex secundo decreto.*
3 *Mora trahit secum exequutionem dominij.*
4 *Sciens quare possit vsucapere in causa noxali.*
5 *Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit de iure canonico.*

L. Et generaliter.

¶ Secũdum decretum affert cõditionẽ vsucapiendi, & facit publicianam præferri vero domino, & inducit ius præscribendi etiam malæ fidei possessori. h.d. hęc lex not. ¶ Ibi [serui] qa ex bona fide possidebat eum, tamen noxalis datur contra dñm, & bonæ fidei possessorẽ. ṡ. eod. l. nõ solũ. & l. si bona fide. secundũ Odof. ¶ Ibi dominus] scilicet ipsius serui. ¶ In text. ibi [ipse] scilicet dominus. ¶ Ibi [possideat] scilicet illum seruum pro noxa mihi à bonæ fidei possessore traditum. ¶ Ibi [constituatur] idest disponatur dominum non teneri mihi ad litis ęstimationem, & etiam bonæ fidei possessorem non liberari, saltem de æquitate, dando seruum pro noxa. ¶ Ibi [sufferat] & sic non liberaretur dando pro noxa, quod satis esset iniquum. ¶ No. primò istum tex. ibi [quamuis sciens] &c. qui singulariter probat,
1 † quòd vbi agens publiciana, nititur ex sententia, non est necesse, quòd probet bonam fidem: quia sententia inducit fictionem bonæ fidei, vt hic est tex. sing. Et quæ sit huius ratio, dicam. ĩ. super glo. quæ inci. nota etiam. Et hęc in dubio procedit de iure ciuili: secus videtur de iure canonico, secundùm no. per Bar. in glo. & Inno. de do. & cõtu. in c. contingit. Aduerte tamen, quia Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. videtur in hoc dicere, quòd imò idẽ sit de iure canonico alleg. extra de offi. dele. c. pastoralis. quę decretalis nihil videtur facere. Guil. autem Dur. in tit. de primo, & secũdo decreto. in §. iuxta. vers. sed an idem est, si ipse sciuit. dixit speciale in causa noxali, super qua præiudicatur vero domino; quia ipse noxaliter tenetur: secus est in alijs actionibus. Et ex hoc collige, an hęc lex locũ haberet in actione psonali, scilicet in alia, in qua non concluderet noxaliter: quia vidi multos tenere allegantes istam legem. Sed Ray. tenet contrarium; quia contumacia conuenti non debet nocere domino; quia res inter alios acta, &c. Non ob. ista lex; quia loquitur in noxali, qua nõ poterat dñs conueniri, sed solũ iste bonæ fidei possessor, cõtra quẽ psonali non poterat experiri. Et eodẽ mõ responde ad l. si finita. §. si de vectigalibus. vbi hoc tangit per Ray. concordat Guiliel. i præfato ver. sed an idem. ¶ Secundò no. eodẽ respectu pur. ibi [quãuis sciens] &c. quia videtur casus cõtra opi. Bulg. quã tenet Guil. in Spec. de primo, & secundo decreto. §. ia de effectu.

ctũ. verſ. quid ſi miſſus. vbi tenet, ꝙ ſciens ab initio rem alienam, qui miſſus eſt in poſſeſsioné, nõ põt vſucapere, quod videtur contra caſum huius legis, niſi fortè diceres hoc ſpeciale in cauſa noxali, vt. j. tangam cũ gl. Adde ét hic omnino, quod refert Io. An. in addi. Spec. in tit. de primo, & ſecundo decreto. §. videndum. ver. ſed nunquid in actione ex empto. in additione, quæ inci. Dynus de hac
2 quæſtione, &c. ¶ Item no. hic ad finem, † quòd ille, cui ſeruus aſsignatur ex ſecundo decreto, dicitur iuſtã cauſam poſsidendi habere, & eſt ei quæſitum dominium. s. eo. l. electio. in fin. ſcilicet ſi ille erat dominus. Et huius eſt ratio, nam patiẽs ſecundum decretum, videtur quodammodo habere pro derelicto, ideo non mirũ, ſi perdit dominium. Ita dicit ſing. glo. j. de dam. inſe. in l. Præto-
3 ris. & ex hoc ſequitur, † ꝙ nõ habet viam recuperandi; quia mora ſua trahit ſecum exequutionem dominij, ſcili
a cet quia poſt factam exequutionem a à lege, moræ purgatio non admittitur, de leg. 2. l. ſi is, cui. & quia poſt ſentẽtiam non poteſt purgari mora. l. iam tamen. in prin. j. iu di. ſol. facit quod not. j. de ver. obli. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. licèt contrarium faciat glo. extra de do. & contu. in c. contingit. Et hoc ſcilicet, quod priùs dixi, tenet Io. An. vt li. non conte. in c. quoniam frequenter. in nouel. ¶ An autem eccleſia patiatur ſecũdum decretum in poſſeſsionẽ, vide per Ia. de Are. j. vt in poſſeſ. leg. in l. ſi is, cui. §. qui legatorum. & Inno. de verbo. ſigni. in c. dilecto. vide glo. quæ incip. Nota etiam ſcientem, & ſigna eam. ibi [ſpeciale] ſcilicet in cauſa noxali tantũ, non intelligas in ſententia. Quod patet; quia idem eſſet, ſi ſine ſententia eſſet datus ſeruus pro noxa à parte parti; cauſa ergo noxalis eſt illa, quæ ſpecialitatẽ inducit, caſus eſt. j. de vſu. pro empto. l. qui fundum. §. qui bona fide. Huius autem
4 poteſt eſſe ratio, † ſcilicet quare ſciens poteſt vſucapere in cauſa noxali; quia ſi non dominus dat mihi alienum ſeruum, qui delinquit pro noxa, licet ſciam eſſe alienum: tamẽ non ſum vſus mala fide ſeruo, quia ſi egiſſem contra dominum ſerui, ipſe eodem modo eum pro noxa dediſſet, vt ſenſit hic prima glo. dum dixit [nam & dominus idem erat neceſſariò facturus] & ideo vſucapio, licèt alienum ſciam. quod ſecus eſt in alia cauſa; quia in alijs cauſis malæ fidei poſſeſſor non præſcribit longo tẽpore, niſi fortè poſsidebat cũ auctoritate iudicis, vt not. gl. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. inſe. & extra de offi. dele. in c. paſtoralis. de quo vide, quod tangitur, per Bar. in d. §. ſi de vectigalib᷑. Et adde illud, qđ hic dicitur ſpeciale in cauſa noxali, puto locum habere etiam in cauſa dãni infecti, quæ eſt quaſi noxalis, vt dixi ſuper Rub. vt miſsio in poſſeſsionem contra dominum, ex ſecũdo decreto paret cauſam præſcribendi etiam ſcienti, ſic intelligo de dam. infe. l. Prætoris. la 1. & ita videtur Ray.
5 ibi ſenſiſſe. Propter quod adde prædictis aliud, † quod de iure canonico poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit, vt in reg. poſſeſſor. de re. iur. li. 6. & ideo licèt exceptio non nume. pecu. tollatur biennio: ſi tamen debitor ſciat non numeraſſe, illi exceptioni non præſcribit de æquitate canonica. Ita no. Dyn. in reg. locupletari. in fi. de reg. iu. li. 6. & tangitur p Io. An. de ſolu. in c. ſi. in nouel. quod videtur verum, non quãtùm ad hoc, vt iſta exceptio ſit priuilegiata, vt refundat probationem in agentem, ſed excipiens debet probare ſuam negatiuam. Item quod dixi illam exceptionem non tolli biennio, intelligo etiam in caſu, quo creditor confiteatur ſe nõ numeraſſe: tunc enim conuentum etiam poſt biennium iudex debet abſoluere, ſecundùm glo. notabilem in l. in contractibus. in prin. ſuper verbo, nullo modo. C. de non nu. pecu. bene facit quod no. Inn. de imm. eccle. in c. quia plerique. poſt prin. vbi dicit, quòd etiam ſi eſſet lata ſententia, nõ poſſet hoc caſu ex ea creditor agere, ſicut nec poſſet, ſi fateretur ſententiam iniuſtam. Adde etiam, quòd arbiter habens à partibus poteſtatem pronunciandi de veritate, & æquitate, poteſt condemnare conuentum ad rem reſtituẽdam, non obſtante exceptione præſcriptionis, nec eſt iniquum, ſi patere poteſt de mala fide præſcribentis, tex. eſt ſingularis in Auth. vt eccleſia Roma. §. habeat itaq;. col. ſecunda.

ADDITIO.

a ¶ Poſt factam exequutionem. Adde locum non eſſe purgationi moræ, vbi exequutio ipſo iure facta fuerit, Alex. in conſ. 199. inci. Perſpecto teſtamento. in 2. vol. Et quãdo ipſo iure pœna à lege imponi debet, quòd non ſit locus purgationi moræ, vide Alex. in cõſ. 156. inci. Viſo, & conſiderato. in 1. vol. Et quòd mora debeat purgari infra modicum tempus, vide Alexand. in præalleg. conſil. 156.

Ex l. Non ſolùm autem.

SVMMAE.

1 *Dominus non compellitur præcisè ad aſſumendum iudiciũ pro ſeruo delinquente.*
2 *Confeſsioni ſerui contra dominum, an ſtetur in cauſa noxali.*
3 *Confeſsio filij an noceat patri.*

L. Non ſolùm autem.

¶ Nolẽs ſeruum defendere, tenetur dominium in actorẽ transferre. h. d. breuiter. ¶ Vel latiùs, & ſic etiã. Habens ſeruum in poteſtate, poteſt eius defenſionem omittere, & euitare iudiciũ, duntamen omne ius ſuum transferat in actorem. h. d. ¶ Ibi [ſi damnatus eſſet] facit. l. &
1 ſi fortè. §. etiam. s. ſi ſerui. ven. ¶ † No. ergo dominum nõ compelli præcisè ad aſſumẽdum iudicium pro ſeruo delinquente, imò poteſt indefenſum relinquere. & hæc lex videtur conſulere, quando dominus eſt certus de delicto ſerui. in l. 2. §. 1. s. ſi ex noxa. cauſa aga. vbi glo. dixit no-
2 tabile verbum, † quòd in hac cauſa noxali fortè ſtabitur confeſsioni ſerui contra dominũ, niſi dominus probet contrarium. quod eſt multũ notabile pro filijs, quando ex forma ſtatuti pater obligatur pro delicto filij, de quo ſtatuto, an teneat, & quomodo, vide quod plenè di-
3 cam. j. eo. i l. noxali† & l. et ſi condẽnatus. nã ſufficit filiũ confeſſum eſſe maleficiũ, niſi pater reuocet cõfeſsionẽ, & probet contrarium, quod eſt bene notandum. Poteſt tamẽ dici, quòd illa gl. põderauit naturam eſſe noxalis, & non regularem modum agendi, & ita audiui, ꝙ Bald. intelligit ibi.

Ex l. In noxalibus.

SVMMAE.

1 *Minor, eccleſia, vel alia perſona priuilegiata, ſi patiatur miſſionem, & veniat ad reuocationem, an habeat neceſſe reficere expenſas.*
2 *Seruitutes dicuntur ius in re, non extra rem.*

L. In noxalibus.

¶ In actione noxali tertio, cuius intereſt

terest, bona fide absenti postea reuerso creditur defensio.
h.d. ad literã. ¶ Vel sic. Actio noxalis restituit domino re
uerso, ita allegatur. ¶ Ibi [non corrumpitur.] s. ducto ser
uo ab actore ex secundo decreto. ¶ Ibi [datur] per restõ-
nem ĩ integrũ primò petitã; vnde sume practica, vt nõ for
mes petitionẽ ante restitutionẽ obtentam. Adde tamen
in perueniendo ad secundum decretũ, vt res assignet ex
secundo decreto, ꝙ sufficit citatio ad domum, videndum
est no. Inn. de eo qui mit. in pos. causa rei seruã. in c. si ad-
1 uersarius. & in c. fi. Adde, ꝙ † si minor, vel ecclesia, vel a-
lia persona priuilegiata est passa missionẽ, & veniat ad re
uocationẽ, an habeat necesse reficere expẽsas, de quo vide
qđ no. gl. de re. iur. in c. dolo nõ põt carere. & Inn. in d. c.
2 si aduersarius. ¶ Not. hic, † quòd seruitutes dicuntur ius
in re, non extra rem, facit. ĩ. de damno infec. l. eorum. & l.
in prouinciali. §. si ego. de oper. no. nuncia. non tamen cõ
tinẽt emolumentum rei, nisi seruitus vsusfructus, quæ in
hoc ab alijs seruitutibus discrepat; quia emolumentum
rei continet, & per istum tex. Iac. de Are. reprobat glo. in
l. Meuius. §. fundo. de lega. 1. quæ dixit, quòd seruitutes
sunt ius extra rem. Sed illa glo. potest intelligi vera, & de-
fensari per l. 1. de vsufru. leg. Aduertendum tamen est; qa
seruitutes personales habent duo extrema, vnum reale,
alterũ personale; quia debentur à re personæ. Reales ve-
rò habent duo extrema, quodlibet reale. Sed personales
obligationes, quæ nõ habent aliquod extremũ reale, sed
vtrunq; extremũ. s. actiuũ, & passiuũ est personale, & nõ
rei cohærens, nõ sunt seruitutes, probatur. s̃. de seru. ĩ l. vt
Pom. de seru. rust. præd. in l. pecoris. & de ali. leg. ĩ l. Mela.
§. quidam. cum ergo in re dominante, vel in persona do-
minante non resideat, nisi alterum extremorum, & reli-
quum sit extra, meritò hoc iure appellãtur extra rem, &
hoc est, quod subtiliter voluit illa gl. secundum Bar. ibi.

Ex l. Quod ait prætor.

SVMMAE.

2 *Familia alicuius quando damnũ dat, domino ignorante, suffi-
cit domino præstare tantum, quantum præstaret vnus liber,
si illud damnum dedisset. Et idem in pecunia, & idem in de-
ditione pro noxa, secus in sciente, & prohibere valente, et nõ
prohibuit. nu. 2.*
3 *Actio noxalis habet locum, quando agitur ciuiliter, secus cri
minaliter, ratio ibi.*
Nec habet locum in homine libero, ibid. ratio.

L. Quod ait prætor.

In obligatione, qua
tenẽ dñs pro delicto familiæ, imputat ẽt pretium datũ
pro noxa pro cõcurrenti quantitate, & pro delicto fami-
liæ vnus dñs tenetur, tanquã si liber fecisset, si eiusdẽ fuis
set familiæ tpe delicti. h.d. ¶ Et pro euidẽtia pmitte casũ.
l. 1. ĩ. si fam. fur. fece. di. quæ hic allegatur ĩ prima gl. s. qñ
1 familia † alicuius dat dãnũ, dño ignorante, sufficit dñm
pstare tm̃, quantum præstaret vnus liber, si illud damnũ
dedisset. Nunc hic q̃ritur, an illud hẽat locum tm̃, qñ in pe
cunia fit illa resarcitio. Et dic, emendatur p solẽnẽ quãti-
tatẽ. An ẽt habeat locũ in datione pro noxa. Respõde, ꝙ
ẽt in isto habeat locum. ¶ Ibi [cõsequeretur] nõ aũt te-
neatur noie singulorũ. ¶ Ibi [respiciat.] i. si dñs satisfaciat
de pecunia solùm, & istud est verũ, ꝙ habet locum in illo,
& ẽt in sequenti. ¶ Ibi [deditionem] cũ dñs seruũ vult
potiùs dare pro noxa, & hoc est verũ, & sic in vtroque ca-
su locũ hẽt, licèt litera hic nõ exprimat. ¶ Ibi [duplũ.] s.
dãni dati, qđ venit in actione furti nõ manifesti. ¶ Ibi [im
putari debere] pro oĩ dãno, & pœna totius furti, & sic cę
terorũ noĩe non teneať dñs. ¶ Ibi [ductus sit.] s. ex scđo
decreto. ¶ Ibi [duplationis.] i. dupli, ꝙ venit in actione
furti, & ẽt id, qđ poterat peti p cõdictionẽ furtiuã, vt seq-
tur. ¶ Ibi [sint serui] & tunc dñs liberetur vnã æstimatio
nem soluendo. ¶ Ibi [dñorũ.] s. tpe furti facti. ¶ Ibi [edi-
cto nõ erit.] s. vt tũc dñs liberetur vnã æstimationem sol
uendo. s̃. dictũ est, ꝙ verè tũc nõ liberať. ¶ No. ergo pro-
uisionem edicti Prætoris, qñ familia alicuius dat dãnũ,
&c. & quæ fuerit huius prouisionis cã, vide in l. 1. ĩ. si fa.
2 fur. fe. di. ¶ Aduerte tã, † qa hæc prouisio locũ hẽt, si dñs
familiæ, quæ deliquit, fuerit ignorans; secus si sciuerit, &
prohibere potuit, & non fecit; nam tũc dñs teneť in soli-
dũ noie singulorũ. l. 1. §. hæc aũt. si famil. fur. fe. di. nõ pro
prio. s. noie, nisi iussisset, vt ibi not. ¶ Item aduerte, ꝙ hoc
3 † edictũ, & causa prouisionis eius demũ locũ habet eo ca
su tm̃, quo pro furto ciuiliter agitur: si ergo agatur crimi-
naliter ad vindictam; tunc quia in seruis pœna pecunia-
ria cadere nõ põt. l. hos accusare. §. omnibus. ĩ. de accu.
alteranda est illa pœna in corporalẽ: & tũc singuli sunt
puniendi, & non sufficit alterũ eorum pœnam luere. l. si
familia. cũ se. s̃. de iur. om. iu. Nec habet locum istud edi-
ctum, sicut nec habet locum, vbi plures liberi hoĩes accu-
santur criminaliter; quia agitur de vindicta publica. d.
l. si familia. similiter nec habet locũ ĩ liberis, qui nõ hẽnt
dñm; quia hoc edictum fuit inuẽtum in fauorem domino
rum, vt d. l. 1. & ibi no. & hoc tenet Bart ibi. Patet; quia ẽt
si essent plures serui diuersorũ dominorum, pro quolibet
deberet pręstari solida pœna. ĩ. de iniuri. l. si plures. nota
tur in d. l. si familia. in fi. gl. magnæ. & hoc tenet Bart. licèt
Dyn. videatur aliter sensisse, in l. semper. §. 1. infra, quod
vi aut clam.

Ex l. Is, qui in aliena potestate.

SVMMAE.

1 *Quando dominus est præsens, recusans suscipere defensionem,
vel cauere de damno infecto, statim potest interponi decretũ,
quod habet vim secundi.*
2 *Leges loquentes in cautione damni infecti, & simil. quæ dicũt
primò interponi debere primum decretum, secundò secũdum
decretum, limitantur, si reus sit præsens, & nolit cauere, vel
suscipere defensionem.*

L. Is, qui ĩ aliena potestate.

¶ Tradens seruum pro noxa, debet cauere, quòd non
alienauit, vel obligauit. h.d. ¶ Vel sic. Vbi seru' deliquit,
tenetur dominus eũ dare pro noxa, scilicet si vult euitare
condemnationem, & de suo facto cauere: & si nolit defen
dere, seruo priuatur. hoc dicit ad literam. ¶ Ibi [ducitur]
idest pro satisfactione damni assignatur, & ex primo, &
secundo decreto actori. ¶ Not. hic vtiliter, † quòd quan-
1 do quis est præsens in iudicio, & recusat defensionem su-
scipere, vel etiam cauere de damno infecto, statim potest
interponi decretum, quod habet vim secundi, vt hic, & in-
fra de interroga. actio. l. non alienum. facit etiam, infra de
dam. infec. l. inter quos. §. 1. & ibi per Iaco. de Are. in l. si
finita. §. non autem. eod. titu. & ibi per Bar. Et ita limitan-
2 tur † iura loquentia in cautione dãni infecti, & similibus,
q̃ dicũt interponi primò primum decretum, scđò sm̃, vt

d.§.non autem.& l.Prætor. in prin.eod.ti. Nam illa iura procedunt,reo contumace: fecus fi fit præfens, & nolit cauere,vel defenfionem fufcipere, vt hic cum fimilibus.

Ex l. Noxali iudicio.

SVMMAE.

1 *Filiusfa.obligatur ex omnibus caufis.*
2 *Actio iudicati de peculio datur contra patrem.*
3 *Legitima afcendentium, & defcendentium an deducatur de bonis delinquentis.*
4 *Statutum,q pater teneatur ex delicto filij, an valeat.nu. 5.*

L. Noxali iudicio. ¶ In iudicio noxali non compellitur præcisè quis feruum defendere,& in liberum damnum dantem datur actio, etiam fi fit filiusfamilias: quo condemnato fit in patrem exequutio de peculio.h.d.cum feq.ad literam.¶Ibi[cogitur].f.præcisè, fed caufatiuè.f.fi non vult eum perdere,vt fequitur.¶Ibi [danda eft]non tamen pôt conueniri noxali; quia noxalis non datur pro delicto filij.Inft.eo.in prin.fm Odof.& eft verifsimũ.& de hoc dixi.ff. fuper Rub.& in l. quotiês. ¶Ibi [iudicium] qa ex delicto fuo non competit noxale,
1 vt Inftit.eo.in prin.† nam filiusfamilias êt ex oîbus caufis obligatur. ff. de act.& ob. l.filiusfa.l.2. fm Ray. ¶In l.feq.in tex.ibi[cõdemnatus].f.ex fuo delicto. ¶Ibi [debet].f.infolidũ.]¶Ibi[de peculio]profectitio.¶Ibi [cõueniri].f.iudicati.Ex quo not.q licèt actio ex delicto filij non detur contra patrem.ff.ti.1.l. 1.§.fi filius.tñ cõuenitur actione defcendente ex delicto fuo nomine;quia in iudicio quafi contractum eft, vt ff. de peculio. l. 3.§.idê
2 fcribit.† & actio iudicati de peculio datur contra patrê, vt hic,& d.§. idem fcribit.fm Odof. hic, & êt hoc voluit gl.Infti.e.i §.fi. Adde êt, qđ no.gl.ff.de reg.iur.l.ex pœnalibus.¶No.hic tex.in l.& fi condênatus. Vñ.n.hic cafus, q pro delicto filij pater non teneatur afsignare filio legitimam.Pro hoc.f.facit;quia,viuo patre,ifte nô debet ab ei' operis feparari.l.1.§.fi impuberi.ff.de colla. bonorum.& ibi hoc tenet Bar.licèt iftam legem non alleget.
4 Item facit;quia viuo patre, nullum ius habet filius in legitima,in Auth.de hære.& fal.§.fi verò colla.1.& no.per Dy.de lib.agn.in l.fi.Item quia ifte filius reputatur præmortuus patri.l.fi qua pœna.& ibi notat Guil.ff.de his,q funt fui,vel alie.iur.& ibi no.gl.notat etiam in l.Gallus. §.& quid fi tantùm.de libe.& pofth. ergo nihil tranfmittitur ad fifcum.Præterea fi non tranfmittitur peculium, quod habet.C.de bonis. profcri.l.fi filius. multò minùs legitimã,quam non habet, nec habere fperat, & de hoc tangitur in Spe.de exce.fniæ.§.fequitur.ver.quid fi filius. & ibi êt per Io An.Si tamen econtra propter pris delictũ omnia eius bona venirent publicanda, quo cafu vr publicatũ êt peculiũ filij.l.j.§.fed & fi morte.ff.qñ act. de peculi.eft anna.ex illis bonis feruari debet filio fua legitima, cafus eft notabilis in l.cum ratio.in princ.ff.de bo.dam.
3 Et† hoc in legitima afcendentium,& defcendentium deducenda de bonis delinquentis, tenuit glo.fub dubio tamê fortè in vfib.feud. de pace iuro firman. in §. homicidium.circa mediũ primæ gl.& idem in peculio profectitio.f.q debeat deduci de bonis pris pp debitũ occupatis.l.3.§.fed vtrùm.in fi.vbi cafus.ff.de min. Adde,an pre condênato, filius pdat ius patronatus,tãgit aliqd p Ioa. An.in cle. paftoralis.de fen.& re iudi.in gl.quę incipit,ad
uocatus.& vide gl.16.q.7.in c.filijs.quæ ponit opi.& ibi Archi.refidet,q non priuetur, licèt priuetur alijs bonis, allegat extra de iure patrona.c.cum dilectus. nam cum hoc habebat à canone,non poteft eo priuari,nifi à Papa, & cum cã,& non fine.ita dicit ibi.Alibi tñ diftinguit añ filij conceptionem:& tunc ei præiudicet: fecus fi poft,ar. ff.de fenato.l.emancipatum.ff.de decu.l. 3.§ in filijs.ita dicit Arch.16.q.7.i d.c.filijs.& adde quod not.ff. de in
4 ius voc.l. adoptiuũ.in fi.† ¶Itê êt adde, an valeat ftatutum,q pr teneat pro delicto filij, quod ftatutum dr fæpe re tirannidê,fm Dyn.in d.l.fi qua pęna.ff.de his, qui funt fui,vel alieni iur.& gl.terminat quòd fic. C. de decu.fup Rub.li.10.quia quod poteft fieri per pactum, ergo & p ftatutũ,vt ff.de re iudi.l.duo ex trib'.& ff.de pac.l.ius aute.& l.pactum. quod eft verum in pœna pecuniaria; qa adhuc pr pôt fe obligare per pactũ, ergo êt p ftatutũ. ff. de re iudi.l.duo ex tribus.& l. cum debitoribus. eod.tit. & ff.de pac.l.non impofsibile. fecus in pœna corporali, etiã q leuiter caftigaret, vt not.23.q. 5.in c.cũ hô.& ibi gl.ordinaria. Itê quod dicit illa gl.de ftatuto,dico procedere in ftatuto ciuitatis: fecus autê, fi effet ftatutũ vnius collegij,vel vniuerfitatis,non enim poffent ftatuere.q pr teneat pro filio, nifi filius mercator patri referat quæftũ. ff. de edê.l.Prætor.§.2.tale.n.ftatutũ cenfet cõtra infgentium,& ita notauit Bal.in l.2.ff.de confti.prin. An aũt tale ftatutũ obligãs patrê pro delicto filij, intelligat de delicto commiffo vbique locorũ.Bar. in materia reprefaliarum.in 4. q. fub prima q.principali dixit, q intelligitur folũ de commifsis in territorio ftatuentiũ.l. cum vnus.§. is,qui.de bo.auct.pof.& ex. de conftitu. c.vt animarum. li.6.Pro hoc optima rõ;† qa vbi delictum eẽ. territoriũ cômittitur, regulariter confiderari debet ius côe,fm qđ pater nô teneẽ. Adde,q ftante tali ftatuto, q pater teneatur foluere condemnationê criminalê filij, filio condênato êt iniuftê,pr tenebiẽ;qa vbi lex notat nô factũ, fed fententiã;quia dicit condemnationê, ftaẽ verbis, vñ fufficit filium condemnatũ:& contra patrê,ficut contra filiũ fententia tranfibit in rê iudicatã,bñ facit text.hic, & quod no.ff.fol.ma. in l.fi filiofa.la 2. Itê pro hoc facit; quia ad quê tacitê ex cõfciẽtia iudicij peruenitur, vr effe reus primi iudicij,& ita dicit not. gl. in l. in cognitione.ff.ad Sil. An autê ifto cafu priùs fit conueniendus filius, vr q fic; quia pater teneẽ, velut fideiuffor iudicatũ folui. l.cũ filius.de ver.obli.Bar.ibi dixit, q fi pater côuenitur de peculio tñ,nô eft neceffaria excufsio filij:fecus fi in folidũ. Ratio diuerfitatis eft;quia cum actio de peculio fit eadê actio numero, puta,iudicati de peculio, non poteft intelligi, quomodo pater fit acceffotius in illa, fed extenfiuè ad patrem trahitur ipfa actio principalis: fed quando actio, qua tenetur pater, eft alia actio numero, & eft ex appenditijs primæ actionis, bene poteft intelligi,quid principale, & quid acceffiorium.Adde tamen,quòd adhuc, ftante dicto ftatuto, fi filius fit de crimine condemnatus, patre non citato, an contra patrem poffet exequutio fieri, an verò debeat agi contra eum condictione ex lege,& deinde probari maleficium.Decifionem collige ex no.per Bar.in d.l.cum filius. & vide. ¶In gl.quæ incipit. de Caftrenfi. ibi[vel fortè aduentitio,] confentiente patre.] Nota.quòd fi pater concefsit filio adminiftrationem peculij aduentitij (q pôt,vt in l.cũ nô folũ.§. fi. C. de bo. quæ lib.) ita obligat de peculio aduentitio, ficut & in peculio profectitio;qa eadem eft rõ,& iô,filio condemnato, poterit in tali peculio exequutio fieri,probatur.C qui bo.ce.pof.in l.cũ & filijfam.vbi daẽ bñficiũ cefsionis,ergo exequutio nô differẽ, licèt gl.aliter fentiat

rit in l. 3. §. sed virum. ff. de mino. & hoc in dubio puto verum, quando filius tenebatur ex contractu. Idem tamen si ex maleficio eo casu, quo filius fuit in iudicio, & fuit lit. cont. & sic cum eo quasi contractum. d. l. 3. §. idē scribit. ꝟ. de pecu. licèt postea absens fuerit condemnatus; nam & tunc poterit exequutio fieri in peculio, vt hic: secus si nunquam fuisset in iudicio, & sic cū eo nihil posset dici quasi contractum; quia tunc etiam in tali peculio non posset exequutio fieri. Ita sentit gl. Insti. e. in §. si. & Bar. clariùs in l. si finita. §. si de vectigalibus. in vlti. q. 1. de dam. infec. vbi omnino vide, facit etiam quod not. per Cin. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in l. filius. ff. quod quisque iur.

ADDITIO.

a ¶ Viuo patre. Adde, quòd filius non possit petere legitimam, viuo patre, sed debet expectare mortem naturalē ipsius patris. Bar. in Auth. si qua mulier. circa fin. versic. quæro, quando filij. C. de sacros. eccl. vbi Sali. & Pau. de Cast. Io. de Ana. & Pe. de Anch. in c. 2. de delict. pue. Fel. in c. in præsentia. versi. 8. quæro. col. 29. de proba. Sed qd si de facto fuerit assignata legitima filio, viuente patre, & ipse dolo, vel culpa consumpsit, an sibi ampliùs debeatur, vide Paul. de Cast. in consi. 80. incip. Quia per suprascriptum. versi. idem ergo. fo. 43. Bal. in l. scimus. §. j. C. de inof. test. & in Auth. q locum. C. de coll. Sed nunquid, vbicunque in aliqua lege fit mentio de morte, intelligi debeat de naturali, vide Alex. in consi. 229. incip. Visis codicillis. in 2. vol. in. 6.

Ex l. Si quis seruum.

SVMMAE.

1 *Licèt quis possit re priuari, interim tamen non iudicatur veluti de priuato, licèt sit priuandus.*

2 *Reg. quòd qui habet actionē ad rem ipsam, &c. limitatur respectu conuenti.*

L. Si quis seruum. ¶ Dominus serui delinquētis (licèt reuocabiliter) interim tenetur noxaliter. h. d. ¶ Vel sic, & notabiliùs. Potestas auocandi seruum à possessore, non liberat eum interim ab actione noxali. h. d. & est singularis casus. ¶ Ibi [acquisito] s. ipsi emptori; nam vendens dominus erat, & ipsius serui est sequuta traditio, & sic præcessit titulus habilis. ¶ Ibi [ei] s. creditori. ¶ Ibi [ei] s. emptori. i. ab ipso emptore. ¶ Ibi [sciens] tempore venditionis, vel traditionis tm, licèt fuerit bonę fidei tempore contractus. Ita no. glo. in l. qui autē. §. hoc edictum. ꝟ. quæ in frau. credi. ¶ Ibi [conueniendi sunt] s. qui habent facultatem tradendi seruum pro noxa. ff. e. l. quotiens. § in potestate. Et hæc est ratio decidendi hic.
1 ¶ Vel & tertiò not. sic, q † licèt quis possit re priuari, interim tamen nō iudicatur, velut de priuato, licèt sit pri
2 uandus: & sic pōt allegari, q respectu† conuenti non habet locum illa regula; qui actionem habet ad rē ipsam, rem habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iu.

Ex l. Si alienus.

SVMMAE.

1 *Actio semel extincta non reuiuiscit, & quando remisiuè.*

2 *Causæ duæ lucratiuæ sicut non possunt concurrere, ita et quasi lucratiuæ, & quando sit verum.*

1 L. Si alienus. ¶ Actio † semel extinctā perpetuò non reuiuiscit. h. d. ¶ Vel sic. Exceptio superueniens post lit. conte. nihil operatur, secus si ante oriatur. h. d. notāter. facit. ff. de rei ven. l. si post acceptū. ¶ Ibi [eum] seruum delinquentē. ¶ Ibi [venditor] quia perpetuata erat actio contra eum, sm̄ Odof. & quando actio est perpetuata, non obstante alienatione, quæ medio tpe interuenit, perpetua, nō liberatur, vt l. quemadmodum. ¶ Ibi [vendidisse]. s. ille conuentus, & sine dolo, vt ff. de dolo. l. arbitrio. §. 1. Et allega
2 tur iste text. alibi per Bart. † q sicut duæ causæ lucratiuæ non possunt circa eandem rem concurrere. Instit. de leg. §. si res. ꝟ. de act. & ob. l. si debitorē. & ita & lucratiua cū quasi lucratiua, sicut actio est noxalis, quæ appellatur quasi lucratiua, in l. apud Celsum. §. autem. ver. cæterùm. de doli excep. & ibi notat glo. & æquiparat ibi lucratiuæ. Et iō si debeat quis seruum ex cā lucratiua, & ille seruus efficiat̄ meus ex cā noxali, liberat̄; sicut. n. liberarēt, si ex cā lucratiua ad me peruenisset; ita & ex quasi lucratiua, cum æquiparent̄, casus est hic, sm̄ Bart. & in l. quod dicitur. ꝟ. de fur. Cōtrarium tamē conclusiuè tenet; quia illa regula de duabus causis lucratiuis nō habet locū, quādo cā sm̄ quid est onerosa. de leg. 1. l. planè. §. q si rē. de quo vide latiùs per Bar. in l. Mæuius. §. duobus. in 1. q. ꝟ. de lega. 2. ¶ In gl. in verbo, restaurabitur. ibi [sed arguitur contra.] Sol. potest dici, q hic regulare: ibi autem est speciale, vt no. ꝟ. de solu. l. qui res. § areā. Vel dic secundò, quòd ibi agnitio vniuersalis: hic singularis, ar. sup. com. prædior. l. si ei. & quod ibi not. sm̄ Rayn. de hoc tamen broccardo vide plenè per Bar. in d. l. Mæuius, §. duobus. de leg. 2. s. an, & qn̄ actio extincta reuiuiscat.

Ex l. quemadmodum.

§. Si seruum.

SVMMAE.

1 *Seruus licèt nō habeat dn̄m spālem, nō per hoc efficitur liber.*

2 *Vasallus renuncians feudo liberatur à seruitio.*

3 *Emphyteota renuncians emphyteosi, an liberetur à canone.*

§. Si seruum. ¶ Ex delicto serui, quē dominus habet pro derelicto, non pōt dominus conueniri noxali. h. d. ¶ Nota. hic seruum esse etiā sine domino, sic ēt in l. q seruus. ꝟ. de sti. seruo. quæ allegat̄, & ꝟ. de libera. cā. l. qui vsumfru
1 ctū. ¶ Et sic no. q† licèt nō habeat spālē dominū, nō ta-
2 mē hic efficit̄ liber. ¶ No. hic tex. q vr̄ decidere, † q si vasallus renunciet feudo, liberatur à seruitio. Dico, q est verū, quādo ad seruitiū non erat obstrictus rōne promissionis, sed solùm ex natura feudi; secus si ex sua promissione tenebat̄; quia tunc renunciando non liberabitur. de le. 2. l. Imperator. C. de fun. primo. l. quicunque. li. 11. de aqua plu. ar. l. is, cum quo. & de ope. liber. l. interdū. & de hac q. tangitur per Dy. in d. l. Imperator. & per Bar. in d.
3 l. is, cum quo. † Quid autem de emphyteota, vtrùm liberaretur à canone, renunciando emphyteosi, vide tactum per Ci. in l. 2. C. de iure emphy. & per Gui. in Spe. in ti. de censibus. §. nunc dicendum. ver. item pone, quidam.

Ex §. Si seruus meus.

SVMMAE.

1 *Pretium succedit loco rei. & nu. 2.*

§. Si seruus meus. ¶ Pecuniã ex re furtiua redactam non est licitum furari. h. d. ¶ Vel plenius. Pro furto commisso à seruo meo, datur contra me furti: & si seruus rem talem subreptam vendiderit, & dominus pecuniam subtraxerit, dabitur furti actio contra eum. h. d. in terminis, & in summa ad tex. ¶ Ibi [excusseris] idest cum violentia abstuleris. ¶ Ibi [aduersus te] s. in solidum. nec ob. de dolo. l. si duo. vt ibi nota. & facit quod nota. s. quod met. cau. in. l. sed & partus. §. fi. & l. extat. secundũ Ray. ¶ Vide gloss. quæ incipit. nummorum. ibi [omnino cadit] contra l. extat. quod met. cau. & quod ibi no. ¶ In ea. ibi [. l. qui vas. §. fi.] in singularibus † ergo succedit pretium • loco rei, & recipit functionem. i. quandam similitudinem cũ ipsa re, quæ est in obligatione. ÿ. de iure do. l. res in dotẽ datæ. Idem si conuentio contrahentium tacita, vel expressa sic vellet; quia tunc succederet etiam. e. ti. l. plerunque. & C. e. ti. s. de iure do. l. quotiens. idẽ si nulla conuentio sic vellet, & res esset perẽpta, siue perdita, vel præscripta: quo casu si pretium habens, à nullo cãm habuit, vel habuit, sed lucratiuam in totum, vel in parte: tũc pretium succedit loco rei pro ea parte, & eatenus, quatenus est lucratiua. ÿ. si cer. pe. l. si cum seruum. cum sua gl. Idem si onerosam, quando fuit in mora, vel in culpa in eius odium. l. Iulianus scribit, si hominem. s. de rei ven. alias non succedit. l. venditor ex hæreditate. ÿ. de hære. vel act. ven. In vniuersalibus autem succedit. de peti. hære. in l. si rẽ, & pretiũ. & ibi not. & not. de hoc de leg. 2. in l. Imperator. §. fi. de quo tangitur per Pe. C. de rei ven. in l. mater. ¶ In eadem. ibi [§. 1. colla. 5.] & transumptiuẽ habetur. C. ne vxor pro mari. in Auth. & omnino. Sed dic, ꝙ hic nõ extorsit in forma pignoris, ne appropriaret sibi: ibi sic, scilicet in forma pignoris extorsit. ¶ In ead. ibi [§. quia verò.] dic ibi aliud pro alio pignorauit, hic nõ, secundùm Ray. ¶ In gl. fin. quæ incipit, interceperit. in fin. ibi [l. creditoris] scilicet, quia dominium translatum esset. Aduerte tñ; quia hic videtur sanè intelligendũ, qñ seruus à prin. recepit bona fide; secus si mala; tũc. n. nõ videtur in eum translatum dominiũ; quia qñ consentit in corpus, & in materiã creaturæ, nunquàm transfertur dñiũ; si ex vna cã, vel ex parte datis, vel recipiẽtis nõ est aptè nata ad dñij translationẽ l. si ego. ÿ. si cert. pet. licèt vbi vtraque cã sit sufficiens ad dñij translationem, nõ cũretur opinionũ diuersitas. ÿ. de acqui. re. do. l. cũ in corpus. sed iste seruus hic recipit, vt furetur, & causa furti nedum non est ordinata ad dñij translationem, imò est ordinata ad afficiendum rem vitio reali. ÿ. de vsuca. l. sequitur. §. Labeo. intelligitur ergo. l. creditoris. quòd debitor voluit transferre dominium, & procurator falsus acquirere, & ideo dominium est translatum: vnde condictione indebiti potest conueniri; quia non erat procurator in rẽ suam, prout vterque credebat. considerabitis.

ADDITIO.

2 ¶ Pretium loco rei. Adde ad hanc materiam Pau. de Ca. in consil. 326. in secunda parte, versicu. quia in vniuersalibus.

Ex l. Si plurium.

SVMMAE.

1 *Actio extensa est eiusdem naturæ cum sua directa.*

L. Si plurium. ¶ Actio prætoria competens contra dolo desinentem possidere, subrogata in locum ciuilis act. per omnia naturam eius assumit, in cuius locum subrogatur. h. d. ¶ Ibi [dare] in solidũ, vt sequitur ¶ Ibi [elegerit,] si ergo sunt duo dolosi, quilibet tenetur in solidum, facit. s. de dolo. l. si duo. Nec ob. l. si duo. §. fi. ÿ. si quis omis. ca. testa. vt ibi no. & in d. l. si duo. de dolo. ¶ Ibi [noxæ deditione] & sic in solidum. ¶ Ibi [iudicio] tantùm; quia aliud remedium non competijsset. No. ex isto tex. † quòd actio
1 extensa est eiusdem naturæ cum sua directa. Item aduerte, quod hic loquitur in seruo plurium, in quo sufficit per alterum ex dominis solidum damnum emendari, facit ad hoc. s. eo. l. quod ait. & quod ibi dixi. secus si plures conuenirentur ex facto vnius liberi, & cui mandasset maleficium committi; quia tunc quilibet eorum teneretur in solidum, nec vnus soluendo liberaret alium. Ita tenet Bartol. ÿ. si fa. fur. fe. di. l. 1. in prin. & ita debet limitari iste tex.

Ex §. Qui alienum.

SVMMAE.

1 *Conuentus actione personali suo nomine non satisdabat de iure veteri, & quid de iure nouo.*

§. Qui alienum. ¶ Confessus alienũ seruum suum esse in noxali iudicio, causa cognita, tenetur satisdare de iudicatum soluendo: pro suo verò seruo non tenetur satisdare.
1 h. d. ¶ No. casum hic, ꝙ † olim conuentus personali suo nomine non satisdabat, licèt gl. aliter dixerit. ÿ. iu. sol. super Rub. quam gl. reprobat ibi Dy. per istum text. & hic scilicet, ꝙ non satisdaret etiam de iure antiquo, tenet gl. in l. Iul. in gl. mag. s. qui satisda. cog. & Dy. & ÿ. de fideiussio. in l. si cum hominem. ¶ In gloss. fi. ibi [conuentus] s. quando est impotens, & no. Ci. in l. j. C. de assertio. tol. & in Auth. sed hodie. C. de episc. & cler.

Ex §. Si quis dicat.

SVMMAE.

1 *Defendere potest quis alium etiam inuitum.*
2 *In mora quis non constituitur per litis contestat.*

§. Si quis dicat ¶ Vbi seruus ab alio legitimè defendit, nõ tenetur dñs, q dolo desijt possidere. h. d. ¶ Vel sic. Dolosus põt defendi a quolibet possidente. h. d. Ita põt allegari. ¶ Ibi [. ontendat] & hoc sit verũ. s. qd ipse dicebat. ¶ Ibi
1 [egit] dic, † ꝙ põt quis aliũ inuitũ defendere. ¶ Ibi [cum dño doloso, de quo. s. dictũ est. ¶ Ibi [ductus est] p actorẽ ex fcẽo decre. ¶ Ibi [seruo] s. pdicto alienato dolosè. ¶ Ibi [susceptũ] s. p lit. cont. ¶ Ibi [iudiciũ] cõtra dñm, q dolo desijt possid. ¶ Ibi [accipiat iud.] subaudi, mortuo seruo ó liquẽte, quẽ dolo dsijt dñs possid. ¶ In gl. q icipit sed

sed an in fine, signa istã gl. & eius determinationem; quia vera ẽ. ¶In gl. quę incipit, ante litẽ. ibi. ¶Vel ẽt post, cũ tũ non fuit in mora; quia non credebat se teneri] signa gl. & dic sic. ¶No. ergo hic posse contingere, † ꝙ per lit. conte. quis non constituatur in mora, quod est vtile ad materiã l. quod te. & l. si vini. ꝟ. si cer. pet. Nam regulariter dici-
a mus, quòd lit. cont. a constituitur in mora, & hanc legẽ secundùm hãc lec. allegaui in l. 1. §. si post. ſ. si qua. pau. fe. di. ¶In ea. in fi. ista secunda magis cõuenit literæ. Non tamen etiam præcedentem.

ADDITIO.

a ¶Lite contestata. Adde, ꝙ in mora non constituitur per interpellationem extra iudicialem, sed per litis contestationem, qui iudicis officio tenetur, Alex. in cons. 149. incip. Visis, & diligenter. in 1. vo.

Ex l. Si seruus legatus.

SVMMAE.

1 *Rei hæreditariæ non fit furtum.*
2 *Hæreditas non possidet, nec habet dominum.*

L. Si seruus legatus. ¶Pro re propria hæredis à seruo hæreditario, iacente hæreditate, subtracta contra legatarium agnoscentem postea legatum cõpetit actio. h. d. ¶In tex. ibi [furti agere] dic post aditam hæreditatem; quia dominium rei legatæ trãsit à die mortis testatoris in legatarium l. à Titio. ꝟ. de fur. secundùm Odof. & Ray. ¶In tex. ibi [competit] dic contra legatarium, & etiam rei vendi. vt l. 2. ꝟ. de crimine expi. hære-
1 di. ¶No. hic, quòd † rei hæreditariæ non fit furtum, & po-
2 test esse ratio; quia hæreditas † non possidet. l. 1. §. Scæuolæ. ꝟ. si quis test. liber esse iuss. fu. vel quia res hæreditariæ non habent dominum, quem requirit definitio furti. l. 1. §. 1. ꝟ. de fur. hanc rationem assignat Bar. in d. l. hæreditariæ. ꝟ. de fur.

L. Cum seruus com. ¶Pro delicto commisso à seruo in re alterius dominorum, non datur actio noxalis, sed communi diuidundo iudicium. h. d. ¶Ibi [dederit] sine alterius voluntate. ¶In tex. ibi [non est] s. damnum passo aduersus consocium.

Ex l. Si ad libertatem.

SVMMAE.

1 *Forma pronunciationis fienda, quando ratione secundi iudicij supersedetur in primo iudicio moto, & è contra.*

L. Si ad libertatem ¶Litigium inchoatum super statu delinquẽtis priùs debet expediri, q̃ actio noxalis intentet. h. d. ¶Ibi [sustinere.] i. defendi. ¶Ibi [liber]. s. fue-
1 rit pronunciatus. ¶† No. singu. hic formam pronunciationis fiendam, qñ ratione secundi iudicij supersedetur in primo iudicio moto; non enim debet pronunciari non esse interim supersedendũ, & idẽ dicendũ esset in casu cõtrario, quando ratione iudicij primò intentati supersederi debet super secundo, vt ꝟ. de exce. rei iudi. l. fundi. & l. fundum. quod no. ad practicam illarũ legum. s. quale debet esse iudicis officium. tene menti.

Ex §. si quis pro seruo.

SVMMAE.

1 *Obligatus ad certam quantitatem respectu certæ speciei, liberatur, illa specie perempta.*
2 *Statuto si caueatur, ꝙ omnes banniti, vel rebelles, & eorum filij debeant expelli de ciuitate, mortuo bannito, vel rebellibus, an eorum filij teneantur exire.*

§. Si quis pro seruo. ¶Pro seruo mortuo, qui deliquerit, non potest agi noxali, & si agitur, nullum est iudicium. h. d. ¶Vel sic. Ex morte serui ante lit. contesta. extinguitur iudicium noxale. h. d. ¶In text. ibi [dure oportere] & quę sit huius ratio, vide quod no. Dy. in reg.
1 nemo potest. de re. iur. ¶No. † ꝙ obligatus ad quãtitatẽ respectu certæ speciei, illa. s. specie perempta, liberatur, vt no. gl. ꝟ. ad l. rho. de iac. l. nauis onustæ. & plenè in l. quod te. ꝟ. si cert. pe. seruo enim delinquente obligatur dominus ad emendam ratione damni serui. ſ. si ex noxa. causa aga. l. 2. § 1. & l. miles. §. decem. de re iudi. & dixi. ſ. e. in l. 1. & hoc est verum, licèt gl. in l. cum is. §. si alienus. de leg. 1. dicat, ꝙ dñs tenetur ad seruum, non ad damnũ, quæ gloss. communiter reprobatur. Sed saluari potest, vt ibi dicit, ꝙ hic seruus tantùm erat in obligatione, intelligas sanè respectu originis delicti; ipse enim fuerat, qui deliquerat, propter cuius delictum erat damnum in obligatione, vnde extincto delinquente, extinguitur obligatio damni contracta occasione delicti. tene menti istam sol. quæ faciet tibi honorem. ¶Item not. istum tex. in ar.
2 ad q. † si per statutum caueatur, quòd omnes banniti, vel rebelles, & eorum filij debeant expelli de ciuitate, ꝙ mortuo ipso bãnito, vel rebellibus, filij nõ teneantur, exire, nec possunt expelli; quia sicut mors serui liberat hic, ita & in casu prædicto: non tamen pro certo delicto, tamen hæc pars est multùm æqua, & fauorabilis.

§. Hæ actiones. ¶Noxalis põt esse perpetua, si directa, ex qua descendit, est perpetua, & durat, quãdiu durat facultas dandi pro noxa. s. ipsum seruum, & datur hæredibus, sed non in hæredes, tanquàm hæredes, sed tanquã dños, & patronos. h. d. ¶Ibi [iure dominij]. i. quasi reperiuntur dñi, adde ad hoc glo. super verbo, perpetuæ sunt.

Ex l. Serui, quorum.

SVMMAE.

1 *Dominus comparens ad defensionem serui, non potest reuocare iudicium ad suum forum.*
2 *Clericus volens defendere in iudicio euictionis rem, quam vendiderat layco, an debeat eam defendere coram iudice layci.*
3 *Priuilegium concessum personæ, intelligitur, siue conueniatur suo iure, vel nomine, vel alieno.*
4 *Conditio emptoris debet esse eadem, quæ & venditoris, vbi agitur de iure defensionis rei.*

2 bo ſcri. quod declara, vt dixi in d. l. ſi. ¶ † Quid autem ſi magis idoneus, penes quem iura aſsignata ſunt, moriatur, an auferri debeāt eius hæredi, & debeātur alteri magis idoneo, quàm ſit illius hæres. Dicendum videtur, ꝙ ſic, ar. hic, & d. l. h. ¶ In contrarium facit; quia initium videtur velle attendi, & aſsignatio priùs facta videtur ſortita ſuum effectum. cogitando relinquo.

Ex l. Si hæres vnus.

SVMMAE.

1 *Quando quis agit, vt ſolus hæres, quia fortè in ſolidum hæres eſſe putabatur, tenetur communicare hæredi commodum victoriæ.*
2 *Quòd ſi duo hæredes ſint ſcripti, vnus purè, alter ſub cōditione, ſcriptus purè poteſt agere in ſo'i. lum, & an ſit verum.*
3 *Semel hæres amplius non poteſt deſinere eſſe hæres.*

L. Si hæres vnus. ¶ Victoria vnius hæredis i iure in ſolidum obtinentis contra debitores hæreditarios, prodeſt eis, qui poſtea ſibi cohæredes efficiuntur. h. d. & poteſt diuidi, vt primò thema, & quæſtio. Secundò eius reſpōſio. ibi [nā indubitāter.] Ponatur tertiò noue quęſtionis deciſio ibi [& electione.] Vel in duas tātùm, vt primò thema, & q̄ſtio. Secūdo eius reſpōſio ibi, [& electione.] ¶ Super ver. [dixerit] ſcilicet de facto. ¶ Super ver. [redierit] ſcilicet cohæres. ¶ Super ver.] in ſolidum, ex quo obtinuit. ¶ Super ver. [competit] & alteri cohæredi in nihilo. ¶ Super ver. [cohæredi] ſcilicet qui vicit. ¶ Super ver. [communicandam] poſtquam egit actione iudicati in ſolidum. ¶ Super ver. [poteſtatem] per ceſsionē actionis. ¶ Super ver. [effectus] ſcilicet in conditionis euentum. ¶ Super ver. [poſtea natus] ideſt poſt victoriā co-
1 hæredis. ¶ Not. quòd vbi † quis agit, vt ſolus hęres, quia fortè inſolidum hęres eſſe putabatur, tenetur communicare cohæredi commodum victoriæ. ¶ Secundò videtur
2 † hic probari, quòd ſi ſint duo hæredes ſcripti, alter purè, alter ſub conditione, ſcriptus interim purè poſſet agere in ſolidū, & ſic in ſolidum iudicetur hæres, de quo ſtatim dicam in glo. vide te glo. ¶ In glo. 1. ſuper ver. expertus. ibi [ſed arg. cōtra] in fi. Poteſt dici in ſpecie, quòd ibi de iure prætorio: hic de iure ciuili. Et ratio diuerſitatis ſit; quia iſtud ius ciuile firmiter petitur, nec poſtea variatur. l. & ſi fine. §. ſed quòd Papin. ℱ. de mino. ſecus in illo iure prætorio. Inſti. de bo. poſ. §. quos autem. Vel ſolue, vt no. ℱ. ſi pars hære. pe. in l. 2. vbi formatᷓ quæſtio, an inſtitutus purè interim vocetur ad totum. Quidam enim dicunt, ꝙ ſic, pro quibus videtur facere iſte tex. Alij, quòd non, vt Io. ꝑ quo videtur tex. in l. ſi marito. §. cū patri. ℱ. ſol. mat. & iſtam opin. ſequitur Dy. in l. ſi quis ita ſcripſe-
3 rit, Titius. ℱ. de hære. inſti. ex eo quia † ſi ſemel fuiſſet hæres, amplius non poſſet deſinere. l. qui ſoluendo. in fi. eo. titu. ſed eueniente conditione cohæredis, iſte non eſſet hæres ſolidi, ergo, &c. Sed Bar. in l. planè. §. ſi coniunctim. ℱ. de leg. 1. dixit, quòd interim purè inſtitutus totum retinebit, & ſi eueniet conditio, dicetur retro nunquam fuiſſe hęres in illa parte: ſi deficiet, cenſebitur retro ſemper fuiſſe hęres, & ideo hoc pēdet à futuro euentu, ſicut & aliàs in l. antiqui. ℱ. ſi pars hære. pet. His contētor ad iſtam legem.

Ex l. Pomponius.

SVMMAE.

1 *Teſtator ſi legauit ancillam, quæ texebat telam, vel bancale, hæres non compellitur illam præſtare ante opus completum.*
2 *Redditio rationis ſicut retardat præſtationem, ita debet retardare exequutionem perſonalem in talem actorem deferentē.*

L. Pomponius. ¶ Seruus prælegatus non aſsignatur, antequā hæreditatis rationes reddiderit, nec rationes traduntᷓ prælegatæ ante præſtitam & cautionem de ipſis exhibēdis, cum interſit cohæredum. h. d. ¶ Super ver. [quam ſi rationes reddiderit] quid cōtineaᷓt his verbis, vide in l. cum ſeruus. ℱ. de condi. & demo. ¶ Super uer. [rationes] ſ. authenticæ. ¶ Super ver. [præſtari] ſcilicet, quòd faciat copiā; quia authenticæ probāt, vt. C. de edē. l. procurator.

ſecundum

secundùm Odof. ¶ No. tex. hic in ver. [nam & si seruus
1 actor] qui clare videtur decidere, † quòd si testator legauit an: illam, quæ texebat telam, vel bancale, vel simile, quòd hæres non compellatur illam præstare legatario ante illud opus cōpletum. Facit etiam, quòd † cum
2 redditio rationis retardet istam præstationem, debeat etiam retardare exequutionē personalem in talē actorē deferentem: bene satisfacit de dote præle. l. cum seruus. & quod ibi notatur. Videte gl.

Ex §. Idem Pomponius.

S V M M AE.

1 *Furtum committunt capientes columbos de aliena columbaria, etiam in suo agro.*
2 *In brutis actus, consuetudo, qualitas, instinctus naturalis inducunt præsumptionem voluntatis.*
3 *Statutum puniēs fugientem de carcere, non comprehendit eū, qui exiuit animo redeundi.*
4 *Fugere non dicitur se absentans aliquo momento.*
5 *Abesse non dicitur, qui reuersurus est breui.*
6 *Si causa sit commissa pluribus cum clausu'a, quòd si non omnes, &c. & vnus absit, qui statim reuersurus est, debet expectari.*
7 *Actum discontinuum non facit breuis absentia.*
8 *Electiones duæ si fiant in capitulo, vna post aliam, secunda dicitur facta incontinenti, si eligentes non dissenserint.*
9 *De pecude, quod superest, subrepta à lupo, vel à socialibus, nō est occupantis, sed prioris domini.*
10 *Consuetudo reuertendi quomodo cognoscatur, & nume. 4. & 5.*
11 *Accipiter, & similes aues quando efficiantur occupantis.*

§. Idem Pomponius ¶ Aliqui habent, p princ. legis, aliqui habent pro. §. idem. sub. l. præcedenti. & h. d. In hoc iudicio haberi debet ratio columborum, & apium, quandiu (etiam longè diuagantes) consuetudinem retinent reuertēdi; quia eatenus iudicātur esse de patrimonio, sicut & rapta à feris, donec consumpta
1 sint. Hoc dicit. ¶ Not. hic primò † expressum casum contra capientes columbos de aliena columbaria, etiam in suo agro, quòd committunt furtum, & sic possunt accusari de furto. ¶ Secundò not. quòd attenditur consuetudo reuertendi, & sic potest allegari, quòd etiam
2 in brutis actus, † consuetudo, qualitas, naturalis instinctus inducant præsumptionem voluntatis. facit Insti. de re. diui. §. Pauonum. & §. in his. vnde dici consueuit. Intima per mores cognoscuntur exterio-
3 res, facit. ÿ. de ædil. edic. l. si tamen. §. ei, qui. † Et hoc est vtile ad statutum puniens fugientem de carcere, quòd non comprehendat eum, qui exiuit animo redeundi, quod potest procedere, si citò reuertatur;
4 non enim creditur † velle fugere, licèt se absentet aliquo momento. l. si quis ita legauerit, dum vxor mea. ÿ. de conditio. & demonstratio. secus si non reuertatur. Ita intelligatur. ÿ. de re mili. l. 2. §. emansor est. & l. qui cum vno. §. edictum Germanici. Similiter nec
5 † dicitur abesse, qui reuersurus est breui. ff. de iudic. si longiùs. §. si filiusfam. & de vac. mu. l. penul. in fi. & C. de testa. l. cum antiquitas. Et ideo dixit Innocen.
6 de offic. deleg. in c. prudentiam. quòd † si causa sit commissa pluribus cum clausula, quòd si non omnes, &c. & vnus absit, qui statim reuersurus est, debet expectari.
7 Item non facit † actum discontinuum secundùm eum.
8 Et ideo si duæ † electiones fiant in capitulo, vna post aliam, secunda dicitur facta incontinenti, si eligentes non dissenserint, de elect. c. considerauimus. & ÿ. si cert. peta. l. lecta. ver. dicebam. ¶ Item not. hic,
9 quòd illud, quod superest † de pecude surrepta à lupo, vel à socialibus, qui ad alium locum exportauerunt comedendū, nō est occupātis, sed prioris domini. quod intellige secundū determinationē. l. Pompo. de acquir.
10 re. do. † Item quia ponderatur hic consuetudo reuertendi, vel non, quomodo hoc cognoscetur, quòd amiserit consuetudinem reuertendi. Videtur, quòd expectari debeat tantum tempus, quanto potuerunt ad mansuetudinem reduci, & ad habitum, & consuetudinem reuertēdi, ar. ÿ. de reg. iur. l. ferè. & de acquire. possess. l. quem-
11 admodum. † Et hoc est vtile ad accipitres, & similes aues, quæ quotidie perduntur in campis, in quibus videtur, quòd ex quo libertatem naturalem receperint, statim efficiantur capientiū. l. 3. §. Nerua. ÿ. de acqu. pos. & Insti. de re. diui. §. naturalē. vbi dicit [vt difficilis sit eius persequutio.] Quidam de facto dixerūt, quòd deposuisse creditur animum, cū nō reuertitur ad dominū, vel gubernatorem eius, ad quem consueuit redire. Quod durū videtur, cum in eis quandoque hoc causetur; quia nimiùm depascūtur, vel quia quærunt aquam, vel propter aliquam similem causam aucupatoribus notam. Dico igitur, quòd licèt per dies aberret per siluas, & nemora, nō tū efficitur alterius capientis; quia nō videt per hoc deposuisse totaliter animum reuertēdi, ar. ÿ. de ædili. edic. l quid sit fugitiuus. §. 1. Sed si totaliter euanuisset ab oculis domini, ita quòd iudicetur amodo difficilis eius persequutio: tunc secus videtur de iuris rigore: sed de consuetudine non seruatur. Imò apud illustres Principes, & Dominos, qui talibus delectantur, sunt comminatæ magnæ pœnæ contra capientes, & non præsentantes, & humaniùs reputo quandocunque domino vendicationem competere, præmiato in aliquo capiente, secundùm rei qualitatem ad arbitrium boni viri, & etiam refusis expensis medio tempore factis, fortè in capiendo, vel mittendo, nisi ille fuisset vsus aue, vel commodum recepisset ex illa. l. in rebus. §. possunt. ÿ. commo. & l. item si serui. §. 1. ÿ. de ædi. edic. ¶ Ibi [idē & in apibus dicitur] &c. No. hic, quia dicit hic de apibus, quòd in patrimonio nostro computantur, intellige, donec sint penes nos, vel in conspectu nostro, nec difficilis sit earum persequutio, Insti. de re. di. §. examen. Idem tamen si non sint in conspectu, si facilis est earum persequutio, vt quia ascenderunt altam arborem, vel turrim. Insti. de re. diui. §. naturalē. videntur enim adhuc in nostra custodia remanere. d. l. 3. §. Nerua. de acqui pos. Et ex quo nostrę remanēt, possumus, etiā inuito vicino, intrahere domū, vel agrum suum pro eis recuperandis, ar. ÿ. ad exhi. l. thesaurus. & de dam. infec. l. hoc amplius. §. Alphenus. imò, & agere rei ven. contra detinentem. ÿ. de rei vendica. l. idem Pompo. scribit, si frumentum. §. de arbore. Nec ob. quòd imò dominus fundi posset prohibere ingressum. Insti. de re. diui. §. apium. ver. planè. quia ibi loquitur in prosequente, quod suum non erat.

Ex l. Veniunt.

SVMMAE.

1 *Filij, vel nepotes repudiantes bona paterna, vel eius hæreditatem, an possint admitti ad feudalia, vel emphyteotica.*
2 *Cohæredes possunt inter se diuidere rem emphyteoticam, etiã irrequisito domino.*
3 *Superficiaria, & similia nostra existentia ratione vtilis dominij veniunt nobis adiudicanda, non diuidenda.*
4 *Res aliena bona fide possessa venit in iudicio fam. ercisc.*
5 *Partus ante aditam, post, & hæreditate iacente, venit in iudicio fam. erciscundæ.*
6 *Hæreditas non appellatur propriè, nisi dum iacet.*

L. Veniunt. ¶Res hæreditariæ, vel hæreditati debitę vtiliter, vel directò, principaliter, vel accessoriè veniunt in hoc iudicium, etiã quæsitæ ab hæreditario seruo. hoc dicit cũ duabus seq. & princ. seq. vsque ad §. res, quæ. ¶Super ver. [res] s. alienæ. ¶Super ver. [vsuceperunt]. i. vsucapere compleuerunt cum defuncto, qui receperat bona fide ex titulo habili ad dominium acquirendum. ¶Super ver. [hæ quoque res] etiam alienæ. ¶Super ver. [hæredibus] Intellige tanquã hæredibus. & sic non obst. ʒ. si cer. pet. l. eius, qui. 2. respõso. vbi negatur hoc iudicium; quia ibi non recepit, vt hæres, vt ibi not. vt autem iudicium locum habeat, oportet, quòd recipiat, vt hæres. ʒ. eo. l. qui erat. l. & puto. §. sed si dolo. & l. inter cohæredes. §. fructus. Fallit in filio, qui recipit etiã non vt hæres. ʒ. eo. l. hæredes. §. si filius. & C. eo. l. certum. Nam & alia multa in filiis specialia sunt. C. de fideicom. l. cũ acutissimi. C. de insti. & subst. sub con
1 di. fac. l. generaliter. & not. in d. l. certum. C. eo. † Et hæc vtilia sunt, an filij, vel nepotes repudiantes bona paterna,
2 vel eius hæreditatẽ, possint admitti ad feudalia, vel emphyteotica. Bar. tenet quòd sic, in l. quod dicit. de verb. oblig. & in l. iurisiurãdi. §. si liberi. de ope. lib. & ita de facto consuluit, & incipit consiliũ D. Donatus. &c. idem in effectu concludit Bart. post multa in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. In contrarium videtur casus in vsib. feud. in tit. an agna. vel filii def. poss. feud. ret. repud. hæred. &c. in c. j. hanc quæst. reassumit Ioan. And. de proba. in c. in præsentia. super glo. j. in ver. naturales. in nouella. vide etiam circa hãc quęst. Guil. in Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. 158. ¶Super ver. [quas alienas]. hoc videtur clarè probari, quòd etiam res alienæ in hæreditate inuentæ debeant poni in inuentario. Ad idem l. non tantùm. in prin. ʒ. de peti. hæred. Et aduerte, quia litera dixit in l. itẽ [nisi patrimonij] nã loquitur ratione directi dominij. Et quod subditur [sed &] aduersatur ad dñium circa ea, quę nõ sunt nostra iure directi dominij, non autem aduersatur ad patrimonium. ¶Not. hoc iudicium competere etiam pro re
2 superficiaria. ¶Not. † quod cohæredes possunt inter se diuidere rem emphyteoticam, etiã irrequisito domino, facit quod not. C. eo. in l. si familię. Posset tamẽ dici, quòd hic loquitur de alienatione necessaria, de qua statim. ʒ. eo
3 dem l. alienationes. Et aduerte, quòd ista † superficiaria, & similia, quæ nostra sunt ratione vtilis dominij, veniunt adiudicanda, non diuidenda. ʒ. tit. j. l. communi diuid. in princ. Et quæ sit ratio, ibi dicetur. ¶Nota etiam, quòd
4 †res aliena à defuncto bona fide possessa, etiam venit, quod intelligo de possessa cum titulo, vel sine titulo. Contra, videtur. ʒ. eo. l. hæres. §. quod pro emptore. Sed respõde,
5 vt ibi no. ¶Not. etiam, quòd venit † partus ex hæreditaria ancilla cõceptus post aditam hæreditatem, & ante lit. contest. & etiam post, quod extenditur etiam ad acquisita per seruum hæreditarium, quod intellige quęsita post aditam, vel ante aditam hæreditatem. Et idem esset, si viuo testatore; quia quæsitum fuit ei. ʒ. eo. l. Mæuius. §. seruus.
6 Et ex isto ver. no. † quòd appellatur hæreditas, etiã post illam aditam, quod improprium videtur; nam non appellatur propriè hæreditas, nisi dum iacet: postea appellatur patrimonium. l. sed & si plures. §. filio. ʒ. de vulg. & pupil. & l. prima. §. veteres. de acquir. possess. Sed dic, quòd hic loquitur habito respectu eius, quod olim fuit, vt not. in simili in l. eius, qui in prouincia. ʒ. si cer. pet. vbi glo. super ver. imò. voluit, quod licèt aditione vnius hæredum confirmetur testamentum. l. testamento. ʒ. de manu. testa. tamẽ pro parte aliorum nondum adeuntium non desinit esse hæreditas, videte glo. ¶In glo. j. super ver. [§. j.] vult allegare. §. quòd si pro emptore. vbi res per hæredem vsucapta non petitur petitione hæreditatis, sed rei vend. & quę sit ratio diuersitatis, dic, quòd ratio est; quia solus hæres habet rei vend. suo nomine; ergo cessat petitio hæreditatis. Ita cõsueuit ibi notari. & ĩ l. sed si lege. §. pe. eo. ti. &c.

ADDITIO.

2 ¶Admitti ad feudalia. Adde ad hanc materiã, nunquid possit feudum retineri, hæreditate repudiata, & nunquid hæreditarium sit feudum, & pro eo hæreditatis petitio cõpetat, & veniat in fideicõmisso, & in diuisione hæreditatis, Alex. in cons. 19. incip. Super eo. in 5. vol. per tot. consiliũ. Quid de bonis emphyteoticis, nunquid in actionem familię ercisc. uenire habeant, & sic in diuisionẽ hereditatis, ui de Alex. in cons. 11. incip. Ponderatis his. in 5. uol. num. 4.

Ex l. Et post. §. Res, quæ.

SVMMAE.

1 *Alienatio rei restitutioni subiectæ, licèt valeat isto iure, semper tamen transit cum sua causa.*

§. Res, quę sub. ¶Res hęreditaria, recessura tamen ab hæreditate, venit in hoc iudicium cum conditione, & causa sua. hoc dicit. ¶Vel sic. Res alij legatæ sub conditione, & statuliber possunt in hoc iudicio alteri cohæredi adiudicari: existente tamen conditione, adiudicatio nulla efficit. hoc dicit ad literam. ¶Super ver. [hæreditatis est] cum tamen adita erit hæreditas, dicentur propria hæredis. ʒ. de vulg. & pupil. l. sed si plures. §. filio, & l. prima. §. veteres. de acquir. poss. ¶Not. hic, quòd † licèt isto iure secun-
1 dùm aliquos teneret alienatio rei restitutioni subiectæ, (quod Dy. dixit verum in alienãte ignorãte: secus in sciẽte, per l. fi. §. fin. de leg. 2.) semper tamen res transibit cũ sua causa, vt hic, videte glo. ¶In gl. in ver. quòd allegatur [voluntariæ autem] &c. hæc veritas de iure nouissimo, hic, & meliùs in Auth. res, quæ. ibi posita. teneamus istam glo. ¶In glo. 2. super ver. [quantũ ad commodum.] hoc dicit; quia aliàs non potest propriè reuerti, quod fuit continuò apud eos. ¶In glo. vlt. nihil aliud habetur.

Ex l. Alienationes.

SVMMAE.

1 *Alienatio vbi prohibetur à lege, intelligitur de voluntaria, non necessaria.*
2 *Vitium litigiosi non pertinet ad alienationem necessariam, quę habet causam de præterito.*
3 *In alienatione necessaria non requiritur aliquod ministerium iudicis.*

4 Probi-

4 *Probibitum generaliter videtur permitti ex causa.*
5 *Statuto probibetur arrengari de noua collecta imponenda, non incidit in pœnam proponens propter bellum, vel aliam necessitatem.*
6 *Statutum efficitur non statutum propter necessitatem.*
7 *Lex debet esse possibilis, & honesta.*
8 *Vbi maius periculum, ibi est cautiùs agendum.*
9 *Probibitio alienationis rei litigiosæ nõ comprehendit alienationem necessariam.*
10 *Reo, qui iudicio pendente, acquisiuit dominium, non obstat vitium litigiosi, quin possit alienare.*
11 *Optio litis, vel receptio probationum illius, qui dicit se canonicè tenere duas curas, an impediat conferentem, ne conferat.*
12 *Vitium litigiosi non impedit vsum possessionis.*
13 *Eligere potest, qui est in quasi possessione, pendente quæstione de proprietate iuris eligendi.*
14 *Priuilegium merè personale licèt non possit transferri: hoc tamen non est verum, si transferatur ex necessitate.*
15 *Filiusfa. potest alienare peculium aduentitium delinquendo.*
16 *Quando alienatio fit in pœnam, non dicitur ille, sed lex alienare, & eum priuare.*
17 *Filius inuadens rem peculij aduentitij, an priuetur dominio.*
18 *Alienatio, quæ fit pro sententiam, dicitur voluntaria ex parte eius, qui prouocauit, secus ex prouocati parte.*
19 *Fundum regulariter non potest alienari.*
20 *Monachus effectus, qui erat tabellio, licèt non possit exercere officium tabellionatus, complebit tamen veteres contractus.*
21 *In alienatione necessaria an requiratur consensus substituti, vel alterius, ad quem res fortè peruentura erat.*
22 *Alienatio necessaria intelligitur non modica.*
23 *Lex loquens de effusione sanguinis, intelligit de non modica.*
24 *Lex loquens de debitore, intelligit, de non modico.*

L.Alienationes. ¶ Lite conte. in hoc iudicio, prohi
betur voluntaria alienatio in iudicio rerũ deductarũ, nõ
necessaria. h. d. ¶ Vel sic. Pendẽtia litis nõ impedit alie-
1 nationem iuris, & de iure. h. d. ¶ Not. ergo, quòd † vbi à
lege prohibetur alienatio, intelligitur de voluntaria, non
de necessaria. facit. j. de mann. testa. l. qui potuerunt. in
ratione sui, & de fideicom. li. l. cum fidei. Et ex hoc infer-
2 tur † aliquid, quòd vitium litigiosi non videtur pertinere
ad alienationem necessariã, quæ causam habet de præte
rito, facit. s. de peti. hære. l. Diuus. & qd statim dicã super
glo. Item not. hic tex. in ver. [habent necessariam.] in fi.
3 † qui videt satis innuere, quod isto casu alienatio permit
tatur absque aliquo ministerio iudicis, cuius cõtrarium
sentit tex. in l. Diuus. s. de peti. hæredi. in ver. concessurũ.
puto de vrbanitate requiri, non de necessitate. ¶ Itẽ not.
4 hic, † quòd generaliter prohibitũ videtur ex causa per-
5 mitti, & sic facit, quòd si per statutum est † prohibitum
proponi, vel arrengari de noua collecta imponenda sub
pœna, proponens propter guerram, vel aliam necessita
tem superuenientem, non incurrit pęnam, vt hic. Pro hoc
etiam; † quia propter necessitatem statutum efficitur nõ
6 statutum; quia continet impossibilitatem, quod esse non
debet; quia lex † debet esse possibilis, & honesta.
7 s. de iusti. & iu. l. 1. & de legi. l. 1. & ita voluit Cin.
in addi. d. l. Diuus. pro quo facit. j. man. l. si hominem, & d. l. qui non potuerũt. de manu te. Et quia absurdum esset tale statutũ publico fauore factum interpretari contra publicam vtilitatem, videte modo gl. ¶ In
glo. 1. ibi. [§. petitam] meliùs facit. l. sed si lege. §. si autem. eo. tit. & C. de peti. hære. l. 1. quod est verum in iudicio vniuersali, vt hic, hodie in reali fit litigiosa per solam citationem. C. de liti. l. 1. & Auth. ibi posita. Sed in personali non, nisi per lit. conte. Fallit si in personali quæratur de dominio. j. de aqua plu. ar. l. quanquàm. §. Iul. ¶ In ea. glo. ibi [singulari iudicio] vbi demum post lit. conte. impeditur alienatio. Et ratio diuersitatis est; quia in hoc iudicio plura deducuntur, quàm ibi, & sic est hic
8 † maius periculum, quàm ibi, ergo cautiùs agen. l. 1. §.
sed & si quis. de Car. edic. & c. vbi periculum. in prin. de ele. in 6. Et ad eius declarationem vide Cin. in l. 1. hic allegata. ¶ In fin. gloss. illud videbatur etiam obstare continuãdo legem istam ad superiora, scilicet, quia subiacebat restitutioni. l. vlti. §. fi. & Auth. ibi posita. C. communia de le. ¶ Et ex his. s. tex. coniuncta gloss. no.
9 † quòd prohibitio alienationis rei litigiosæ non compre
henderet alienationem necessariam, vt hic. & l. is, à quo. & l. se. s. de rei vendi. ita dicit Inn. de consti. c. cum. M. in glo. pe. Item talis prohibitio alienationis rei litigiosæ fit tantùm litigantibus, idest actori, vel reo. C. de liti. l. 2. secũdùm Bernar. in d. c. cum. M. in gl. fi. in fi. Et ideo talis
10 res poterit alienari à tertio sine vitio litigiosi. † Cui adde,
quòd reo, qui iudicio pendente acquisiuit dominiũ, non ob. vitiũ litigiosi, quin posset alienare, & ideo debet cauere de facto suo. Ita probatur. s. de rei ven. in l. si post acceptum. Et ratio est; quia actio præposita alterauit suã naturam; quia vbi erat realis, est effecta personalis ad dandum, & ideo non impeditur alienatio, ar. ad hoc. C. de dona. quæ sub modo. l. 1. & ad istud vide Inno. de restitu. in inte. in c. 2. Adde quod ipse dicit de elec. in c. dudum. il
11 2. & in glo. intitulatam. vbi declarat, † an optio litis, vel
receptio probationum illius, qui dicit se canonicè tenere duas curas, impediat illum, ad quẽ spectat collatio, alij
12 conferre. Adde etiam, † quòd licèt vitium litigiosi impe
diat alienationem: non tamẽ impedit vsum possessionis,
13 vel quasi. l. chirographis. §. fi. de admi. tu. † Et ideo pen-
dente quæstione de proprietate iuris eligendi, ille, qui est in quasi possessione, potest eligere. Ita no. Compo. in d. c. cũ. M. facit quod no. vt lit. pen. in c. 1. & quod in simili no. Innocen. de censi. in c. venerabilis. ¶ In gloss. 2. in fin. vel pone exemplum, quando res erat tempore peritura, vt d. l. Diuus. ¶ Extra not. consideratione huius legis de necessitate, &c. quia facit ad multa. Primò per hanc
14 legem potest inferri, quod † licèt priuilegium merè perso
nale non possit per cessionem in alium trãsferri. l. ex pluribus. j. de admi. tu. & l. 1. C. de priuile. do. hoc tamen sit verum, nisi translatio fiat ex necessitate. Facit. C. de pri-
15 ui. fis. l. 3. & l. fi. facit, † quòd fil. fa. possit alienare pecu-
lium aduentitium delinquendo; quia ista est quædã alienatio necessaria, vt no. gl. in l. sed & si condemnatus. s. de noxa. vide, quod ibi dixi, quod tangit Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus j. de dam. infec. in 6. q. Plus dicitur alibi, & distinctio huius legis inter voluntariam,
16 & necessariam non habet locum, quando † lex alienat in
pœnam, & sic non dicitur ipse alienare, sed lex ipsa eum priuari facit. Facit in ar. l. 1. §. fin. cum. l. seq. j. de re.
17 eo. Et hoc est vtile ad aliam quæstionem, † an filius inua
dens rem peculij aduentitij, priuetur dominio. & Iac. de Are. dixit, quòd sic. Nec ob. quòd filius nõ possit alienare. l. fi. §. filij aũt. C. de bo. quæ li. quia respondet, vt dixi, ꝙ tũc ipse filius nõ alienat, sed lex eũ priuari facit, & tũc res efficitur patris pleno iure, si ipse pater possideret. Si autem filius, remanet patri saluũ ius vsusfructus, ar. l. si
postula-

ſtulauerit.§.iubet.ʒ. de adul. Et de iſta quæſtione vide per Ci.in l.ſi quis in tantam.C. vnde vi .¶ Adde etiam,ꝙ
18 alibi appellatur† alienatio voluntaria, quæ fit per ſententiam,quando quis prouocat ſocium ad diuiſionem;habet enim tunc ſententia,quæ fertur, eius conſenſum, vnde appellatur voluntaria, quò ad eum, ſecus quò ad prouocatum; quia non dicitur quò ad illum habere conſenſum, & ideo appellatur neceſſaria, caſus eſt in l.& ideo. poſt prin.ʒ.de condi. fur. Poſſet tamen dici, qđ illud eſt, quò ad ſuam materiam,de qua ibi.¶ Extra per iſtam legem dicit Guil.in Spe.de feu §.quoniam.verſi. 40.quæri
19 tur. † quòd licèt feudum non poſsit alienari, de prohi. feu.alie.c.Imperiali. extra de loca.c. ſi.tamen delinquen
a do a poteſt; quia eſt alienatio neceſſaria, vt hi.,& l.peto. §.prædium.de le.2.& ibi latè proſequitur, an tranſeat in filium, vel reuertatur ad dominum, de quo Bart. tangit in d.§.ſi de vectigalibus.¶ Alibi etiã dixit per legem iſtã
20 in ti.de ſta.mo. ver. 27. quòd licèt † monachus effectus tabellio non poſsit exercere tabellionatus officium, & ſic nouas rogationes aſſumere: veteres tamen complebit,& hoc ſimpliciter ſequitur Io.An. de hær.in c. vt offi
21 cium.li.6.in glo. per hanc literam. ¶ Extra, an † in iſta alienatione, vel ſimili requiri debeat conſenſus ſubſtituti, vel alterius, ad quem res fortè peruentura erat, vide aliquid per Bar.in l.in diem.de aqua plu.ar.latiùs in l. alio. de ali.& ciba. lega. vbi declarat de venditionibus, quæ quotidie fiunt per exequutores vltimarum volunta
22 tum. ¶ Vltimò regula † iſtius legis videtur reſtringi ad alienationem non modicam, per ſimile quod notat glo.
23 de ſen.excom. in c.cum illorum, quæ dicit quòd † lex loquens de effuſione ſanguinis, debet intelligi de non mo
24 dica.Item lex† loquens de debitore,debet intelligi de nõ modico debitore.Ita notat gloſſ. in Auth. minoris.C.qui dari tu.poſ.& in Authen. ſed iam neceſſe. de dona. ante nup.ad quod bene facit.l.omnino.ʒ.de impen. & l.virũ. ʒ.de dona.inter vir.& vxo.

ADDITIO.

a ¶ Delinquendo poteſt. Aduerte, quòd in alienatione generali non venit feudum, quod ſine domini conſenſu alienari nequit, Alex in conſil. 158.inci. Viſo dicto themate.in 2. volum.fol. 18.Nunquid tamen iura feudalia, quæ non erant tranſitoria ad extraneos hæredes, ſed ad filios tantùm, poſsint tranſire per ceſsionem in alium extraneum, vide Pau.de Caſt.in conſil.93.in 2.vol.verſ. iura dicti Franciſci.

Ex l. Sed & ſi.

SVMMAE.

1 *In hoc iudicium fam.erc. licèt veniat res hæreditaria tradita: non tamen venit contra hæredem vſucapta.*

2 *Iudicium fam.erc.ſicut redditur inter plures poſsidẽtes ſimul, ita & inter plures proprietarios non poſsidentes.*

L. Sed & ſi. ¶ Res hæreditaria vſucapta per extraneum non venit in hoc iudicium poſtea inchoatum, licèt pendente lite fuerit completa.h.d.¶ In tex.ibi[vſucapio].ſ.rei hæreditariæ.¶ Super ver.[cępta].ſ.extraneo poſsidente titulo, & bona fide, & hoc tollit contrarium.¶ In tex.ibi[ante lit. cont.]in hoc iudicio diuiſorio. ¶ Super ver. [iudicio].ſ. iſto. ¶ Super ver. [ſubducit]quia deſijt eſſe hæreditaria, & communis,ſimile in ſententia,vt ʒ.de excep.rei iudi.l.
1 ſi mater.§.idem Iul. vbi glo.¶ Not. ergo † quòd licèt in hoc iudicium veniat res hæreditaria tradita.ſ.e. l.veniũt.
2 non tñ contra hæredẽ vſucapta,vt hic. ¶ No. ſecundò†ꝙ ſicut hoc iudicium redditur inter plures poſsidentes ſimul.ſ.eod.l.j. ita & inter plures proprietarios non poſsidente,vt hic.Inter poſsidentem autem,& non poſsidentẽ non reddit iudiciũ ex quodã ordine,ſi opponatur.ſ.eo.l.1. Et idẽ in quolibet iudicio diuiſorio,vt not.hic; nã dr̃, ꝙ ſi non eſſet completa vſucapio,pendente iudicio iſto,veniebat in hoc iudicium, & tñ extraneus eã poſsidebat,& hoc ideo contingit; quia hæreditariũ erat, & iure dñij pertinuerat ad defunctum.¶ In ſi.gl.ibi [ſolue vt ibi] nam ibi loquitur in re hæreditaria poſſeſſa per hæredem: hic poſſeſſa per extraneum

Ex §. Vſusfructus.

SVMMAE.

1 *In vſufructu cadit diuiſio non reſpectu iuris, ſed commoditatis,& vſus.*

§. Vſusfructus. ¶ Vſusfructus cõis inter cohæredes ex cã hæreditaria venit in hoc iudiciũ.h.d. in effectu cũ ſe. & prin. ſe.vſque ad §.Iul.ait. ¶ In l. & puto. ſuper ver. [morem eis]ſm ſtylũ iudiciorũ,vt no.ſ.de rei vẽ.i l. ꝙ ſi poſſeſſor. &.ʒ.eo.l. fundus.§.ſi ego.& ſ.in procemio in §.hos igiť.
1 ¶ No.† ꝙ in vſufructu cadit diuiſio, qđ intellige non reſpectu ipſi' iuris,ſed cõmoditatis,& modi vtẽdi, facit.ʒ. de peri.& cõmo.rei ven.l.neceſſariò.§.ſi. Videte gl. ¶ In gl.1.ꝓ intelligentia gl. præmittit hic duplicẽ literã, & i effectu vult ita opponere, aut fuit vſusfructus relict' hrđibus,& tũc capiũt iure proprio, & nõ hrđitario,& iõ non venit in hoc iudiciũ.l.hæredes.§.quod pro emptore.ʒ.e. Aut fuit relictus teſtatori:& tunc non venit, quia finitus fuit morte. Et propter hoc dicit, quòd hic fuit relictus Titio,& hæredibus; tunc enim videntur capere iure hæreditario, & venit in hoc iudicium.

L. Et puto. ¶ Hic habetis vnam gl. adducentem concor. nil aliud.

Ex §. Iulianus ait.

SVMMAE.

1 *Menti ſtatur, quando verba etiam per improprium ſignificatũ poſſunt trahi ad mentem.*

2 *Verba ſententiæ trahũtur ad improprium ſignificatum, vt ſententia valeat,& non pereat.*

§. Iulianus ait. ¶ In hoc iudicio iudex poteſt adiudicare uni proprietatem, alteri vſumfructum fundi, & ex tempore,& ad tempus:& non communicatur vſusfructus,quãdo adiudicatur vni fundus,alteri vſusfructus.h.d.cũ ſeq. ver. ¶ Super ver. [ſi alij] ſcilicet cohæredi. ¶ Super ver. [vſumfructũ]ſcilicet ille, cui adiudicauit,habebit vſumfructum totum,alius nudam proprietatem. ¶ Super ver. [poteſt]vni cohæredum in hoc iudicio.Nec ob. ſupra de vſufru.

vsufru.ca.re.quæ vsu.consu.l. in stipulatione. vt ibi nota. ¶No.hic casum limitantem.l.si alij. de vsuf. le. quia ibi loquitur in legato: hic autem in sententia, & sic illa lex non habet locum in sententia: adde tamen quod statim dicam super glo. ¶Videte gloss.quæ est super ver. non cō
1 municari. ¶No.ex ista gloss.singulariter,† quòd vbi mēs pōtest probari, si verba possunt trahi ad mentem, etiam per improprium singnificatum, statur menti, & pro hoc videtur casus in l. iurisgentium. §. quod ferè. secundùm vnam lec.ff.de pac. ¶Alibi Ci. allegat singulariter istam
2 gl.† quòd verba sententiæ trahuntur ad improprium significatum, vt sententia valeat, & non pereat. Ita allegatur per Cin. in l. 1. C.de anna.excep.in additione, pro quo bene facit quod no. j.de iureiuran.in l.sed & si possessori.§. sed & si rerum.

Ex §. Id, quod amnis.

SVMMAE.

1 *Iudicium potest dici esse simile homini; quia crescit, & decrescit. Sic peculium.*

§. Id, quod amnis. ¶In hoc iudicio venit incrementū alluuionis.h.d. Vel sic.In hoc iudicio veniunt res
1 principales, & accessoriæ. h. d. ¶No.ex tex. cum gl.† ꝙ iudiciū pōt dici esse simile homini; quia crescit, & decrescit.Sic & dicimus in peculio j.de pecu.l.peculium nasci tur. ¶Item no.istum casum propter incrementa, quæ cōtingunt rei petitæ, iudicio pendente ad rem illam.

Ex §. Sed si dolo.

SVMMAE.

1 *Fratres duo tenentes post mortem patris hæreditatem indiuisam, quando ambo negotiantur, & lucra communicant, præsumitur inter eos contracta societas.*
2 *Pater si obligauit se pro filio, qui deliquerat, ne puniretur, & demum soluit, an alij fratres, mortuo patre, potuerunt agere contra istum fratrem.*
3 *Cautela, quando pater soluit, & impendit multa pro filio aliquo, vt prouideat alijs.*

§. Sed si dolo. ¶De commisso dolo, vel culpa hæredis tanquàm per hæredem, habetur ratio in hoc iudicio: secus si viuo testatore quædam amouerit. h. d.tex.iste singularis, & notandus in sua materia vsque ad §.si seruus. ¶Super ver. [in iudicium] famil.ercis. ¶Super ver. [quis] scilicet hæres. ¶Super ver. [fecit] non solùm in vsufructu, vt ff. ¶Super ver. [pecuniam] scilicet testatoris viuentis. ¶Super ver. [eam] scilicet pecuniam, sed actio, quæ competebat defuncto, sic. ¶Super ver. [erat.] No.& hic declara, vt j. eod.in l. qui erat. ¶Super ver. [vbi autem quis] scilicet cohæres. ¶Super ver. [teneri] alteri cohæredi. ¶Super ver. [cum] scilicet dolum, vel culpam committentem. ¶Super ver. [deleuerit] mortuo testatore tanquam hæres. ¶No. regulā ibi [sic ta
1 men quasi hæres] &c. allegatur enim, † quòd quando duo fratres tenentes post mortem patris hæreditatem in diuisam, ambo negotiantur, & lucra communicant, quòd
2 præsumatur inter eos contracta societas; illa enim non veniunt ex natura hæreditatis simul retenta; quia nec ve nirent in iudicio famil.ercifcun. vt hic allegatur per Bar. in l.Titium, & Mæuium.§.altero.j.de administ. tuto.tan gitur in l.si patruus.C. communia vtriusque iudi.aliquid etiam in tractatu de duobus fratribus. ¶Allegatur etiam
2 iste tex. hic in ver. [& ideo] † quòd si pater obligauit se pro filio, qui deliquerat, ne puniretur, demum soluit, non poterunt alij fratres, mortuo patre, agere contra istū fratrem fam.ercis.vt tale solutum recuperent; quia gestū fuit, antequam essent cohæredes, vt hic; nec enim potest dici negotium hæredita. viuente patre. l. 1.ff.de hære.vel act. ven. sed videtur competere nego. gest. quasi vtiliter gestum fuit negotium filij, & sic compellatur habere ratum. Fertur Albericum Papien. hic tenuisse illum filium fratribus non teneri; quia ex quo pater obligationem suscepit, potiùs dicitur pro sua obligatione soluisse, quā alterius; communiter enim illa sequeretur hæredes, ex quo personalis fuit. j.de act.empt. l. si. nam si non soluisset, hæredes tenerentur pro portione hæreditaria, secundùm l.primā.C. si cert.pe. Nec est verum hæredibus aliquam actionem proditam, cum pater non habuerit animum aliquem sibi obligandi; suo enim timori prouidit. l.isti quidem.in fi.ff.quod me.cau.Et de hac.q. facit Ioa. An.mentionem in Spe. de iudi. §. sequitur.in additione, quæ incipit. quid si pater obligauit se pro filio. vbi sub
3 dit, quòd † vbi quantitas est notabilis, & ex notabili culpa filij prouenit, parentes nostri temporis prouident reliquis filijs prælegando, & sic tollunt istam disputationem.gl.sunt literales.

ADDITIO.

a ¶Præsumatur. Adde ad hanc practicabilem materiam, an præsumatur societas contracta esse inter fratres, si vnus ex pluribus fratribus pupilllus fuerit, Alexand. in consil. 49. incip. Maturè ponderatis. in primo volum. Et nunquid, viuo patre, tacita societas inducatur inter fratres communiter habitantes, & negotiantes, vide eundem Alexand. in cons. 138.incip.Ponderatis his.in 5.volum. vide pulcrè per Paul. de Castr. quomodo contrahatur societas inter fratres, & patrueles, in consil. 367. in 2. li. per tot. consil. vbi sub paucis enucleat hanc totam materiam.

Ex §. Item si seruus.

SVMMAE.

1 *In libello vbi inseritur talis causa, quæ potest parere diuersos effectus, debet in libello exprimi causa.*

§. Item si seruus. ¶Iste.§. hoc intēdit. Cohæredi, cuius res ꝑ seruum hæreditarium est subtracta, fit adiudicatio serui, vel solutio simplicis æstimationis rei ablatæ per hanc actionem.h.d.ad literam. ¶Super ver. [& communi di.] nec ob. j. eod. l. inter cohæredes. in princ. vt ibi not. ¶Super ver. [cessare] scilicet aduersus cohæredes. ¶Super ver. [adiudicetur] pro parte conuenti, & sic quasi noxalis. ¶Super ver. [in simplum] pro parte sua tantùm, non in solidum, ar.ff.de noxal.l.cum seruus. ¶Et dicit hic Odof.quòd varia prodita sunt remedia hic, & in parte ꝑcedēti, ꝙ vbi † in libello inserit talis cā, quæ possit parere diuersos effectus, deberet exprimi i libello cā, vt patet, cum vnus hæredū dedit damnū in re hæreditaria, & petitur cōdemnari; hic enim sunt duæ actiones, Aqui. & famil.

mil.erciſ.vnde poteſt peti, quòd declaretur, qua agatur, ſecundùm no.in l.1.ſ. de eden.

L.Damno commiſſo.

¶Hæres ratione damni à ſe commiſſi in re hæreditaria, tenetur cohæredi ad ſimplum.hoc dicit. ¶In gloſſ. vnica.ibi [l. ſi ſeruus communis.in fin.] Hoc non videtur verum, niſi hæres fecerit tanquàm hæres. Nec obſt.illa.l.ſi ſeruus cõmunis.quia loquitur in ſeruo communi,vt dixi.ſ. eodem in l. veniunt.& in l.& puto.§.ſedet ſi dolo. & not.ȷ̃. eod. in l. quierat. nihil aliud habetis.

Ex l.His conſequenter.

SVMMAE.

1 *Seruus de facto ſuo interrogari poteſt.*

2 *Seruus non hæreditarius non eſt torquendus pro hæreditate.*

3 *Ad intereſſe tenetur, qui ſpernit rationabilem proteſtationem.*

4 *Dominium, facta electione, tranſit in legatarium, ſi legatur electio ſeruorum teſtatoris, ſecus ſi legetur optio ſeruorum hæredis.*

L.His conſequenter.

¶Pro ſeruo optato contra denunciationem legitimam locum habet exceptio.hoc dicit. ¶ Vel ſic. Si hæres habens electionem vnius ſerui ex pluribus teſtatoris, eligat ſuſpectum de corruptione teſtamenti, petitur per cohæredes doli exceptione repelli. hoc dicit. ¶Super ver [Stichum] hæreditarium. ¶Super ver. [vel corrupiſſe] &
1 ſic de facto † ſuo interrogabitur ſeruus, quod fieri poteſt. C.de quæſtio.l.interrogari. ¶Super ver [& propter
2 hoc] † quia ſeruus non hæreditarius non eſſet torquendus,vt ȷ̃.de quæſtio.l.1.§.Diui fratres. ¶Super ver.[denunciauerint] cohæredi, cui optio ſerui erat relicta. ¶Super ver. [ſeruus]ſcilicet Stichus. ¶Super ver. [optatus]ſcilicet Stichus idem ſeruus. ¶ Super ver. [vendicetur] per cohæredem, cui optio prælegata fuerat. ¶Super ver. [poterunt] cæteri cohęredes. ¶Super ver. [vti] contra hæredem vendicantem Stichum electum à
3 ſe.¶Super ver.[de ſeruo]ſcilicet Sticho. ¶ Not. † quòd qui ſpernit rationabilem proteſtationem, tenetur ad intereſſe,ita Bald. allegat.¶No. hic apertè in ver.[vendi-
4 cetur] quòd vbi legatur † electio ſeruorum teſtatoris, facta electione, tranſit dominium in legatarium: quod ſecus eſt, ſi legetur optio ſeruorum hæredis.l.nec ſemel diẽ ȷ̃.quando di.leg.ce.& l.Iul. & quod ibi no. & l.ſi optio. ȷ̃.qui & à qui. Videte.glo. ¶In glo denunciauerint. ibi.[nam idem,& ſi non denunciauerint] per ea,quę no. in l.ſeruus vni.& l.ſeruo legato.§.ſeruus.de lega.1.vbi vide,& facit.ſ.eo l.Pompo.& de leg.1.l. ſerui electione.& quod ibi not. per Dy.

Ex §.Sed an in familiæ.

SVMMAE.

1 *Separatorum debet eſſe ſeparata ratio.*

2 *Suſpectus de morte teſtatoris, vxoris, vel liberorum non repellitur ab hac actione.*

3 *Licèt quis interfecerit vxorem, vel liberos teſtatoris, non per hoc iudicatur indignus eius ſucceſsione.*

4 *Fratres ſi ſint duo, ex quorum vnus interficiat patrem, portio eius non confiſcatur, ſed fratri applicatur.*

5 *Statuto ſtante, quòd debeat fieri inſinuatio teſtamenti, an illa non facta, repellatur hæres petens hæreditatem.*

6 *Iuri accreſcendi quomodo ſit locus, ſi portio deficiat ipſo iure, vel ope exceptionis.*

7 *Hæres an priuetur ſucceſsione ipſo iure ratione delicti ab hærede in defunctum commiſsi.*

8 *Exceptio, q̃ hæres ſit indignus, an poſsit opponi per priuatam perſonam.*

9 *Si quis inſtituat filiũ ſpuriũ ſibi hæredẽ, propinqui, & cognati defuncti non põt aliquid dicere ſpurio, nec iure actionis, ſi ipſe poſsideat, nec iure exceptionis, ſi ipſi poſsideant; fiſcus enim ſolus poteſt mouere controuerſiam.*

Et an per ciuitatem.nume. 10.

11 *Excipi an, & quando liceat de iure tertij.*

Et præſertim, ſi ius eſt iam quæſitum apud tertium, numero. 12.

13 *Fiſcus non poteſt ſe opponere hæreditati, quando per malos mores quis efficitur incapax.*

§.Sed an in familiæ.

¶Cõtra agentem famil.erciſcun. non poteſt per cohæredem obijci indignitas, per quam dicat hæreditatem pertinere ad fiſcum, vt per hoc impediatur iudicium diuiſoriũ. h. d. ¶Vel ſic. Quæſtio de morte teſtantis,vel liberorum non venit in hoc iudicium.h.d.¶Super ver.[teſtatoris]illata forte ab eo, qui agit fami. erc. iudicio aduerſus cohæredes.¶Super ver. [hæredes] excipientes contra ipſum de morte prædicta.¶Super ver. [non pertinere]quia hoc iudicium eſt ciuile,quod nõ habet exceptionem criminis;
1 nam † ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio. l. maritus.C.de dona.inter vi.& vxor.vnde proceditur in iudicio iſto non obſtante exceptione prædicta;quia iudex debet dicere,nolo me de hoc intromittere. Ita dicit Odof. Vel põt dici,q̃ hoc ideo ſit;quia iſte excipit de iure fiſci, q̃d ius fiſci, q̃ñ opponĩt ad commodũ fiſci, eſt publicũ: ſe q̃ñ ad commodum priuati,non poteſt opponi, vt hic, quod eſt notabile. q̃d tñ declara, vt ȷ̃. dicetur. ¶Nota.
2 hic, † q̃ ſuſpectus de morte teſtatoris, vxoris,vel liberorum,non repellitur ab hac actione.¶Secundò magis no
3 tanter no.caſum, q̃ licèt † quis interfecerit vxorem, vel liberos teſtatoris, non per hoc iudicatur indignus eius ſucceſsione. Quod intelligo, antequàm fiſcus auferat,vt ȷ̃.dicã in gl. Et idẽ dico,ſi legitimus hæres defunctum occiderit.ȷ̃.de bo.dam.l.cum ratio. in fi. ¶Et aduerte; q̃a
4 Bart.dicit ibi, q̃ † ſi ſint duo fratres, & vnus interfecit prẽm,q̃ portio ſua non confiſcaĩ, ſed applicaĩ fratri,per l.1.& 2.§.fratris.ȷ̃.ſi quis aliq.teſta. prohi. quod vr̃ eſſe contra illum caſum hic; nam ſi applicaretur fratri, ergo conuentus diuiſorio poſſet excipere de iure ſuo:quod tñ iſta lr̃a negat.Nec ob.Auth.bona damnatorũ.C.de bo. proſcr.quia fiſcus non venit hic ratione capitalis condẽnationis,ſed ratione indignitatis. Videte gl.¶No.ſingulariter hanc gl.ad plura.Primò propter differentiã, quã facit,an ipſo iure,vel per ſniam,quã Bart.hic adducit ad
5 ſtatutũ, † q̃ debeat fieri inſinuatio teſtamenti,an illa nõ facta, repellatur hæres petens hæreditatem; quia ſi priuat ipſo iure, repellitur, aliàs non, ſecundùm Bartol hic.¶Facit etiã ad nota.in l.ſi duo patroni.in prin. ȷ̃.de
6 iureiur.ad illud † de portione deficiẽte ipſo iure,vel ope exceptiõis,q̃ño ſit locus iuri accreſcẽdi, de quo ibi dixi.
7 ¶Secundò ex iſta glo.notandum eſt,† q̃ rõne delicti ab

hærede commissi in defectum, non priuatur hæres successione ipso iure, licèt non admittatur ad lucrum ex pacto de dote lucranda. l. ab hostibus. §. 1. sol. mat. Ratio est; quia ab illo pacto de lucrando semper intelligitur dolus exceptus, facit infra mand. l. creditor. §. Lucius. ¶ Tertiò, quia in isto modo loquendi concor. alia gloss. in l. liberi. C. de epi. audi. sed in corpore, vt cum de appell. cognosci. §. si quis igitur. dicit, quòd ipso iure priuetur. ¶ Pro quarũ concordia dic, aut offensio tangit personam testantis, vt quia dum captum non redemit, vel furiosum, vel indigentem non nutriuit; & tunc ipso iure priuetur hæreditate. d. l. liberi. & d. §. si quis igitur. & ipso iure transfertur in eum, qui redemit, vel nutriuit eum: idem multò magis, si eum occidit, ar. d. l. indignũ. ¶ Aut testator non moritur culpa, vel facto hæredis, sed postea non vindicat defuncti mortem: tunc priuatur per sententiam, & ita intelligatur ista gloss. ¶ No. etiam istam gloss. dum dicit [à cohæredibus non
8 repellitur] quæ singulariter allegatur, † quòd hæredi, cui (vt indigno) potest auferri hæreditas, non potest per priuatam personam opponi exceptio, quòd sit indignus, nec ex hoc repelli, licèt fiscus hoc posset, & idem videtur sentire gloss. in l. sororem. C. de his, qui. vt indig. Et
9 per hoc dixit Ric. Mal. quòd si † instituat quis filium spurium sibi hæredem, propinqui, & cognati defuncti nõ possunt aliquid dicere spurio, nec iure actionis, si ipse possideat, nec iure exceptionis, si ipsi possideant; nam solus fiscus est ille, qui poterit ei mouere controuersiã. Bald. tamen dixit hic, quòd institutio est nulla ipso iure, per l. primã. C. de natur. liber. & arg. l. secũdę. C. de secun. nup. & infra de proba. l. qui testamentum. & de acqui. hæred. l. si seruus eius. et secundùm hoc non esset vera præcedens determinatio de spurio. Sed primum puto verius; quia titulum institutionis habet, sed priuari potest. l. ex facto. §. Iul. de vul. & pupil. Requiritur ista allegatio ad priuationem, quæ soli fisco competit, vt in hac gl. notabili. Et ita videtur sensisse Barto. in l. final. infra pro hærede. Alibi tamen Bal. dicit, quòd ista glo. quæ vult, quòd non possit esse controuersia, nisi inter fiscum, & indignum, sit vera, vbi fiscus hæreditatem emat. Nam postquam hæreditas est realiter applicata fisco, indignus agens potest repelli à quolibet possessore; quia penes eum non remansit, nisi solum nomen hæredis, d. §. Iul. Ita dixit in l. 1. C. si quis ali. te. prohi. ¶ Ad-
10 uerte tamen ad vnum, † quòd de iure communi ciuitates non possent istam. q. mouere, sed tantùm fiscus; quia non habent ius applicandi sibi, quod ab indigno est auferendum. C. de bo. va. l. 1. lib. 10. Quod est verum, nisi ciuitas haberet regalia à Principe, vt in vsib. feud. in tit. q̃ sint regalia. Vel nisi esset talis ciuitas, quæ non recognosceret superiorem; quia tunc ipsamet esset sibi fiscus. l. hostes. ꝟ. de capti. & ita obseruatur hodie de fa-
11 cto. ¶ An antè † de iure tertij, & quando possit excipi, tangitur in l. cum seruum quispiam. C. de serui. fu. & per Bar. in l. 1. de excep. rei iudi. & latè scripsi in l. loci corpus. §. competit. ꝟ. si ser. ven. ¶ Et ex prædictis videtur no-
12 tanter colligi, † ꝙ vbicunque potest: tunc possit, quando ius est apud tertium iam quæsitum: secus in iure quę rendo, de quo non potest allegari per tertium, vt hic. Adde etiam prædictis notabilem casum de hæret. in c.
13 cum secundum. li. 6. ¶ Vltimò extra glo. † ꝙ vbi propter malos mores quis efficitur incapax, non est locus fisco, casus est in l. 1. C. de secun. nup. Adde duos casus gl. in l. 1. C. de his qui. vt indig.

Ex §. Idemque erit.

SVMMAE.

1 *Iudex non debet pati voluntatem defuncti subuerti.*
2 *Quasi contractus reperitur in do, vt facias.*
Et contrahitur inter testatorem, & hæredem. num. 3.

§. Idemque erit. ¶ Voluntatem testatoris iudex in hac actione facit seruari, & ratione proprij interesse cõpetit, præscriptis verbis. h. d. cum §. se. ¶ Vel sic. Facta hæredibus iniuncta per testatorem, iudicis officio veniũt in hoc iudicio, & propter interesse in præscriptis verbis actione. h. d. ¶ Super ver. [fieri] per vnum ex pluribus hæredibus scriptis. ¶ Super ver. [agetur] per cohære-
1 des. ¶ † No. ergo iudici iniunctum, vt non patiatur voluntatem defuncti subuerti, sed potiùs exequutioni mãdari. & facit ad multa. Videte gloss. ¶ Super gloss. 1. ibi [solutio, vnus erat hæres] & ideo cessat iudicium, sed recurritur ad officium, & ita vide declaratum per glo. C. de his qui. vt indi. in l. non oportet. ¶ In gl. in verbo, præ-
2 scriptis. ibi [sed quasi contractum.] † No. quòd in do, vt facias, est dare quasi contractum. Contra quod tamen potest argui; quia in contractibus innominatis nõ videtur, ꝙ sit dare quasi contractus; quia illi nunquam perficiuntur, nisi interueniente vtriusque partis consen-
3 su, sed quasi contractus sic. ¶ Secundò not. † quòd inter testatorem, & hæredem dicitur celebrari quasi contractus, ex quo oritur præscri. verbis, de qua hic. Quod etiam videtur posse impugnari; quia aliàs sequeretur, ꝙ si vnus esset institutus, daretur præscri. verbis, quod tamen non est verum. ꝟ. de peti. hære. l. hæreditas. Præterea si esset quasi contractus celebratus, non posset per alterum tantum reuocari, & tamen testator potest reuocare. l. 3. ꝟ. de adi. le. Sed dic, quòd ista gloss. loquitur alio respectu. s. rõne aditionis hæreditatis sequutæ per hæredem, cui onus erat à testante iniunctum; quia adeundo accepat illud onus, & in hoc videtur quasi contrahere, vt in §. idem iuris. hic alle. & ꝟ. ex qui. cau. in pos. ea. l. apud Iul. in fin. Idem si sit onus, esset hæredibus iniunctum; nam vnus compellit alium famil. erc. vel præscri. uer. ad interesse. ꝟ. de an. le. l. Quintus. in prin.

Ex §. Sumptuum, quos.

SVMMAE.

1 *Iudicium famil. ercis. est bonæ fidei.*
2 *In iudicio famil. ercis. veniunt vsuræ à tempore moræ.*
3 *Differentia inter iudicium fam. ercis. & neg. gest.*
4 *Alter ex socijs potest compelli ad reficiendum rem communem iure actionis.*
5 *Circuitus sunt vitandi.*

§. Sumptuum, quos. ¶ In hac actione debentur usuræ à tempore moræ ratione sumptuum in re hæreditaria factorum: & pro liberando pignore conuentionali, vel prætorio (quia non potest pro parte liberari) potest cohæres hac actione cõpelli, vt partem sui debiti soluat. h. d. cũ §. Celsus. & cũ. §. cum vnus. ¶ Super ver. [fecerit] ad cõmodum hæreditatis. ¶ Super
1 ver. [moræ] quia istud † est iudiciũ bonæ fidei. Instit. de act.

2 act. §. actionum. & sic in eo † veniunt vsuræ à tempore moræ. infra de vsuris.l.mora.§.bonæ fidei. ¶Super ver. [rem]obligatam ex pignore conuentionali , vt hic, vel prætorio,vt,infra in §.& cum vnus. ¶Super ver [legatum] totum . ¶Super ver.[missus] propter contumaciam hæredum ex primo decreto. ¶Super ver.[quia nō
3 aliàs]no.ergo, quòd†ideo datur hoc iudicium; quia negotium non potuit pro parte expediri; aliàs daretur nego. gest. infra eodem.l. hæredes.§. si vnus. & supra de nego.gest.l.si communes . ¶ Et aduerte ; quia quod hic dicitur in liberatione pignoris ,locum habet & in solutione pœnæ.infra eodem. l. hæredes.§. in illa.¶Super ver. [exsolutum.]hoc est,si dies,vel conditio venit.ff.vt in possess.leg. vel fideic.seru.cau.esse l.is cui. §. satisfactionis. &.§. alius. ¶ Super ver. [l. sed & si quis.] scilicet cohæres . ¶ Super ver. [Titio] creditori hæreditario . ¶Super ver.[pignus] prætorium , vel conuentionale sibi obligatum . ¶ Super ver. [eum] scilicet cohæredem. ¶Super ver.[experiri]aduersus cohæredes. ¶Not.text. in ver.[Celsus] qui allegatur per Ci. in l.si vt proponis.
4 C.de ędifi. priua. † quòd alter ex socijs potest compelli ad reficiendum rem communem iure actionis . facit quod no.in l.si ædibus.& l.si communis. infra de dam.in fec.& infra pro socio. l. cum duobus. §. idem respondit socius. Et pro hac parte potest adduci ; quia vbicunque si soluerem , daretur mihi repetitio , eo casu possum agere , vt me liberes , antequam soluam.l. si quis mandato.& ibi no.ff.de nego.gest. Et hoc videtur iustius, maxi-
5 mè, vt vitetur † circuitus,qui vitari debet.l. dominus testamento.infra de condi. inde. & in cle. auditor. de rescrip.

5 nomine. ¶ Secundò no. legem † quę allegatur per Guil. C. eo. in l. bona. ꝙ in hæreditate patris nõ videtur filio competere iudiciũ diuisorium; quia filius non habet illam, vt hæres, sed potiùs, vt filius. l. in suis. de libe. & posthu. Sed illud intelligitur in successione iuris; nam hoc nõ sequitur de necessitate, & ideo datur ei hoc iudicium, vt ibi. arg. huius legis secundùm Guil. ibi. ¶ Tertiò not. in
6 ea. l. ponderari † dubium euentum; nam facit, quòd licèt res mihi legata, effecta interim mea ex causa lucratiua, non possit amplius peti ex causa legati. l. omnes debitores. ꝟ. de act. & obli. hoc tamen est verum, quãdo est effecta irreuocabilis, ita quòd haberi non possit: tamen stante dubio, an auocari possit, interim potest agi ad æstimationem istius dubij euentus, licèt non ad ipsam rem, & ita concor. Ia. de Are. per istum tex. duas opi. contrarias. in l. non quocunque. in prin. de lega. 1. vbi etiam tangit Bar.

Ex §. Famil. ercis.

SVMMAE.

1 *Iudicium fam. erc. est vniuersale.*

§. Famil. erciscun. ¶ Hoc iudiciũ vtile datũ inter succedẽtes de iure prætorio. h. d. ¶ Vel sic. Sicut fam. erc. directũ inter hæredes, ita vtile inter bonorum possessores datur. h. d. ¶ Super ver. [ex senatuscon. Treb.] scriptũ hæredẽ. ꝟ. eo. l. si ex asse. ¶ Sup ver. [cęteros successores]
1 vniuersales; quia hoc † iudicium est vniuersale, vt no. ꝟ. eod. l. si filia. §. familiæ. ¶ In gloss. 1. in 2. sol. dũ allegat [l. si ex asse.] & ista secunda est vera per eam. l. & vide, quod ibi dicetur.

Ex l. Hæredes eius.

SVMMAE.

1 *Iudicium fam. ercis. cõpetit eis, qui sunt hæredes fictione legis Corn.*
2 *Cornelia lex fingit eum, qui capitur ab hostibus, mortuum præambula hora captiuitatis, & successionem defert successuro ab illo tempore, ac si ille defunctus esset.*

L. Hæredes eius.

¶Hæredibus defuncti existentis a-
pud hostes, & ibi mortui, datur hoc iudiciũ.h.d.¶Et sic
1 not. † hoc iudicium competere his, qui sunt hæredes fi-
ctione legis Corneliæ. Videte glo.hic.¶In glo. 1.dũ dicit
[propter fictionem legis Cornelię] quæ fingit illũ mor-
tuum præambula hora captiuitatis,& facit illum ei succe
dere eo modo,quo successisset, si ille tunc defunctus fuis
set,cum captus fuit:& sic ipsi capto effecto seruo hostium
facit hæredem, si apud hostes decedat,idest tollit impe-
2 dimentum seruitutis,propter quod † non poterat habere
hæredem,figendo eum decessisse præambula hora capti-
uitatis.l.pater.§.fin.& l.sequen.ʒ.de cap.non autem in-
ducit nouum modum succedendi, nec nouam personam
ad successionem, & sic saluatur glo.quæ videtur isti con-
traria.s̃.eo.in l. 2.in 3.glo.

Ex §.Si miles.

S V M M AE.

1 *Inter hæreditatem castrensem, & paganicam non est locus di
uisioni.*
Et quando diuisio non cadat inter hæredes vnius.ibid.
2 *Vbi non est eadem hæreditas,nec est ius coniunctionis, ibi non
est ius accrescendi, & quando ibid.*
3 *In diuersis hæreditatibus militis licèt quis prohibeatur succe-
dere iure accrescendi,non per hoc tamen prohibetur succedo-
re ab intestato.*
4 *Voluntas militis pro lege seruatur.*

§.Si miles.

¶Iudicium diuisorium locũ ha
bet pro diuisione fiẽda, non pro
facta ipso iure à constitutione,vel à lege.hoc dicit. ¶Vel
sic. Inter institutos à milite in suis diuersis patrimonijs,
& vbi in hæreditate sunt tantùm nomina debitorum,ces-
sat hoc iudicium.h. d. magis ad literam. ¶Super verbo
[si miles] etiam si paterfamilias. ¶Super verbo [non
est locus] ad huius declarationẽ vide casum in l.si filius.
C.eod.¶Super verbo[in nominibus sunt] quia ipso iure
sunt inter eos diuisa. C. de pac.l. pacto.& no. supra eo
dem in l.planè.Illa autem,quæ sunt diuisa, non possunt
diuidi.C.eodem.l.ea,quæ. ¶Not. ergo † inter istas hæ-
1 reditates non esse locum iudicio diuisorio , sed contra
hoc videtur casus.ʒ.de hæredi.instituen. in l. ex facto. la
2. post prin. ibi. sed ita vt officio iudicis fam.ercifcundæ
iudicio cognoscentis contineatur.&c. ¶Sed responde, ꝙ
ibi permittit iudicium diuisorium inter cohæredes eius-
dem hæreditatis diuisæ per patrimonia, seu in diuersis
territorijs constituta;quia per hoc non desinit vocari vnũ
patrimonium.l.iurisperitos.§.cum oriundus.infra de ex-
cu. tu. hic prohibet inter hæredes diuersarum hæredita-
tum,vt est paganica , & castrensis , & hoc quia non sunt
hęredes,vt probatur in contrario secundùm Dyn. ibi. Et
2 ex hoc,quia † diuersæ hæreditates iudicantur,licèt eius-
dem hominis, & ius coniunctionis non contingit, ideo
non habet locum inter tales hæredes ius accrescendi.C.
de mili. te. l. prima. sicut nec in hæreditatibus diuerso-
rum.s̃.quib.mo. vsufru.amit. l. si sub conditione. nisi illi
duo censerentur loco vnius dispositione iuris. ʒ. de acq.
hæred.l.qui patri.& l.sed si plures.§. quos poss̃ũ.de vul.
3 & pup.¶Et no.vnum,quòd † in talibus hæreditatibus mi
litis,de quibus hic, licèt quis sit prohibitus à iure accre-
scendi, non intelligitur prohibitus à successione intesta-
ti, vt voluit gloss. in d.l. prima.C.de mili.te.quod intel-
lige verum , nisi prohibitio esset facta fauore aliorum le-
4 gitimorum;quia † voluntas militis pro lege seruatur , fa-
cit.C.de pac.l.licèt.

§.Quantùm.

¶Etiam contra non possi-
dẽtem datur [hoc] iudicium.
hoc dicit.¶Super verbo [ad accipiendum] id est susci-
piendum,& se defendendum.¶Super verbo [quis] s.cõ
uentus.¶Super verbo [hæreditatem.] i.partem hæredi-
tatis.¶Super verbo [nec ne] siue negetur cohæres , siue
non;quia hic agitur de diuisione hæreditatis , non rerum
singularium,vt no.supra eod.in l.si filia.§.fam.ercis.

Ex §.De pluribus.

S V M M AE.

1 *Lex curat abbreuiare lites.*
2 *Renunciatio facta in iudicio cum expressione aliquorum ca-
suum,trahitur etiam ad non specificatos,quando sunt similes
expressis.*
3 *Commodum vnius actionis transit in aliam.*

§.De pluribus.

¶In pluribus hæredi-
tatibus diuersorum ei-
dem delatis competit hoc iudiciũ vnum pro eis , vel vnã
tantùm diuidendis.h.d.vsque ad.§.si testator.¶Et aduer
te;quia ibi legitur tribus modis,sed secunda lec.vera , vt
dicam super glo.¶Super verbo [hæreditatibus]diuidẽ-
dis inter eos.¶Super verbo [vnum] intellige , q̃tùm ad
instantiam;quia coram eodem iudice agitur. Verè tamẽ
plures actiones proponuntur secundùm veram lec. ¶Su
per verbo [vnum iudicium.] s.fam.erci.vel diuisorium.
¶Super ver. [de vna]diuidenda.¶Super ver. [experiri]
concor.ʒ.cõmo.l.in commodato.§.duobus. ¶No. ergo
1 ꝙ † lex curat abbreuiare lites,facit.ʒ.si cer.pet. l. quidam
æstimauerunt.& extra de offi.deleg. c. cũ te cõsulente.&
de rest.spo.c. 1 .li.6.¶Item all.iste tex.ꝙ † renunciatio fa-
2 cta in iudicio cũ expressione aliquorum casuũ , trahitur
etiã ad nõ specificatos,quãdo sunt similes expressis,aliàs
nõ.s̃.si quis cau.l.sed & si quis.§. quæsitum. meliùs facit
de lib.& posth. l. Gallus.§. & quid si tñ.s̃.de rei ven.l.in
rẽ.§.item quęcunque.& ʒ.de contrah.emp.l.fistulas.§.fi.
videte gl.¶In gl. 1. dũ all. [l. non est nouũ.]nec intelli-
3 gas,ꝙ vna actio trãsfundatur in aliã, † sed cõmodũ vnius
actionis bene transfunditur in aliam,vt hic.¶In ea.glo.
in verbo [vel dic plures] hæc est. 2. lec.& vera , & eã te-
net,& declarat Pe.C.eo.in l.bona.

§.Si testator.

¶Ad intelligentiam huius
p̃mitte,ꝙ iste.§.hẽt duas le
ctu.secundùm primã socius nõ fuit hæres institutus , sed
secundùm secundam fuit institutus.Scd̃a vr̃ melior. ¶In
summa.hoc dicit.Si pars testatoris rei cõmunis cũ extra
neo legetur per testatorem , vel alienetur per hæredem
ante motam sibi controuersiam in hoc iudicio , debet
vni adiudicari,si non possit commodè diuidi.h.d. ¶Vel
breuiùs sic.Res,vel pars rei prælegata , vel in hæreditate
relicta,quæ commodè non valet diuidi,venit officio iudi-
cis adiudicanda.h.d.¶Super ver. [extraneo] ab ipso in-
stituto cum alio cohærede pro parte secundùm lectu. Io.
quam tene,quia verior.¶Super ver. [partem.] s.totã, vel
partẽ partis,puta dimidiã dimidiæ.¶Sup ver. [legauit]
alicui ex hr̃dib⁹,cui p̃legauit,vel extraneo.¶Sup ver. [ac
ceptũ] vel añ motã cõtrouersiã,vt no.s̃.e.in l.alienatiões.
¶Super ver. [partẽ.] s.totã,vel partẽ ptis : necesse tñ est,

 vt re-

vt remaneat aliqua pars, quæ veniat diuidenda. ¶ Super ver. [tradi] vel ex causa diuisionis, si commode potest diuidi, vel ex causa adiudicationis, si commode diuidi non posset, facit Insti. de offi. iud. §. fina. & C. communi diui. l. 1. & 2.

Ex §. Quod pro emptore.

SVMMAE.

1 *Hæres dicitur dominus vniuersaliter, sed non singulariter.*
2 *Occupans hæreditatem, an dicatur prædo.*

§. Quod pro emptore. ¶ Singularis titulus excludit iudicium fami. erc. sicut excludit peti. hæredi. h. d. ¶ Vel magis ad literam sic. Id, quod cohæres possidet iure proprio, vel pro parte hæreditaria tantùm, non venit in hoc iudicium. h. d. ¶ Super ver. [cohæres] scilicet qui ipse emit, vel per donationem accepit, vel alio titulo rem habet, & bona fide. ¶ Super ver. [negat Pomponius] & hoc ne fiat præiudicium rei vendicationi; qua primò debet conueniri. ¶ In glos. prima. super ver. [mihi debitum secundùm Azo] vnde ibi illud contingit; quia res fuit prælegata, & constabat eam esse hæreditariam, & ratione communionis, & quasi fraternitatis, & propter voluntatem defuncti conseruandam. ¶ In gl. 2. super ver. forsan. Tu dic, quod imò, & sine forte cõpeteret rei vend. ¶ In gl. 3. super ver. negat. vt l. regulariter. & l. se. ff. de peti. hære. Quod intellige pro illa parte, pro qua possidetur titulo, & intellige de titulo singula-
1 ri, non de generali; † licèt enim hæres dicatur dominus, hoc est uerum uniuersaliter, sed non singularium rerum; & ideo non dicitur habere titu. in rebus singularibus. l. nec vllam. & l. etiam. §. quòd si quis. & §. si quis sciens. ff. de pe. hære. Circa quod not. vnum, quod sufficit titulum esse iustum, licèt possessio sit iniusta; vt quia fortè occupata est res donata à testatore, qui nunquam tradiderat;
2 † nam licèt occupans quò ad alia posset dici prædo: non tamen quantũ ad hoc, vt teneatur petitio hæredita. quia iustum habet titulum. d. §. si quis sciens. vbi Barto. dicit hoc fuisse de facto seruatum, & ex hoc dico idem, quò ad istud iudicium fam. erc. de quo hic.

Ex §. Idem scribit.

SVMMAE.

1 *Exceptio rei iudicatæ, quia est in rem, transit ad singularem successorem.*
2 *Acta inter alios nocent, & prosunt aliis, quando procedunt, & oriuntur ex eodem fonte, secus ex diuerso.*
3 *Confessio, quæ emanat absente parte, an ei præiudicet.*
4 *Filius præteritus si approbat testamentum, absente instituto, talis approbatio proderit instituto.*
5 *Si quis approbat aliquod instrumentum, absente parte, tanquam verum, omnes, quorum interest, poterunt agere contra approbantem.*

§. Idem scribit. ¶ Res inter alios acta alij prodest. Ita allegatur. ¶ Vel sic ad literam. In hoc iudicio nõ veniunt ea, de quibus à possidentis auctoritate agens fuit victus; quia obstat exceptio rei iudicatæ. h. d. ¶ Super ver. [petieris] vel petitiõe hæditatis. l. regulariter. & l. licèt ff. de pet hæd. vel singulari iudicio rei ven. ff. de pe. hæd. l. nec vllã. §. quod si quis hæditatẽ emere. ¶ Super ver. [non veniet] ille fund' in totũ, nec pro parte. ¶ Super ver. [nõ solũ hoc] .i. pars mea, quã iure meo possideo. ¶ Super ver. [possideo] quia rẽ meã possideo. ¶ Super ver. [nec id] .i. pars socij. ¶ Super ver. [veniat; quia exceptio rei iudi. competens venditori transit ad emptorẽ. ff. de excep. rei iudi. l. si à te. §. Iulianus. Et per hoc cessat contrarium in lege formatũ; est
1 enim † exceptio rei iudicatæ in rẽ. ff. de excep. l. exceptiones. ergo ad singularem successorem transit. ff. de hær. vel acti. vendi. l. emptori. Videte gl. ¶ In gl. 4. sup ver. [totũ] & quia victus fuit cohæres, tanquàm non esset hæres in solidum, vel pro parte. ¶ In gl. vlt. in fi. quia dicit [res inter] &c. vnũ no. ad intellectũ illius tituli; quia locũ habet, quando facta sunt diuersa, vel nõ procedũt ex eodẽ fonte: sec'
2 enim si ex vno, & eodẽ fonte procederent. Ita not. glo. in Auth. de hær. & fal. §. si verò expressim. in fi. ¶ Super ver. [receptionis] & ibi hoc colligit Bar. ex vna so. gl. Ex quo
3 notãter infert, † quod licèt cõfessio, quæ emanat, absente par
a te, a nõ præiudicet confitenti. l. certũ. §. sed an ipsos. ff. de confes. & ff. de inter. act. l. fi. & C. de confes. l. 1. tñ hoc verũ est, quando cõfessio directò tẽdit ad obligandũ cõfitentẽ ei, in cuius fauorem emanauit confessio: sed si non tendit ad hoc principaliter, sed ad probãdũ aliquid, ex qua probatione absenti quæratur obligatio: tũc confessio bñ præiu
4 dicat. ita dicit ibi esse casum. † Vñ si filius preteritus approbat testñ, absente instituto, talis approbatio instituto
5 proderit. Vel etiam si aliquis † approbat aliquod instrumentum tanquam verũ, vigore huius approbationis omnes, quorũ interest, poterunt agere contra approbantem, licèt non fuerint præsentes tempore approbationis, per illam notabilem gl. secundùm Barto. ibi.

ADDITIO.

a ¶ Absente parte. Adde tñ ad hanc communem cõcl. quæ lẽ præsumptionem, vel iudicium facere habeat, Alex. in consil. 166. incip. Animaduersis his. in 2. vol. num. 13. cũ plu. seq. Quid de cõfessione extraiudiciali facta absente parte in causa ciuili, vide Fel in c. oli. de rescrip. in 6. Pan. in c. si cautio. de fid. instr. & ibi latè Fel. in 5. col. in glo. in verbo, cãm. Card. in d. c. si cautio. Bar. in l. certũ. §. si quis absente. ff. de confes. Præterea aduerte, quod ẽt in vlt. voluntate, absente parte, nõ probat cõtra cõfitentẽ. An. de Bu. & Imol. in d. c. si cautio. Bar. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de libe. leg. & in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Pan. in c. si de succes. ab intest. in 5. col. ver. sed circa prædicta. Fel. in d. c. si cautio. in 2. col. vers. tertia declaratio. Limitationes vide per Pan. in d. c. si. de suc. ab intest. & per Fel. in d. c. si cautio. in 7. colum. ver. modò prædicta.

Ex §. An ea stipulatio.

SVMMAE.

1 *In obligatione indiuidua quilibet hæredum stipulatoris agit ad solidum. & nu. 5.*
2 *Pluribus licèt idem solui non possit: per hoc tamen non impediuntur singuli agere.*
3 *Hæredum vnus solus egit, & obtinuit, an ista sũia psit aliis.*
4 *Stipulatus si sim vsumfructum pro me, & hæredibus, quantum hæredibus acquiram.*

Iuramen-

6 *Iuramentum fidelitatis præſtandum eſt ſingulis hæredibus domini.*
7 *Iuramentum fidelitatis ex parte eius, cui præſtatur, eſt in rem, ex parte verò præſtantis, eſt in perſonam.*
8 *Quiſque hæredum in obligationibus in indiuiduis tenetur ad totam litis æſtimationem, ratio ibi.*
9 *Obligatio quando dicatur indiuidua.*
10 *Conditio non poteſt ſcindi.*

§. An ea ſtipulatio. ¶ Quando in hæreditate eſt actio, vel obligatio rei indiuiſibilis, vt eſt illa, quæ competit pro ſeruitute reali, non venit in hoc iudicium, ſed omnibus hæredibus in ſolidum, & contra omnes cõpetit, & factum vnius cohæredis non debet alij obeſſe; iõ cautio eſt præſtãda inuicem de ſoluendo, vel conſeruando indemnes inculpabiles per eum, qui culpabilis eſt. h. d. vſque ad §. ſi vnus. ¶ Super ver. [hæredes] ſ. ſtipulatoris. ¶ Super ver. [viam, iter] &c. in quo differãt iſtę ſeruitutes, vide caſum in l. qui ſella. §. 1. ſ. de ſer. ruſti. præd. ¶ Super ver. [deceſſerit] & videtur, ꝙ non; quia &c. vt ſequitur. ¶ Super ver. [non diuiditur] ſ. per diuiſionem faciendam per hominem. ¶ Super ver. [cõdemnationẽ] ſ. ad intereſſe pro parte agentis. ¶ Super ver. [officio iudicis] in hoc iudicio cognoſcẽtis, & ſic officio mercenario, ex quo collige, ꝙ tales cautiones appellantur iudiciales, vt l. 5. §. 1. ʒ. de ver. ob. licèt quidam aliter dixerũt, vt ibi
1 no. in 3. gl. ¶ No. ergo, † ꝙ in obligatione indiuidua quilibet hæredum ſtipulatoris agit ad ſolidum. ¶ Et eſt not.
2 ꝙ licèt † pluribus idem ſolui non poſsit: per hoc tamen non impediuntur ſinguli in ſolidum agere. l. 2. §. ex his. ʒ. de verb. ob. vbi vide declarationem huius. §. ¶ Cui ad-
3 adde, † ſi vnus hæredum egit ſolus, & obtinuit, an ſententia pro eo lata proderit alijs, quod declara, vt ſcripſi in l. loci corpus. §. ſi fundus. ſ. ſi ſer. vendi. ¶ Adde etiam; quia
4 loquitur hic † in eo, qui eſt ſtipulatus viam, iter, & actũ, quid ſi ſtipulatus eſſet vſumfructum pro ſe, & ſuis hæredibus, quantum acquiratur hæredibus. De quo vide per Bar. in l. eadem. §. Cato. in 6. q. ʒ. de verb. ob. ¶ Secundò
5 no. † ꝙ ratione indiuidui in obligatione deducti ſinguli hæredes promiſſoris tenentur in ſolidum; non tamẽ ſunt duo rei, & ſic nec habẽt bñficium diuiſionis, caſus eſt no. in l. rem hæreditariã. ʒ. de euic. & hoc fuit de mente Cin. in Auth. hoc ita. C. de duo. re. & glo. in l. 2. §. ſi tamẽ hominem. de verb. ob. vbi etiã tenet Bar. ¶ Et allegatur iſte
6 tex. † ꝙ ſingulis hæredibus domini præſtandum ſit iuramentum fidelitatis, eſt enim hæc obligatio indiuidua; ergo quemlibet hæredum afficit in ſolidũ, vt hic, de quo per Ia. de Are. & Bar. in l. de pupillo. §. ſi plurium. de ope. no. nun. Eodẽ modo, & ſinguli hæredes vaſalli debent iurare eadẽ rõne, de quo prædicti Doc. tangunt in l. ſtipu-
7 latio. eo tit. ¶ Adde tamen tu, ꝙ iuramentum † ex parte eius, cui præſtatur, eſt in rem, ſed ex parte iurantis eſt in perſonam, ſecundùm Inno. de iureiu. in c. veritatis. ¶ No.
8 etiã hic, ꝙ in iſtis † obligationibus alter hæredum tenetur ad litis æſtimationẽ, & ſic ad ſolidũ intereſſe; quia conuẽtus ad viã, illã præſtare non potuit, cũ nõ potuerit conſtituere ſeruitutẽ per cõem fundũ. l. ſi vnus ex ſocijs. ſ. de ſer. ruſti. præd. & l. eſt receptũ. cõia prædi. Sed nunc vr̃ ob
9 ſtare; † quia in obligationibus faciendis, vbi eſt deuentũ ad intereſſe, & ſic ad æſtimationem, illa eſt diuidua, vt d. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus. ʒ. de ver. obl. Sed reſponde, ꝙ illud verum, quã ab initio agitur ad intereſſe propter non factũ: ſed vbi agit ad factũ, tunc intereſſe venit conditionaliter, ſi factum non fiat. Cum er-
10 go † conditio non poſsit ſcindi. ʒ. de condi. & demonſt. l. cui fundus. & ſolidum factum non poſsit præſtari, ſequitur, quòd ad ſolidum intereſſe debet condemnari, caſus eſt hic, & in dict. l. ſecunda. §. ex his. inf. de verb. obl. videte gloſſ. ¶ In gloſſ. ſuper ver. pro parte. ibi [quam quilibet habet] ſcilicet fit condemnatio in ſolidum ad ſeruitutem. ¶ In eadem gloſſ. ibi [propriè] ſcilicet ad intereſſe, vt in gloſſ. quæ ſequitur. ¶ In gloſſ. ſuper ver. promittere. ibi [non tamen eſt] de præſenti debita, nec debetur, niſi prædiũ habeat, vel acquirat, vt ſ. de ſerui. vr. prædi. l. ſi ſeruitus. §. fi. & l. Labeo. de ſer. ruſt. præd. & l. fin. ſi ſerui. ven.

Ex §. In illa quoque.

SVMMÆ.

1 *Pœna dicitur promiſſa in contractu quò ad effectum, ſiue dicatur promitto ſub pœna, ſiue promitto decem, & ſi non dedero, promitto viginti, et qua pœna poſsit promitti.*
2 *Ignorans incidit in pœnam in contractu appoſitam, licèt reſtituatur.*
3 *Notarij tenētur inſerere pœnam apponi ſolitam in contractibus.*
4 *Pœna vt euitetur, an ſufficiat ſoluere partem.*
5 *Promiſsio poteſt eſſe diuidua quò ad obligationem, ſed indiuidua quò ad liberationem.*
6 *Hæres non implens voluntatem defuncti, licèt priuetur hæreditate; (deducta tamẽ legitima de iure natura debita) tamẽ non deducit de Regno, vel alio iure indiuiſibili.*
7 *Pœna ſubiecta pluribus capitulis, alio non declarato in inſtrumento, an committatur in ſolidum ex quolibet capitulo.*
8 *Stipulatio pęnalis licèt committatur in ſolidum contra omnes ex facto vnius: alij tamen quod præſtabunt, ab alijs fam. er ciſ. actione recipiẽt, & an contra hæredes, & quando in ſolidum committatur in qualibet ſtipulatione.*
9 *Contractus fiunt conſenſu, & voluntate partium, iudicium autem redditur in inuitum, & quando hæc differentia, vel alia habeant locum. nu. 10.*
11 *Stipulatio prætoria, & ſtipulatio cõuentionalis an, & quando committantur in ſolidum, & quomodo differant.*
Et in quo differant ſtipulatio dandi, & ſtipulatio faciendi. ibi.
12 *Parere ſententiæ arbitri dicitur conſiſtere in mero facto.*
13 *Pœna non committitur contra non parentem, quando actor condemnat ad faciendum, & factum eſt diuiduum.*
14 *Statuto cauetur, ꝙ pœna adiecta dationi non poteſt peti: ſi arbiter condemnat ad dandum ſub pœna, conuentus ad pœnam, non tenetur, ſi ſoluat, ad eam: ſecus ſi conueniatur; quia non paruit ſententiæ arbitri.*
15 *Pœna committitur in ſolidum contra omnes, quando ſunt plures compromittentes ex parte vna, & vnus ipſorum venit contra compromiſſum.*
Sententia eſt quid indiuiduum. ibidem.
16 *Solutio facta ex vna cauſa, poteſt conuerti in aliam, & an ſit verum.*
17 *Repreſaliæ ſi ſint conceſſæ alicui, puta cõtra Senenſes propter factum vnius, cuius cauſa alter ciuis captus fuit, & ſoluit, poteſt quod ſoluit, repetere ab illo, & quando ſit verum.*

§. In illa quoque. ¶ Summa, vt dixi in §. præcedenti. ¶ Super ver. [promiſerat] cum pęna, vel ſine. ¶ Super ver. [nã licèt hæc obligatio diuidat p l. 12. tab.]

1 vel ibi [si sub pęna] &c. quæ pariter promissa dicitur quò ad effectum, siue dicatur promitto sub pœna, siue promitto. 10. si non dedero, promitto. 20. secundum gl. notabilē, quæ allegat istum tex. in l. rescriptum. §. si pacto. in gloss. magna. in fi. ﬀ. de pac. Et intellige de pęna promissa, quæ non excedat legitimum modum vsurarum, & sic tollitur contrarium, quod formari posset de l. Iul. §. idem Pompo. ﬀ. de act. emp. & C. de vsu. l. cum allegas. ¶ Item ad-
2 uerte; quia † hanc pœnam etiam ignorans incurrit, sed restituitur, secundùm gl. in l. 2. C. de iure emphy. vbi idem Ci. & Dy. in regula. si quis in ius. lib. 6. nemo tamē debet pręsumere instrumentum esse pęnale, ita sentit glo. not. in l. j. § penul. ﬀ. de eden. vbi allegat istum tex. Quod cre
3 do † verum, nisi communiter in loco consueuerit in talibus instrumentis pœna apponi; quia tunc videtur notarius rogatus illam apponere, & debet illam contractui inserere, tex. est singularis in l. fi. ad fi. C. de fid. instr. Et qđ
4 hic dicit, † ꝙ non sufficit soluere partem ad euitandam pęnam, loquitur in pęna conuentionali. Quid autem in legali, dic, vt in l. communi diui. in prin. ﬀ. tit. prox. ¶ Differentiam autem inter legalem, & conuentionalem quò ad tempus commissionis collige ex no. ﬀ. de ver. ob. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ¶ Super ver. [partem suam soluere] & sic talis obligatio, & promissio est diuidua; sed solutio indiuidua. ¶ Et circa hoc vide glos. in l. in exequutione. in gl. magna. ﬀ. de verb. obl. Ex qua
5 concluditur, † quòd promissio potest esse diuidua quò ad obligationem, sed indiuidua quò ad liberationem. ¶ Super ver. [aut vt caueat] scilicet cohæredi suam partem soluenti. ¶ Super ver. [poterit] licèt cautio præstita non fuerit. ¶ Super ver. [vendere potest] quia liberatio pignoris est indiuidua. C. de distrac. pig. l. quan-
6 diu. ¶ No. † ergo hic, sicut & in parte præcedenti attendi partem obligationis, sit diuidua, vel indiuidua, sic & alias ponderatur indiuiduum, vt licèt hæres, qui nō impleuit voluntatem defuncti, priuetur successione, secundùm Auth. hoc amplius. C. de fideicom. & in corpore (deducta tamen legitima iure naturæ debita, vt ibi not.) tamen hoc est verum, nisi hæreditas consistat in regno, vel alio iure indiuisibili; tunc enim nec debitam iure naturę retineret, vt no. Inno. & post eum Ber. extra de voto. in c. licèt. in fine. ﬀ. de testa. d. l. si hęredes. ¶ Secundò not. tex. ibi [quia nihil prodest ad pœnam] &c. An autem pęna
7 † subiecta pluribus capitulis, alio non declarato in instrumento, ex quolibet capitulo committatur in solidū, vide reassumptum per Guil. in Specu. de arbi. § sequitur. ver. sed quid si plura capitula. ¶ Adde, quòd licèt hæc sti
8 pulatio † pœnalis committatur in solidum contra omnes ex facto vnius: tamen alij quod præstabunt, recuperabunt ab isto per hanc actionem. l. 2. §. item si in facto. ibi [sed fam. ercis.] &c. ﬀ. de verbor. oblig. videte gl. ¶ In gl. super ver. partem suam. dum dicit [sed non in iudicijs]
9 † potest assignari ratio; quia contractus fiunt consensu, & voluntate contrahentium. C. de ac. & obl. l. sicut. sed iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. in princ.
10 de verb. ob. ¶ Sed aduerte, † quia ista differentia inter cōtractus, & iudicia locum habet in præparatorijs iudiciorum, non in decisorijs; quia in illis in nullo obstat exceptio: vnde committitur in solidum cum exactionis effectu. l. si cum dies. §. fi. & l. seq. ﬀ. de arb. facit. l. 5. §. fi. ﬀ. de
11 verb. oblig. Item † in stipulationibus extraiudicialibus, & prætorijs non committitur pœna contra hæredem, qui paruit. l. pœnales. § Iuli. ad l. Fal. Nec ob. de verb. oblig. l. cum ex causa. quæ loquitur in stipulatione prætoria, & tamen committitur contra hæredem in solidum, si res in solidum non est defensa; quia etiam illa stipulatio potest esse ciuilis, & ad casum, qui est ciuilis, lex illa se retulit. Ideo autem in iudicialibus, & prætorijs habetur consideratio partis impletæ; quia omnes iudicantur secundùm mentem Prætoris, & sic secundùm æquitatem. ﬀ. de eo quod cer. lo. l. quod si ephesi. in fi. & non est ęquum pęnam exigi pro illa parte, pro qua est satisfactum; at in conuentionalibus non attenditur æquitas, sed solus rigor verborum ﬀ. de ver. obl. l. in conuentionalibus. ¶ In ead. gl. super ver. [si pluriū secundùm Io.] & ista solu. cōmuniter tenetur per rationem. ﬀ. positam, & procedit de iure ciuili: sed de æquitate canonica bene obstat exceptio pro parte eius, qui soluit partem sortis, vt no. extra de pœ. in c. tuam. & de arbi. in c. dilecti & 12. q. 2. in cap. fraternitatis. et hoc est, quod voluit Mar. in parte, quæ sequitur. ¶ Et est vtile hoc; quia indubitanter hoc seruari deberet in terris ecclesiæ secundùm notata in reg. possessor. li. 6. & in c. 1. de oper. no. nun. ¶ Sed aduerte; quia glo. in d. l. quinta. §. fi. de verb. obli. aliter respondit ad §. si plurium. ꝙ obligatio consistebat in facto: hic in dando: quasi dicat, ꝙ ibi erat in obligatione factum diuiduum, & ideo non committitur stipulatio in solidum. Vel ibi nō committitur; quia loquitur in stipulatione prætoria de iudicio sisti, & Prætor, qui sola æquitate nititur, non patitur stipulationem in effectu committi pro parte, pro qua paritum est. Et hæc est ipsa veritas. Alij tamen dixerunt, ꝙ in §. si plurium. erant plures stipulationes propter pluritatem personarum, quod sensit Iac. Bu. & etiam Pe. Quod dicere non videtur tutum; quia si essent plures, ipso iure non committeretur stipulatio pęnalis, quæ tamen committitur, vt ibi, licèt obstet exceptio. ¶ Sed nūc extra glo. videtur huic ob. tex. in l. 5. §. Cato. de verb. ob. in ver. [ac si de eo.] vbi patet, ꝙ in cōtractibus nō committitur pęna, nisi contra non parentem. ¶ Potest respōderi, ꝙ ibi loquitur in obligatione facti diuidui: sed hic, & in d. §. fi. loquitur in obligatione dandi, ideo pęna committitur in solidum contra omnes. Ratio diuersitatis fit; quia datio vnius potuit faciliter per cohæredem explicari; & ideo imputatur sibi, si totum non soluit, meritò pœna in solidum committitur. Sed in obligationibus faciendi, quantuncunque indiuiduis, factum vnius non potest commodè per alium explicari, ideo qui non paruit, non incidit in pęnam; quia non est quid sibi imputetur, et istam rationē sentit in effectu gl. in d. §. Cato. ¶ Sed contra istam so. quòd imò etiam in obligatione facti diuidui pœna committatur in solidum, videtur text. in dict. §. fi. in secūdo rñso. Sed quia ibi loquiť in obligatione de parendo sententiæ arbitri, gloss. ibi dixit speciale, ne
12 lites prorogentur. † Ex qua colligitur, quòd parere sententiæ arbitri, dicitur consistere in mero facto. Sed Bar. ibi illum tex. restringit, quando factum deductum in obligatione primitiua venit explicandum per dari, vt quia condemnauit ad dandum; tunc enim stipulatio pęnalis ita committitur in solidum contra omnes, quasi
13 pœna sit adiecta dationi, casus est notabilis hic. † Sed vbi arbiter condemnasset ad faciendum, & factum esset diuiduum, pęna non committeretur contra non parentem, quasi pęna tunc sit adiecta pacto. ¶ Et hoc est
14 vtile ad q. si ex forma † statuti pęna adiecta dationi non potest peti, & arbiter condemnauit ad dandum sub pęna; nam soluens non poterit conueniri ad pęnam; quia ista pęna intelligitur adiecta dationi. Quod potest procedere, si conuenitur ad pœnam; quia non dedit ad terminum statutum per sententiam arbitri, secus si ex eo; quia non paruerit sententiæ arbitri: tunc enim conueni-

tur;

tur;quia non fecit,& non faciendo contempſit. Et hoc re ſpectu pœnæ dicitur adiecta facto, non dationi, vt ſentit Ia.de Bu.in l.promiſsis. C. de tranſac. & ideo agens hoc caſu ad pœnam, obtineret. quod eſt notandum pro modo,& forma agendi.¶Sed contra iſtam limitationem facit; quia cum illud factum veniat propter dationem, debet magis dici dari,quàm fieri,vt no.Bar.in l.cum propo nas.ſ.de dolo. Poteſt tamen,& aliter ad contrarium reſponderi; quia in d.§. fi. erat factum indiuiduum; quia pœna illa committitur ratione cõtemptus fniæ.l.cum pœna.ſ.de arbi.vnde cum ſententia ſit quid indiuiduum.ȷ. eo.l.in hoc iudicio.ita contemnere, & non cõtemnere ſic
15 appellatur quid indiuiduũ.¶Adde prædictis, † ꝙ ſi ſint plures compromittentes ex parte vna, & vnus ipſorũ venit contra compromiſſum, ꝙ contra omnes pœna committitur in ſolidum.Ita colligitur ex gl.ſuper ver.ſi vnus in d.§.fi.quod eſt bene ſingulariter notandum. Sed Dy. ibi dixit hoc non eſſe verum, niſi eſſent plures rei in ſolidum obligati.l.duos.ȷ.de duo.reis.& ideo attẽdenda eſt forma compromiſsi.¶In ead. glo. in fi.& pro hoc,quia
16 ſolutio † facta ex vna cauſa,poteſt conuerti in aliam. l.& poſt rẽ.§.1.ſ.de tranſac.ȷ.de vſur.l.vſuras.ȷ.de ſolu.l.2. & 3.facit quod no.in l.reſcriptum.§.ſi pacto.ſ. de pac. Et idem,qđ hic,notauit gl.in d.l.5.in vlt.gl.§.fi. de verb. ob.¶Sed hoc in ſe non videtur verum; quia imò videtur ſolùm pro ſorte ſoluere.l.fina.ȷ.de eo,quod cer. lo. Nec ob.l.in his.§.1.de ſolu.& l.1.C.de ſolu.& ſimilia;quia loquitur in pœna iam commiſſa: ſed gl.hic loquitur in pœna committenda, cum ſoluebat partem nomine ſortis. ¶Vltimò allegatur iſte tex.cum.§.ſe.pro caſu;quia ſi re
17 preſaliæ † ſint alicui conceſſæ, pone contra Senenſes propter factum vnius ciuis, & earum vigore alter ciuis ca-
a ptus eſt,& ſoluit, quòd ſolutum poſsit ab illo repetere,[a] concor.de ver.obl.l.2. §. ex his.& §.item ſi in facto. vbi
18 Bar.allegat iſta verba,ſed nil determinat.† Tu dic,quòd hoc eſt verum, ſi ille re vera peccauit, ita ꝙ repreſaliæ iuſtæ ſint: aliàs ſecus, ar.ȷ.de euic.l.ſi per imprudentiã. ita ipſe ſenſit in tractatu repreſaliarum.ſimile huic poteſt adduci qđ no.in l.& eleganter. §.ſi quadrupes. in fi.ſ.de dolo. Vnum tamen nota, quòd ſi repreſaliæ ſint iniuſtæ in loco, vt Bononiæ contra Senenſes, non fiat ſimilis retorquitio Senis contra populum Bonon. fiet ergo ſolùm contra concedentes, & alios,qui fuerunt preſentes,& nõ contradixerunt,tex.eſt in l.j.in prin.ȷ. de magi.conueni. Ita dicit Bar.in l.j.§.j.ſ. quod quiſque iur. per verba glo. ibi notabilia. Adde tu notabilia verba Innoc. de iniur.& damno dato.in c.in noſtra.

ADDITIO.

a ¶Ab illo repetere. Adde ad hanc vulgarem concluſionẽ Alex.in conſil. 290.incip. Ponderatis his. in 2. vol.num. 14.& an virtute repreſaliarum conceſſarum poſsit quis capi propria auctoritate, qñ non adeſt copia iudicis, vide Pau.de Caſt.in cõſ.78.inci.Super eo.num.4.ver.nã ſi volẽs vrbaniùs. vbi dicit, ꝙ ſi volẽs vrbaniùs agere,iudicem pro hoc adiuerit,& debet facere partem citari,per l. meminerint.C.vnde vi. & idem tenet in d. l. meminerint.in 5.q.reprobando Ia.de Bel.

Ex §.Si vnus.

SVMMAE.

1 *Nemo cogitur defendere partem ſocij, quando res commodã recipit diuiſionem. ratio ibi; ſemper enim in eadem perſona indiuidua eſt defenſio.*
2 *Damni infecti cauſa eſt quaſi noxalis.*
3 *Differentia inter noxalem actionem,& damni infecti.*

§. Si vnus. ¶Negotium hæreditarium,qđ pro parte tantùm nõ poteſt expediri,geſtum in totum ab vno cohærede, venit in hoc iudicium.h.d.ad literam. ¶ Super ver. [defenderit] in ſolidum.¶ Super ver. [obtulerit] ſcilicet in ſolidum.¶Super ver.[expedierit]quia pro parte defendere non poterat, vt eſt quando lis eſt conteſt. ſed ante partem cedendo liberari poſſet.ȷ.de nox.l.ſi ſeruus communis. Adde tamen,ꝙ ſtatim dicam ſuper glo. ¶Super ver.[mitteretur] legatarius ex ſecundo decre. ¶ Super ver. [locus eſt.] Nec obſtat.ſ.de nego.geſt.l.ſi communes. quia poteſt dici,quòd hoc ſit ſpeciale fauore vltimæ voluntatis;
1 nam † qñ res recipit cõmodam diuiſionem, nemo cogĩt defendere partem ſocij, ſi ſunt plures domini, in eadem enim perſona defenſio ſemper eſt indiuidua. l. antepe.ſ.ſi ex nox.cau.aga. Adde tamen quòd hic no. gloſ. Videte gloſſ.¶In gl.non poſſunt.dum allegat. [§.ſi commune] ibi de hoc aliquid ſcripſi; quia ꝙ defenſio ſit diuidua,& in cauſa noxali,facit quod no.gl.in l.in ſtipulatione.ȷ.de
2 dam.infec. quæ loquitur in cauſa damni † infecti, & tamen conſtat eam eſſe quaſi noxalem, vt eo. tit.l.Prætor. §.hoc edictum. Bart. ibi dixit hoc fortiſsimum contra-
3 rium,nec aliter ſoluit.Sed tu reſponde,ꝙ†in cauſa noxali ſeruus, vel animal non eſt in obligatione, ſed quantitas damni.l.miles.§.decem.ȷ.de re iudi.& ideo contingere poſſet,ꝙ vnus ex dominis vellet ſeruum defendere; & ſic condemnabitur ad intereſſe, alius vellet ſeruum dare pro noxa,& ſic veniretur ad inconueniens, ꝙ quis haberet partem in vna re, partem in alia, contra regulam. l.in exequutione.in fi.de verb.obli.& ȷ.de condi. inde.l. ſi non ſortem.§.fi.vnde defenſio iudicatur indiuidua. Sed in cautione damni infecti nil eſt in obligatione, ſed officio iudicis petitur.l.4.§.hoc autem.c. ti. ideo ad hoc inconuenienis deueniri non poteſt,& ideo admittitur quilibet ad defendẽdũ partem ſuam. Et ita ſcripſit idem Bar. in l.ſi ſeruus.§.officium.de aqua plu. ar.& in l.ſi communes.ſ.de nego.geſt.¶In ead.glo. dum dicit[etiam ſi pro parte poſsit expediri]vt ſ.eod.l.item ex diuerſo.¶In ea. gloſſ.dum allegat.[C.eo.l.in familiæ] pleniùs, & meliùs dic,vt ibi no.

Ex §. Non tantùm.

SVMMAE.

1 *In rebus proprijs quis eſt minùs aſtrictus, quàm in alienis.*

§. Non tantùm. ¶Dolus,& culpa cohæredis venit in hoc iudiciũ,contra quẽ denegat̃ actio negotiorũ geſtorum;quia in communionem incidit quaſi inuitus, nõ ex voluntate,& in re communi debet talis diligẽtia præſtari,qualis in propria ,& non alia.h.d.¶Super ver.[etiã culpam].ſ.latam,& leuem,vt C. communi diuid.l.pe.& ȷ. de regu. l. contractus. ¶ Super ver. [non contrahimus].ſ.ſocietatẽ ex cõſenſu,ſed incidim' in cõiõe ¶ Su
1 per ver.[gerẽdi.]Ex quo collige, † ꝙ in rebus ꝓprijs,vel cõibus qs eſt minùs aſtrict',q̃ in alienis.¶ Super ver. [ei actio] ſcilicet directa: ſed vtilis ſic; nam directa actio nego. geſt. non concurrit cum iſta familiæ erciſcundæ: ſed

vtilis sic.l.fine.C.de nego.gest. ¶Super ver. [qualem,in suis rebus]quod sufficit, etiam si in eis sit negligens, nisi priùs fuerit diligens, & hoc videtur etiá de mente glo. hic, & est bona conclusio not.in l.quod Nerua.ꝟ.depositi.videte glo.¶In gl. 2.dum dicit[iam erat intentatũ.] Aduerte;quia hæc.so.non videtur tuta;nam etiam si sit intentatum iudicium famil.erc. tamen potest intentari iudicium cõmuni diuid.s.eod.l. si filia.§. familiæ. ergo actio neg.gest.debet cessare.ꝟ.ti.1.l.si quis putans.§.1. et ideo videtur melior alia so quæ ponit in d.l.fine. Doc.tamen ibi communiter tenent primam, ꝙ non detur directa,vt hic, sed vtilis sic, vt ibi.¶In gl. pen.dum allegat. [§.fi.]& ꝟ.pro socio.l.cum duobus.§.venit.& l.socius socio,ꝟ.pro socio.

Ex §. Si incerto.

SVMMAE.

1 *Electio rerum si aufertur legatario, non propterea aufertur electio actionum.*
2 *Legatarius non habet optionem actionum.*
3 *Hæres declarat voluntatem defuncti. & nu.4.*
5 *Testator si dicat, relinquo Titium exequutorem meum, & sint plures, qui vocentur hoc nomine, ille erit exequutor, quem declarabit hæres.*

§. Si incerto. ¶Interesse legati perditi, vel condemnationis auctæ culpa, vel dolo, vel seruitutis perditæ per non vsum venit in hoc iudicium.h.d. ¶Vel sic. Vbi vnus ex hæredibus legatarij, vel ex hæredibus testatoris impedierit legatum hominis præstari, tenetur alijs cohæredibus ad interesse. Idem si eius culpa seruitus rei hæreditariæ debita perdatur.h. d. magis ad literam. Et aduerte; quia iste text.debet intelligi, quando testator relinquit seruos in suo patrimonio; tunc enim clarum est,ꝙ eligit legatarius, vt hic,& ita intelligit gl. in l.legato generaliter.§.1.ꝟ.de le.1. ¶Super ver. [legato] scilicet ab eo,qui habet plures seruos in patrimonio. ¶Super ver. [cæteris] etiam qui faciunt maiorem partem. ꝟ. de ver. oblig.l.2.§.1 & de leg.primo.l.huiusmodi.§.fi.& de vsufru.l.quotiens.s.videte gl. ¶In gl.prima. ibi dum allegat.[l.si cui]meliùs pro eo facit.l.si via de ser.rust.præd. & l.cum res.§.quotiens.& l.huiusmodi.§. si cui.ꝟ. de le. 1. ¶In eadem gloss.ibi dum dicit[testator] vt ꝟ.de le. 1.l. qui duos. & l.si seruus legatus. §. cum homo.& de op.le.l.2. ¶In ead.gloss. ibi dum dicit [tunc legatarius eligat]vt hic, & l.si seruus legatus.§.cum homo.de le.1. & de op.le.l.2.& Insti.de le. §.generaliter. Et potest huius duplex esse ratio; quia legando genus, videtur transferre electionem in legatarium.l. si quis à filio.§. 1.de le. 1. Item quia cum pro legato competere possint plures actiones, & earum electio sit legatarij.ꝟ. de le. 2. l.cum
1 filius.§.varijs.† si legatario auferretur electio rerum,eidem etiam auferretur electio actionum, contra l.1.§.Scęuola.ꝟ.de eo quod cer.lo. et hanc rationem sensit text. in d.§.cum homo. ¶In eadem gl.dũ allegat [vt de trit. vin.l.4.]&c. Aduerte; quia illa lex loquitur in quãtitatibus, in quibus si sit in genere debitum, electio est debitoris,& potest etiam minimum præstare. ꝟ. de leg.3.l. nummis. Meliùs ergo facit pro gl.de le.1.i l. huiusmodi. §.si cui hõ. Et rõ est; q̃a ex quo nõ habet seruos in pĩmonio,nõ põt optione legare,vt no.de le.1.i.l.seru.† itẽ nõ
2 habet legatarius optionẽ actionũ; quia non põt cõpetere rei vendi.pro re aliena, sed solùm actio personalis, & sic cessant rationes. s. positæ. Hæc tamen vera, nisi verba exequutiua essent directa ad aliquem eorum; nam tunc semper esset illius electio, vt si dixisset: hæres meus dato vnum de seruis meis: vel ꝙ legatarius eligat sibi vnũ. l.planè.§.j.de le.j.& l.qui concubinã.§.j. de le. 3.& not. de le.2.in l.Lucio.¶In ea.gl.dũ dicit[q̃a propriũ nomẽ] per quod quisque cognoscitur.C. de inge. manu.l.ad recognoscendos. ¶In ead.gl. super ver. [magis ei creditur]quia censetur eadem persona cũ defuncto, vt in Au-
3 then.de iureiuran.§.j.col.5.No. ergo, † quòd hæres declarat voluntatem defuncti, quod videt̃ contra not. per gl.in l.Pompo.scribit,si frumentum.§.fin. s.de rei ven.& de ver.ob.l.inter stipulantem.§. si Stichum. Sed responde,ꝙ hoc tolerat̃ hic;quia declaratio, de qua loquitur, nemini potest damnum afferre, licèt afferat diminutionem legati: sed in contrarijs posset damnum auferre, & ista fuit responsio Bar. Vel dic aliter, ꝙ ibi contraria loquitur in iudicijs:hic autẽ in vltimis volũtatibus. ¶Vnũ
4 no.†ꝙ licèt in legato generaliter relicto nõ possit hr̃s deteriorẽ eligere.d.l. legato generaliter.tñ vbi declarat,de quo testator sensit, põt illũ(licèt deteriorẽ) præstare,& ita potest intelligi,& practicari iste tex. quod erit notan-
5 dũ. Et sunt hæc ĩ argumentũ, † ꝙ si testator dicat relinquo Titium exequutorem meum, & plures sint, qui vocentur hoc nomine, quòd ille erit exequutor, quẽ hr̃s declarabit. Sed si dicat,relinquo vnũ ex istis, nullus sit exequutor,ar.huius gloss.hic, & C. de epi. & cle. l. nulli. ¶Nec ob.ꝙ vbi est incertitudo personarum, semper eligit hæres,vt ꝟ.de le.2.l.si quis seruum. §. si inter duos. & & l.cum quidam. quia ille loquitur in præstationibus:nõ aũt in designatiõe officij. ¶In ea.gl.ibi dũ dicit[l.legato. §.j.]attendetur tñ,ad quẽ sint directa verba exequutiua, per no.in d.l.Lucio.¶In ead.gl.ibi dum allegat [l.veteribus.]Et per hanc legem potest colligi, quæ sit ratio, ꝙ in stipulatione generis est electio debitoris: sed in legato est electio creditoris.¶In gl.2.in fin. dum allegat[l.si fundũ, quem Titius]loquitur ibi in marito,qui negligendo potest pati seruitutes debitas fundo dotali perdi, licèt paciscendo hoc facere non posset.l.Iul.eo. ti.

Ex §. Si filius cum.

SVMMAE.

1 *Pater si fideiussorio nomine filij fuit coactus soluere condemnationem, computabitur solutam in partem filij.*
2 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*

§. Si filius cum. ¶Filius soluens condemnationem factã contra se defensorio nomine patris, potest illam in hoc iudicio cohæredibus imputare. hoc dicit. ¶Legitur dupliciter, vno modo in filio emancipatio. Alio modo etiã in suo,& ista secunda vera. ¶Super ver. [si filius]etiam suus. ¶Super ver. [defenderet] etiam sine iussu eius; ¶Super ver.[à cohærede] post mortem patris. Videte gloss.¶No.istum tex. quem vide allegatum per Guil. in Spec.de iudi.§.sequitur. & ibi Ioann. And. in addi. quæ incipit. Quid si pater se obligauit pro filio, &cæt. Vide etiam, quod dixi supra eod.i l.&,puto. §. sed si dolo. ¶Adde tamen dictum Iacob.de Are. qui per istum tex.
1 dicit,† ꝙ si pater fideiussorio noĩe filij fuit coactus solue

re condemnatione pro eo, computabitur ſolutum in parte ipſius filij; in neceſsitatibus † enim nemo liberalis exiſtit. de adi. le. rem legatam. & iſtud dictum vide relatum per Bar. in l. Stichus. ſ. de pe. le. vbi omnio vide.

Ex §. Item curare.

SVMMAE.

1 *Præſcriptis verbis actio oritur ex diuiſione facta per iudicem.*

2 *Euictio non debetur niſi pro dimidia, quam habet paſſus damnum.*

3 *Expreſſum vbi fuiſſet inter cohæredes, quòd non teneatur de euictione euictionem paſſus, non ageret & ad verum pretium rei.*

4 *Euictio venit ex natura rei.*

5 *De euictione non agitur, niſi propter defectum auctoris, à quo cauſam habet poſſeſſor.*

6 *Feudum, quod eſt commune, poteſt ex cauſa diuiſionis aſsignari vni ex fratribus, & idem in emphyteoſi.*

7 *Feudũ, vel emphiteoſis aſsignata vni ex fratribus cauſa diuiſionis, mortuo illo, non reuertitur ad fratrem ſed vadit ad dominum, & hoc tam in iudicis, quàm partis diuiſione.*

8 *Ex diuiſione teſtatoris, quæ habet vim prælegati, non reſultat permutatio, ſicut ex iudicis, & partis diuiſione.*

§. Item curare. ¶ Iudicis officium in hac actione eſt, vt tota hæreditas diuidatur, & vt alter cohæres alteri de euictione caueat. h. d. ¶ In glo. 1. in prin. ſuper ver. [præſcriptis verbis] quæ oritur ex quodam contractu permutationis, qui videtur eſſe in diuiſione, vt hic, & l. ſi fratres. C. communia vtriuſque iudi. ita dicit glo. in l. ſi familiæ.
1 hic allegata. ¶ Vel dic ſubtiliùs, quòd oritur † ex quaſi contractu innominato reſultante ex ipſa diuiſione iudicis, per quam quaſi contrahitur inter partes. Et erit notandũ, quòd ſicut ex contractu innominato oritur præſcrip. verbis; ita ex quaſi contractu innominato, de quo non poteſt apertè poni exemplum, niſi in ſententia iudicis diuidentis, per quam quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ſ. de pecu. Videbatur contra, quaſi cuilibet hæredum dubius euentus rei deberet accidere, ſicut quando emitur iactus retis. l. ex empto. §. fi. ſ. de act. emp. Cõtrarium tamen verum eſt; quia videtur filius, vel alius hæres habere ex quadam permutatione. l. 1. C. communia vtri. iud. & de le. 1. l. cum pater. §. hæreditatem. ergo venit euictio, ſicut in pmutatione. l. 1. ſ. de rer. permu. Ita dicit Guil. in d. l. ſi familiæ. quem omnino vide. ¶ In ea. glo. dum allegat. [§. de euictione.] Sed ibi loquit in re debita ex cauſa legati, & ſic ex titulo lucratiuo, & ideo dic, vt no. i d. l. ſi familiæ. & in §. duo fratres. ¶ Ex quibus conclude aliqua,
2 primò, † quòd vbi venit euictio, non debetur, niſi pro dimidia, quam habet paſſus damnum euictionis à ſuo cohærede. ¶ Secundò, quòd vbi fuiſſet expreſſum, quòd non
3 teneatur de euictione, euictionem paſſus non ageret etiã ad verum pretium rei; quia vterque ſuſcepit in ſe dubium euentum rei, ita dicit ibi gl. ergo non poteſt conqueri, cũ vicisſitudinarium ſit periculum. C. de tranſac. l. de fideicommiſſo. & de inoffi. te. l. ſi pater puellæ. ſecundùm
4 Guil. ibi, qui ita declarat illa verba. ¶ Tertiò, † quòd vbicunque dicitur euictionem venire, eſt verum, niſi fiat ex natura rei, nam ſi euincatur feudum, vel emphyteoſis ex morte eius, cui eſt facta aſsignatio; quia non poteſt per eius hæredẽ retineri fœminæ, in quas non tranſit, nõ propterea debet euictio, ar. ſ. loca. l. ſi quis domũ. ad fin. & ſ. eo. l. & puto. §. 2. qa iſta eſt euictio neceſſaria. l. lex vectigali. ſ. de pig. niſi nominatim eſſet de iſta euictione ꝓmiſſum. Ita dicit notanter gl. in d. l. ſi familiæ. Et intellige nominatim, ideſt expreſsè, aliàs ſi ſimpliciter non ageret. ſ. de hære. vel ac. ven. l. nomen. & loca. l. ſi quis domũ. §. 1. & de dam. infec. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. in prin. Nec iſto caſu videtur facienda differentia, ſciuerit, vel ignorauerit ille, cui talis res fuit aſsignata (licèt gl.
5 ibi aliter videatur ſenſiſſe) nam de † euict. non agitur, niſi propter defectum auctoris, à quo cauſam habet poſſeſſor, res euincatur, infra de euic. l. hoc iure. Sed feudum nõ euincitur ex aliqua cauſa antecedente, nec ex aliquo facto auctoris, ſed ex natura, vt quia mulier non ſuccedit in feu
6 do, ſecundùm illam glo. ¶ Ex quo etiam no. † quòd feudum, quod eſt commune, poteſt ex cauſa diuiſionis aſsignari vni ex fratribus, & idem in emphyteoſi, facit quod no. Guil. ſ. de tranſac. in l. cũ hi. §. ſi vni. & tunc ſi moritur
7 ille, † cui eſt facta aſsignatio, non reuertitur ad fratrem, ſed ad dominum, & hoc in diuiſione facta à iudice, vel à partibus; nam ſi à teſtatore, non venit euictio, ſecundùm glo. C. eo. l. ſi cogitatione. per l. cũ pater. §. euictis. ſ. de le.
8 2. tunc † enim non reſultat aliqua permutatio. Quidam tamen contra, ſecundùm Cin. ibi; quia. §. euictis. loquitur in prælegatis: ſecꝰ in diuiſione, de qua loquimur. pro hoc adducũt. ſ. eo. l. ſi paterfamil. Sed Doct. communiter tenent illam glo. quia diuiſio teſtatoris habet vim prælegati. de le. 1. l. quid ergo. de hæred. inſt. l. ex facto. & C. fam. erc. l. quotiens. Et circa hoc vide Bar. in §. duo fratres. in vlt. q. Non ob. l. ſi paterfami. vt ibi dicam.

Ex §. Si pecunia.

SVMMAE.

1 *De portione eius, cui prælegata res eſt, an debeat deduci, ſi aliquid eſt ſoluendum, remiſsiuè.*

§. Si pecunia. ¶ Vbi certa quãtitas vni ex cohæredibus eſt prælegata, etiam ſi in hæreditate quantitas non exiſtat, ab omnibus hæredibus eidem debet pro hæreditaria parte præſtari ex pretio rei hæreditariæ propter hoc alienandæ. h. d. cum ſeq. ¶ Super ver. [relicta ſit] ſcilicet vni cohæredũ in genere. Et ſic nõ ob. ſ. de lega. 1. l. ſi ſeruus legatus. §. quinque. quia ibi loquitur in legatis in ſpecie, vt etiã ibi notatur. ¶ Super ver. [inuenta] ſcilicet in hæreditate. An
1 autẽ debeat deduci † de portione iſtiꝰ, cui ꝑlegata erat, dic, vt not. ſ. de le. 1. in l. ab omnibus. in prin. & §. i Titio. & ſ. de cõdi. & demo. in l. qui hæredi. §. fi. & aliquid tangã. ſ. eo. in l. rem pignori. ſuper tex. Videte gloſſas.

Ex l. In hoc iudicio.

SVMMAE.

1 *Commiſsio non poteſt valere pro parte.*

2 *Inſtrumentum an poſsit in totum dici falſum, ſi reperiatur in parte falſum.*

3 *Arbitrator an poſsit ſibi reſeruare aliquid declarandum.*

4 *Si creditori detur res debitoris in ſolutum tanquam creditori in decem, cum ſit in octo tãtùm, an tota datio in ſolutum retractetur, non pro quota parte.*

5 *Sententia an poſsit valere pro parte, & pro parte non.*

6 *Sententia arbitri egredientis compromiſſum, nihil valet.*

7 *Libellus si continet vnum capitulum tantùm contra plures, & pronuncietur contra vnum, videtur pronunciatum contra alios.*

8 *Connexa pro vno habentur.*

9 *Sententia est terminus cognitionis.*

10 *Restitutio reponit per omnia in pristinum statum.*

11 *Conuentus rei vendicatione ad fundum, si reperiatur possidere pro parte tantùm, vnde iudex in alia parte nihil dixit, sententia valet.*

12 *Iudex si iudicauit super toto, sed vltra id, quod extēditur eius iurisdictio, an valeat sententia circa ea, quæ sunt infra.*

13 *Negans totum secundū naturā, & quando non tenetur facere aduersarium certum, non negat quamlibet eius partem, secus econtra, & in iudicijs. & ratio ibi, nu. 14.*

14 *Sine actione sententia sequi non debet.*

15 *Ad substantiam actus vbi plura requiruntur, vt solemnia, si vnum deficit, omnia debent irritari.*

L. In hoc iudicio.

¶ Sententia nō potest pro parte valere, pro parte non, & tam instantia, quàm sententia censetur indiuidua. h. d. ¶ Super ver. [omnium] qui interfuerunt in iudicio secundū veritatem. ¶ Super ver. [omissa] in capitulis connexis, de quo. j. tangetur cum glo. Super ver. [valebit] contra hoc videtur. C. si aduer. rem iud. l. 1. Sed solue, vt colligitur ex ibi notatis secundùm suā lec. ¶ Super. ver. [nō valere] scilicet ab initio. Nec ob. j. de iure patro. l. fi. j. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. fi. de admi. tu. l. si minoris. s. de arb. l. Labeo. in prin. quia ad omnes responde, vt in qualibet earū notatur. ¶ No. tex. qui
1 facit ad plura. Primò allegāt per Guil. & Io. An. † quòd commissio non possit valere pro parte. Et ideo si est facta commissio tribus, quorum alter est mortuus, non teneat in personis aliorum, de quo vide in Spec. de iudi. dele. §. restat. ver. quid si causa committatur tribus. Et ibi
2 etiam Ioan. An. in additione. ¶ Item facit ad q. † si instrumentum reperiatur pro parte falsum, an possit totum dici falsum. Et per istum tex. videtur, quòd sic in omni parte connexa, facit. s. de neg. gest. l. cum actum. de quo vide per Inno. de hæreti. in c. fraternitatis. & vide etiam bonā glo. 9. di. in c. si ad scripturas. Quod tamen credo intelligendum in capitulis substantialibus; nam licèt accessorium esset falsum, non dēt tū inualidare principale, vt not. C. de fal. in l. querela. ¶ Itē facit ad q. no. per Dy. de
3 ver. ob. in l. triticum. † de arbitratore, qui reseruauit sibi aliquid declarandum, an licèt reseruatum non declaret, valeat declaratum; nam vbi declaratio est de substantia ipsius arbitrij, non valet, vt hic, facit. s. de arb. l. itē Labeo.
4 §. 1. & quod ibi no. ¶ Item facit, quòd † si creditori datur res debitoris in solutum, tāquàm creditori in decem; cum sit in octo tantùm, an tota datio in solutum retractetur, non pro quota parte, facit. l. 1. § hæc verba. j. ne vis fiat ei. l. tutor petitus. de tu. & cu. da. ab his. l. cum verò. §. subuentum. de fideicom. liber. & j. de condi. inde. l. si non sortem. §. si centum. vbi Bal. dicit, & ita Bar. consuluit me interrogante. Videte glo. ¶ In gl. 1. ibi dū dicit [non autē est necesse omnes adesse] act. & tunc valet iudicium, quò ad personales præstationes, nō quò ad diuisionem, & hęc bona solutio sic declarata. ¶ In eadem glo. ibi dum dicit [prima tamē verior est] quę est ad so. contrarij de §. dubitandum. ¶ Conclude ergo sic. Aut omnes fuerunt in iudicio: & tunc in omnium personas facienda est condemnatio, & absolutio, & iste est casus in hac. l. Aut nō affuerūt omnes, sed quidam tantùm: & tunc potest fieri condemnatio, & absolutio inter eos, qui affuerūt iudicio, & valet inter eos, quò ad personales præstationes, puta; quia vnus commisit dolum, vel quia vnus eorum fructus percepit, & similia, vt. l. 2. §. dubitandum. s. eo. sed quò ad diuisionem faciendam non posset hoc fieri; quia fieret præiudicium absentibus. l. de vnoquoque. de re iudi. ita verifico omnia. ¶ In gl. vlt. dū dicit ibi [nō sunt de bonis.] Conclu
5 de ergo, aut sententia † fertur super diuersis capitulis, aut super vno. Primo casu, aut sunt separata, & potest valere pro parte. l. Offidius. de leg. 3. &. C. de transa. l. si ex falsis. & ita intelligatur. j. eo. l. quædam. & l. fi. j. de iure patro. & hoc procedit in iudice, qui non habet potestatem limitatam: secus in arbitro, qui habet eam limitatam. Et
6 ideo † si formam compromissi egreditur, non valet sententia. l. quid tamen. §. si arbiter. s. de arbi. & ita limitat Iaco. But. istum articulum in l. 1. C. si aduer. rem iudi. ¶ Quod
7 tamen dixit de capitulis separatis, † idem est dicendum, si libellus continet vnum capitulum tantùm contra plures; nam si pronunciatur contra vnum, videtur pronūciari contra alios. ff. de iudi. l. non idcirco. & ibi not. & de re iudi. l. de vnoquoque. Aut capitula sunt connexa, & tunc
8 secus est, & sic non potest valere pro parte; quia † connexa habētur pro vno. l. cum actum. s. de nego. gest. & j. de ædil. edic. l. cū eiusdē. ¶ Secūdo casu, quando sentētia fertur super vno capitulo: tunc aut quærit, an ab initio posset valere pro parte, & dicendum est, quòd non, vt hac. l. cū similibus. Et ratio potest assignari; quia si valeret pro parte, & alia remaneret in pendenti, oporteret refricari iā pronunciatum ratione partis indecisæ, quod nō est possi
9 bile; cū sentētia † debeat esse terminus cognitionis. Nec ob. j. de re iudi. l. Paulus. quia ibi omisit solùm quædam extrinseca, & accidentalia, vt condemnationem expensarum, quæ non est de substantia definitiuæ. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. ¶ Aut quæritur, an ex postfacto posset valere pro parte: & tunc aut infirmatur per viam resti
10 tutionis, & non potest; quia restitutio † ponit per omnia in pristinū statū. l. ēt. §. 1. s. de min. Aut infirmatur alijs modis: & tunc bene potest infirmari pro parte, ar. s. de inoffi. te. l. nā & si parentibus. §. fi. & circa istum articulum, an ex postfacto posset, vide no. per Bar. in l. 1. C. si aduer. rē iud. ¶ Aduerte tū; quia istud, quod dictū est, ꝙ quādo est vnū capitulū tantùm, non posset pronūciari pro parte, est verum, secūdùm Bar. quando instantia causæ tenet super toto: secus si super parte esset perempta, ita quòd sequeretur absolutio ab obseruatione iudicij; tunc enim sufficit pronunciari super illa parte, in qua tenet iudiciū, casus est in l. si constante. §. fi. j. sol. mat. vbi Bar. ¶ Et per
11 hoc determinauit in q. facti, quòd cum conuentus † rei ven. ad fundum, repertus esset possidere pro dimidia tantùm, vnde iudex in alia dimidia nihil dixit, quòd sententia valeret; quia pro alia parte, quam non possidebat, non procedebat iudicium. l. fi. s. de rei ven. Ego tamen puto, ꝙ iudex debuit eū absoluere pro alia parte ab obseruatione iudicij, aliàs non esset sententia conformis libello: secus si habens ius ad 10. petijt. 20. quia non sufficit iudicem pronunciare de 10. quia totum iudicium valet, licèt totum non debeatur. de re iudi. c. Abbate. lib. 6. & j. eod.
12 l. cum putarem. ¶ Et ex his potest decidi, quid † si iudicauit super toto, sed vltra id, quod extēdat eius iurisdictio, an valeat saltē, quatenus est intra. In quo glo. videt̄ variare in l. 1. C. de re iud. & in l. fi. s. de iurisd. om. iud. de quo dic, vt i qualibet earū no. & tāgitur per Io. And. in reg. ea, quæ fiunt à iudice. in glo. ordinaria. li. 6. ¶ Sed contra so. prædictam. s. positam ad d. l. si constante. §. fi. potest indu
13 ci ratio talis. Qui negat † totum, non negat quamlibet eius partem; quia si nego me habere 20. non per hoc videor

deor negare me habere. 10. ſi ergo maritus ibi fuit litem
conte. ſuper tota dote, nõ videtur eam conteſtatus ſuper
qualibet eius parte, ergo nec debet poſſe ferri condem-
14 natoria ſuper parte, cum ſine † actione non ſequatur ſen
tentia. C. de temp. ap. l. ſi. ¶ Sed poteſt reſponderi, quòd
aſſumptum, qui negat totum, &c. procedit ſecundùm na-
turam: ſed ſecundùm iuris præſumptionem attenditur, an
negans teneatur aduerſarium facere certum: & tunc ſit
verum, quòd negando totum videatur negare quamlibet
eius partem. l. de ætate. §. ſi tamen eſſent. ff. de interro. ac.
aliàs ſi non tenetur facere aduerſarium certum, non vi-
detur negare quamlibet eius partem. & iſta fuit doctrina
Cin. poſt Pet. ¶ Vel poteſt dici, quòd in iudicijs videtur
negari totum, & qualibet eius pars; quia quicquid
includebatur in affirmatione aduerſarij, videtur ex-
cludi per negationem rei propter naturam relationis. l.
ſi defenſor. §. 1. de interro. act. & probatur apertè. ſ.
de pac. in l. ſi vnus. §. ſi cum. 10. ¶ In ead. glo. ibi [in l.
ſi duo. in fi.] & eſt ratio, quæ colligitur ex prędictis. ¶ Ex-
tra no. iſtum tex. & prædicta ad doctrinam Innoc. qui di-
15 cit, † quod vbi ad ſubſtantiam actus plura requiruntur,
vt ſolemnia, ſi vnum deficit, omnia debent irritari: ſecus ſi
actus ſint diuerſi. Ita dicit Inno. de ſacra. itera. in c. 1.

Ex l. Rem pignori.

SVMMAE.

1 *Res prælegata ſi ſit vni pro onere tributi, vel vectigalis, vel æſtimo, obligata tempore præterito debet de cõmuni redimi, & libera præſtari: ſecus in futurum.*

2 *Hæres tenetur præſtare rem liberam à tempore præterito, non à futuro, quando res legata eſt affecta aliquo onere ſucceſſiuo.*

3 *Inuitatus ad rẽ, quam debet habere liberam, quomodo debeat in eam conferre.*

Et quid ſi obligaretur poſt legatum factum nu. 4.

Et quid ſi promiſiſſet teſtator vendere rem prælegatam. nume. 5.

Et quid ſi promiſiſſet vni hæredum, quòd poſſit rem illam pro neceſſitatibus obligare, & ex neceſſitate hæres obligauit. nume. 6.

7 *Ignorantia non eſt tolerabilis in facto proprio, & quando ſit verum.*

8 *Hæres tenetur indiſtinctè luere rem obligatam pro debito à teſtatore, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit teſtator ſecus ab alio.*

9 *Intell. l. Iul. §. hæres. de leg. 1.*

10 *Teſtator in dubio legando, nunquam intelligitur legare ius, quod non habet in re, vel ad rem.*

L. Rem pignori. ¶ Res obligata de-
bet liberari de cõ-
muni pecunia. h. d. ¶ Vel pleniùs, & ſic. Iudex in hoc iudi
cio aditus facit rem à teſtatore obligatam, & alteri cohę
redum prælegatam, de communi redimi, & legatario prę
ſtari. h. d. ad literam. ¶ Super ver. [rem.] ſ. hęreditariam.
¶ Super ver. [datum] per teſtatorem. ¶ Super ver. [lega-
uerit] vni hæredi. ¶ Super ver. [teſtator] ſciens obligatã.
¶ Super ver. [officio iudicis] cognoſcentis ſuper hoc iudi
cio, facit. l. hæredes. §. fi. ſ. eo. ¶ Super ver. [eam] ſcilicet
rem liberatam. ¶ Super ver. [fuerat legata] no. ad no. in
l. fi. §. quatuor. ff. de le. 2. ¶ No. iſtum tex. ad plura. primò
1 enim probat, † quòd ſi ſit prælegata vni res obligata pro
onere tributi, vel vectigalis, vel pro æſtimo, debebit redi-
mi de communi, & libera præſtari. ſ. pro præterito tempo
re, probatur in l. apud Iul. §. hæres. de le. 1. vbi eſt caſus
2 notabilis, † quòd quãdo res legata eſt affecta aliquo one
re ſucceſſiuo, hæres teneatur præſtare eam liberam à
tempore præterito, non à futuro, & pro futuris eſt ratio;
quia debitum non eſt adhuc in rerum natura, & ideo ei⁹
nõ debet haberi ratio. ¶ Aliqui tamẽ dicunt, quòd ille. §.
hæres. loquitur in onere impoſito per legem, vt. ff. tangam
ſuper glo. ¶ Secundò no. tex. dum dicit [ex communi pe
3 cunia.] Ex quo deciditur, † quòd etiam inuitatus ad rẽ,
quam tamen debet habere liberam, conferre debet in eius
recuperatione, & liberatione facit. ff. de leg. 1. l. hmõi. §. ſi
Titio. vbi tex. notabilis. & faciunt iſta iura ad multas quę-
ſtiones ibi notatas per Bar. ¶ Nota etiam iſtam literam,
quæ loquitur in re obligata à teſtatore, antequam lega-
4 ret, & ideo poſſet dubitari, quid † ſi poſt legatum aſcriptũ
eã obligaret. Sed puto idem eſſe; quia tunc nõ extinguitũ
legatum. l. 3. C. de lega. Et idem videtur, ſi permiſiſſet
vni hæredum illam rem alteri prælegatam vẽdere; quia
nec per hoc prælegatum extinguitur. l. poſtquam. §. fin. in
fi. vt le. no. cau. Et ideo iſto caſu de communi eius æſtima
tio deberet præſtari: hoc tamen, & præcedens dictum in-
tellige ſecundùm diſtinctionem. l. fideicommiſſa. §. ſi rẽ.
5 ff. de leg. 3. ¶ Item ſi permiſiſſet † vni hæredũ, quòd poſ-
ſet rem illam pro neceſſitatibus obligare, & ex neceſſita-
te hæres obligauit, non poteſt ipſe hæres compelli ad illã
redimendam, ar. ſ. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. trib⁹.
& eſt caſus in l. deducta. §. fi. ad Trebel. ¶ Et ſm̃ hoc vide
tur adhuc de cõmuni redimẽda, vt hic quod no. ad exem
plificationem huius. l. videte gloſſas. ¶ In glo. 1. dum al-
legat. l. ſi res obligata. &c. primò aduerte, quòd quidam
6 intelligunt in re † obligata ſpecialiter, alij, generaliter, ar.
l. licèt. ff. de dote præle. Fallit in tribus caſibus poſitis ibi.
In dubio creditur ignoraſſe. l. veriùs. ff. de proba. & ibi
no. & in l. 2. quod eſt verũ, ſi ſit obligata ab alio non de
ſpeciali eius mandato, vel dubitatur: ſecus ſi ab eo, cui le
gauit, vel ab alio eius ſpeciali mandato; quia tunc præſu-
7 mitur ſciuiſſe. Ratio diuerſitatis ẽ; † quia in facto proprio
non eſt tolerabilis ignorantia, ſecus in alieno. l. ſi. ff. pro
ſuo. & extra de reſcrip. c. ab excommunicato. & ibi cõcor
dantiæ. Hoc tamen de facto intellige verum, niſi ſit factũ
multùm implicitũ. ſ. de pac. l. emptor. § Lucius. vel anti-
quum. l. peregrè. §. 1. de acqui. poſ. & l. furtum. §. fundi. de
vſufru. ad quod vide Dy. in reg. pſumitur. lib. 6. ¶ Ad-
uerte tamen; quia illa diſtinctio ſcientiæ, vel ignorãtiæ
habet locum ſecundùm Bar. ibi, quando res erat obligata
8 pro debito alieno. & ita loquitur † illa. l. ſi res. ſec⁹ ſi pro
debito teſtatoris; quia tunc indiſtinctè tenetur hæres lue-
re. d. l. apud Iul. §. hæres. de leg. 1. Et eſt ratio ſecundùm
eum; quia niſi hæres ſoluat æs hæreditarium, res nõ perue
nit ad legatariũ culpa ſua, ergo tenetũ, eo. tit. l. cũ res. §. 1.
& 2. Sed Ray. ibi tenuit cõtra, ꝙ imò illa loquitur, quãdo
pro debito teſtatoris ſit obligata, patet, dum dicit, de ceſ-
ſione actionis perſonalis fienda contra eius hæredem; nã
hic neceſſariò præſupponit debitum hæreditarium. Non
9 † ob. §. hæres. quia loquitur in onere impoſito per legem,
quòd teſtator ſciebat, vel ſcire debebat: hic in impoſito
per hominem, in quo cadit ignorantia facti; ideo eo ca
ſu ſufficit pręſtari rem, qualis eſt. l. ſi legati ſerui nomine.
& l. ſeruo legato. §. ſi fundus. & l. ſi à ſubſtituto. §. fin. de
leg. 1. Alij ſuperuenientes, vt Ang. dixerunt, quòd. §. hæ-
res. debet intelligi ſecundùm prædictam diſtinctionem,
aut ſciebat vectigal deberi, aut non: nec poteſt dici ſecũ
dùm eum, quòd iſta diſtinctio locum habeat in fi. illius.
l. vbi erat obligat⁹ pro debito hæredis, vt dixit Bar. quia
tunc hæres nõ luẽdo ſemper eſſet in dolo, & ideo nõ cura
retur

retur sciuisse, vel ignorasse testator: quod tamen lex illa ponderauit. Adde tamen, quòd vbi res esset obligata pro debito tertij, qui soluendo non esset, haberet locum illa distinctio: secus pro debito tertij, qui soluendo esset; quia tunc hæres non esset in culpa non redimendo. Item pro pdicta distinctione Bar. an pro debito testatoris, vel alterius, allegat gloss. in l. qui solidum. §. fi. de leg. 2. dũ dixit ad fi. [nisi hæredi possit imputari] &c. semper enim posset imputari, quando pro debito defuncti, vt. s. dixi. Secus si pro debito extranei; quia tunc non interpellatur hęres, sed ille tertius, pro quo res fuit obligata, vel eius hæres. Sed certè illa glo. ad hoc non facit; quia quod dicit imputari hæredi, intellige scilicet in casu, quo poterat luere, & tenebatur, aliàs non. ¶ Extra contra istam legem, & eius doctrinam, & d. l. si res obligata. quòd non possint proce
10 dere, facit; † quia testator legando in dubio, nunquam in-
a telligitur legare ius, a quod non habet in re, vel ad rem, siue sit in re, siue in spe. l. apud Iulia. & l. seruum filij. in prin. & l. si domus. §. fi. j. de leg. 1. siue etiam sit ius retinendi ad tempus. eo. tit. l. huiusmodi. §. 1. & ibi no. Sed potest responderi, quòd illa regula non procedit in habẽtibus ius dominij obligatum, vt hic, & d. l. si res obligata. quia isto casu illa regula non potest habere locum; quia aliter est à iure prouisum. ¶ Vel secundùm alios potest responderi, quòd non videtur legare plus iuris in quantitate, sed in qualitate sic, vt hic, & d. l. si res. & intellige de qualitate consistente in iure hypothecæ non in quãtitate, per quam deficit aliquod ius rei, vt seruitutis. l. seruo legato. §. si fundus. de leg. 1. Nam tunc debet pręstari, qualis est in dubio, nec in qualitate intrinseca, vt bonitates; quia debet tradi, vt est. d. l. si legati. cum similibus. ¶ Quibus adde, quòd illa regula non procedit, vbi haberet solùm ius prædiale, vt seruitus; quia tunc non restringitur ad illud ius, cum sit impossibile deberi legatario, rebus sic se habentibus. Ita loquitur. l. Męuius. §. fundo. de leg. 2. Nec etiam, vbi ius est commune cum hærede. l. cum filius. §. dominus. de leg. 2. & l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. 2. Itẽ si hẽt partẽ in re quò ad proprietatem, & aliã partem hẽt obligatã, legãdo rem illam simpliciter, non videtur legasse ius hypothecæ, licèt sit ius reale, sed ius dominij tantùm, tex. est no. in l. Iul. de leg. 3.

a ADDITIO.

a ¶ Legare ius. Adde, si testator fecerit legatum de re, in qua pignoris ius, vel hypothecæ habebat, an ius illum legasse videatur, Alex. in cons. 47. incip. Visis instrumentis. in 3. volu.

Ex l. Si pignori.

SVMMAE.

1 *Pignus propriè cadit in re mobili: hypotheca verò in re immobili.*

2 *Iudicium fam. erc. amplius, quàm semel intentari non potest, ideo iudex nihil indiuisum dimittere debet.*

3 *Pignus an propriè censeatur esse in patrimonio creditoris, remissiuè.*

4 *Argumentum à simili, & ab effectu valet.*

5 *Solutio particularis licet admittatur in debito ex diuersis causis contracto, quando tamen venit à principio ex vna causa, puta, ex vno debito defuncti, quod per leges duod. tabul. diuiditur, licèt postea vniatur, non admittitur solutio particularis. ratio ibi.*

6 *Cohæres, cui adiudicatur pignus, integrum delitum à debitore consequi potest, & etiam id, quod plus soluit.*

7 *Adiudicatio facta cohæredi appellatur necessaria, licèt tantùm adsit necessitas causatiua, & non præcisa. ratio ibi.*

8 *Vbi pupillo expedit à communione discedere, sufficit allegare, & probare necessitatem causatiuam.*

9 *Contrahenti ex necessitate magis subuenitur, quàm voluntariè.*

10 *Tutori non imputatur, si partem debiti pupilli remisit, quando remissio fit ex necessitate.*

Et similiter si compromiserit cum clausula, quòd arbitri possent auferre de iure vnius partis, & dare alteri, quando ex forma statuti fuit necessitatus ad compromittendum. ibidem.

11 *Creditor censetur quasi procurator debitoris in pignore.*

Sic fructuarius, ibid.

Sic cõductor, qui tenetur prospicere, ne ius, vel corpus rei deterius fiat ibid.

12 *Creditor in pignore, fructuarius, & conductor, quia censentur procuratores, & vidẽtur à lege habere mandatũ, debẽt admitti sine cautione de rato.*

13 *Licèt res, vel actio, quando causa transit in alium ex necessitate, attrahat secum instantiam causæ: hoc tamen non est verum, quando transit ex voluntate.*

14 *Cohæredem, cui pignus adiudicatur, assimilari offerenti litis æstimationẽ, quomodo procedat, & æstimatio quomodo eius rei fiat in parte, an in toto.*

15 *Intell. l. Mænius. §. 1. de leg. 1. & l. item. §. fin. ff. commu. diuid.*

16 *Intell. l. communi diuidundo. §. fi. ff. com. diuid.*

17 *Cautionibus superuacuis vti non debemus, & nu. 3. seq.*

18 *Creditor in pignoratitia non tenetur nisi de dolo, lata, & leui culpa.*

19 *Soluenti litis æstimationem, an debeat præstari cautio de simplo.*

20 *Conuentus hypothecaria soluẽs, non videtur soluere animo liberandi principalem debitorem.*

21 *Pactum de cedendo sicut non liberat debitorem principalẽ, sic nec traditio pignorum, ratio ibi.*

22 *Hypothecariam tenetur cedere, qui vult adiudicari alicui rem pignoratam.*

23 *Si cedo tibi actionem cõtra fideiussorem debitoris mei, videor & cedere contra debitorem in dubio.*

24 *Fideiussor non potest esse sine principali.*

25 *Hypothecaria potest cedi sine actione personali, & stat sine illa. fallit in extraneo. nu. 27.*

Et quando possit cedi. nu. 30.

Et sublata personali præscriptione remanet hypothecaria. nume. 26.

28 *Hypothecariæ sunt duæ, realis, & personalis.*

29 *Hypothecaria non potest sumere originem in persona veri creditoris.*

30 *Cessionarius non habet hypothecariam vtilem, sed exercitium directæ.*

Et cui detur. nu. 31.

L. Si pignori. ¶ Ista lex reputatur dubia circa tex. ppter verba breuia literæ. Et ideo diuide eam sic. Quia primò loquitur, quando pignus est adiudicatum vni ex hæredibus creditoris, declarans quid sit fiendum inter ipsum, & cohæredem. Secundò principaliter in ver. [cõtra quoque] declarat, quid sit fiendũ inter hæredẽ, cui ad iudicatũ est pignus, & ipsum debitorẽ. ¶ Prima pars in quatuor diuiditur. Primò an veniat hic pignus in hoc iudicium. Secundò, quid dare debeat ille, cui adiudicatum est, alteri cohæ-

cohæredi. Tertiò an alter cohæres teneatur cauere cohæ-
redi, cui adiudicatur. Quartò per ſimile probat tertium
dictum verum, & inducit rationẽ. partes ſunt claræ. ¶ Se-
cunda ſubdiuiditur in tex. ¶ In prima declarat, quod ius
habeat cohæres, cui eſt adiudicatum contra debitorem.
Secũdò quod ius habeat, quando cohæres ſuus emit par-
tem à cohærede. Tertiò reddit rationem. Quartò determi-
nat primum dictum huius ſecundæ partis principalis.
Quintò aſsignat rationẽ, quare fiat prædicta differentia.
Sexto, & vltimò tollit dubium. Partes ſunt claræ. ¶ Et in
ſumma hoc intendit. Res pignori obligata defuncto, vni
ex hæredibus defuncti eſt adiudicanda, qui cohæredi pro
parte hæreditaria debiti condemnetur: nec tenetur cohæ
res cauere, quòd eum aduerſus debitorem defendat, cum
aduerſus eum exceptionem habeat, ſicut litis æſtimatio-
ne ſoluta, & illi, cui adiudicatum eſt pignus, dãtur actio-
nes perſonales, & hypothecaria ratione totius debiti: ſe-
cus ſi à cohærede ius emerit, vel animosè licitatus fuerit:
ſed pro expenſis neceſſarijs habet actionem. h. d. ¶ Super
1 ver. [res] ſcilicet mobilis, in qua † propriè cadit pignus. ꝭ.
de verb. ſig. l. plebs §. pignus. & talis res mobilis non re-
cipit commodam diuiſionem. ſ. de rei vend. l. Pomp. ſcri-
bit, ſi ex equis. ſed ſi eſſet immobilis non tradita, ſcilicet
hypothecaria, veniret in hoc iudicio diuidenda, licèt non
tradita, arg. ſ. de peti. hæredi. l. & non tñ. in princ. quia
nihil debet iudex indiuiſum dimittere, cum illud iudiciũ
2 amplius, quàm † ſemel intentari non poſsit. ſ. eo. l. ſi filia.
§. familiæ. ¶ Super ver. [data] i. tradita, & ſic impropriè.
¶ Super ver. [defuncto] ſ. creditori. Et an per iſtam obli-
3 gationem † cenſeri poſsit in patrimonio creditoris, vide
notabilem tex. in l. qui habebat. ꝭ. de leg. 3. ¶ Super ver.
[venire] nõ vt diuidatur, ſed vt adiudicetur vni conſeruã-
da. ¶ Super ver. [pro parte] ſ. debiti. ¶ Super ver. [nec ca
uere debet] cohæres, cui pars debiti fuit ſoluta propter
adiudicationem pignoris alij cohæredi factam: & intel-
lige, quando conſtat rem pignoratam fore, ſecus ſi dubi-
taretur. Item hoc eſt verum, quando adiudicatur vni ra-
tione pignoris, vt hic: ſecus ſi ratione dominij. ſ. eod. l.
hæredes. §. nihil. ¶ Super ver. [qui pignori dederit] quaſi
iſta cautio ſit ſuperuacua, cum contra debitorem tutus
ſit per actionem, & exceptionem. Item per rationem à
4 † ſimili, quæ ſequitur ab effectu. ¶ Super ver. [ſeruiana]
pro rebus colom. ¶ Super ver. [petita] res aliqua, &c. ¶ Su
per ver. [oblata] ſibi creditori agenti, ꝙ poteſt quicunq;
poſſeſſor. l. Paul'. §. 1. ꝭ. qui. po. in pig. ha. ¶ Sup ver. [vt
& is] ſ. Poſſeſſor hypothecaria cõuẽtus, & hic ꝓbat, ꝙ
ſit ſimile ab effectu. ¶ Super ver. [exceptione] doli gene-
rali. Nec ob. C. in quib. cau. pig. taci. contraha. l. ſi non in-
ducta, quia ibi non erat res obligata alicui, ideo non re-
tinet: hic ſic propter ius pignoris. ¶ Super ver. [tuendus]
quia ſolam exceptionem videtur emiſſe, donec ſibi inte-
grum debitum ſoluatur per debitorem agentẽ. ¶ In ver.
[contra quoque] glo ponit vno modo caſum, ſed poteſt
poni hoc modo; quia ſicut. ſ. poſuit ſimilitudinem inter
eum, qui obtulit litis æſtimationem, & cui res eſt adiudi-
cata; ita econtra ponit hic diſsimilitudinem; quia ille, cui
pignus eſt adiudicatum, non cogitur illud reddere pro ea
parte, quæ ſibi adiudicata eſt, vt debitor redimat totum,
& ſoluat totum, quod ille hæres debet habere, & quod
dedit cohæredi, etiam ſi vltra debitum dedit. Et ſecundũ
5 iſtum modum legendi no. caſum, † quòd cum de iure ſit,
quòd ſi debitum ſit ex diuerſis cauſis contractum, admit-
tatur particularis ſolutio. l. fi. ꝭ. qui. mo. pig. vel hypo. ſol.
quando tamen à principio cauſa fuit vna; quia vnum de-
bitum defuncti tract inter hæredes diuiſum per l. 12. tabu.
C. ſi cer. pe. l. 1. licèt poſtea iterum vniatur per adiudica-
tionem factam vni, non admittitur ſolutio particularis:
& hoc; quia iſta vnio fit ex neceſsitate; ſecus ſi ex volunta
te, caſus eſt notabilis hic. ¶ Super ver. [adiudicatum] &
ſoluit cohæredi vltra partem ſuam; quia in tantum fuit
condemnatus. ¶ Super ver [reddere] & integrum debitũ
6 à debitore conſequi, & etiam plus, ſi plus præſtitit cohæ-
res, ideſt quia in tantum fuit condemnatus. ¶ Super ver.
[partem] pignoris. ¶ Super ver. [creditor] idem-
que cohæres. ¶ Super ver. [emerit] & obtulerit cohæredi
partẽ debiti. ¶ Sup ver. [niſi obijciatur] iſtud reſpicit qđ
dictum eſt in ver. [contra quoque] quod debet conſequi
totum, etiam ſi ſoluerit vltra debitum. ¶ Super ver. [cre-
ditori] cui eſt pignus adiudicatum. ¶ Super ver. [animo-
ſo] quaſi dicat tunc à debitore non conſequitur, niſi par-
tem debitum cohæredi, & ſic non conſequetur, quod ei ſol
uit vltra debitam pro parte ſua. ¶ Super ver. [egit] ideſt
ſoluit cohæredi vltra, quã deberet. ¶ Super ver. [& eius]
iſtud & implicat, nedũ ſoluit. ¶ Super ver. [neceſsitate]
ne res diſsiparetur per cohæredes, penes quem erat res
ipſa. ¶ Super ver. [creditori] eidemque cohæredi ad om-
ne, quod ſoluit. ¶ No. hic adiudicationem appellari ne-
ceſſariam, etiam ſi fiat cohæredi, qui prouocauit ad diui-
7 ſionem; videtur enim in eo eſſe quædam neceſsitas cau-
ſatiua, vt perueniat ad ſibi debitum. l. fi. ꝭ. de ſepa. & hoc
ſufficit, ne damnum patiatur, vt hic: ſecus eſſet ſi non dam
nificabatur, cum dominium deſijſſet habere; quia requi-
ritur neceſsitas præciſa. ꝭ. de cond. fur. l. & ideo, & de re.
eo. l. ſi pupillorum. ¶ Et ex iſto infertur ad intellectum. l.
8 ſi pupillorum. ꝭ. de re. eo. quòd † vbi pupillo expediret à
communione diſcedere, vt in caſibus nominatis in l. iube
mus. §. 1. ꝭ. de ſa. ſan. eccle. ſufficeret ei neceſsitas cauſa-
tiua. quod quotidianum eſt. ¶ No. ẽt hic in verſ. [volunta
9 ria] magis † ſubueniri contrahenti ex neceſsitate, quàm
ex voluntate. ſimile. ꝭ. eo. in l. qui erat. & ſ. qui ſatiſ. cog.
10 in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. & hac ratione non impu-
tatur tutori, ſi partem debiti pupillo remiſit, quando fit
ex neceſsitate. ſ. de pact. l. ſi plures. vbi eſt caſus. ſimiliter,
& ſi compromiſerit cum illa clauſula, quòd arbitri poſsẽt
auferre de iure vnius partis, & dare alteri, quando ex for
ma ſtatuti fuit neceſsitatus ad compromittendum. ¶ No
11 ta etiam hic tex. quia creditor cenſetur quaſi procurator
debitoris in pignore, ſimile in fructuario. l. 1. in fin. & l. 2.
ſ. vſufru. quemadmodum ca. & l. 1. in fi. de ope. no. nũ. Et
in cõductore, qui debet proſpicere, ne ius, vel corpus rei
deterius fiat. ꝭ. loca. l. videamus. ver. item hoc proſpicere.
¶ Et eſt hoc vtile, vt talibus caſibus admittantur ſine cau
12 tione de rato, quaſi mandatũ habeant à lege. ꝭ. de admi.
tu. l. vulgo. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. quæ autem in vnum.
13 ¶ Item no. ex iſto tex. hic in fi. quòd † licèt eo caſu, quo
res, vel actio tranſit in alium ex neceſsitate, tranſeat & in
illum inſtantia cauſæ. ꝭ. de iniur. l. ſed ſi vnus. §. filio. in fi.
& ꝭ. eod. l. in iudicio. ſecus tamen, quando ex voluntate;
quia tunc non tranſit inſtantia, vt hic, facit. l. 2. §. non ſo-
lùm. de hære. vel ac. ven. Ita dicit Bar. per iſtũ tex. in l. ſi cũ
hominẽ. in fi. ꝭ. de fideiuſ. Vide te glo. ¶ In gl. 1. ibi dum di
cit [præſtare debet] ſcilicet is, cui res eſt obligata. ¶ In
14 glo. 1. in fi. Bar. in hoc concludit, quòd † cũ iſte aſsimile-
tur ei, qui ſoluit litis æſtimationem, vt hic, debet attendi,
an iſte cohæres, cui adiudicatur, cogatur ſoluere litis æſti
mationẽ, inuito iudice, fortè quia iudex volebat aſsigna-
re alteri, & ipſe recuſabat: tunc fiet æſtimatio in parte ſecũ
dum æſtimationem rei. l. ſi inter. §. fi. ꝭ. de pigno. nam co
demnatur ſicut quilibet extraneus: ſed ſi hoc non fuit ex
eius cõtumacia: tunc ſi pignus valet plus, quàm debitum,
fiet æſti-

fiet æstimatio pro parte debiti. d.§.inter eos. & j.de pig. l.si fundus.§.si duo.si minùs & forte dubitabatur,ne debitor sit soluendo : tunc æstimabitur, quanti istud ius valet, quod fortè est minus debito, & pro parte illius fiet condemnatio,arg. j. ad Trebel.l.prima.§.si hæres. ¶Sed cōtra prædicta,& quòd semper res ipsa debeat æstimari,
15 videtur facere. j. eo. l.Mæuius.†§. fi.& j.tit.j.l.item.§. fin.sed responde,quòd ibi loquitur in re hæreditaria, vel communi, quæ adiudicatur vni, vt tunc res iusto precio æstimetur, & alteri præstetur pars suæ æstimationis : sed hic non erat hæreditaria,nec communis, sed pro communi debito hæreditario obligata, ideo non æstimatur res, sed debitum. ¶Secundò videtur obstare. j.tit.l.commu-
16 ni diuidundo.§.fin.vbi æstimatur res iure dominij.Sed potest responderi,quòd ibi sunt duo creditores respectu diuersorum debitorum, & iudicium diuisorium, quod intentatur inter eos,intentatur pro communione, quam habent in ipsa re,non autem pro debito; nam ibi erat obligata res communis duorum debitorum. & quilibet fuerat pro parte sua duobus diuersis creditoribus obligatus pro diuersis debitis,& ibi agunt isti creditores. s.communi diuidundo pro re ista eis communiter pignorata ; ideo ibi fit æstimatio rei,non debiti; quia ipsa res venit diuidenda,non autem debitum.¶In glo. 2.in princ. ibi dum dicit [bona similitudo] hic bona. In eadem glo. ibi [quia
17 pro eo] &c. & ratio huius tex.est,quia † superuacuis cautionibus non debemus vti.l.non cogendum.§.Sabinus.s. de procu.sed iste,cui est adiudicatum pignus, habet æstimationem,vt hic,& actionem,vt j.in ver.[contra quoq;] ergo non debet ei præstari cautio.¶In ea. gloss. in fin.ibi [placet]quasi dicat,quòd imò debeat ei cauere. s.eo. l.si filia.§.hoc amplius.Item etiam quia ratio, quæ sequitur, non concluderet ad istum casum, cum talis cohæres non haberet actionem,vel exceptionem. Aduerte tamen;quia
18 hic intellectus est in se verus ; quia in pignoratitia † creditor non tenetur,nisi de dolo,lata,& leui culpa.l.contractus.j.de reg.iur.sed cum ista adiudicatio sit facta necessariò,cohæres non desinit possidere suo dolo, vel culpa, igitur non tenetur. Et sic sine tali cautione potest se tueri, quòd non teneatur, vt dixi, ergo talis cautio non debet interponi; quia foret superuacua,vt d.§.Sabinus. ¶In gl.
19 3. ibi dum allegat.[§.petitor.] Sed videtur, quòd imò †soluenti litis æstimationem præstari debeat cautio saltem in simplo,vt.j.de do.inter vir.& vxo.l.si donatæ.Sed dic, quòd ibi habuisti à me causam, ideo teneor tibi in simplo : sed hic litis æstimationem soluit,qui nō habuit causam à me, ideo nō teneor ei cauere.Facit quod no.s.de rei vend.in l. si culpa.& in d.§.petitor.& j.de re iudi.in l.Duo.¶In eadem glo.ibi dum dicit [& iste] scilicet cohæres, qui partem debiti soluit cohæredi.¶In ea.glo.in fi. ibi dum dicit [contra quoque.] Nec obstat j.qui po.in pigno.hab. l.si prior.§.sciendum.quia dic,quòd ista glo.debet intelligi, quando quis gerit negotium principaliter ad vtilitatē alterius,& quod sit alterius interesse,licèt sibi sit aliqua vtilitas : ibi verò,quando principaliter gerit suum negotiū; nam tunc non datur ei nego.gest.vt hic. Hoc autem in dubio præsumendum videtur,quòd magis velit suum nego-
20 tium gerere,quàm debitoris. †Conuentus enim hypothecaria soluens,non videtur soluere animo liberandi principalem debitorem,ideo etiam postea potest petere accessionem,ita no.glo.in l.si res obligata. in glo. fin. in prima solu.j.de lega.j.quam solutionem ibi plurimum notauit
21 Pet.& Dyn.¶ Adde vnum, † quòd sicut pactum de cedēdo non liberat debitorem principalem. l. Modestinus. j. de solu.& infra mand.l.Papin.sic nec traditio pignorum, vt probatur.s.de nego.gesto.in l.fideiussor.si enim debitū esset sublatum, non posset cedi hypothecaria, vt hic nor. in glo.sequenti.& C.de pigno.in l.vsucapio.videte glo. 5. ¶In glo. 5.quæ incipit.contra. ibi dum dicit [si agat] scilicet cohæres. qui soluit.¶In eadem gloss. ibi, dum dicit [pro vtraque] idest pro solido debito, tam pro parte sibi debita, quàm pro parte debita cohæredi suo, qui soluit. ¶In eadem ibi, dum dicit [in summa] & C. de actio. & oblig.l.si in solutum.¶In eadem glo.ibi [maximè] scilicet in casu prædicto de eo,qui soluit litis æstimationem. ¶In eadem glo.ibi [quia & is] scilicet cohæres, cui pars debita est soluta. ¶In eadem glo.ibi [per adiudicationē] factam in solidum alteri cohæredi. ¶ In eadem gloss. ibi dum dicit [& ad cessionem] etiam expressam compellen-
22 dus est. ¶Not.glo.quæ non est alibi, † quòd si volo adiudicari tibi rem pignoratam,teneor cedere hypothecariā, & cedendo tibi personalem, videor cedere hypothecariam,sine qua personalis esse non potest, facit in argu. j. de acquir.hæred. l.illud.s.de iurisd. om.iudi.l.2. ¶ Et per
23 hanc glo.dixit alibi Dy.quòd †si cedo tibi actionem contra fideiussorem debitoris mei,videor & cedere cōtra de-
24 bitorem in dubio; quia sine principali† fideiussoria obligatio non potest esse apud aliquem. l. fideiussor obligari. in princ.de fideiuss. & ita fuit allega.per Dyn.in l.si mihi, aut Titio.eo.tit.de fideiuss. ¶In eadem glo.in ver.[hoc iudicio] dicit Bart.quòd ista lectura est in se vera, non tamen congruit huic literæ; quia etiam si adiudicatio facta non esset,nec pro parte alterius soluisset, haberet hypothecariā. ¶ In eadem glo.ibi, dum dicit [sed econtra fortè non est idem.] Not.glo.quæ quotidie allegatur, quòd
25 hypothecaria†potest cedi sine personali, & pro hoc videt casus.j.de lega.3.in l.Iulianus.& de pigno.in l. Græcè.§. cum pignori. &. C. si pignus pign. datum sit. in l. prima pro quo etiam facit; quia stat sine illa, licèt non fideiussoria.j.ad Trebell.l.si hæres.& l.debitor.& l.ex sextante.
26 §.latiùs.de except.rei iudi. † Et etiam, quia sublata personali præscriptione, remanet hypothecaria.l.cum notissimi.C.de præscriptio.triginta,vel quadraginta anno.Sed contrariū ad hoc tenet glo.C.de act.vel hæred. vend.in l. fin.& in d. l.prima. §.cum prædium. j. de pigno. & Cin. & Iacob.de Bur.in l.fin.de hære.vel act.vend.& in l.intelligere. C. de luit. pign. & Dyn.in l. fideiussor obligari.in
27 princ.j.de fideiuss.vbi concludunt,quòd †extraneo, qui vsucepit, non potest vna cedi sine alia : sed extraneo, qui non vsucepit, sic. Sed ipse Iacob. But. inhæret doctrinæ istius glo.quia duæ possunt esse hypothecariæ, vna per-
28 sonalis,& altera realis.. j.de pigno.act.l.solutum.§.solutam.Ray.in hoc dubio dixit,quòd non potest cedi possessori pignoris ad sui tuitionem,per l.per diuersas. vers.exceptis.C.mandati. & hoc tangit glo. in d.l.vsucapio. C. de pigno.& ideo consuluit, quòd emens à debitore, non soluat ei pretium,quin faciat cedi iura.Bald.in d.l.fin.di-
29 cit, † quòd licèt hypothecaria non possit sumere originē in persona veri creditoris : tamen quādo habet originem in persona debitoris, sustentatur ab illa, scilicet, vt competat directa nomine mandantis : sicut enim potest in hypothecaria cōstitui procurator simplex,ita & in rem suā. Nec est aliqua ratio impediens; quia hoc exercitium sustentatur in persona actoris, quæ est penes cedentem,&
30 non propriè ex persona cessionarij; quia non stat per se, & ideo cessionarius non habet vtilem hypothecariam, sed exercitium directæ. ¶ Ego autem in hoc articulo sic concludo. Aut quis non habet ius principalis obligationis,sed habet ius recipiendi solutionem: & tunc potest hypothecaria cedi sine personali,dicta l.Græcè. §. Stichum.

j.de

ff. de pig. & d.l.2.C.ſi pig pig. da. ſit. & effectus hypothecariæ erit; quia vel reddet poſſeſsionem, vel ſoluet. Aut non habet ius principalis obligationis, nec poteſt ei ſolui, & non poteſt ei hypothecaria cedi ſine perſonali. Fallit, quando effectus debiti remanet penes eum, cui hypothecaria creditur, vt quia vſucepit. & ita intelligatur glo in d.l.vſucapio. C. de pig. ¶ Et ad iſtam.q.vide
31 tractatú per Bar.in l.fideiuſſor obligari. §. 1.de fid.& p Guil.in Spec.de ceſsi.ac.§.1.ver.quid ſi ceſsit. ¶ Adde tamen, quòd ſicut creditori conuentionali datur hypothecaria contra poſſeſſorem, ita & ei, qui habet pignus prætorium, ſi cadat à poſſeſsione, & perueniat ad alium etiam bona fide. Ita colligi poteſt ex gloſ in l. quia debitorem.in gloſ.1. ff. quæ in frau.credi.& videtur caſus.C.de præto. pig. in l. 2. vide tamen. l. ſi quis miſſum.§.primo.& quod ibi nota. inf. de damn. infec. ¶ In eadem gloſſ.ibi [ſimilis ratio] quia facit ex neceſſitate. ¶ In ead.gloſſ. ibi [alij ſic.] hic colligitur ſecunda lectu. quòd hic non loquitur de hypothecaria, ſed de perſonali. Bartol.tamen dicit, quòd licèt iſta lectu.ſit in ſe vera: tamen non eſt neceſſaria; quia hoc de actione danda ponitur in fi.l. dicit ergo ponendum caſum, quòd hic loquatur de retentione rei, vt dixi ſupra ſuper tex. ¶ In ead.glo. ibi [ſed qua propoſita actione] &c. ſcilicet exigere poteſt cohæres totum debitum. ¶ In glo.quæ eſt ſuper ver.alteram.ibi[& ſic inter iſtos duos caſus ſit hæc differentia.] Hæc lec. non eſt vera, quantùm ad iſtum tex. quia hic non emit à ſocio debitoris, ſed fuit ei adiudicata, vel eam emit à cohærede. ¶ In ead. gloſ.ibi[hoc non valet] imò videtur hæc eſſe vera. Solu. quantùm ad iſtum text. quia adiudicatio fit ex neceſsitate, ideo habet actionem: ſed vbi ex voluntate, non.& ad hoc optimè adaptatur iſte tex. ¶ In ea. glo.ibi [hæc eſt vera.] Aduerte; quia hoc poſſet impugnari, quantùm ad iſtum tex.dicendo, quòd hic nõ cõpetit actio, niſi demum facta ceſsione. ¶ In ea.glo.in fi. poteſt concludi propter varietatem iſtarum lectu. Aut iſte emit, vel per licitationem accepit propter vtilitatẽ debitoris: & tunc habebit actionem:& ita ſaluatur iſte tertius intellectus vltimo loco poſitus, quãtùm ad actionem, ſed non ad eandem actionem. Aut non emit ad vtilitatem debitoris:& tunc iſtud verſic. [non idem,]quod eſt hic, in litera ponitur propriè; quia non habet actionem in hypothecaria, ſi emit ius pignoris. Si verò ſolam retentionem: tunc nullam habet, vt ſupra dictum eſt, de quo tamen potes hic videre Bart. latiùs. ¶ In gl. ſed huius.ibi [fideiuſſoris ementis] contra hoc videtur ff. tit. 1.l.qui cohæredes.& quod ibi no.

Ex l. Fundus mihi.

SVMMAE.

1 *Ius ſepulchrorum, vel ſepeliendi iudicatur indiuiduum. Et cur transeat cum vniuerſitate temporali.nu. 5.*

2 *Diuiſio à pupillo licèt regulariter non poſsit fieri, fallit tamen, ſi prouocetur.*

3 *Tutor pupilli, vel curator adulti poſſunt ad diuiſionem prouocare.*

4 *Minor, an facta diuiſione, in eligendo quam partem vult, ipſe præferatur.*

6 *Iuri patronatus æquiparatur ius ſepulchrorũ, quod ius patronatus, cum non ſit merè ſpirituale, tranſit cum vniuerſitate, & temporalibus accedit, & quando ſit verum.*

7 *Donans caſtrum an dicatur donare ius patronatus, quod habet in eccleſia caſtri.*

8 *Spiritualia merè cum vniuerſitate tranſire non poſſunt, vt ius inſtituendi, decimæ, ius eligendi, & ſimilia.*

9 *Epiſcopus ſi donaret caſtrum, vel villam cum omnibus iuribus ſuis, non tranſeunt merè ſpiritualia.*

10 *Ius nudum præſentandi eſt acquiſibile abſque iure patronatus, ſicut & ius eligendi abſque iure canonicali.*

11 *Ius patronatus eccleſiæ an tranſeat in filios tantùm, an etiã in extraneos hæredes.*

L. Fundus mihi. ¶ Licèt alia bona veniant in iudicio diuiſorio: iura tamen ſepulchrorum non diuidũtur, nec vniuerſitati adiudicantur in dictis conſortibus. hoc dicit. ¶ Vel ſic. Vna res per ſe in iudicium fa.erciſ. non poteſt venire, nec loca ſacra, vel religioſa, ſed eorum ius commune eſt omnibus cohæredibus in ſolidũ. hoc dicit magis ad literam. ¶ Et vide gl. allegantem iſtam.leg.ſ. c.in l.ſi filia.§. familiæ. ¶ Super ver. [ab vtriſque partibus]ideſt à mea, & ab illa pupilla. ¶ Super ver. [petam] reſpondeo ſic ſecundùm veritatem. ¶ Super ver. [datur] ſcilicet pro vniuerſitate hæreditatis diuidenda. ¶ Super ver. [poſſeſsionem] ſcilicet tantùm. ¶ Super ver. [partiatur] & dic, quòd non, ſecundùm veritatem. ¶ Super ver.[cur fa.erc.iudicio] ex hoc collige, quòd non datur. ¶ Super ver. [officiũ] in communi diuidundo. ¶ Super ver. [non poſsit]quaſi dicat, quòd interponere ſe poteſt ſpecialis iudex communi diui .non autem fam.erc. ¶ Super ver.[religioſa loca] ſcilicet ſepulchrorum. ¶ Super ver.[ius]in illis ſe
1 peliendi. ¶ Super ver.[competere.] Ex hoc not.† quòd ius ſepulchrorum, vel ſepeliendi iudicatur indiuiduũ. facit. ff. de relig.l.vel quæ pater.& quod ibi no. Sed quo
2 modo † potuit hic fieri diuiſio, cum pupillus ad diuiſionem prouocare non poſsit. l.ſi pupillorum. ff. de re.eo. & l.inter omnes.C. de prædi.mino. Reſpondeo, quòd hic maior prouocabat ad diuiſionem; quia minor pupilla non poſſet, vt in contrario. Quod tamen limita, vt ff. eodem.l.Lucius. Vel potes dicere, quòd hic tutor erat ille, qui prouocabat nomine pupillæ. Et ſecundùm
3 hoc hic erit caſus illius.q. an tutor † pupilli, vel curator adulti poſsint ad diuiſionem prouocare, quæ fuit primò diſputata per Lan.de Rampo. & incipit. In q. qua quæritur. demum fuit renouata per alium quaſi per eadem verba, & incipit. Quædam domina & ſoluerunt quòd ſic. & idem tenuit Guido de Suzar. ſuper l. iubemus.la ſeconda C.de ſacroſanct.eccleſi.& ſuper d. l.inter omnes.de quo vide per Ioann. Andr. in Spec. de euic. in prima additione, vbi etiam tangitur, qua via petatur; nam dixerunt, quòd vtili iudicio familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo, per l. antepen.cum gloſſ. infra de aucto. tu. & infra eodẽ. in l. Lucius. pro
4 quo videtur bene facere iſte tex. ¶ Adde, † facta diuiſione, an minor habeat priuilegium, quòd eligendo quam partem vult, ipſe præferatur, circa quod vide, quod dixi ſupra eodem in l. prima. & Bartol. in l. prima. C.de his, qui ſe defe.li.10. Videte gl. quæ quaſi om
5 nes literales ſunt. ¶ In vlt.gl. in fi.† no.ꝙ ius ſepulchri, licèt ſit quid ſpirituale, tranſit cum vniuerſitate temporali. vt ll.hic allegatis, facit ext.de re iudi. c. cum Bertoldus. Et hoc; quia ius ſepulchri non eſt merè ſpirituale, vt voluit Innocen.extra de iure patro. in capitu.ex lite-
6 ris. vbi æquiparat † iſtud ius ſepulchri iuri patronatus.

natus, quòd non est merè spirituale. extra de iudi. cap.
a quanto.& ideo potest temporalibus accedere. a † Vnde
7 donans castrum, videtur etiam donare ius patronatū, quod habebat in ecclesia fundata in castro; quia castrū est quid vniuersale, de quo dic, vt no. Inn. in d.c. ex literis. vide etiam Archi. 16.q.7. in c. piæ mentis. & 70. di
8 stin. in c. hortamur. secus in his, † quæ sunt merè spiritualia, vt sunt decimæ, ius instituendi, ius eligendi, & similia; quia non transeunt talia etiam cum vniuersi-
9 tate in consequentiam. ¶ Et ideo si † Episcopus donaret castrum, vel villam cum omnibus iuribus suis, vel cum omnibus iuribus, quæ ibi habet, talia non transirent, secundùm Innoc. & Hosti. ibi. ¶ Aduerte tamen; quia quod dixi transire ius patronatus, est verum, quā do est contractus, cuius natura transit dominium: aliàs secus. Ita voluit Io. An. de iure patro. in c. de iure. super
10 secunda glos. ¶ Adde aliud, quòd nudum † ius præsentandi est acquisibile absque iure patronatus, sicut & ius eligendi absque iure canonicali, de postu. præla. c. bonæ. de elec. c. scriptum. de ca. pos. c. cum ecclesia. Et hoc habet communis opinio, quam tenet Io. An. de elec. in c. querelam. vbi videtur casus. et latè hoc disputat in
11 reg. quod alicui. lib. 6. ¶ Adde etiam aliud, an ius † patronatus ecclesiæ, de quo dictum est, transeat in filios tantùm, an etiam in extraneos hæredes, circa quod vide glo. 16. q. 1. in c. constitutum. & eadem causa q. 7. in c. filijs. & in c. cōsiderandum. & Inn. super Rubrica de iure patro. & Io. And. eo. tit. in c. cum si. et de hac q. & similibus. q. vide in cle. plures. de iure patrona. per Io. de Lignano.

ADDITIO.

a ¶ Temporalibus accedere. Adde, nunquid iudex temporalis possit de eo cognoscere, & an de eo statutum secularium disponere possit, vide Paul. de Cast. in consil. 194. in 1. vol. versi. 2. quia ius.

Ex l. Si seruus.

SVMMAE.

1 *Officium iudicis non expirat, quò minus eius, quod impensum est, ratio debeat haberi, perempta re recuperata.*

L. Si seruus.

¶ Pro pignore liberato ab vno ex cohæredibus durat officium, licèt pignus peremptum sit. h. d. ¶ No.
1 quòd etiam † perempta re recuperata, quæ communis erat plurium, non expirauit officium iudicis, quò minùs eius, quod impensum fuit, ratio debeat haberi. Nec obst. huic C. communia vtriusque iudi. l. familiæ. vt ibi no.

Ex l. Quæ pater inter filios.

SVMMAE.

1 *Assignatio hæreditatis facta sub nomine singularum rerū, quid operetur.*
2 *Prælegatarius est coniuncta persona.*
3 *Intell. l. cum pater. §. euictis. de leg. 2. & l. cum alienam. C. de leg.*
4 *Diuisio testatoris habet vim prælegati in specie, in qua non agitur de euictiōe: secus si facta sit à iudice, vel à parte, quia habet vim permutationis; quia de euictione cauetur.*
5 *De accessorio idem iudicatur, quod de eo, cui accedit.*
6 *Legata vacca venit, vitulus, qui lactat.*

L. Quæ pater inter filios.

¶ Non diuisa per testatorem applicantur hæredibus ꝓ portionibus hæreditarijs, nisi per eundem fuerint vni assignata, vel nisi sequantur vnum tanquam accessoria. h. d. iste casus allegabilis. ¶ Pone casum in terminis, vt hic in 1. gl. ¶ Super ver. [in vnū] cohæredum tantùm. ¶ Super ver. [non cōtulit] iure prælegati. ¶ Super ver. [non sequantur]. s. iure cuiusdam accessionis. ¶ In gl. 2. in fi. No. hanc sol. ad intellectum illius legis. Et ex hoc
1 collige, † ꝙ si eos instituisset singulariter in certis rebus, vel assignationē fecisset, secundùm illā portionē non intelligentur in alijs instituti, vel hæredes esse, sed solùm pro virili, facit. ꝭ. de hæredi. insti. l. si alterius. & l. ex facto. §. 1. & de mili. testamen. l. si certarū. Quod est verū, quādo assignatio fuit facta sub nomine singularū rerū, vt ibi: secus si sub nomine quotæ, vel vnciarū. l. interdū. §. paterfamil. eo. ti. de hære. insti. & no. in l. si miles vnū ex fundo. de mili. testa. ¶ In glo. 3. ibi [§. euictis.] Nec
2 ob. ꝙ imò debeat posse agi; quia † prælegatarius est cōiuncta persona. C. de leg. l. cum alienā. quia pōt responderi, ꝙ in §. euictis. est speciale, ne crescat inuidia inter fratres, secundum gl. ibi. Sed certè non videtur differentia inter fratres, & alios cohæredes coniunctos. Potest
3 ergo dici, ꝙ in §. euictis. ille, cui relinquebatur, erat legatarius, & hæres: vnde licèt euincatur legatum, remanet tñ hæreditas: sed in l. cum alienā. erat legatarius tantùm, & ita vr̄ colligi ex notatis per Ci. post Vltramō. in d. l. cum alienā. Alia etiam traditur responsio per Bart. ꝙ §. euictis. loquitur solùm, qñ legatur res aliena à testatore possessa, quā suam credebat: secus si legaretur res aliena ab extraneo possessa; tunc. n. debet redimi de cōmuni, vt d. l. cū alienā. quæ in hoc nō reperitur limitata. quod no. ad illius. l. intellectū. ¶ In ea. gl. ibi [à iudice, vel
4 inter se diuisit.] Et est rō diuersitatis; † quia diuisio testatoris habet vim prælegati in specie, in quo nō agitur de euictione: sed facta à partibus, vel à iudice habet vim permutationis, in qua agitur de euictione, vt eadē l. cū pater. §. hæreditatē. il secondo. qd est notandū ad hoc. ¶ In gl. fi. ibi, dum dicit [plus æquū.] Et sic no. hic de ac
5 cessorio † iudicari idē, quod de eo, cui accedit, facit ꝭ. loca. l. sed addes. §. si quis ad mulierē. & ideo dicimus,
6 ꝙ † legata vacca, venit vitulus, qui lactat, facit. ꝭ. commo. l. si vt certo. §. vsque adeo. quod est vtile ad plura ibi no. per Guil.

Ex l. Si paterfamilias.

SVMMAE.

1 *Euictio an veniat in diuisione facta à testatore.*

L. Si paterfamilias.

¶ Res prælegata debet redimi de communi. hoc dicit. ¶ Vel sic. Diuisioni factæ per testatorem cohæres stare non cogitur,

tur, niſi ſibi adimpleatur per cohæredem. hoc dicit. magis ad literam. ¶ Super ver. [partem] ipſi prælegatam. ¶ Super ver. [ſuam] ſun di alteri prælegati, & obligati per patrem. Videte glo. ¶ Nota iſtum tex. qui vide
1 tur † probare, quòd in diuiſione facta à teſtatore veniat euictio contra glo. in l. ſi cogitatione. C. eo & contra id, quod concluſi. ſ. eo. in l. hæredes. §. penult. & ſtatim aliquid dictum fuit. ſ. l. proxi. ſed illud eſt verius. Nec obſt. iſta lex; quia loquitur, quando euincitur culpa cohæredis; quia non ſoluit debitum, pro quo res erat obligata, & ideo agitur hypothecaria, ar. l. 1. §. ſi hæres. ʃ. ad Trebel. Vel hic hæres hoc conſequitur excipiendo, non agendo, ſicut in l. cum pater. §. euictis. Et ita reſpondit Bartol. ad iſtum text. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ʃ. de verbo. oblig. in vlt. q.

Ex l. Seruos inter.

SVMMAE.

1 *Adiudicatione deficiente, deficit illud, quod per illam veniebat præſtandum.*
2 *Hæredi non exiſtenti in mora ſoluendi ſerui deperiuntur, ſuſpẽſa conditione, ſicut fideicommiſſario.*
3 *Aeſtimatio an faciat emptionem.*

L. Seruos inter. ¶ Serui ſub conditione legati, tempore diuiſionis in æſtimationem deducti, non videntur eſſe empti per cohæredes. h. dicit. ¶ Vel ſic. Aeſtimatio pretij, vel aſcriptio rei ſub conditione legatæ facta cauſa diuidendi, non facit emptionem, nec transfert periculum, niſi æſtimauerit dubium euentum. h. d. plenius coniuncta glo. ¶ Super ver. [æſtimatos] & vni adiudicatur pecunia ab eo alij præſtanda. ¶ Super ver. [hæredi] cui pecunia debebat præſtari, deficiente conditione. ¶ Super ver. [fideicommiſſario] cui ipſi ſerui, exiſtente conditione, præſtandi erant; quia fuerant eis ſub conditione lega
1 ti. Nota, † quòd deficiente adiudicatione, deficit illud, quod propter illam veniebat præſtandum. ¶ Secundò no. tex. dum dicit [ſuſpenſa conditione] ex quo colli
2 ge, quòd † hic hæres nõ erat in mora præſtandi, aliàs videretur ſecus, ʃ. de lega. 1. per l. apud Iul. §. ipſius. ¶ Item
3 aduerte, † quòd hic probatur, quòd æſtimatio non facit emptionem, quod videtur contra notata in l. ſi inter virum. C. de iure do. ſed iſta loquitur in caſu certo: aliàs an in dubio faciat emptionem, vide in d. l. ſi inter. & per Ci. in l. prima. C. commo. aliqui tangunt in l. æſtimatæ. ʃ. ſol. ma.

Ex l. Pomponius Philadelphus.

SVMMAE.

1 *Donatio inter patrem, & filiam in poteſtate quando valeat.*
Idem in donatione ante nuptias facta filio. ibidem.
Idem valet donatio propter alimenta. ibidem.
2 *Donatio facta vxori confirmatur per mortem viri. & nu. 4. 5. & 12.*
Emancipatio æquiparatur morti. ibidem.
3 *Filius, cui pater donauit, vel emit libros magni valoris, quid debeat agere.*
6 *Donatio inter viuos quot teſtes requirat.*
7 *Donatio confirmata morte, an veniat in fideicommiſſo vniuerſali.*
Pater ſtipulando dotem ſibi reſtitui, facto diuortio, ſub conditione, ſi conſenſerit filia reſtitutioni, ea moriente, poteſt agere, & ſpeciale eſt. ibidem.
Vide plura alia ſpecialia. ibid.
8 *Pater qualiter dicatur ſtipulari filiæ in dote, & nu. ſeq.*
9 *De ſcrineis, mobilibus, & ſimilibus, quæ dantur à patre filiæ ſponſæ, an de eis iudicari debeat idem, quod de dote, & filiæ quæratur actio.*
Et an ſicut filia de dote poteſt teſtari, ita de his poſſit. ibid.
Et quòd ſtatutum loquens de dote, habeat locum & in ſequelis, & appendicijs dotis, quia iſta eſt legis extenſio, etiam ꝙ eſſet taxatiua, tantùm. ibid.
Taxatiua dictio excludit penitus extranea, & diuerſa, non quæ ſunt pars eius, vel ſequela. ibidem.
10 *Termini reſtrictiui natura ſicut excludit ab ipſo extranea, ita coniuncta, & pertinentia ad ipſum includit.*
11 *Pecunia, quæ datur à patre, vel à ſponſa marito in auxilium veſtium, an cenſeatur de dote.*
13 *Victus appellatione continentur veſtimenta.*
14 *Maritus diſtribuens poſt mortem vxoris veſtimenta inter pauperes amore Dei, an videatur adijſſe hæreditatem vxoris.*
15 *Donata ſponſæ quando vadit ad domum viri, cuius reſpectu cenſeantur donata, & nu. 16.*
17 *Filiaſa. an habeat hæredem in dote.*
18 *Dos quid dicatur.*

L. Pomponius Philadelphus. ¶ Filia in poteſtate patris dotem ſibi ab eo cõſtitutã, q̃ vna cum fratribus ex teſtõ ſuccedit, nõ tenetur conferre: ſed eam ſibi habet præcipuam. h. d. ad literam. ¶ Super ver. [filia] adhuc nupta. ¶ Super ver. [inſtituiſſet]. ſ. pater & ſic ẽt ipſam filiã. ¶ In gl. 1. ibi [ſic enim eſt ſpeciale, vt dominium transferatur.]
1 Not. ergo ſpeciale in dote, † quòd donatio valeat inter patrem, & filiam in poteſtate. Item eſt ſpeciale in dona
2 tione ante nuptias a facta filio. l. 2. C de inoffi. dona. vbi de hoc per glo. Itẽ valet valet ob alimenta, vt no in d. l. 2. licèt gl. dubitet. ʃ. eo. in l. quæ pater. Licèt autẽ donatio facta filiæ in poteſtate à patre non valeat, vt ex nunc: tamen confirmatur morte patris, & emancipatione, ar. l. cum hic ſtatus. §. oratio. ʃ. de donatio. inter vir. & vxo. & no. inf. de vſu. in l. cum de in rem verſo. Et licèt glo. ibi dicat, quòd in dote non valet ſtatim, ſed confirmatur morte, debet intelligi, quando non fuit data à patre: aliàs glo. videretur falſa per iſtam legem. Aduerte tamen, quia gl. alibi tenet, ꝙ non confirmetur, in l. 1. §. 1. & l. ſi pater. ʃ. pro dona. Sed illa communiter reprehenditur, vt per Ci. in l. 2. C. de inof. dona. vbi etiam Bar. & alij per ra
2 tionem; † quia ſi facta donatio vxori confirmatur per mortem viri, multò magis facta filio. Item quia confirmatur emancipatione. l. donationes. §. ſi pater. infra de dona. ergò & morte, cum æquiparentur. l. mulier. in prin. ad Trebellianum. ¶ Et nota. bene iſtum. §. ſi pater. quia
3 per illum conſuluit Vber. † quòd filius, cui pater emit, vel donauit libros magni valoris, ſi vult illos habere præcipuos, faciat ſe emancipari, non reuocato peculio. Quod tamen dixit de confirmatione, eſt verum, ſi filius ſit inſtitutus, vel præteritus, vt in Authen-

tica.vnde ſi parens,& quod ibi no.C.de inoffi.teſt. ſecus
ſi ſit exhæredatus,vt d. l. ſi pater.nam mutata voluntate
impeditur confirmatio:præſumitur autem mutata.quan-
do filium exhæredauit, vt ibi. Quod verum intelligo,niſi
exhæredaſſet contemplatione dotis;quia tunc ſemper cõ
firmaretur morte,non datio dotis,quia illa ſtatim valuit,
vt hic,ſed alterius rei donatio.l. emptor. §.ancilla. ſupra
4 de rei vendica.¶ Item aduerte, † quòd vbicunque dici-
tur confirmari morte, debet intelligi, ſi interuenit tradi-
tio,aliàs ſecus.infra de dona.inter virum,& vxorem.l.Pa-
pi.vel ſaltem aliquid, quod habeat vim traditionis, vt
5 l.ſecunda.& ibi not.C. de dote cau.non nu. † Item quòd
vbi talis donatio confirmatur morte,filia dicit̃ eã habere
quaſi ex cauſa legati, ſecundũ gl. in l. irritã.C. pro dona.
in l.ſecunda.§.filium.ff.de acqui. hæred. in l.pro hærede.
C.fam.erci.in l.filiæ.& in l.2.C.de inoffi.dona. Et ſic, qa
nõ eſt vera donatio inter viuos, nõ eget inſinuatione, nec
6 hẽt locum.l.ſi quis argentũ.C.de don.† ¶ Et quia non eſt
donatio cauſa mortis,vel legatum,ſufficerent duo teſtes,
nec requireretur aditio hæreditatis,vt no.gloſſ.in d.l.qui
filio,& Bartol.ſenſit in l.qui Romæ.§. Flauius. de verbo.
obliga.imò ſi talis donator ſine hærede decedat, confir-
matur dicta donatio morte, nec potuiſſet eam donator
reuocare,text.eſt notabilis in l. prima. qui ſine ma. ad li-
7 ber.perue.† ¶ An autem talis donatio morte confirmata
veniat in fideicom.vniuerſale, vide in l. ſequens quæſtio.
infra de lega.ſecundo.vbi eſt ſingularis caſus,ſecundùm
Dyn.huic ſimilis. ¶ Adde & aliam ſpecialitatem, quæ
dicitur eſſe in dote,quòd ſi pater ſit ſtipulatus dotem ſi-
bi reſtitui,facto diuortio, ſub conditione,ſi filia tunc re-
ſtitutioni conſentiat, ea moriente pater agit; quia tunc
fruſtra de conſenſu filiæ diſputatur, caſus eſt in l. ſi poſt
dotem. ſecundùm vnam lectu. & veram ſecundùm om-
nes.infra ſolu.matri. Nec obſt.quòd illa conditio, ſi filia
conſenſerit,vel ne,non apparet declaratum; quia volun-
tatem ſuam non declarauit:quo caſu ſtipulatio debet eua
neſcere.l.4.infra loca.l.ſi quis arbitratu. ff. de verborum
obliga.& de contrahen.emp.l.fin.quia,vt dixi eſt,ſpecia-
le in dote,vt ea moriente videatur velle.l.fideicommiſſa.
§.ſic fideicommiſſum. & l. vxorem.§.penul. de leg. 3.
¶ Aliud etiã ſpeciale in ea eſt in l. prima. C. de dotis
promiſſ.& l. cum poſt. §. genero.infra de iure dotium.
¶ Item eſt aliud, vt pater adhibitus à filia ad ſtipulandũ
dotem facto diuortio, intelligatur ſtipulatus procurato-
rio nomine filiæ,etiam nulla facta mentione de illa in ſti
pulatione,& ideo ea viuente facto diuortio, non agit pa
ter ſine eius conſenſu,ſed ea mortua ſic,caſus eſt notabi-
lis in dicta l.poſt dotem.ſecundùm lectu. Dyn. quæ fuit
ibi ſexta. Sed iſta ſpecialitas eſt in duobus,primò quòd in
ſtipulatione ſubintelligatur perſona filiȩ,etiam non nomi
natæ,contra regulam.l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.
de verborum obliga. vbi dicitur non intelligi perſonam
8 extrinſecam.¶ Secundè,† quòd licèt pater etiã ſtipulan-
do expreſsè filiæ in poteſtate, videatur ſtipulari ſibi. l.
eum qui. §. qui ſibi.infra de verborum obliga. tamen in
dote videtur ſtipulatus filiæ; quia poteſt ei quæri, vt eſt
caſus hic. Idem ſi eſſet emancipata; quia dotis fauore
per ſtipulationem patris ei quæritur vtilis, non directa.
infra ſolu.matrimo.l. Caius.¶ Itẽ eſt & aliud ſpeciale, vt
licèt pater ſtipulatus dotẽ ſibi reddi filiæ volũtate, poſsit
illam exigere.l.ſecunda.§.cæterùm. infra ſolu. matrimo.
poſsit tamen filia ſe opponere ipſi patri exigenti iuſtam
allegando cauſam,caſus eſt in dicta. l. poſt dotem. in ſe-
ptima lectu.quæ fuit Iacob.de Aret. & Cin. licèt Bartol.
eam ſibi appropriet. Et prædicta procedunt in dote.

9 ¶ Quid † autem de ſcrineis,monilibus,& alijs,quæ dan-
tur à patre filiæ ſponſæ, an de eis iudicari debeat idem,
quod de dote,& filiæ quærãtur.Item an filia poſsit de his
teſtari, ſicut poteſt de dote per ſtatutum Bononiæ, non
obſtante patria poteſtate. Et facit iſte tex.quòd ſic; quia
iſta ſunt ſupplementum dotis,& ſic de eis idem debet iu-
dicari,quod de dote.l.inter.§.cum inter.infra de pac. do
ta. cum concordan. ibi [vel quaſi ſint pars dotis] quia
conuentio dotis raro fit ſine conuẽtione de illis,ergo &c.
de contrah.emp.l. fundi partem, in fin. & ſupra de eden.
l.prima.§.hodie.in fin. Vel quaſi ſaltem ſunt de appendi-
cijs dotis. de acqui. hæred. l.ſi quis hæres inſtitutus. ibi
[ſunt appẽdices] &c.¶ Et ſic infertur,quòd filia potue-
rit de talibus teſtari, ſicut de dote,licèt ſtatutum loqua-
tur ſolùm in dote;quia extenſio fit per legem,ſeu ius com
mune.l.ob æs.C.de prædi. mino. maximè in fauorabili-
bus.l.illud.in fin.cum gloſſ.C.de ſacroſan.eccleſi.& not.
Bar.in l.ſi conſtante.in princip.infra ſolu. mat. etiam ſi in
ſtatuto eſſet taxatiua tantùm,quæ facit dubium, propter.
l.ſecundã.§.Cum Titio.& quod no.ibi Bar. infra de adi.
le.& per Canon.de cau.poſſ.& propriè in ca.cum eccle-
ſia ſutrina.quia excludit illa taxatiua,penitus,extranea à
dote,vel diuerſa,non quæ ſunt pars dotis, vel eius appen
10 dices,vel ſequela. Pro hoc,† quia natura termini reſtricti
ui hoc habet, ꝙ ſicut excludit ab ipſo extranea,ita con-
iuncta,& pertinentia ad ipſum includit. Ita dicit ad lite-
ram text.in cle.exiui.verſi. cum autem. de verborum ſig.
Pro hoc etiam,quia in parificatis à iure fit extenſio,etiam
in caſu aliàs prohibito,de elect. c.ſi poſtquã.in §.fi.& ibi
not.libr.6.& per Doc.in cle.prima.eodem.titu.¶ In con-
trarium,quòd aliud iudicari debeat de talibus, quàm de
dote,videtur tex.in l.ſi ego.§.dotis.infra de iure dot.con
iuncta maximè glo.ſua ibi,quæ dicit, quòd condictio ad
repetendum talia, quæ ibi appellantur bona paraphér-
nalia,non eſt priuilegiata. ¶ Similiter quotidie dubita-
tur,maximè hic Bononiæ, vbi hoc plurimùm frequenta-
11 tur † de pecunia,quæ datur à ſponſa,vel patre eius mari-
to in auxilium veſtium:ſi veſtes poſtea per virum ſint de
terioratæ,vel conſumptæ, quid iudicandum. Quidam in
q.facti dicebant, quòd debet iudicari quædam donatio
ante nuptias valida. Alij, quòd periculum ſit viri, quaſi
ipſe ſit obligatus ad quantitatem. Verius videtur dicen-
dum,quòd maritus videatur iſtam quantitatem impẽdiſ
ſe:velut miniſter patris mulieris,uel ipſius mulieris dan-
tis:& perinde ſit,ac ſi pater,uel ipſa mulier impendiſſet,
quo caſu deberent ueſtes reddi, ſoluto matrimonio, ipſi
mulieri,uel patri eius tales, quales eſſe inuenirentur, &
hoc intellige de ueſtibus uſque ad concurrentem quan-
titatem pecuniæ datæ.l.pen.§.primo.& quod ibi not. ſol.
matrimo. & ad iſtud dubium tollendum ita fuit Bono-
niæ ſtatutum. Quatenus autem eſſet impenſum ultra in
ueſtibus uxoris,quidam dixerunt,quòd uir uidetur illud
ultra donaſſe;quia de his teſtatur. l. medico. §. fin. infra
12 de aur. & argen. lega.† quȩ donatio morte confirmatur.
l.cum hic ſtatus.§.primo.infra de dona.inter uir.& uxor.
& C.de dona.inter uir.& uxorem.l.filiȩ. & fa. erc.l.filiæ.
Dyn.dixit contra,quòd non uideantur donatæ;quia cum
uir teneatur uxorẽ alere.l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæ
13 uiſsimo.infra ſoluto. mat. † Et appellatione uictus con-
tineantur ueſtimenta.l.uerbo,uictus. de uerborum ſigni.
& infra de ali.et ci.leg.l.legatis.ergo cum neceſſe habeat
ueſtimenta facere, non uidetur illa donare,argum. infra
de alimen.lega. l. rem legatam. Item quia uidetur caſus
in l.mortis cauſa.§.primo. infra de dona. inter uirum,&
uxorem.¶ Sed certe ſecundum hanc opinio. ſequeretur,
quòd

quòd veſtes viles ad quotidiauum vſum non viderentur donatę, ſed prætioſæ ſic; quia vir illas ſponte facit. Quare alij dixerunt, quòd quotidianæ, & viles, quas vir tenetur dare vxori, ſtatim efficiuntur ſuæ. ꝟ. de donat. inter vir. & vx. l. ex annuo. in prin. ſecus in ſolemnibus, quæ nõ animo donandi videntur conceſſæ, ſed ſolùm, vt mulier ſit magis ornata. l. mortis ſuæ cauſa. in princ. facit quod not. gloſſ. in l. ſed vſusfructus. ꝟ. ad l. Fal. Oportet ergo, quòd talia legentur expreſsè à marito vxori, arg. l. ornamentorum. de auro, & ar. leg. & ꝟ. de leg. 3. l. hoc legatum. cum ſeq. et hæc opi. placuit Bar. in l. pe. §. primo. ſolu. matr. & in l. prima. §. nec caſtrenſe. ꝟ. de colla. bo. Et pro iſta opin. do caſum in l. ſi vt certo. §. interdum plenè ꝟ. commo. Ad l. cum hic ſtatus. reſponde, quòd ibi conſtabat, quòd animo donandi, hic non. ¶ Non ob. l. ſi liæ. quia aliud ẽ in filia, quàm in vxore. ¶ Nõ ob. l. ſi filij. quia reſponde, vt ibi no. ¶ Aduerte tamen; quia quod dictum eſt de ſolemnibus, quòd non videantur donatæ, eſt verum, niſi adeo conuenirent vxori, quòd ſine ipſis non poſſet commodè apparere inter alias dominas; tũc enim idem dicẽdum, quod in quotidianis, maximè ſi hoc patiuntur fructus dotis. Eſt enim eadem ratio, quæ in vilibus, ſcilicet quia hoc totum fit ex neceſsitate, & ita dicit Bal. aliàs in q. facti reſpondiſſe. ¶ Et ex his collige a-
24 liud, † an maritus poſt mortem vxoris diſtribuendo alia veſtimenta amore Dei in pauperes, & ſimiles, intelligatur per hoc vxoris hęreditatem adijſſe, vel nomine ſuo, ſi erat ab ea inſtitutus, vel nomine filiorum infantium, quibus matris ſucceſsio foret delata, de qua ficta, vel præſumpta aditione tangitur per Bar. in l. gerit. ꝟ. de acqui. hære. ¶ De corona, & alijs quę maritus mittit, vide quod
25 no. inf. cõmo. in l. ſi vt certo. §. interdum. ¶ Item † quid de donatis ſponſæ aliunde, cum vadet ad domum viri, & de iſto tangitur C. de do. ante. in l. cum te. Barto. alibi dicit,
26 † quòd ſi à conſortibus viri, ſunt viri, & cohæredum eius, ſi à conſortibus mulieris, econtra ſunt mulieris, & ita hæredum eius. Ita dicit ſe conſuluiſſe in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ꝟ. de vul. & pu. Quidam Moderniores conſuluerunt contrarium, quod indiſtinctè ſint mulieris, & hæredum eius, per l. ſi ſeruus communis. ꝟ. de don. inter vi. & vxor. nam ſemper cenſentur data contemplatione mulieris, licèt directò propter virum; et ideo non debẽt reſtitui. l. ſocium, qui in eo. §. fin. ꝟ. pro ſo. ſicut dicitur in q. Ambaſiatorum, de qua in l. ſi verò. §. item quicquid. inf. ſolu. ma. ¶ Sed aduerte; quia ſatis poteſt dici, quòd illa l. ſi ſeruus communis. loquitur in caſu certi; & ſic in caſu dubij verior ſit opinio, & concluſio Bart. Adde prædictis
27 propter iſtum terminum antiquam q. quæ fuit, † an filiafami. in dote etiam iure Digeſtorum haberet hæredẽ. Dyn. enim tenuit quòd ſic, per caſum in l. unus. inf. de iu. do. & hoc ſequitur Bartol. in l. poſt dotem. in 3. q. ſcilicet in dote aduentitia. Idem in profectitia, quando pater in aliquem caſum ſoluto matrimo. voluit donare. l. inter. §. cum inter. infra. de pac. dota. Et ita declarat gloſſ. in l. filiæ meæ. ſoluto matrimo. & in l nupta. §. primo. eod. titu. quæ debet intelligi in dote profectitia. ¶ Non ob. l. prima. de caſtren. pecu. quia verum eſt, quòd filiusfa. non poteſt habere hæredes deſcendentes legitimos, qui non ſunt in poteſtate patris, vel ab ipſo emancipati; & ſic ipſe pater ei præfertur. l. prima. §. nepos. infra ſi a pa. quis ſuc. ma. Sed filia poteſt habere poſteritatem, quæ non eſt, nec fuit in poteſtate patris ipſius filiæ. Inſtit. de pa. pote. in fin. Pro hac opi. Dy. quòd haberet hæredem, videtur facere dict. l. inter. §. vir dotem. infra de pac. dota. vbi dicitur, quod filij non capiunt ex teſtamento matris, imò ueniunt ex facto paterno, & illius virtute dotem percipiunt. Alij tamen, vt Azo, tenuerunt contrarium, quòd non haberet hæredem. Ita voluit in ſumma. C. ſoluto matr. ad ſi. Cuius fuit gloſſ. in dict. l. filiæ
28 meæ. ſolut matrimo. ¶ Pro hoc facit; † quia dos non eſt hæreditas, ſed certa quantitas, vel res certa, vnde non poteſt facere ſucceſſorem vniuerſalem. Item ſequeretur, quòd pro parte haberet hæredem, vt in dote, & pro parte non, vt in alijs bonis, quod eſt impoſsibile, vt not. C. de ſecun. nupt. in l. 1. Poteſt pro concordia dici, quòd de iure Digeſtorum in dote habebat hæredem anormalum, de quo tãgitur in ſimili. Inſti. de eo, cui libe. cau. bo. adij. in fi. vnde filij erant ſucceſſores iſtius dotis ex diſpoſitione legis, non tamen hæredes, nec oportebat, quòd adirent per hoc hæreditatem; quia non erat hæreditas, ſed ſucceſsio ſingularis: hodie verò venirent, vt hæredes adeundo hæreditatem, non aliter. ¶ Non obſt. §. vir dotem. quia ibi matrimonium fuit ſolutum diuortio, et ſic muliere viuente ius retinendi fuit productum ineſſe, vnde filij non poſſunt venire, vt ſucceſſores poſt mortem; quia mulier viuit, & erit vtilis iſta diſcuſsio ad intellectum. l. inter. §. cum inter. de pa. dota. & quod nota. in l. dos à patre profecta. C. ſolu. mat. quo l examinatur plenè in l. ſi cum dotem. in princ. & in d. l. poſt dotem. ſolut. matr. Hodie autem iure Authentico uni non eſt dubium, quòd filij ſunt hæredes per Aut. de hærę. ab inte. §. primo. & C. de ſuis, & legi. Auth. in ſucceſsione. Idẽ etiam erat iure Codicis in aduentitijs; quia filiusfami. habebat hæredem, caſus no. eſt in l. quòd ſi quis. & l. ſe. C. de bo. quæ li. licèt gloſſ. ibi malè intelligat, & in l. fi. C. cõ. de ſuc. & ad Treb. in l. fi.

ADDITIO.

a ¶ Ante nuptias. Adde, quòd donatio propter nuptias, & dos iudicantur ad paria, Pau. de Caſt. in conſi. 347. in ci. Quia circa donationem. ver. verum eſt hic in donatione. in primo. volum.

Ex l. Cum putarem.

SVMMAE.

1 *Sententia cuius ſit virtutis.*
2 *Error interueniens in iudicio ſuper iure alterius litigatorum, non inficit proceſſum, nec ſententiam ex illo poſtea ſequuta.*
3 *Tutus exceptione tranſactionis, ſi non opponat illam, ſed patiatur ſe condemnari, poterit repetere datum ex cauſa tranſactionis.*
4 *Sententia poteſt immodicè lædere.*
5 *Tranſactio æquiparatur ſententiæ, ideo in ea non habet locũ remedium l. 2. C. de reſc. vend.*
6 *Iudicis auctoritas, vel mandatum quid operetur.*
7 *Dominium acquiritur per adiudicationem rei, & per inductionem in poſſeſsionem.*
8 *Miſsio facta auctoritate iudicis in poſſeſsionem non vacantẽ, ſed à tertio poſſeſſam, poteſt diſtribuere ius ſine vera poſſeſſione.*
9 *Dominium ſi quis habeat ſine poſſeſsione, poteſt mitti in poſſeſsionem quò ad adipiſcendum illud dominium, licèt non præiudicet illi tertio poſſeſſori.*
10 *Diſtractus eſt illius naturæ, cuius eſt contractus.*
11 *Repetitionem inhiberi auctoritate ſententiæ, fallit multis modis.*

12 *Conuentus ex inſtrumento confeſsionato nullo modo poteſt defendi, niſi aliud inſtrumentum producat.*

13 *Condemnatus iniuſtè non tenetur dare ſpontè, & reſtituendo non peccat.*

14 *Actor obtenta ſententia, ſi conſiteretur eſſe in debitum, vel alio modo ſciretur, non haberet petitionem, nec ſententia exequutioni eſſet demandanda.*

15 *Teſtamentum non ſolemne habetur pro falſo, quantùm ad puniendum notarium.*

16 *Socius quando diuidit extra iudicium, in dimidia dimidiæ acquirit titulum, & conditionem vſucapiendi, ſecus in iudicio.*

L. Cum putarem.

¶Traditio, vel adiudicatio partis hæreditatis, & ſolutio facta cohæredi putatiuo ex cauſa ſententiæ in hoc iudicio latæ non repetitur: facta verò ſine iudice, & ſponte retineri poteſt. h. d. ad literam. ¶Vel ſic. Valet ſententia inter putatiuos hæredes, & impedit repetitionem ſoluti: diuiſio verò ſequuta ſine iudicis ſententia retractari poteſt ratione erroris. h. d. Et diuiditur; quia primò ponitur thema continens facti contingentiam vſque ibi [quæro.] Secundò duplex quæſtio, quæ ex facto narrato inſurgit. Tertiò ibi [reſpondit] reſpondit ad primam q. quã reaſſumpſit, vt reſpondeat. Quartò ibi [ſed videris eo te moueri] motio eſt cuiuſdã obiectionis, vſque ibi [ꝙ ſi neuter.] In quinto reſpondit ad ſecundam q. vſque ibi [planè.] In vltimo aliud dubiũ accidit. ¶Super ver. [factæ ſunt] hoc videtur contra l. 1. in fi. ſ. eo. ſed ſolue, vt ibi no. ¶Super ver. [dicendũ eſt] & certè non eſt aliud dicendum, vt j. patet. in ver. [ꝙ ſi neuter.] ¶ Super ver. [ſoluerit] no. ad l. ſeq. cui prima fronte hoc videtur aduerſari, ſed declara, vt ibi dicam. ¶Super ver. [tù videris eo moueri]. ſ. in contrarium eius, quod dictum eſt. ¶Super ver. [condemnatum] tanquam cohæredem, vt eſt. Nec ob. C. de col. l. ſi ſoror. vt ibi no. quia ibi petendo collationem, non veniebat contra diuiſionem, vt ibi no. & hæc vera ſolutio, licèt & aliter ſolua
1 tur ibi. ¶Super ver. [putauerit.] † Nota. hic de virtute
ſententiæ; quia inhibet repetitionem ſoluti, vt hic & ll.
hic all. Alibi probatur, quòd inducit præſumptionem bo
næ fidei, vt eſt tex. ſing. in l. generaliter. ſ. de noxa. Alibi
verò dicitur, ꝙ mutat liberi ſtatum. ſ. de ſtat. homin. l.
Imperator. la prima. ſecundùm vnam lec. in glo. ibi ¶Se
2 cundò no. † ꝙ error interueniens in iudicio ſuper iure al
terius litigatorum, non inficit proceſſum, nec ſententiã
ex illo poſtea ſequutam. Et ſic licèt in petendo fuerit erratum: tamen valet ſententia, dummodo ſuper petitis lata fuerit. Ex quo no. aliud, ꝙ ſufficit actum de facto, vel de facto exceptum, vt valeat pronunciatio poſtea ſequẽs,
3 facit l. Iul. §. quæſitum. j. ad exhi. ¶ Aduerte tamen, † ꝙ
ſi tutus exceptione tranſactionis, non opponat illam, ſed patiatur ſe condemnari, poterit repetere datum ex cauſa tranſactionis, probatur j. de cõdi. inde. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. Nec poterit ei opponi de negligentia, quare de tranſactione non oppoſuit; quia ex iſta culpa lucrũ
4 ſentit opponens. ¶ Item not. † quod ſententia poteſt etiã
5 immodicè lædere, & ei ſtatur. Et ſic cum † tranſactio æ-
quiparetur ſententiæ videtur facere, ꝙ in tranſactione nõ ſit locus remedio. d. l. 2. C. de reſcin. ven. Quod tenuit gl. in l. 3. §. 1. ſ. de tranſa. licèt cõtrarium videatur ſentire in d. l. 2. de reſcin. ven. quod Bart. tenuit in l. ſi quis cum aliter. de ver. obl. & in l. Lucius. §. fi. ad Treb. vbi dixit, ꝙ tamen debet æſtimari dubius euentus litis. Sed pro prima parte do caſum in l. quòd ſi deferente. ſ. de dolo. & C. eo. ti. in l. ſi ſuperſtite. & hanc partẽ ſequitur Inn. licèt ea iura non all. extra de emp. & vend. in c. cum cauſa. ¶In gl. 1. dum all. [§. in omnibus.] hoc no. ſ. in notab. Adde tamẽ
6 † ꝙ auctoritas iudicis, vel mãdatum etiam operatur, ꝙ
licèt res, quæ traditur, tradatur mihi, vt mea: tamen trãſfertur dominiũ, & vſucapien. cõdictio. j. de vſuc. l. ſi per errorem. & probatur in l. 3. §. item quæri poteſt. j. de re. eo. & de ſtatuli. l. ſtatuliber à cæteris. §. 1. in fi. de quo tangitur per glo. in l. 3. ſ. de publi. per Ci. in l. 1. C. communia vtriuſque iudi. vbi refert opi. Pe. dicentis contrarium, tangitur per Bar. j. de acqu. poſ. i l. Pomponius. §. qui iuſ
7 ſu. Adde tamen, † ꝙ per adiucationem rei, & inductionẽ
in poſſeſsionem videtur dominium acquiri etiam ſine vera poſſeſsione, ſicut in contractibus, ita videtur ſenſiſſe glo. in l. & ideo. j. de cõdi. fur. per l. ſi fundum. de fun. do, de quo etiam no. C. de proba. in l. cũ res. Per quod limitabitur, & declarabitur quod no. Inſti. de offi. iudi. in §. fi.
8 Ex quo ſequetur mirabile, quod † miſsio facta auctorita
te iudicis in poſſeſsionem non vacantem, ſed poſſeſſam à tertio, poteſt diſtribuere ius ſine vera poſſeſsione, & per hoc declaratur, quod legitur, & no. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſup rebus. j. de re iudi. & ad hoc poteſt adduci. l. cuiuſcũque. §. ſi fundus. ff. de vſufru. Item quod diſputando di-
9 xit Mar. Sil quòd ſi † quis habet dominium ſine poſſeſsio
ne, poteſt mitti in poſſeſsionem quò ad adipiſcendũ illud dominium, licèt non præiudicet illi tertio poſſeſſori; qa fortè non fuit citatus, ſecundùm eum, pro quo facit qđ no. in l. 2. C. vbi in rem act. Tu autem conſidera, ꝙ prædicta videntur procedere, quando res erat communis ex contractu ſocietatis, & ita videtur intelligenda gl. in d. l. & ideo. de condi. fur. Et erit ratio; quia ſicut illi traditur dominium ſine traditione in contrahendo, vt no. l. 2.
10 & 3. j. pro ſo. Ita & in diſſoluendo; † quia diſtractus eſt
illius naturæ, cuius eſt contractus, vt not. in l. de tutela.
11 C. de in inte. reſti. mi. Adde prædictis, ꝙ † dictum eſt au
ctoritate ſententiæ repetitionem inhiberi, eſt verum, niſi eo caſu quo repetitio impugnat ſententiam, caſus notabi. j. de condi. ſine cau. in l. 2. Idem vbi erroneè eſſet omiſſa exceptio competens, & quæ impediuiſſet ſententiã; quia tunc videtur etiam poſt ſententiam audiri. Ita ſaluo gl. à communi reprobatione, quæ eſt j. commo. in l. rem mihi. in prin. Idem ſi impugnaret ſententiam, quando ſententia eſt retractabilis ope reſtitutionis. l. ſi Prætor. §. Marcellus. ſ. de iudi. Item quando poſt ſententiam ſuperuenit aliquid, ex quo inſurgit æquitas quædam repetitionem concedens; quia etiam tunc, non ob. ſententia, habet locum repetitio, vt probatur in d. l. 2. de con-
12 di. ſine cau. Idem vbi conuentus non potuit in iudicio al-
legare ſolutionem; vt quia conuentus eſt ex inſtrumento confeſsionato, contra quod nulla poteſt probari defenſio, niſi per aliud inſtrumentũ, quod tunc nõ habebat; illo .n. reperto, poteſt repetere, quod ſoluit, vel quod primò ſoluerat per condi. ſine cauſa; quia illa ſolutio per ſecundam redacta eſt ad non cauſam. Ita videtur de mente Bartol. in l. prima. §. primo. j. quod vi aut clam. facit extra de iureiuran. c. debitores. & quod ibi no. Item licèt non repetam ſolutum prætextu ſententiæ: tamen quod prius ſolueram, repetere poſſum condi. ſine cau. quia ex quo de facto venit contra ſolutionem, & obtinuit, redacta eſt ad non cauſam, probatur in l. eleganter. §. ſed & ſi poſt. de condi. inde. & ſentit gloſ. 1. in l. Iul. eo. tit. ¶ Itẽ adde prædictis Inno. de immu. eccle. in c. quia plerique.
13 vbi dicit † ꝙ condẽnatus iniuſtè non tenetur dare ſpõte, &
reſtituẽdo nõ peccat. Itẽ dixit de elec. in c. quod ſicut. in glo. ma. in ver. vnde ſicut condemnatus, &c. Subdit etiam in d. c.

14 in d. c. quia plerique. quòd ſi ſciret, † quòd indebitum eſſet poſt ſententiã, vt quia victor conſiteretur ſententiã iniquam, vel nil deberi, nõ haberet petitionem, quod eſt bene no. ¶ In glo. 3. ibi. [l. ſi me] &c. Sed dic, quod hic erat lata ſentẽtia, & ſic eſt hic ſpeciale ꝓpter auctoritatẽ rei iudicatæ: ibi autem nõ erat lata ſententia. ¶ In ea. gl. ibi [ſine iudice facta fuerit.] No. ſol. quæ communiter tenetur, quòd hic loquatur, quando diuiſio fuit facta cum iudice: ibi ſine iudice. Sed certè, & illa videtur poſſe loqui, quando in iudicio, & ideo Richar. Malum. aliter dixit, ꝙ ibi diuiſio fuit facta prætextu falſæ ſcripturæ, vel non ſolemnis, & ſic quæ habetur pro falſa. l. iubemus. C. de teſta. & ſic reſtitutione cõceſſa retractatur. C. ſi ex fal. inſtr. l. fi. & hoc tenet Cin. ibi. quod eſt verum, quando teſtamentum productum erat falſum: ſecus quando erat alias
15 nullum. Nam teſtamentum non ſolemne habetur pro falſo, quantùm ad puniendum notarium, non quantùm ad alia, vt. d. l. iubemus. & ita ſentit Bar. ibi. ¶ In vlti. glo. in fi. dum alleg. [l. qui Romæ] & patet hoc. ꝟ. qui. mo. pi. vel hypo. ſol. l. fi. Et no. ex illa gl. quòd vbi fit diuiſio ex-
16 tra iudicium tunc ſolùm in dimidia dimidiæ quis habet titulum à ſocio, & ideo ſolum in illa dimidia dimidiæ acquirit titulum, & procedit vſucapio: aliam vero dimidiã dimidiæ dicitur habere iure ſuo, non à ſocio, & ideo in ea non acquirit titulum, vt vult iſta glo. no. hic, & in d. §. duo fratres. & ſic nec illam vſucapit. facit. C. eo. tit. l. ſi familiæ. vbi etiam vide glo. Idem eſſet, ſi diuiſio fieret in iudicio inter duos communiter poſſidentes, ſed ſi non poſſidens egit iudicio diuiſorio contra poſſidentem, & conſequutus eſt dimidiam rei: tunc in tota illa dimidia, quam conſequutus eſt, habet titulum adiudicationis, cum ante non poſſideret; & ideo totam illam vſucapere poteſt. Ita intelligatur. d. l. ſi per errorem. de vſucap. & l. Pomponi⁹. §. qui iuſſu. de acqui. poſſeſſ. Quod ſcire vtile eſt quotidianum.

Ex l. Qui familiæ.

SVMMAE.

1 *Verba enunciatiua propter aliud emiſſa non habent vim confeſſionis irreuocabilis.*
2 *Deſiderium apud acta publicatum corrigi non poteſt.*
3 *Dicens, vel aſſerens aliquid videtur omne dicere, vel aſſerere, ſine quo illud eſſe non poteſt, & quando ſit verum. nu. ſeq.*
4 *Iudicium fami. erciſ. non competit niſi inter heredes.*
5 *Confeſſionem poſſe eneruari per contrariam probationem, fallit, quando adſit iuramentum. nu. 6.*
Item fallit, vbi actus diceretur diſpoſitiuus. nu. 7.
8 *Creditor ducentorum ſi aſſerat in libello centum ſibi deberi, an ſibi præiudicet in alijs centum. & nu. 9.*
9 *Perfectum dicitur, quod ex ſuis partibus conſtat.*
10 *Confeſſio nedum vera, ſed etiam præſumpta an præiudicet, cõſideratur, an ſit emiſſa ſuper eo, quod conſenſu partium induci poterat, an non.*
11 *Iura realia, vt hypotheca ſolo conſenſu tolli, & induci poſſunt.*
12 *Si confiteor extra iudicium fundũ eſſe Titij, & ſcienter, nõ mihi præiudico quò ad translationem dominij. Et idem ſi confitear me tuo nomine poſſidere.*
13 *Dominium nuda voluntate transferri non poteſt.*
Fallit in eccleſia, & ciuitate, ibidem, & fallit in vltima voluntate, ibidem.
14 *Fictus titulus, & ficta traditio non transfert dominium.*

L. Qui familiæ.

¶ Variatur huius legis intellectus propter contrarium hic in gl. formatum. Sed in nube poteſt ſummari ſic. Petens diuiſionem hæreditatis non intelligitur fateri aduerſarium cohæredem. h. d. ¶ Vel magis in ſpecie, vt omnes intellectus comprehendatur dic. A propoſitis in libello licitum eſt recedere ante ſententiã. h. d. ſecundum primam lec. gl. hic, quam tenebat Dy. & Ray. ¶ Vel ſic. Narrata in libello, poſſunt retractari, ꝓbato errore. h. d. ſecundùm ſecundam lect. ¶ Vel ſic. Narrata in libello poſſunt reuocari ante li. conte. h. d. ſecundùm tertiam. ¶ Vel ſic. Verba, quæ non ſunt emiſſa animo confitendi, nõ præiudicãt. Ita alleg. per Iaco. de Ra. & Pe. in l. exceptionem. C. de proba. vbi vide per Cin. in 2. q. ¶ Vel
1 ſic. † Verba enunciatiua propter aliud emiſſa, irreuocabilis confeſſionis vim non habent. h. d. ſecundùm Bart. hic. ¶ Sed in l. ex hac ſcriptura. in fi. ꝟ. de dona. dicit per iſtam legem, quòd verba enunciatiua in iudicijs ante li. conte. non præiudicant, poſt li. conteſta. inducunt probationem, licèt poſsit probari contrarium, & iſte fuit vnus de intellectibus gloſſ. hic. Sed contra iſtam legem facit; quia certum eſt, quòd verba libelli, & contenta in illo præiudicãt libellãti. C. de lib. cau. l. cum precum. & alibi dicitur, de-
2 ſiderium † apud acta publicatum corrigi non poteſt. l. rura. C. de omni agro deſer. li. 11. Tunc arguitur ſic. dicens
3 † vel aſſerens aliquid, videtur dicere, & aſſerere omne id, ſine quo illud eſſe non poteſt, ar. ꝟ. de acqui. hære. l. illud.
4 de ver. obl. l. decem. cum ſi. ſed iudi: ium † fam. erc. nõ cõpetit, niſi inter hæredes. ſ. eo. l. 1. & ſ. tit. 1. & ſ. l. ꝓxi. ergo volens in iudicio propoſito procedi, videtur profiteri illũ cohæredem, in quo debuit ſibi poſſe præiudicare, quaſi ei fides contra ſe haberi debeat. ꝟ. de interro. act. l. de ætate. §. 1. depo. l. Publia. & de libe. le. l. Aurelius. §. idem quæſijt. Poteſt reſponderi, quòd dicitur, quòd præiudicat, eſt verum, quando expreſsè id, quod facit contra eum, poteſt recipi, ideſt quando verba ſunt talia, ſuper quibus fundatur intentio libellantis, alias non, vt hic. Ita gloſſat iſtam legem Guil. in l. 2. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fa. Non ob. quòd dicens, vel aſſerens, &c. quia licèt hoc ſit verum: tamen hoc non eſt de intentione confeſsi, & ſecundùm omnes verba debent reſtringi ſecundùm intentionẽ proferentis, Auth. de exhi. re. in §. ſancimus. ſecundùm Cin. in d. l. exceptionem. in 2. q. Vel reſponde aliter ſecundùm
5 diuerſas lect. ad iſtam legem, de quibus. ſ. dixi. † ¶ Vnum tamen nota; quia quod dictum eſt, quòd talis confeſsio poteſt eneruari per contrariam probationem, eſt verum, niſi interuenerit iuramentum, quia illud non poteſt ener-
6 uari per probationem contrariam. in Auth. de iureiur. à
7 mo. præſti. in princ. Item vbi † ex talibus verbis eliceretur actus diſpoſitiuus, talis actus non poſſet eneruari, licèt probaretur enunciatio falſa. l. Aurelius. §. fi. de libe. le. & de leg. 2. l. Lucius. §. quiſquis. niſi fortè probato errore. eadem. l. Caius. & ad illud adde Pe. in l. 1. C. ſi ex fal. cau.
8 ¶ Prædicta faciunt ad q. quotidie contingentes. † Prima ſit, ſi creditor ducentorum aſſerat in libello centum ſibi deberi, an præiudicet ſibi in alijs, in qua conclude, quòd præiudicat, ſi apponat taxatiuam, tantùm, vt quia dicat centum tantùm; quia videtur conſiteri, quòd nõ plus debeatur, ſecundùm opi. Hug. no. in l. rationes. C. de proba. quæ eſt vera, & probatur per tex. in l. 3. §. cum Titio. ꝟ. de adi. le. ſecus ſi non apponatur dictio taxatiua, vt ibi patet, & iſtud tenet Bar. C. de tranſac. in l. ſi quidem. ¶ Si tamen debitor offerat centum, & dicat ſe tantum illa debere, & creditor nil dicat, & recipiat, non præiudicat ſibi in alijs, niſi appareat, quod receperit animo tranſigendi, ca-

sus est in d.l.si quidem. ¶Secunda quęstio est, quam vidi de facto.† Si creditor asserat, vel confiteatur se recepisse centum pro resto, & complemento talis debiti, de quo apparet tale instrumentum, &c. an per hoc probetur residuum esse solutum in præiudicium ipsius confitentis, alleg. ista.l.quod nō. & quod no. Bar. in d.l. ex hac scriptura.ad fi. In contrarium facit glo. in d.l.rationes. Itē quia, ex quo dicit, complemento, videtur de residuo satisfactū,
9 argum. C. ad Sylla. l. fin. in fin. Item quia illud† dicitur esse perfectum, quod ex suis partibus cōstat. l.1.§. de ori. iur. Vt ergo verificari possit illud, pro complemento, requiritur principium solutionis præcessisse, nisi cōtra probetur; licèt enim cæptum quandoque habeatur pro completo. l.1.§. de ori. iur. & l.& si nō sint. §. quid ergo. de au. & ar. lega. j. tamen impossibile est, & contra rationē aliquid impleri, nisi præcedat initium. l. ædificia. §. perfecisse. j. de ver. signi. & hanc partem reputo veriorem, nisi in asserente, vel confitente deprehendatur error. ¶Extra ad prædicta, & eorum declarationem not. quòd in confes-
10 sione† partis nedum præsumpta, de qua hic: sed etiam vera attenditur, an emanet super eo, quod consensu confitentis poterat induci, vel non, vt primo casu præiudicet. l.tale pactū. in princip. §. de pact. & l. cū testamētū & ibi not. C. de iu. & fac. igno. quod est not. Nam ex hoc pa-
11 tet, quòd iura† realia, quæ solo cōsensu induci possunt, & tolli, vt hypotheca. j. de pigno. act. l.1. per solam confessionem factam à sciente inducentur, arg prædictorum. Nec ob. l.cū falsa. C. de iu. & fa. igno. vbi agebatur hypotecaria; quia ibi confessio non fuit facta circa ius hypothecæ; sed circa quoddam adminiculum ipsius. ¶Itē not.
12 aliud,† quòd si extra iudicium confitear fundum esse Titij, & scienter, non præiudico mihi quò ad translationem
13 dominij, quod† nō potest transferri nuda volūtate. C. de pac. l. traditionibus. & §. de rei vend. l. si ager. Fallit in ciuitate, & ecclesia. C. de sacrosan. eccle. l. fin. Item fallit in confessione, quæ fieret in vltima voluntate, in qua transit dominium sine traditione. l. ex hac scriptura. §. allega. Idem si cōfitear tuum, & me tuo nomine possidere; quia
14 fictus† titulus, & ficta traditio non transfert dominium, no. in l.quod meo. & l. si rem aliquam. de acquir. possess. ¶Præsumetur tamen tuus, donec contra probetur, argum. j. depo. l. Publia. in fi. sed si confiteretur in iudicio, si erat in facto, non præiudicat: secus si in iure. l. non fatetur. j. de confes. Sed sciēter, perinde est, ac si in rei vendicatione esset condēnatus. l.certum. §.1. j. de confes. vbi casus not. Nec requiritur causa in tali cōfessione facta in reali, sicut nec in libello. l. & an eadem. §. exceptiones. j. de excep. rei iud.

Ex l. Lucius, & Titia.

SVMMAE.

1 *Feudum habentes imperiale, vel regale, an possint illud diuidere.*
2 *Minores possunt inter se diuidere prædia quò ad culturam, & redditus.*
3 *Minor licèt non possit prouocare ad diuisionem (quia diuisio appellatur alienatio) potest tamen prouocare ad diuisionē fructuum, & quando prouocat respectu proprietatis, nume. sequen.*
4 *Minor potest prouocare ad diuisionem proprietatis ratione socij rixosi.*
Et quando sit necessaria auctoritas iudicis, & tutoris. nu. 5.
6 *Negas genus, dicitur & negare quamlibet eius speciem.*
7 *Laborator, qui, pendente lite, recepit partem fructuū per se, si non recipit vltra sibi debitum, quicunque vincat, non potest ei moueri quæstio.*

L. Lucius, & Titia.

¶Si pecunia ex redditib' percepta peruenerit ad alterum hæredem, infra tamen ei debitam quantitatem non potest à cohærede propter hoc conueniri, quod locum habet etiam circa alimenta decreta. Hoc dicit. ¶Super ver. [ex redditibus] scilicet prædiorum pertinentium ad dictos adultos. ¶Super ver. [subministrauerunt] minus tamen sorori, quàm fratri vltra suam portionem. ¶Super ver. [patrimonium] potest intelligi de eo, quod ad eos, vt emancipatos spectabat: sed quia dicit omne, videtur verius, quòd loquitur de suo, & paterno, mortuo patre. ¶Super ver. [diuiserunt] quò ad administrationem, & fructuum perceptionem. quod est notabile, vt. j. dicam. Et ex hoc infertur,
1 † quod habentes feudum imperiale, vel regale non possunt illud diuidere, sed debent diuidere commoditatem vtendi, & redditus percipiendi, & quo ad iurisdictionem, & administrationem, & ad istud facit quod voluit hic gl. super ver. [patrimonium] ad quod facit in specie. c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. in vsib. feu. facit etiam l. necessariò. §. fi. j. de peri. & commo. rei vē. & l. arboribus. §. fructuarius. §. de vsufru. l. Nec ob. j. titu. 1. l. communi diuidundo. quia ibi loquitur quò ad ipsius rei diuisionem, non quò ad fructuum perceptionem, & secundùm hoc videtur intelligendus casus. §. eo. item prædia. vt ibi dixi super tex. ¶Super ver. [aduersus fratrem suum actio] potest intelligi quò ad proprietatem; nā. §. alio modo facta fuit diuisio. ¶Super ver. [cōmuniū] potest intelligi. id est quæ remanserant communia quò ad proprietatem, & sic non obstabunt præcedētia. Vel quòd intelligamus, communium, scilicet tempore diuisionis redditium. ¶Super ver. [idem] scilicet quod dictū est. §. de redditibus. ¶Super ver. [dimidiam. ad istud vltimū facit. j. eo. l. ex parte. §. fili' & de lib. leg. l. Aurelius. §. cū
2 qui. ¶Facit ista. l. ad plura. primò, † quod minores possint inter se diuidere prædia quò ad culturam, & redditus, licèt non quò ad proprietatem, & si fuit seruata qualitas,
3 non debet retractari talis diuisio. ¶Secundò allegatur, quòd licè minor non possit prouocare ad diuisionem. l. si pupillorum. j. de re. eo. & hoc quia diuisio appellatur quædam alienatio, vt ibi. & l. 1. §. 1. eod. titu. tamē prouocat ad diuisionem fructuum, vt hic, & ita fuit alleg. per dominum Lamber. de Rampo. disputando, & circa hoc
4 vide. j. eo. l. arbitriū. ¶Adde etiam, quòd† respectu proprietatis minor prouocat ratione socij rixosi, ar. j. pro so. l. si cōuenerit. & ibi no. facit quod no. 16. q. 1. in c. ecclesia. & C. de sacrosf. eccl. l. iubemus. vbi colligē oēs iustas
5 causas prouocandi. Inter quas singu. no. vnum,† quando habēs communionem cum minore, vel ecclesia, nō vult partem suam locare, & isto casu aduerte, quia videtur requiri auctoritas tutoris, & decretum iudicis. l. inter pupillos. j. de au. tuto. vbi casus secundùm vnam lec. quam tenet ibi Iaco. de Are. & Bar. post eum. Item aduerte, quod Odof. dixit hic, quòd nec quò ad fructus tenet diuisio, quia lex singulariter negat minorem posse prouocare, er-
6 go nec quò ad proprietatē, nec quò ad fructus; quia † qui negat genus, negat & quamlibet eius speciem. C. de transac. l. si causam. item pro hoc. C. de prædi. mino. l. inter omnes. Dic ergo, quod hic diuiserunt de facto, non de iure. Sed certè potest dici, quod saltem tenet respectu fructuū, vt dictum est, & hoc inducat iste no. casus. Vel quod ideo tenuerit

nuerit hoc; quia licèt minor non poſsit prouocare: tutor tamen, vel curator ſic, & ſic etiam poſſunt diuidere, vt hic, & ſic erit tex. vtilis ad illam q. de tutore prouocante ad diuiſionem, de qua fit mentio per Ioan. And. in Spec. de cura. in prima addi. de quo dixi ſupra eo. i l. fund' mihi. vbi vide. Nec obſtat iſta litera. in ver. [cōmuniū] quia intellige, vt dixi s. ſuper tex. ¶ Item eſt vtilis iſta litera ad

7 q. laboratoris † qui, pēdente lite de reo, recipit partem fructuum per ſe, vt ſi non recepit vltra ſibi debitum, quicunque vincat, non poſsit ei moueri quæſtio. videte glo. ¶ In glo. prima. de iſto vide in l. quicunque. de ſer. fug. per Ci. Bart. & Dy. in l. prima. ȷ. de verb. obliga. ¶ In glo. 4. ibi [& fructuum perceptionē] hoc declara, vt dixi ſupra ſuper tex. ¶ In penult. glo. ſuper ver. [nulla] in ſecunda ſolu. hæc vera, & bona ſolutio. ¶ In eadem glo. ibi [plus nō habuit] ſed ibi aliter cohæres nil fuerat cōſequutus, ideo agit contra alium, licèt ille non percepit, niſi ſuam partē.

Ex l. Ex parte.

SVMMAE.

1 *Hæredum alter poteſt aſſumere defenſionem omnium bonorum hæreditatis.*

2 *Vnus hæredum offerendo debitum, impedit proceſſum contra cohæredes.*

3 *Negotium commune debet agitari communibus expenſis.*

4 *Iurauit ſi aliquis ſe rem emiſſe, & agatur ex iuramento ad rē illam, an poſsit opponi exceptio pretij non ſoluti.*

5 *Exceptio pretij non ſoluti eſt peremptoria.*

6 *Geſtor negociorum agens, & ſuccumbens nō repetit ſumptus, quos fecit indiſtinctè, ratio ibid. & quando repetat, vide plures limit. num. 7.*

7 *Tutor litigat ex neceſsitate.*

8 *Mandatum generale non extenditur ad cauſas iniuſtas.*

9 *Si quis producat teſtes de remotis ſuis expenſis, ſi aduerſarius eis velit vti, debet primò conferre ad expenſas.*

10 *Cohæres vbi appellat à ſententia contra eius cohæredem lata ratione qualis qualis præiudicij, hoc modo ferenda eſt. Pronuncio nullum præiudicium fieri ei ex hac ſententia, nec etiam quò ad præſumptionem.*

L. Ex parte. ¶ Expenſa facta maior per vnum ex cohæredibus pro tota hæreditate defendenda, quàm fieret pro ſua parte tantùm, imputatur cohæredi pro rata, quatenus eſt facta maior. hoc velit ad literam. ¶ Super ver. [de totis]. i. de omnibus, ſimili modo loquitur. s. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. ¶ Super ver. [omnes hæredes defuncti] eu ſucceſſerūt. ¶ Super ver. [defenſa eſſet.] nota verba, quæ ſatis includunt, quòd aliàs non, & iſte eſt tex. qui inducitur per Guil. in l. diem functo. s. de offi. aſſeſſ. & ȷ. de condi. ob tur. cau. in l. vt puta. & ad exhiben. in l. ſed ſi hæreditas. §. primo. ¶ Super ver. [agere poteſt] per actionem nego. geſto. facit ad id, quod vidimus. s. eo. in l. hæredes. in ver. idem eſt ſi è contrario vnus. & quod ibi not. ¶ No. ergo,

1 † quòd alter hæredum poteſt aſſumere defenſorem omni-

2 niū bonorū hæreditatis, ſic & alibi dicitur, quòd † vnus hæredum offerendo debitum, impedit proceſſum contra cohæredes. s. de pact. l. ſi vnus. §. ſi poſt diuiſionem. facit. C. de ſolution. l. obſignatione. & de ſolu. l. qui decem. §. j.

3 in fin. ¶ Secundò not. † quòd negotium commune debet agitari communibus expenſis, & ideo nō admittitur quis ad commodum victoriæ reportatum, niſi refundat expēſas, quæ contingunt eum pro parte ſua, facit. C. de bo. au. iudi. poſſ. l. fin. §. vt autem. & s. fin. regund. l. 4. §. j. & quod ibi dixi. ¶ Tertiò no. iſtum tex. qui videtur facere ad quæ-

4 ſtionem. † ſi iurauit quis ſe rem emiſſe, & agatur ex iuramento ad rem illam, an poſsit opponi exceptio pretij nō ſoluti, in qua Guil. de exequu. ſent. in §. ſi. ver. itē pone emptor. dixit ꝙ non. idē tenet Bart. in l. ſi duo patroni. §. ſi qs

5 iurauerit. ȷ. de iureiu. † quia exceptio pretij non ſoluti eſt peremptoria, ergo &c. l. peremptorias. C. ſenten. reſcind. non poſſ. Contrarium tenui in repe. l. ciuitas. ȷ. ſi cer. pet. ex pluribus. Primò, quia iuramentum, vel ſententia non debet eſſe maioris auctoritatis, quàm actio ex eo contractu, ſuper quo lata eſt, argu. eius, quod not. in l. Græcè. §. etiam. ȷ. de pigno. & l. fin. C. de vſu. rei iud. l. duobus. de except. rei iud. ſed ſi agitur actione ex eo contractu, poſſet opponi exceptio pretij non ſoluti. l. Iulianus. §. offerri. ȷ. de act. empt. Secundò per iſtum tex. ȷ. de reſcin. vendi. l. fundus. & C. de compen. l. ex cauſa. not. per l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iuraueto. in fin. & l. eum qui. §. fin. in fi. de iureiur. & per alia plura iura ibi allega. Non obſt. l. peremptorias. quia iſta non eſt peremptoria, quæ perimat ſententiam, ſed quæ exequutionem modificat, vel retardat, & talis poteſt opponi etiam poſt ſententiam. l. ex diuerſo. §. fin. ſol. mat. & l. res eius. §. fin. de re iud. & no. glo. in l. j. C. de iur. & fact. ignor. Præterea licèt eſſet merè peremptoria: tamen poſt ſententiam, vel iuramentum ſuperueniēs, vt eſt in caſu iſto, poteſt opponi. l. 2. C. de conſor. eiuſdem lit. videte glo. ¶ In glo. j. ibi [à quodam]. ſ. fiſco, cui hoc ius competit, vt C. de his, quib. vt indig. l. j. & hoc not. propter id, quod dixi in l. his conſequenter. §. j. s. eo. ¶ In gl. 2. ibi [quidam tamen] hanc opin. tenuit Pet. vt refert Ci. in d. l. etiam. C. mandati. Sed prima communiter tenetur,

6 vt & hic glo. concludit. Ex quo not. qūòd † vbi geſtor agit, & ſuccumbit, non repetit ſumptus, & hoc eſt verum indiſtinctè: quia ſtatim cum geſtor inchoat iudicium, dubius eſt euentus litis. l. etiam. ȷ. vt lega. no. ca. & C. de iudi. l. rem non nouam. ergo ſi ſuccumbit, eſt in culpa, & ideo nō repetit ſumptus, & de hoc. ȷ. manda. l. idemq́;. §. idem Labeo. & l. qui mutuam. §. fin. & s. de procu. l. qui proprio.

7 §. litis. ſecus in † tutore, qui ex neceſsitate litigat. l. ſi. C. de admi. tuto. ¶ Aduerte tamen ad iſtum articulum de ſimplici geſtore ſine mandato; quia poteſt contingere, quòd ſuccumbens repetat ſumptus, vt ſi expediebat reo, ꝙ potiùs condemnaretur propter ſtipulationem de euictione. l. vtique. s. de rei vendi. & l. at qui natura. §. cum me abſente. s. de nego. geſt. ¶ Idem ſi expediebat ei potiùs defendi, & condemnari, quàm in non defenſum ſententiam ferri, vt in cauſa noxali, & damni infecti. l. Prætor. §. his verbis. ȷ. de bo. auct. iudi. poſsi. Idem dicēdum eſt, ſi fortè erat pœna promiſſa, ſi non defenderetur, longè maior, quā ſit id, quod eſt iudicatum; nam ſi conſtat, quòd vtiliter incepit, ſed inutiliter finiuit; quia ſuccubuit (quod poteſt contingere, ſi ab initio non debeat reus in actione propoſita condemnari, ſed iudicio pendente aliquid ſuperuenit, propter quod fuit iuſtè condemnatus, vt in caſibus not. in l. non poteſt. s. de iudi.) tunc enim expenſæ vſque ad tempus, quo vtiliter fecit, repetuntur, poſtea non, argu. ȷ. depo. l. ſi quis inficiatus. nec poteſt dici vtiliter geſtum; eò quia ab initio habuit iuſtam cauſam ignorantiæ; quia cum defendendo velit ſibi actionem quærere contra aliū, debuit à principio diligenter proſpicere, vt de reg. iur. l. q in alterius. In dubio ergo ſententia declarat eum nō vtiliter cæpiſſe, vt in. §. in hac. qui alleg. in gloſſ. In habente autem generale mandatum, ſi ſuccumbat, an repetat ex-

8 penſas, videtur ſimpliciter dicendum quòd non; † quia mandatum generale non extēditur ad cauſas iniuſtas. l. ſi pater.

pater.ǰ.quæ in frau. cre. de condi. inde. l. ſi procurator.
§.quòd ſi indebitum.& C. de admi.tu.l.nõ eſt ignotum.
Hoc tamen eſt verum,ſi habuit mandatum tãtùm ad de-
fendendum,non ad ſoluendum.Nã etiam ſi haberet man
datum generale ad defendendum,& ſoluendum,licèt ſuc
cumbat,poteſt ſumptus repetere;non enim poterat ſolue
re,niſi eſſet liquidum de debito , quod debitum liquida-
tur per ſententiam. Et ad prædicta vide Bar.in d.l.iam ta
men.§.in hac.hic alleg.in glo.¶Extra no.ad duo.primũ,
9 quia hic videt̃ probari, † quòd ſi produxit quis teſtes de
remotis ſuis expẽſis , & aduerſarius poſtea velit eos pro-
ducere pro ſe , quòd debeat conferre primò producenti
ad expẽſas, quod Bal. reſpõdit eſſe verũ in poſtea fiẽdis ,
non in præteritis. l. ſi quis teſtibus. & l. quoniam liberi.
10 C.de teſt.¶Secundò,quòd vbi † cohæres appellat à ſentẽ
tia contra eius cohæredem lata ratione qualis qualis præ
iudicij per l.à ſententia.ǰ.de appel. ſententia pro eo ferẽ
da erit hoc modo.Pronuncio nullum præiudicium ei fie-
ri ex hac ſententia , nec etiam quò ad præſumptionem ,
argu.ǰ.de iureiu.l.ſi duo patroni.in prin.ſecundùm Inno.
de re iudi.in c.cum ſuper.in glo.& in fi.

Ex §.Inteſtato .

S V M M Æ.

1 *Voluntas tacita patris liberat filiam etiam ab inteſtato ſucce-
dentem à neceſſitate conferendæ dotis profectitiæ.*
2 *Pater ſi inſtituat filium pupillum , & pupillariter ſubſtituat
extraneum, & poſtea in codicillis illam ſubſtitutionem reuo
cauit, & ſubſtituit ſororem ipſius pupilli,quid iuris.*
3 *Priuilegium datum militi non debet ad alium extendi.*

§.Inteſtato. ¶Omnibus bonis per patrẽ
diuiſis inter filium, & filiam ,
minori parte filiæ aſsignata, non tenetur filia cum fratre
abinteſtato ſuccedens conferrè fratri dotem ſuam. h. d.
ad literam.¶Vel ſic. Vbi pater contemplatione dotis re-
liquit minorem partem filij, quàm filio,videtur eam libe
rare à neceſsitate conferendæ dotis. h. d. & no. ¶Super
ver. [quàm filię relinqueret] hoc expreſſo,quòd ideo hoc
faciebat,vt filiæ dotem relinqueret.¶Super ver. [ceſſare,
&c. & ſecundùm hoc nulla dubietas , ſed poteſt intelligi
in caſu dubij,& erit notabilior litera.¶Super ver. [dotis]
ſcilicet profectitiæ iam conſtitutæ à patre viuente.¶No.
1 ergo, † quòd tacita voluntas patris liberat filiam etiam
ab inteſtato ſuccedentem à neceſsitate conferendæ dotis
profectitiæ,& adde quod dictum eſt.s̃.eod.in l. Pompo-
nius Philadelphus.ibi plura dixi.videte gl.quæ vnica eſt.
2 ¶Extra no.iſtũ tex. ad q.† ſi pater inſtituit filium pupil-
lum,& pupillariter extraneum ſubſtituit,& poſtea in co-
dicillis illã pupillarem ſubſtitutionem reuocauit , & ſub-
ſtituit ſororẽ ipſius pupilli,in qua Bar. dixit ſe conſuluiſ-
ſe,& de facto obtinuiſſe,quòd ſubſtitutio prima de extra-
neo fuerit in totum ipſo iure ſublata,& ſoror ex pupilla-
ri ſuccedat; quia quando in ſecunda voluntate etiam mi-
nùs ſolemni ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, illa tol-
lit primam,& ſolemnem.l.hac conſultiſsima.§.ſi quis au
tem.C.qui.te.face.poſ.Nec ob.ſi dicatur,ꝙ ille.§ loquit̃,
qñ teſtator ſe non aſtrinxit ad certum genus teſtandi ;
nam ſicut ibi permittitur non ſolemniter teſtari,ita & mi
liti.l.militis codicillis in prin.de mili.te. & tamen ſi mi-
les ſe aſtrinxit ibi ad certum genus teſtandi ; quia voluit
codicillari , poteſt hæreditatem ex ſuo priuilegio dare in
codicillis,ita concluſit Bar.in d.l.militis codicillis. Sed
certè in contrarium videtur caſus hic,vbi diuiſio omniũ
bonorum facta per patrem inter filios,reddit eum inteſta
3 tum. Pro hoc etiam, † quia priuilegium datum militi,nõ
debet extẽdi ad alium. l. in fraudem.§.fin. eo.tit. & quia
pater non habet ita latum arbitrium in teſtando, ſicut mi
les. Non ob.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.quia lo-
quitur in patre,qui teſtari volebat, nec etiam poſſet teſta
ri inter filios nutu;quia nec miles.l.in fraudẽ.§.1.de mi-
li.teſta.talis ergo inſtitutio de ſorore in codicillis non va-
lebit iure directo,ſed iure fideicommiſsi , & ita Moderni
poſtea ſuperuenientes tenuerunt.

Ex §.Si ſeruo libertatem.

S V M M Æ.

1 *Alimentorum cauſa eſt fauorabilis .*
2 *Illis,quibus exequutio commiſſa eſt,ſi reperiantur exequutio-
nẽ feciſſe de voluntate hæredis,non poteſt eis opponi,quòd nõ
ſit facta debitè.*
3 *Legatum factum fratribus minoribus de alimentis annuis,an
teneat,& idem in quocunque incapaci.*
4 *Relictum in minùs ſolemni voluntate, debetur in foro conſcien
tiæ,& nu. 5.*
6 *Hoſpitali,vel templo non dum conſtructo an poſsit legari.
Legatum æquipollet donationi. ibidem.*
7 *Differentia inter legatum,& donationem.*

§.Si ſeruo libertatem. ¶Lega
tum ali
mentorum proprio ſeruo teſtatoris poſt certum tempus
manumittendo interim præſtandorum,eſt nullum de iure
ciuili,& præſtitum ex cauſa alimentorum,& in illam cau
ſam conſumptum non repetitur.h.d.¶Vel ſic. Conſum-
ptum in alimenta voluntate defuncti præſtita ſeruo pro
portione hæreditaria,non repetuntur.h.d.breuiùs. ¶Su-
per ver. [quod datum eſt]per vnum cohæredem alteri ob
alimenta ſerui;vnus enim ex hæredibus cohæredi,qui nu
triebat ſeruum , præſtitit ſuam partem alimentorum , &
cohæres illam expendit : vnde licèt præſtare non debue-
rit iure obligationis:tamen ex quo cohæres,tãquam qui-
dam exequutor,erogauit, nil poteſt repetere à cohærede.
1 ¶Super ver. [repeti non poſſe] & hoc quia † cauſa ali-
mentorum fauorabilis eſt. C. de neg. geſ. l. alimenta.
2 ¶No. ergo ex iſta litera , quòd ex quo illi , quibus exe-
quutio commiſſa fuit , reperiuntur exequutionem fe-
ciſſe de voluntate hæredis,non poterit poſtea eis opponi,
quòd nõ fuerit facta debitè.¶Et ex tex.à contrario ſenſu
dum dicit [conſumptum ſit]poteſt colligi , quòd vbi non
eſſet hoc datum expenſum,ex quo cauſa,inquam conuer
ti debebat,de iure non tenebatur,quod poſſet repeti,facit
de le.2.l.Mæuius.§.à te.& quod ibi no.videte gl. ¶In gl.
in ver.fuiſſe.ibi [vnde officio iudicis] &c. No. hanc do-
3 ctrinam , ex qua coniuncto tex.decidit , † quod ſi aliquis
legat fratribus minoribus alimenta annua , licèt illa non
1 di. institu. ¶ Super ver. [quamuis †] sumitur pro, quia, vt no. gloss. ff. vsufru. quemadmodum ca. in l. idem est. ¶ Super ver. [locum esse] per fa. erc. iudicium, & actio de dote incipit contra eum, cum possit dotē recipere. Quo autē tēpore, dic tpe legitimo. ff. de do. ple. l. pr̄ dotē. ver. sed si priùs. & actione de dote statim agit contra filium vxor eius, cum dotē possit percipere filius. d. l. pater dotem. ¶ Super ver. [sustinuit] secus ergo, si in vita patris factum fuit diuortium, vt in primo casu huius legis. ¶ Not. iura enumerata hic, quæ non desiderant aditi. hæ
2 reditatis. Ex quo collige, † quòd illa, quæ necessariò non requirunt hęreditatem adiri, non suspenduntur, licèt etiā institutio sit cōditionalis. Facit ad emphyteosim, vel feu
3 dū, vel ad similia quæsita per patrem, ad quæ filius dř venire, vt filius, nō vt hæres, de quibus vide p Bar. in l. iusiurandū. §. si liberi. ff. de ope. li. Ci. & alij i l. liberti, libertæque. C. de ope. liber. videamus gl. hic positas. ¶ In gloss. super uer. pendere. ibi [l. cum pater.] & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. si socer. ¶ In glo. super ver. tutelæ. ibi [& quod dicit tutelæ]. f. legitimæ. ¶ No. q̄ hoc tamen videtur intelligendum in coniunctis filio ex latere patris; quia pr̄ eum præcedit in gradu: sed in coniunctis ex latere matris potest filius esse tutor legitimus, vt ff. de capi. di. l. tutelas. & quod ibi no.

Ex l. In iudicio.

SVMMAE.

1 *Cedens si habet ius exequutionis paratæ, eodem modo habebit cessionarius.*
2 *Actio an extinguatur per alienationem rei.*

In

3 *In ſucceſſorem ſingularem, vel ſuccedentem in re petita, vel in actione, de qua contenditur, licèt non tranſeat inſtantia, ſecundùm Leg. communiter: fallit tamen, ſi ſuccedat ex neceſsitate quadam.*

Sic in ceſsionarium tranſit inſtantia medio organo nuncij, & epiſtolæ, ibid.

Item in mandatarium tranſit inſtantia. ibid.

4 *Sententia lata contra auctorem, non poteſt mandari exequutioni contra ſingularem ſucceſſorem, fallit, ſi translatio fuit facta fraudulenter.*

5 *Inſtantia, vel poteſtas exequendi non tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem actoris, vel rei. limita.*

6 *Inſtantia quando tranſit, dicitur tranſire cum ſuis appendicijs.*

7 *Contumacia defuncti non afficit hæredem pœna refectionis expenſarum.*

8 *In fiſcum vniuerſaliter ſuccedentem nõ tranſit inſtantia, quia nõ ſuccedit, vt hæres, vel quia habet ſuos iudices, & dicitur ſucceſſor bonorum, & non perſonæ.*

9 *Succedentes fiſci per Auth. bona damnatorum. C. de bon. pro. non ſuccedunt in inſtantia incboata contra patrem, quia sũt ſucceſſores bonorum, non perſonæ.*

10 *In fiſcum non tranſit ius ſuccedẽdi ab inteſtato, quia agnatio, vel cognatio, à quibus dicta ſucceſsio venit, in eũ nõ tranſit.*

Ius adeundi hæreditatẽ non aditã non tranſmittitur ad fiſcũ, quia cenſetur extraneus hæres, & in illis tãtùm iuribus ſuccedit, quæ ſuis non competunt. ibid.

11 *In hæredem licèt tranſeat inſtantia: tamen ſi defunctus conuenerat nominatim in inſtrumento, quòd poſſet perſonaliter capi, non tranſibit in eum, ſecus ſi non nominatim.*

12 *Statuto ſi caueatur, quòd ille, contra quem apparet inſtrumentum debiti, poſsit carcerari, nec debeat relaxari, niſi de rato conſentiat, quòd ſi deceſſerit, conſenſu non præſtito, ad idẽ compelli poteſt eius hæres, licèt de eo non ſit facta mentio.*

L. In iudicio. ¶Pendente iudicio diuiſorio, poteſt vnus cohæres agere confeſſoria pro ſeruitute debita rei communi, & opus nouum nunciare; quia re vni adiudicata, debent cohæredes, quod perceperint, & impẽſas pro rata illi præſtare: factaque adiudicatione ei datur cõfeſſoria, & actio furti ad quem ipſa res pertinet. h. d. ¶Vel breuiùs, & ſic. In ſucceſſorem ſingularẽ ex neceſsitate tranſit inſtãtia iudicij. ita allegatur. no. maximè per Iac. de Are. vt. j. pleniùs tangam. ¶Super ver. [ſi dum res] ideſt dum agunt fam. erc. vel communi di. hæredes inuicem. ¶Super ver. [controuerſia] ſcilicet inter hæredes ex parte vna, & aliũ extraneum ex altera. ¶Super ver. [ſit] vt quia ſocius debet ſeruitutem ſibi, vel vicinus, & facit contra illam. ¶Super ver. [& cũ adiudicationes] hic ſecũda pars, in qua remouet dubiũ circa prædicta. ¶Super ver. [totus fundus] ſ. cõtrouerſia iã mota ab vno cohęrede de ipſa ſeruitute. ¶Super ver. [oportet] .ſ. per cohæredes. ¶Super ver. [caueri] cohæredes. ¶Super ver. [præſtẽtur] cohæredib⁹, qui impenſas fecerũt. ¶In tex. ibi [& ſi cũ res] hic eſt. 3. ver. in qua dubium remouet, quãdo nondũ erat mota controuerſia ab aliquo cohæredum de ipſa ſeruitute. ¶Super ver. [eo nomine] ideſt ipſius ſeruitutis. ¶Super ver. [fuerit] & res eſt vni adiudicata, & quæritur, quis aget, cui reſpondetur, vt ſequitur. ¶Super ver. [conſequi] ſcilicet poſtea. ¶Super ver. [actionẽ. ſ. confeſſoriam, & interdictum de nunciatione noui operis. ¶Super ver. [totus] fundus, & ſic no. ꝙ tranſlata in me tota re, cõſolidat mihi actio. ¶Super ver. [adiudicatus] erit pluribus. Nec ob. ad Treb. l. Lucius. § pen. & de dam. infec. l. damni. §. ſi his. &
de aqua plu. ar. l. ſi tertius. §. ſi quis priùs. vt ibi not. per Doct. maximè per Bar. ¶Super ver. [ſubreptæ] & poſtea vni adiudicatæ. ¶Super ver. [poſſe] hoc intellige verum, ſi ſubtrahantur poſt aditam hæreditatem, & apprehenſã poſſeſsionẽ, vt. j. de cri. expi. hære. l. 2. ſecundũ Odof. al-
1 legatur iſta lex, quòd ius ſententiæ poſsit cedi. † Et eſt
vtile, quia ſi cedens habebat ius exequutionis paratæ, eodem modo ceſsionarius habebit. ¶In gloſſ. 4. ſuper ver. [nunciare] iſta ſolutio videtur approbari in l. 1. in fi. j. de ope. no. nunc. Alij tamen aliter, vt ſequitur in gloſſ. ¶In ea. glo. ibi [vel nunciatur] Iſta videtur approbari in d. l. qui viam. Vel dic aliter, & meliùs, vt dixi. ſ. de ſerui. vrba. prædi. in l. inter ſeruitutes. §. fi. quia. l. qui viam. loquitur in reficiente, ideo ceſſat nunciatio noui operis. ¶Præterea hic debet intelligi, quando impediebatur cultura prędij, ideo fit nunciatio: ibi verò nõ impediebat̃. ¶In fi. gl. ibi [l. 1. §. fi. de ope. no. nun.] hoc intellige, niſi ædificetur in eo loco, in quo debet̃ ſeruitus vſusfruct⁹. l. vſufructu legato. §. fi. ſ. de vſufruc. Si autẽ alibi ędificatur contra debitam ſeruitutem: tunc domino ædificanti non nunciatur. d. l. 1. §. fi. ſed extraneo ædificãti põt nũciari tãquã p ꝓcuratorẽ dñi. l. fi. ſ. vſufruc. quẽadmodũ caue. ¶In gl. ſuper ver. adiudicat⁹. ibi [cõtra. j de act. & obli. l. quicũq;] vbi dicitur, ꝙ per alienationẽ rei actio in aliũ trãsfertur. ¶In
2 ea. gl. ibi. [§. fi.] † vbi dicitur per alienationem rei actio-
nem extingui: ſed hic durat, & transfertur in alium. ¶In fi. glo. ſed iſta ſolutio non videtur bona, per l. peto. §. fratre. de le. 2. Vnde ſubtiliùs dic, quòd hic trãſit ius nunciãdi de nouo, nõ aũt ius iam competens omnibus, vt in contrario. ¶In vlti. glo. in fi. nec ob. ver. prędedens [ſed ſi cũ] &c. quia ibi loquitur in iure reali, hic in perſonali, ar. l. via. §. ſi fundus. de ſer. ruſti. prædio. & j. ad Treb. l. 1. §. ſi
3 hæres. ¶Extra gl. no. caſum † hic, quòd licèt in ſingularẽ
ſucceſſorem, vel ſuccedentem in re petita, vel in actione, de qua contenditur, non tranſeat inſtantia ſecundùm communem opi. Legiſtarum: hoc tamen de inſtantia fallit, ſi ſuccedat in re, vel in actione ex neceſsitate quadã, vt per adiudicationem factam alteri litigantium de toto eo, quod deductum erat in iudicio diuiſorio, caſus eſt not. hic, ſecundùm Iacob. de Are. in l. inter quos. j. de dam. infec. quod etiam Bar. ſequitur de fideiuſsor. in l. ſi eum hominem. Sic, & dicitur tranſire per ceſsionem. ſ. de procu. l. mutari. & l. in cauſę. §. ſed ſi ex parte. ſ. de procu. vbi glo. dicit etiam inter abſentes. Quod in mandato poteſt concedi: ſed in ceſsione, prout in ea verſatur quaſi quædam traditio, poſſet negari: ſed procedit interueniente medio organo nuncij, vel epiſtolæ. ¶Ad primũ tamen dictum attende ad glo. hic ſuper ver. recepta. dum dicit [eſt in arbitrio eius, cui res adiudicatur] an perficiat
4 inſtantiã inchoatã, an nouã incipiat. Itẽ † cõcludimus, ꝙ
ſententia lata contra auctorẽ, non põt in ſingularem ſucceſſorem exequutionis mandari. l. à quo. & l. is à quo. de rei ven. l. is, qui ſe obtulit. de pe. hæred. l. qui ſe obtulit. & l. penul. & de aqua plu. arcen. l. quamquam. §. Iulian. & l. poſt venditionem. eod. tit. Quod verum eſt, niſi in fraudẽ fuiſſet in ſingularem ſucceſſorem facta translatio, ſecundùm Cin. in l. 1. C. de al. iu. mu. ca. fac. Bar. tamen in hoc contra, per §. item ſi quis in fraudẽ.
5 Inſti. de act. Et ſecundùm † hoc concluditur, quòd in ſin-
gularem ſucceſſorẽ actoris, vel rei, nec inſtantia, nec poteſtas exequendi tranſit. Canoniſtę tamen tenent, quod vbi cauſa defenſionis non mutatur, tẽpus in ſingularem ſuc
6 ceſſorem tranſit inſtantia, & fit exequutio, vt ſi agam cõ
tra te ad rem, tu defendis nomine eccleſiæ, vt adminiſtrator illius ex conceſsione prælati; nam demortuo, vel ad-

ministratore remoto in omnem singularem successorem huius rei transibit instantia,& contra eum fiet exequutio sententię latæ contra eius antecessorem; quia causa semper defenditur nomine ipsius ecclesiæ,& sic causa defensionis non mutatur. Ita no. extra de alie. iudi. in c. ex parte.& de iudi.in c.quia. V. Adde prædictis, quòd in hęredem, & sic in vniuersalem successorem certum est instantiam transire. ꝟ.de fideiusso. in l. si eum hominem. vbi de
6 hoc. In quo aduerte, † quòd vbi transit, dicitur transire
7 cum suis appendicijs.š.de insa.l.seruus. contumacia† tamen defuncti in illa instantia inchoata non afficit hæredem pœna refectionis expensarum.š.si quis iusdi.nō ob. l.1.in fi.secundùm lec. Azo.ibi,& communem. Quod au-
8 tem dixi † instantiam transire,fallit in fisco. l. si constante.§.fi.ꝟ.so.mat. Ratio secundùm Iaco.de Are. quia non est hæres,vt ibi,& l.inter eos. in fi.de fideius. Alij hoc reprobant;quia sufficit in aliquem transire bona titulo vniuersali.patet in patre,qui recuperat bona filij iure peculij,in quem transit instantia.š.de iud.l. tam ex contractibus,& ꝟ.de iniur.sed si vnius.§. filius. Alia ergo est ratio secundùm eos,scilicet;quia habet suos iudices, & hoc sequitur Bar.in d.l.si eum hominem. Alij Moderniores hoc reprehendunt dicentes,si hoc esset verum, ergo fiscus succedens,vt hæres, non succederet in instãtia,quod videtur falsum;& ideo dicunt, quòd melior videtur ratio præcedens scilicet,quòd ideo non transit;quia est successor bonorum, & non personæ: pater autem est successor bono-
9 rum, & personæ. ¶ Et ex isto Bald. intulit, quòd † filij succedẽtes per Auth.bona damnatorum.C.de bon.pros. non succedunt in instantia inchoata contra patrem; quia sunt veri successores bonorum,& non personæ patris,quę nunc in totum anihilata est. ¶ Adde etiam prædictis, ꝙ
10 † nec in fiscum transit ius succedendi ab intestato; quia non transit in eum agnatio, vel cognatio, à quibus successio ab intestato causatur. Ita dicit singulariter gloss. in l.2.ꝟ.de interdic. & rele. & ideo ius adeundi hæreditatẽ non aditam non transmittitur ad eum; quia censetur extraneus hæres:& in illis tantùm iuribus succedit non cõpetentibus suis.l.1.C.de bo.li.& per Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.ꝟ.de dam.infec.& ita consului Florentię.
11 Item adde, † quòd licèt in hæredem transeat instantia,vt dictum est, si tamen defunctus conuenerat in instrumento,quòd posset personaliter capi (posito quòd pactum valeat)non transibit ad hæredem, secundùm Bar. š. qui satisda.cog.in l.si decesserit.vbi hoc tenet per illam legem. Sed contrarium videtur dicere in l. postulãte.ꝟ. ad Treb.
12 per quod fuit de facto obtentum,quòd si † per statutum ille, contra quem apparet instrumentum debiti, poterat carcerari,nec debebat relaxari,nisi de rato consentiat, ꝙ si decesserit consensu non præstito,ad idem compelli possit eius hæres, licèt de eo non sit facta mentio. Potes pro concordia dicere, quòd primum dictum sit verum, quando nominatim conuenit, quòd ipse posset capi;quia hæres verè est alius: secus si sub nomine appellatiuo, vt quia debitor posit capi; quia tunc transibit in hæredem, qui verè debitor est,& vos cogitabitis in hoc.

ADDITIO.

a ¶Transit instantia. Adde ad hanc materiam,nunquid instantia inchoata contra defunctum,transeat in successorem,Fely.in ca. quia. V de iud.col. 3.vers.dicit hic dominus meus. Et quid intelligatur in dubio appellatione successoris,Fely.in d.c.quia.V.vers.nota,quòd appellatione successoris.col.fi. Et hoc est vtile scire. Nam actiones personales non transeunt contra singularem successorẽ,Bar. in l.quædam.§.nihil interest.ff. de eden.tex.est in l.1.§. si his.ff. ad Treb. Et hinc est, quòd exequutio instrumenti guarentigiati,vel sententię,non potest peti contra singularem successorem tenentem aliqua bona obligata,glo.est in l.ea.C.de condi.ob cau.ponit Bal.l.2.C.si aduer.credi. vbi dicit hoc esse no. contra ignorantes procuratores,& aduocatos.

Ex l. Si familiæ.

SVMMAE.

1 *Quilibet hæredum licèt sit actor, & reus in iudicio fam. ercis. vno tamen mortuo,censetur quò ad hoc,vt plures eius hæredes per vnum tantùm agant.*
2 *Iudicium incep um cum pluribus tutoribus, an vno mortuo, scĩdatur iudiciũ,vel eius hæredes tenẽtur agere loco vnius. remisiuè.*

L.Si familiæ. ¶ Pendente iudicio diuisorio,mortuo vno litigatore,pluribus relictis hæredibus,nō scindit iudiciũ: sed illi hæredes vni' hæredes loco vnius habent.h.d. Vel breui'. Plures hæredes debent vnum procuratorem constituere, non separatim agere.h.d. ¶ No.casum hic, quòd licèt in
1 isto iudicio diuisorio† quilibet hæredum sit actor,& reus: vno tamen mortuo,censetur reus quò ad hoc, vt plures eius hæredes per vnum tantùm agant. & sic declaratur.l. iam tamen.§.penul.ꝟ. indi. sol. quia non habet locum in indicijs duplicibus,de quibus hic:natura enim talis negotij hoc requirit,vt hic & l. ꝙ si nolit. §. si plures. de ædi.
2 edi. An tñ istud locum habeat ét in pluribus† tutoribus,vide omnino Bartol. in l. decreto. §. fin. de admini.tuto.

Ex l.Qui erat.

SVMMAE.

1 *Vendens ex necessitate,non tenetur de dupla promittere.*
2 *Ad officium iudicis pertinet cogere successores ad sepeliendum defunctum.*
3 *Exactores collectæ impositæ pro refectione ecclesiarum, vel alicuius publici operis,possunt cogere de facto non soluentes.*
4 *Hæreditatis aditio non requiritur in relictis ad pias causas.*
5 *Hæreditas non est,sed bona vacantia dicuntur,quando nullus adijt hæreditatem.*
6 *Exequutor in re,quæ ad se pertinet,quisque esse potest.*
7 *Exequutor vltimæ voluntatis pro ea exequenda in quancũq; rem hæreditariam manus mijcere potest,& illam vendere.*
8 *Expensa funeris non requirit aditionem hæreditatis,ideo non adita hæreditate,pro ea facienda bona vendi possunt.*
9 *Commissarius pro sepultura,vel alia pia causa potest vendere vendere ante aditam hæreditatem.*
10 *Tutela æquiparatur commissario vltimæ voluntatis.*
11 *Nuncij,vel exequutores,qui vendunt pignora capta per exequutionem sententiæ,non tenẽtur de euictione.*
12 *Alicui si sit cõcessa potestas nendendi bona sist alia, poterit ille in instrumento venditionis interserere pacta pœnalia,consueta tamen apponi.*
13 *Exequutor datus ad prouidendum,non dicitur suo fungi officio,nisi cum effectu prouiderit.*
Et quid si se obligauit,an teneat obligatio.nu. 14.
15 *Plures habentes rem emphyteoticam,si diuidant eam inter se, irrequisito domino, an cadant in pœnam. l. fin. C. de iure emphyt.*

Erronea

16 *Erronea cautio quando committatur, & teneat.*
17 *Cautio de euictione est ordinaria, damni verò infecti est extraordinaria.*
18 *Erroris multiplex est effectus.*

L.Qui erat. ¶Ordinaria cautio ſuper eo, quod alio iure peti poterat, per errorem aduerſus principalem debitorem committitur cũ effectu,& vendens rẽ nõ ſponte,nõ tenet de euictione cauere. h. d. ¶ Vel pleniùs, & ſic. Vendens † ex neceſsitate non tenetur de dupla promittere,& cautio,ſi nõ debuit interponi, interpoſita cõmittitur: & qđ quis facit ante aditã hæreditatẽ,ĩ directũ fam.erc.iudiciũ nõ venit, & pro ſepeliendo defuncto ante aditã hæreditatẽ iuſſu iudicis res hereditarię vẽdi poſſunt.h.d.Bar.dicit no.iſtã legem, quæ fuit conſilium Vulpiani, & diuiſionem collige ex his, quæ dicã ſuper tex.¶In tex.ibi [iuſſus] dic ſ.ante aditam hæreditatem. ¶Super ver.[ideo] ideſt ſuper hoc. ¶Super ver.[promiſit]quæ fit nuda cautione, niſi aliud inueniatur,vt.ꝭ. de euic.l. emptori.in prin. ¶Super ver.[cõſequatur] ſcilicet à cohæredibus.¶Super ver.[abeſt] ſcilicet intereſſe poterat peti per actionẽ ex empto; quia vendidit,tanquam merus exequutor: ſi verò vendidiſſet tanquam dominus,etiam ipſam duplam,vt in ſi.glo. magnæ. Et ad iſtam. q. reſpondetur. ꝭ. in ver. [ſi autem hæres]. ¶Super ver. [videamus] hic ponitur ſecunda quæſtio præambula ad ſolutionem primæ quæſtionis,& eius determinatio.¶Super ver.[officio] ſcilicet neceſſario,vt hic. ¶Super ver. [diſtrahat] quo caſu cum illo, in cuius bonis fiebat,cautio agitur de euictione.l.ſi plus.§.1.ꝭ.de euict.& C.ſi in cauſa iudi.pig.cap.ſit.l.1.¶Super ver.[intereſt.]No.regulam,contra quam videtur facere.l.fin.§.fin.ꝭ.ad municipa. ſed ſolue vt ibi not.¶Super ver.[aduerſus hæredem] ſcilicet illum, qui vẽdidit. ¶Super ver. [ex empto] ſcilicet ad intereſſe. ¶Super ver.[ſi autem hęres] hic ponitur reſponſio ad primam quæſtionem ſupra formatam. ¶Super ver. [committetur] ſcilicet ad intereſſe,quod potuit peti per actionem ex empto ſolùm contra principalem,non contra fideiuſſores,ſecundùm Azo. ſi vendidit tanquam hæres,ſed ſi tanquam dominus:tunc tenetur ad integram duplam, quam ipſe promiſit. ¶Super ver. [quæ] hic remouet dubium,qua actione aget cõtra cohæredem.¶Super ver.[æquum erit] quaſi dicat,ꝙ ſecus eſt de rigore,& huius æquitatis ratio ponitur. ꝭ. in ver.[ne in damno.] ¶Super ver. [directo] quod fundatur ſuper mero rigore iuris.¶Super ver.[ceſſante.] Nec ob.ꝭ.de condi.inde. l. frater à fratre. vt ibi not. ¶Super ver. [nam vt familiæ] probat ſolutionem ſupradictam. ¶Super ver.[iudicio] ſcilicet directo.¶Super ver. [cæterùm] ideſt ſi antequam adiretur,hæreditas aliqua fuit,vt in caſu noſtro. ¶Super ver.[actio]ſcilicet directa. ¶Super ver.[& ideo] hic infert ad probandum ſolutionẽ primæ quæſtionis,in qua dicit, quòd ipſe agit directo, non vtili.¶Super ver. [geſſerit] ſcilicet ẽt ante aditã hæreditatem.¶Super ver.[iudicio] ſcilicet directo,& datur vtile. ¶Super ver. [quid geſſerit] ante factum ſe hæredem, & poſt mortem teſtatoris;nam eo viuo hoc iudicium ceſſat in totum,vt.ſ.eo.l.& puto.§.ſed & ſi dolo.quod declara, vt etiam notatũ fuit.ſ.eo.in l.hæredes.§.ſi vnus.& §. non tantùm. ¶Super ver.[iudicium]ſcilicet directum,quandoque datur vtile,vt ſequitur.Nec ob.C.eo.l. certum. vt ibi no. ¶Super ver. [id fecit] ſcilicet ſciens ſe hæredem eſſe.¶Super ver. [iudicio] ſcilicet directo. ¶Super ver. [poſſe] ſcilicet à cohæredibus pro parte eorum.¶No. ex iſta lege plura,quæ colligi poſſunt ex ſecũdo ſummario.

2 ſ.¶Nota,† quòd ad officium iudicis pertinet cogere ſucceſſores ad ſepeliendum defunctum; hoc enim eſt opus pium, & in talibus poteſt exequutio fieri non ſolùm per iudicem eccleſiaſticum,extra de teſta.c. nos quidem. ſed etiã per tẽporalẽ, & vterq; hẽt in hoc tẽporalẽ iuriſdictio nẽ in laycos, vt hic, & ſ.de peti.hære.l.hæreditas.in fi.facit,quòd no.Inn. in d.c.nos quidem. & Arch. 13.q.1.in c. Silueſter. & Spec. de offi. iudi.in §. 1. ver. itẽ imploratur contra hæredem. Et aduerte, quia cum in hoc procedatur officio iudicis,vt hic,ad talem exequutionem ſummariẽ procedetur,per illum tex.& d.l.hæreditas.in fi.ſecundùm Guil.in tit.de inſtru.edit.§. nunc aliqua.ver. quæritur autẽ.Et ſimile, quod dixit Guil. in l. ſi in aliquam.ibi miniſteria quoque militaria. ſ. de offi. procon. & lega.
3 † quòd exactores collectæ impoſitæ pro refectione eccleſiarũ,vel alicuiꝰ publici operis,poſſunt cogere de facto nõ ſoluentes: nec deſiderat talis exequutio iudiciarium ordinem. Ad propoſitum de ſepultura adde etiam Guiliel. in Spec.de teſt.§.in primis.ver.pone nullus.vbi dicit ad prædictam exequutionem procedi poſſe, nemine pendente.
4 Et ex his poteſt audacter inferri, † ꝙ in relictis ad pias cauſas non requiratur aditio hæreditatis; quia procedetur per officium iudicis,& non requiritur obligatio, aliàs requireretur aditio,vt no.ꝭ.de reg.iur.in l.ſi nemo. Quidam tamen hoc non reputauerunt tutum;quia licèt officium in obligatione actiuum inueniat ſubiectum ſcilicet perſonam iudicis, in quo reſideat: non tamen inuenit ſubiectum paſſiuum, in quo poſsit exerceri,cum nullus exi
5 ſtat in hæreditate iacente; quia ex quo † nullus vult eſſe hæres,non eſt hæreditas,ſed bona vacantia.l.1.§. an bona.ꝭ. de iure fiſc.Alij dicunt,quòd requiritur aditio quãtùm ad actionem perſonalem,quæ requirit perſonam,cõtra quam agatur,non quò ad actionem realem,quæ concernit bona.Tu de hac.q.vide Specu. de inſtru. edit. in §. nunc verò aliqua. vbi dicit talia relicta de æquitate canonica confirmari.Sed Io.And.in addi.ibi in ver.ſed pone, quod ex eo teſtamento.& incipit additio.hic omittit auctor quæſtionem. videtur tenere contra;quia dicit, quòd bona debent adiri cauſa talium legatorum cõſeruandorum, & hanc partem Bar. reputat tutiorem in l. 1. C. de ſacroſan.eccle.& in l.eam quam.C. de fideicom. Cenſetur autem tunc eſſe hæres, licèt anormalus.Inſt.de eo,cui liber.ca.bo. adi. in fi. & ad euitanda dubia ita feci ſerua-
6 ri.¶No.etiã hic,quòd † quis poteſt eſſe exequutor in re, quæ pertinet ad eum ſpe. Item videtur facere iſte tex.
7 quòd quando † exequutor vltimæ voluntatis habet vendere pro illa exequẽda,ꝙ poſsit inijcere manus,in quãcũq; rẽ hæreditatis voluerit,& illã vendere;hic.n.elegit ſeruũ, cui erat relicta libertas,quæ eſt multũ fauorabilis. Circa qđ an, & qñ poſsit vendere res magni pretij pro modica exequutione fienda, & in modo, quẽ in hoc hẽt ſeruare, & plures notabiles quęſtiones vide per Bar.in l. alio. de ali.& ciba.lega.vbi ad fi.allegat iſtam legem. Item not.
8 etiam hic probari,quòd † expenſa funeris nõ requirit aditionem hæreditatis,& ideo etiam ante hæreditatem aditam pro ea facienda, poſſunt bona vendi. ¶Et ſic facit,
9 † quòd licèt officium cõmiſſariorum teſtamenti requirat aditionẽ hæreditatis,nec ante teneat,vt.ꝭ.de teſt. tu.
10 † ſi nemo. vbi loquitur in tutela (tutela. enim commiſſario æquiparatur,ſecundùm glo.notabilem in l. antepe.ꝭ. de tutel.& l. vxori. ꝭ.de fal.)tamen commiſſarius pro ſepultura, vel alia pia cauſa poteſt vendere ante hæreditatem, & venditio tenet. quod reputo ſatis notandum.facit ad hoc qđ dixi.ſ.in ſecundo notabili. ¶ Not.etiã tex.
11 ibi[non magis] &c. ꝙ nuncij,†vel exequutores, qui vendunt

dunt pignora capta per exequutionem sententiæ, non tenentur de euictione, sed iudex debet decernere actionē contra bona illius grauati, vt hic in ver. [sed decernere.]
12 ¶ Adde duo. Primum, quòd † si alicui est concessa potestas vendendi bona fiscalia, poterit etiam in instrumento venditionis inserere pacta pœnalia, consueta tamen apponi, & pro obseruantia contentorum in instrumentis potest fisci bona obligare, casus est in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscri. ¶ Secundum est verbum Inno. qui di-
13 cit, quòd † exequutor datus ad prouidēdum, non dicitur fungi officio suo, nisi cum effectu prouiderit. Ita dicit In-
14 no. de offi. dele. in c. in literis. ¶ Item no. aliud, † quod licèt talis exequutor nō teneatur se obligare de euictione: si tamen obliget se, etiam contra ius tenetur effectualiter, vt hic. Quod est vtile pro talibus quotidie vendentibus, & similiter, & pro procuratoribus, tutoribus, & similibus, & sic pôt adduci ad no. in l. procurator, qui pro euictione. s. de procur. ¶ Item no. magis subueniri ei, qui necessitatur ad actum, quàm spontaneo, facit. s. qui satis. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria. & j. de dam. infec. l. cum postulassem. in fi. & de le. 2. l. peto. §. prædium. cū similibus.
15 ¶ Per quæ iura inferri potest ad. q. † si plures habentes rem emphyteoticam, diuidant eam inter se, domino irrequisito, an cadant in pœnam. l. fi. C. de iure emphy. quasi hoc ex necessitate faciant, quæ fuit quæstio Guil. quam Bar. memorat in l. & ideo. j. de cond. fur. facit etiā not. s. in l. si pignori. & l. alienationes. vbi omnino vide. ¶ In gl. cōmittetur. ibi [no. hic erroneā cautionē committi.] Et ē ratio, qa respectu recipientis erat interposita ex iusta cau-
16 sa. Et nota hanc glo. quia istud † de erronea cautione examinatur hic meliùs, quàm alibi. ¶ In eadem glo. ibi [circa iudicia speciale] item fuit ibi error facti, & in substantia stipulationis: item hic poterat peti alio iure, ibi non. ¶ In eadem glo. ibi [facta promissio] item imò ibi loquitur etiam in cautione præstita post mortem liberti: vnde dic, quòd ibi interponitur cautio super eo, quod omni iure est indebitum, vel saltem naturaliter; hic autem erat debitum vtroque iure, licèt alio modo, & alio modo. ¶ In eadem glo. ibi [in illa de fideiussoribus] scilicet. l. si quis postquam. ¶ In eadem gl. ibi [non potest] & sic hic poterat agi alio iure: ibi non. ¶ In eadem glo. ibi [sit specialis ratione voluntatis] quia illa committitur aduersus principales, non aduersus cohæredes, vt declarat plenē Dyn. in d. l. si patronus. Vel ibi promittit contra voluntatem testatoris, ideo non tenetur; hic non contra voluntatem. ¶ In eadem glo. ibi [consuetum] scilicet quia tantum interesse præstatur, interposita cautione, quod præstaretur per actionem ex empto, & non interposita. ¶ In ea. gloss. ibi [vel si in nihilum] hic respondet ad l. si patronus. & ad l. si quis postquā. quæ fuerunt alle. s. ¶ In ea. gl. ibi. [& secundùm hoc] hic respōdet ad l. iuris. & ad l. error. ¶ Sed extra glo. quòd etiamsi promittat per errorem id, quod alio iure potest ab eo peti, committatur cautio, videtur probari. j. de dam. infec. in l. si ædibus. & l. damni. §. em-
17 ptor. Sed respōde, quòd hic loquitur † in cautione de euic. quæ est ordinaria: ibi in cautione damni infecti, quæ est extraordinaria. Vbi autem ille, qui non tenetur cauere, cauit cautione etiam extraordinaria, ad quam non tenebatur alio iure, si scienter facit, tenetur. l. damni. §. cum pa-
18 rietem. de dam. infec. ¶ † In ea. glo. in fi. ex prædictis collige multiplicem erroris effectum; nam impedit officium oblationis. d. l. si patronus. & ibi no. per Iac. de Are. & in l. 2. §. circa. de do. excep. ibi per glo. & Dy. Item impedit effectum confessionis. s. de pac. l. tres fratres. Item effectum ratificationis. C. de rei ven. l. mater. Item impedit translationem possessionis, quæ fieret iure contractus, vt per precarium, secus si per traditionem facti. j. de euic. l. ei, à quo fundus. & l. quod meo. §. si furioso. de acquir. possess. quod tamen declara, vt no. C. de iur. & fac. igno. in l. cum falsa. Item si est in causa liberationis, impedit eius effectum, & etiam effectum compēsationis. Ista duo probantur. s. de pac. in l. si cū te. & sic erronea liberatio non impedit ius agendi, vt ibi patet. Aliæ glossellæ sunt humiles.

Ex l. Quæ pater.

SVMMAE.

1 *Emancipatio si fiat à patre de filio clerico, quis erit iudex competens, an secularis, an ecclesiasticus. & nu. 4.*
2 *Prælatus vnius diœcesis si velit alienare bona monasterij sui sita in aliena diœcesi, cuius auctoritate debeat facere, sis, an eius, in cuius diœcesi sita sunt bona.*
3 *Fauetur dato à patre filio causa studij bene studenti.*
4 *Pater quas expensas facit filio non habenti peculium castrense, vel quasi, vel aduentitium, videtur facere de suo.*
5 *Datio præcedens emancipationem, quæ non tenet propter patriam potestatem, non reuocata, confirmatur per emancipationem subsequentem.*
6 *Scholaris succedens patri pro parte, non tenetur fratribus cōferre libros, & nu. 11. & nu. 13.*
7 *Scholares nō gaudent priuilegio Doctorū, nec possunt habere libros in peculio quasi castrensi, & an sit verum vide plures nu. seq.*
8 *Libri armis æquiparantur, cum arma legibus, & leges armis defendantur.*
9 *Scholares sunt in via Doctorū, et Doctores aduocati in actu.*
10 *Filius studens si ingrediatur monasterium, quid erit de libris datis à patre.*
11 *Dotis collatio quare fiat.*
14 *Studens non potest in paupertate mori.*
15 *Pietas paterna consuescit pro filijs consilium capere.*
16 *Vestes vxori datæ, an sibi donatæ intelligantur.*
17 *Cautela, vt filius lucretur libros, & præsumatur facta donatio, est, vt faciat se emancipari.*
18 *Copula virtus, & natura est trahere vnum de copulatis ad naturam alterius.*
19 *Alia, dictio implicat similes casus.*
20 *Do, verbum includit translationem dominij.*
21 *Species restringit genus, vbi præcedit species, & sequitur genus.*
22 *Qui non reuocat, & potest adimere, videtur de nouo dare.*
23 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
24 *Donatio facta filio, vt bene merito, an teneat.*
Et quid si concedit filio, vt habeat in peculio. nu. 26. 27.
25 *Verba enunciatiua actus extranei, qui non potest geri tempore contractus, emissa per modum confessionis ab eo, qui potest donare liberè, nullis præcedentibus meritis, inducunt probationem, secus si non liberè, quia tunc requiritur probatio meritorum.*
28 *Si pater dicat, dono, videtur donasse, & non in peculium concessisse.*
Dono, verbi natura est à se abdicare, & in alium transferre. ibidem.
Et si pater dicat, concedo, videtur concedere administrationem & sic peculium profectitium. nu. 29.
Idem si dicat, accipito, vel sumito, quia tunc etiam simplex administratio concessa videtur. nu. 30.
31 *Donans extraneo ad vsum, videtur donare pleno iure.*

Peculium

32 *Peculium, verbum ſtrictè intelligitur peculium profectitium.*
33 *Quod ponit pater ſuper altari, filio, vel filiæ intranti monaſterium, imputatur in legitimam.*
34 *Filius primogenitus an debeat communicare fratribus ea, quæ ſibi obueniunt iure primogenituræ.*
35 *Per vnum regi, & gubernari non naturali, & diuino, ſed voluntario, & iure poſitiuo eſt.*
36 *Papatus per vnum regatur, neceſſe eſt, cum articulus fidei dicat, vnam ſanctam catholicam eccleſiam.*
38 *Quicquid de iure Digeſt. quærebat filius, patri quærebat, quod procedit hodie in peculio profectitio*
39 *Donatio facta filio, an validetur per iuramentum, & nume. 43.*
40 *Iuramentum videtur quid ſpirituale, & quid operetur, nume. 50.*
41 *Patria poteſtas in his, quæ ſunt publici iuris, non attenditur.*
42 *Ius canonicum præcipiens obſeruationem iuramenti, videtur diſpenſare ſuper patria poteſtate, ſicut lex diſpẽſat ſuper caſtrenſi, vel quaſi, & aduentitio peculio.*
44 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
45 *Donatio inter virum, & vxorem an iuramento firmari poſſit.*
46 *Confeſſio teſtatoris cum iuramento, quòd ab alio recepit pecuniam, licèt valeat quò ad alios, non tamen habet locum in vxore.*
47 *Iuramentum filijfa. in mutuo an valeat, & an obliget eum.*
48 *Defectus inſinuationis omiſſæ inualidat donationem, quò ad eſt vltra legitimam ſummam.*
49 *Verba præualere rei, & fictio veritati, abſurdum eſt.*
51 *Ius prohibitiuum in donatione quid operetur.*
52 *Reip. expedit, ne quis re ſua malè vtatur.*
53 *Donare eſt perdere.*
54 *Concurrentibus pluribus cauſis prohibitiuis, effectus augeri debet.*
Falcidia an poſſit detrahi de donatione morte patris confirmata, quòd ſic.
55 *De donatione cauſa mortis detrahitur Falcidia. ibid.*
Et de donatione inter virum, & vxorem. ibid.
Quaſi, dictio appoſita iuxta id, quod interuenire poterat, denotat veritatem. ibid.
56 *Falcidia detrahitur de donatione cauſa mortis, limita. vt nume. 58.*
57 *Mortis cauſa capio defalcatur.*
59 *Confirmatio tacita, & expreſſa quomodo differant.*

L. Quæ paer. ¶ Erogata in filium peregrè exiſtentem cauſa ſtudiorum per patrem, videntur ei donata; ideo, & pro parte inſtituto non imputantur, niſi per cohæredes probetur patrem aliud ſenſiſſe. h. d. ¶ Super ver. [emancipato.] Idem dici poteſt, ſi filio Epiſcopo, vel Patricio, vel alio modo exempto à patria poteſtate. C. de epi. & cle. Auth. ſed epiſcopalis dignitas. & C. de conſul. l. fi. lib. 12. Idẽ tamen, & multò magis, ſi eſſet in poteſtate. & attendendum eſt, quod iſta litera, quæ dicit de emancipato debet intelligi, & legitimato, ita quod de hoc refricabatur in dubium. Cõtra eam poſſit opponi, quod non ſit facta coram iudice competenti. l. pen. & l. fi. C. de eman. lib. † & ideo dubitari poſſet,
1 ſi fiet à patre de filio clerico, quis erit iudex competens, an ſecularis, an eccleſiaſticus. In quo conclude, quòd ſi filius compellat patrem, vt in caſibus no. in l. ſi lenones. C. de epi. aud. competens iudex erit iudex patris: ſed vbi cõueniret in emancipatione pater, & filius, debet adiri iudex patris, vt ſic actus aſſumat robur à iudice eius, qui agit, non qui recipit. Et ita practicetur, & intelligatur d. l. pen. & l. fi. ibi. apud competẽtem iudicem. &c. Poteſt pro-
2 bari per ſimile de prælato † vnius diœceſis, qui vult alienare bona monaſterij ſui ſita in aliena diœceſi; quia dẽt ei auctorari iudex ſuus, non ille, vbi res ſita eſt. Ita determinat Io. And. de priui. in c. paſtoralis. Cin. tamen in ſimili caſu dixit vtrunque poſſe auctorari, vt ipſe no. in l. ſi prædium. C. de prædi. mi. ¶ Super ver. [ſubminiſtrauit] prò expenſis. Idem tamen dicitur, ſi foret præſens, per no. in l. ſed Iul. §. quod dicitur. ff. ad Mace. ¶ Super ver. [comprobatus] per alios hæredes patris. ¶ Super ver. [ductus] quod hoc caſu videtur in dubio præſumendum, ſecundũ Odof. quod tamen declara plenius ex ſequentibus. ¶ Super ver. [ad eundem filium] pro parte inſtitutum. ¶ Super ver. [non patitur.] Aduerte, quia quidam intelligunt iſtum tex. quando pecunia erat, & eſt conſumpta, & ita intellexit Odof. hic, & Mar. de Sil. & ideo, ſecus ſi extaret, quod tamen declara, vt ſtatim. ff. dicam ſuper glo. ¶ No. primò
3 fauerí † dato à patre filio occaſione ſtudij. quod intelligo in filio bene ſtudente, non alias, ar. C. de proxi. ſacro ſcri. l. vnicuique. li. 10. & adde, quod no. ad hæc. C. de ſacroſan.
4 eccle. in l. qui ſub prætextu. ¶ Secũdò no. quòd † pater expenſas, quas facit filio in ſtudio, videtur facere de ſuo. Quod debet intelligi, niſi filius habeat peculium caſtrenſe, vel quaſi, vel aduentitium, quod erat penes patrem. l. fi. ff. de pe. hære. Ita dicit Bar. in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. ¶ Item aduerte, quia quod hic dicit de emancipato, videtur debere intelligi, quando emancipatio præceſſerat
5 dationem: † ſed ſi econtra præceſſiſſet datio, quæ non tenebat propter patriam poteſtatem, non reuocata confirmatur per emancipationẽ ſequentẽ. l. donationes. §. pater. ff. de dona. vbi lex ita præſumit. Quod poteſt limitari, niſi donata reperirentur detineri à patre tempore emancipationis; quia tunc inſurgeret coniectura, & præſumptio contrariæ voluntatis: & ſic præcedens donatio non cõfirmaretur. Ita intelligo tex. in l. ſiue emancipatis. in ver. tenentibus. C. de eman. Et ex hoc poteſt colligi ratio tex. in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ libe. vbi emancipato pater nõ videtur donare vſumfructũ, imò retinet tantùm dimidiam vſusfructus. quod videtur contra tex. in d. §. pater. vt ibi glo. inducit; nam pater ibi nunquam tradiderat vſumfructum, vnde non poteſt inſurgere aliqua coniectura præſumptæ dona. in illum, quod ſecus eſt in §. pater. Et hæc videtur vera ſolu. huius contrarij, quicquid dicatur in d. §. pater. ¶ In gloſſ. prima. ibi [ſiue alimenta, ſiue libros, ſiue arma.] Concludit er-
6 go, † quòd ſcholaris ſuccedens patri pro parte, non tenetur fratribus conferre libros. Idem tenet in l. filiæ. hic allegata. Multi contra, vt Marti. de Sil. & Ro. in ſua. q. quæ in-
7 cipit. Donatus. dicunt enim, quòd ſcholares † non gaudent priuilegijs doctorum, nec aduocatorum, nec poſſunt habere libros in peculio caſtrenſi, vel quaſi. l. fori. C. de aduo. di. iu. pro quibus facit. C. de col. ſi donatione. Et adiiſtam. l. reſpondebant, quòd hic pecunia donata erat conſumpta, ſed libri extant. Alij dixerunt, vt Iac. de Ra. in hoc dubio, quòd vbi poteſt conſtare, quòd pater voluerit donare, vel non, ſtatur voluntati: ſi eſt dubium, tunc recurrendũ eſt ad cõiecturas, quæ colligi poſſunt ex facultatibus patris ex pretio, & valore librorum, ex numero liberorũ, arg. ff. de legat. 3. l. ſi filię pater. & de dona. inter virum, & vxo. l. vtrùm. Alij, vt Gul. de Cu. & Moderniores com-
8 muniter videntur tenere iſtam glo. quia libri † æquiparantur armis, cum arma legibus, & leges armis defenduntur, vt in proœmio Inſti. in princi. & in ſecunda conſti. C. in princ. & de aduo. di. iu. in l aduocati. ergo libri ſunt in peculio

culio castrensi,vel quasi,& sic non debet cōferri.ĵ.de col. bo.l.1.§.nec castrense.vbi hoc tenuit Dy. ad quod bene facit.s.eo.l.si filia.§.Neratius.& ĵ.ad munic.l.Lucius.§. idē respondit.& C.eo.l.si filiusfa. Et hoc tenendo ad ra-
9 tiones contrarias posset responderi,† quod scholares sūt in via Doctorum,& aduocati sunt in actu, ergo idem de scholaribus iudicādū, quod de Doctoribus, ar.s̄.ex qui. cau.ma.l.abesse.& l.qui mittuntur.§.pe. Tu autem concludc pro concordantia omnium, quòd si libri fuerunt cōcessi filio,postquam iā erat Doctor,vel aduocatus, censetur peculiū castrense, vel quasi, ideo non conferuntur. d.l.fori.& l.1.C.de ca.pe.li.12. Nec posset pater istā donationem reuocare,tanquam statim validam,nec conferendam.l.4.C.fam.erc.& l.1.§.nec castrēse.de colla. bo. & ibi hoc tenet Bar.Sed si adhuc studēti,si quidem compleat studium in vita patris, non conferuntur; quia efficiuntur quasi castrense peculium,& confirmatur donatio, ar.ĵ.de mili.te.l.ex eo.& C.de dona.l.siue emancipati.
¶ Si ingrederetur monasterium interim,quid de libris si-
10 bi datis à patre,vide Ci. in Auth. ingressi.7.q. Sed si non perfecit in vita patris:tunc venient diuidenda;quia priuilegiū quasi castrense pecu.non habet scholaris.l.1.C. de excu.artif.l.10.facit,qđ no. Ci.in l.fi.C.de iurisf.om. iud. Nec ob.l.legatis seruis.§.ornatricib'. qa ibi est specia e fauore legati. Et hanc partem, quòd hoc casu libri veniāt diuidendi,firmat Bar.in d.§.nec castrense. idē in effectu ī Auth.ex testamēto. C. de col. vbi hoc examinat. Quod
11 potest intelligi,quando† pater misit filium ad studium,& sic videtur se astrinxisse ad omnes sumptus studij,vt dicit gloss.no.in l. Macedoniani. C. ad Mace.Ideo cum ex necessitate mitteret, non intelligeretur ei tradidisse animo donandi.l.1.& 2.ĵ. de do. & ideo diuiduntur. Item hoc videtur intelligendum,si filius nihil habet de proprio,ar. l.fi.s̄.de pe.haere.& tetigi.s̄. & idem etiā terminauit Bar.
12 in tractatu de duobus fratribus.† Collatio enim dotis fit solùm ex eo; quia pater de necessitate videtur illam dedisse;quia ad illud cogi poterat.l.fi.C.de dotis promis.ergo & hic;quia ē eadē ratio,vt voluit Bar. in d.§.nec castrē-
13 se.† Sed si filius iuit ad studium suo motu proprio : tūc pater videtur donare,& morte confirmatur & sic talia non conferuntur,nisi in contrariū sit vehemēs pręsumptio, vt quia libri sunt magni pretij, & pater pauper; nā tunc nō est verisimile,quòd voluerit depauperare alios filios,qui magis indigent subsidio,quàm studens, de quo lex dicit,
14 quod † non potest in paupertate mori, Auth. de haere.
15 & fal.§.fi.col.1.pietas † enim paterni nominis consueuit
16 pro filijs consilium capere.ĵ.de adulte.l.nec in ea.Simile posset adduci ad hoc vltimum de vestibus datis vxori,an intelligantur donatae,vel non,de quo per Bar. in l. penul. §.1.solu.mat.& de don.inter vi.& vxo.in l.ex annuo.& di-
17 xi.s̄.eo.in l.Pōpo.Philadelphus.In hoc tamen dubio † librorum dixit Vber.se consuluisse, vt dubium tolleretur, quòd filiusfa. faceret se emancipari à patre, per l. donationes.§.pater,qui filiae.ĵ.de dona.& C. de dona. l. siue. per quae patet,quòd si in emancipatione nō adimit, videtur filio donare.¶ In fi.glo.aduerte, quia in isto casu ista quaestio non videtur procedere; quia filius erat emancipatus, & illa conferunt omnia, etiam data in praemium emancipationis, secundùm no.in l.1.§.nec castrense. & C.de col.in l.vt liberis. de quo ibi no. Quaestio ergo pōt procedere in filio in potestate, & ista est communis opin.ꝙ hodie simplex donatio non conferatur. Quod etiam sic probari potest. Primò,quia verba illius Auth. non conueniunt donationi simplici, ergo nec eius dispositio. Quod
18 non conueniāt,patet ex virtute † copulae,cuius natura est trahere vnum de copulatis ad naturam alterius,de leg.3. l.quaesitū.§.Maeuio.& de fun.instr.l.Seiae.§.Caio. sed primum copulatum loquitur in dote, & sic in donatione ob causam, ergo & secundum intelligetur etiam in dato ob
19 causam.Item quia dictio,† alia,implicat similes casus.l.si fugitiui.C.de ser.fugi.cū ergo pdixerit de dote,subsequitur deinde,& aliorū,debet intelligi similium. Itē quia ver-
20 bum,† datorum,includit translationem dominij.l.vbi autem non aparet.in fine de ver.obl.sed in donatione simplici non est translatum dominium in filium.l.2.& ibi not.
21 C de inoffi.do.ergo,&c.† Item quia vbi praecedit species, & sequitur genus,species restringit genus. l. filius.§. cui dulcia.de vi.& tri.le.cum ergo dixerit,dotis,debet restringi ad illud verbum generale, & aliorum datorum. Item,
22 quia qui non † reuocat,quod potest adimere, videtur de nouo dare Auth.de defens.ciuitat.§.interim.& l. obueniре.de ver.signifi.sed simplicem donationem factam in filiū pater pōt reuocare vsque ad vltimū exitum vitae,quod videtur facere praetereundo, vel mala mente exhaeredando.ĵ.pro do.l.si pater.Si ergo non reuocat, videtur concedere,& ex causa mortis,sed illae non cōferunt, sicut nec legata,vel fideicōmissa.l.à patre.C.de col.meliùs videtur facere.l.1.§.si ab ipso.ĵ.de col.bo.& l. ea demū.l. si donatione.& l.nec emācipati.C.eo. tit.ergo nec ista duplex donatio. Haec autem ratio cessat in donatione ob causā; quia non potest illam reuocare, nec videtur illam dedis-
23 se;quia in necessitatibus † nemo liberalis existit. de adi. le.l.rem legatam. Et hoc in donatione filio, vt filio, quae non valet ab initio, sed confirmatur morte.l.donationes. C.de dona. inter vi.& vxo.& capit vim relicti, vt ibi not. ideo non venit conferenda.l.illud.§.fi.C.de col.nisi in tri-
24 bus casibus,qui no.in d.Auth.ex testamento.† Sed si do-
a natio esset facta filio,vt benemerito,a glo. videntur variare. Nam in l. si donatione. C. de col. videtur sentire, ꝙ non valeat statim.in l.2. C. de inoffi.do.dubitat. Dic,ꝙ hodie statim valet, vt firmat gl. in Auth. vnde si parens. C.de inoffi.te.& censetur quid aduentitiū;quia filius quaerit ex sua persona.l.cum oportet.in prin.C.de bo. quae li. Aduentitiorum autem proprietas hodie quaeritur filiofa. l.fi.C.de col.& ideo non confertur. Aduerte tamen; quia hoc videtur verum, quando meritum attenditur respectu alterius rei,non operarum, vt si filius aliquid impendat de suo pro patre,vnde pater volens eum remunerare, donat. Vel aliquid patri exhibuit ex abundanti, ad quod naturaliter non tenetur. Aliàs autem si respectu operarū, cum filius obsequiū pręstaret patri, semper diceretur collatum,vt in benemeritum;quia meritus dicitur,quicunq; non offendit.l.testamēto Centurio.de ma.test. de le.2.l.cū quidā. Item videtur, ꝙ merita debeāt esse digna tāta remuneratione,& sic debeāt esse paria,secūdū Guil.in l.si tibi.ĵ.si cer.peta. Et de qualitate meritorum vide bo. tex. in l.etiam.§.1.de ma. vin. Et isto casu, quia non est mera donatio,sed ob causam, sicut & quando pater donat pecuniā pro filio ab hostibus redimendo, nō requiritur insinuatio,vt.no.ĵ.de do.i l.Aquili'.p Ci. C.de colla. in l.vt liberis.p Guil.de sa.san.eccl.i l.illud. Sed an sufficiat assertio meritorum, aliter hoc non probato de vera substantia meritorum,videtur casus,quod non,nisi probentur illa praecessisse.ĵ.de ca.pec.in l.& si ficte.& de pba.l.qui testium.& de leg.3.in l.cū quis decedens.§.Titio. Dic breuiter, quod vbi per talem assertionem meritorum praecedentium nemini praeiudicatur,ita praesumitur, nec alia requirit probatio,ar.depo.l. Publia.in fi.Sed si praeiudicaretur:tunc,si est facta specialis mentio meritorum, & cū

iuramento,debet ei ſtari.C.de proba.Auth.quod obtinet.
ꝟ.de le.3.l. cum quis decedens.§. ſi codicillis. Idem ſi ſi-
ne iuramento.d.l. Aquilius.& l.ſi pater. de dona. & ideo
tali aſſertioni debet ſtari, et per eam fundatur,& iuſtifica-
bitur donatio de præſenti vtili. Nec ob.d.l. qui teſtamen-
tum.§.Titia.quia ibi inter prohibitos,& non capaces,ſed
filius capax eſt. Et ſi diceretur, imò filius non eſt liberè
capax donationis; quia non valet ſtatim.l.2.C.de inoffi.
do.& l.donationes.& ibi no.C.de dona.inter vi. & vxo.er
go tali aſſertioni non debet ſtari, attenta nota. doctrina
25 Bartol.in dict.l. ſi fortè. vbi dicitur, quòd verba † enun
ciatiua actus extranei, qui non poteſt geri tempore cõtra
ctus, emiſſa per modum confeſsionis ab eo, qui poteſt
donare liberè, nullis præcedentibus meritis, inducunt
probationem: ſed ſi non poſſet liberè, niſi data exiſten-
tia meritorum: tunc non ſtatur confeſsioni, ſed requiri-
tur vera probatio meritorum. Poteſt reſponderi defen-
dendo etiam doctrinam Bart.quòd cum in hac donatio-
ne nihil extrinſecus requiratur, niſi ſola voluntas patris
donantis,ſtari debet verbis in illa inſertis; quod ſecus eſt,
cum aliqua requiruntur extra actum verbi; quia tunc ver
ba non ſufficiunt,d.l.ſi fortè. Ita dicit ibi no. And.de Piſ.
in ſo.contrarij formati. Si eſt facta ſolùm mentio genera-
lis meritorum,non creditur, niſi probêtur illa præceſsiſſe.
26 d.l.ſi fortè.¶ Vnum no.circa hoc, † quòd vbi pater hodie
donat filio, vt benemerito, & merita non præceſſerunt,
vel non poſſunt probari, eo caſu, quo debent,talis dona-
tio,non confirmatur morte,licèt aliter eſſet ſecus.Ita vo-
luit gloſſ.in dict.l.ſi donatione.C. de coll. Et poteſt reddi
ratio; quia præſumitur ſimulata, & in fraudem, cum ex
ea non tranſit poſſeſsio, tex. eſt ſingularis de aqua pluu.
arc.in l.emptor.Et ſic nec quæritur ius cõfirmationis;quia
requiritur traditio, vel aliquid, quod pro traditione ha-
betur.l. Papi.de do.int. vi.& vxo.& l. 2. de do.cau. mor.
27 ¶ † Quid autem ſi concedit filio, vt habeat in peculio. Si
in caſtrenſi,vel quaſi,ſtatim valet.l.filiæ. C.fa. er.nec con
fertur.l.filiæ licèt.C.de col. Si in profectitio,tunc rema-
net in bonis patris; ideo non confertur; ſed diuiditur. d.
l.filiæ licèt. niſi priùs emancipaſſet, & non reuocaſſet; qa
videtur donaſſe.l.donationes §.pater. ꝟ.de don. & C.de
dona.l.ſiue emancipatis. Si dubitatur,donauerit,vel con-
ceſſerit in peculio,ſi conſtat,qua mente, clarum eſt. Si du
bitatur, ſi quidem dixit,dono, videtur in dubio donaſſe,
28 non in peculium conceſsiſſe; quia per illud verbum,† do
no,videtur voluiſſe à ſe abdicare,& in alium transferre.l.
in ædibus.§.donari. ff. de dona. ſed peculij conceſsio non
eſt alienatio,& pro hoc eſt caſus in d.l.filiæ.C.fam.erc.&
ſic in dubio erit donatio, non quæ valeat à prin. ſed con
firmatur morte, & capiet vim relicti, & non confertur,ni
ſi in tribus caſibus no.in d. Authen.ex teſtamento. Si di-
29 xit,†concedo,non videtur velle à ſe abdicare, ar. eius,qđ
no.in l.neceſſariò.§.fin.de peri.& com.rei ven.ſecundùm
30 Iac.Bu.Item ſi dicat, accipito, † vel ſumito; quia tunc e-
tiam videtur conceſſa ſimplex adminiſtratio. l. fina.ꝟ.de
pecu.leg. Sed ſi de verbis non conſtat, dico hoc iudicari
ex facti qualitate; nam ſi filius erat miles, & erant res
ad militiam pertinentes: tunc videtur donaſſe,vt habeat
in caſtrenſi peculio. Idem ſi erant libri, qui dantur filio
ſtudenti, vel erat miſſale, vel breuiale, quod datur filio
clerico. C. de epiſco. & cler. Authen. presbyteros. ideo
filius haberet iſta præcipua. Sed ſi erant aliæ res non con
uenientes miniſterio filij: tunc ſi probat merita præceſsiſ
ſe, & ſufficientia, videtur ei facta donatio propter meri-
ta. Idem ſi non probaret, ſed allegaret merita,& proba
ret ſe poſtea iſta donata poſſediſſe decem annis.l.cum de
de in rem verſo.inf.de vſur. Vbi autem iſta non probaren
tur, præſumit ſimplicem adminiſtrationem conceſsiſſe,
& ideo non confertur, ſed diuiditur, vt d. l. filiæ licèt.
31 † Et aduerte, quòd in extraneo ſecus eſſet, qui donan-
do ad vſum, videtur pleno iure donare.l. donationes. §.
ſpecies.infra de don. Quod tamen dixi videri ſimplicē ad
miniſtrationē conceſsiſſe,limito verum, niſi poſtea ſequu
ta eſſet emãcipatio ipſius filij,vel alio modo ſui iuris eſſe
ctus; quia tunc intelliguntur pleno iure donata, caſus in
l.donationes.§.pater,qui filiæ. infra de dona.Intelligen-
32 do ibi ſtrictè verbum, peculium, † quòd intelligitur de
profectitio,facit l.prima.C de pec.eius,qui liber.meruit.
& l.fin.C.de emanci.liber.ibi,& peculium.facit quod no.
in d. l.frater à fratre.Quod adhuc puto verum, niſi labo
ret aliqua præſumptio in contrarium, vt ſi poſt traditio-
nem res reperiretur detineri per patrem; quia licèt ſeque
retur prædicta emancipatio: non tamen intelligeretur do
natio à patre confirmata per actum præſumptæ reuoca-
tionis. Ita intelligatur C. de dona.l.ſiue emancipatis. in
verbo,tenentibus.¶ Item attende, quod dixi videri pleno
iure donatum, videtur limitandum, & reſtringendum,
quando præceſsit aliqua voluntas, vel ſaltem aliquis a-
ctus, vt fuit in dict.§.pater.facit quod no. Bar.in l.vxori.
§.fi.de le.3.aliàs non intelligeretur donatio, cum eman-
ciparetur,vt l.cum oportet.§. quod autem. C. de bo.quæ
lib. et declaraui.ſ.ſuper tex.Adde prædictis, quid in lu-
cro facto per filium ex pecunia patris,de quo per Bar.in
l.illud.C.de coll.& l.cũ oportet.C.de bo. q̃ lib.in prin.&
33 latiùs in d.§.nec caſtrenſe.in ſecunda col.¶ Item†quid de
eo,quod pater poſuit ſuper altari filio, vel filiæ intranti
monaſterium,in quo videtur concludi, ꝙ imputetur filio
in legitimam,de quo in l.cum quis.§.fi.ꝟ. ad l.Falc. & ita
voluit Bar,in l.1.§.parẽs.ꝟ.ſi à paren.quis fue.eman.¶ Itẽ
34 quid † de his,quæ veniunt ad filios iure primogenituræ,
de quo vide.7.q.1.c.quàm periculoſum. de qua quæſtio-
ne tetigit Bal. in d. Auth.ex teſtamento. Dic,ꝙ talia non
ſunt communicanda;quia ea conferuntur,vt non diuidan
tur; talia enim iura non recipiunt diuiſionem. C. eod.l.
quædam mulier.ff.de iure patro.l. Carmelia Pia.extra de
vo.c.licèt.& ibi no.& extra de teſta.c.ſi hæredes. & d.c.q̃
periculoſum.Si tamen eſſet dubium facti.ſ.quis eſſet pri-
mogenitus, & apud ambos ſimul reſideret adminiſtratio
dominij, vel imperij,ar.eo.quæ no.de ſta.ho.in l. Arethu
ſa.Nec eſt nouum;quia duos legimus fuiſſe adminiſtran-
tes Imperium,vt no.7.q.1.in c.non autem. & per Io.An.
in cle.Romani.de iureiur.ſuper ver.reges.& latiùs in Spe.
in ti.de reſcripti præſentatione.in addi.¶ Ex hoc patet,ꝙ
35 illa forma,ꝙ † per vnum regatur, non eſt de iure naturali,
vel diuino neceſſario,ſed voluntario,& poſitiuo.ſ.de ori-
gi.in.l.2.§.nouiſsimè.in vſib.feud.de prohi. alie.feud.per
Feder.c.Imperialem.§. præterea Ducatus. extra de præ-
ben.c.maioribus.& no.ſeptima quæſtio.prima.in capitu.
in apibus. Licèt hoc non ſine ratione dictum ſit; quia tol
lit diſcordias inter ipſos fratres, quæ à cõmunione vt plu
rimùm generantur, de le.ſecundo. l. cum pater. §. dul-
ciſsimis. & maximè in regimine; quia vt dicit Seneca in
trage. ſeptima, capitulo ſecundo.
¶ Nec regna ſocium ferre, nec cedere ſinunt. Et Lu-
canus in primo. Omniſque poteſtas impatiens con-
ſortis erit. notaur ſup. de rerum diuiſione. in l. fina. Re-
gnum etiam per vnum ſolum veriſimiliter meliùs gu-
bernatur; quia vnus Princeps, ſecundùm Philoſo-
36 phum. In Papatu † autem probatur, quòd neceſſa-

riò per vnum debet regi, cum articulus fidei dicat vnam sanctam catholicam ecclesiá, facit quod no.C.de metropo l.1.li.xj.Item adde prædictis. q. de qua vidi dubitari, & habui de facto.Si est facta donatio filio in potestate de
37 maxima summa, cum clausula, quòd si donatio legitimam quantitatem excederet, vult esse tot donationes, quot essent numero legitimæ quantitates, & cum iuramento de non veniendo contra, an talis donatio tenuerit de iure,& an saltem confirmetur morte. In quo aduertendum est, quòd hic erat duplex defectus, & de quolibet vidẽdum est per se. Vnus est patriæ potestatis,cum e-
38 nim† quicquid ipso filio quæreretur, veniret quærendum patri pleno iure,etiam hodie, cum in profectitijs nil sit in nouatum,secundùm no.in l.cum oportet. in principio.C. de bo.quæ lib.& l.nec is.§.fin.de acqui.hære.apparet, ꝙ deberet ista donatio statim eo momento, quo fit,patri acquiri.de acqu.hær.l.placet.& s̃.de his, qui sunt sui, vel alie.iu.l.patre furioso.in fi. etiam si inter eos de contrario actum foret,vt not.gloss.in l.si paterfa.in prin.j̃.de dona. Ergo talis donationis effectus impeditur, secundùm illam regulam Iuliani,quæ est.quòd quis ab alio stipulando mihi quærit,id me stipulando nihil agit.s̃. de vsufru.l. sed & si quid §.Iul.ver. & cõsequẽter.& de ver. obligat.l. liber homo.in prin.Et hoc est,quod dicitur talem donationem in filium in potestate factam iuris impossibilitate non valere. Ita dicit gl.in l.donationes. la prima.in prima gl.C.de dona.inter vi.& vxo. ¶ Secundum dubiũ est,
39 † an validetur per iuramentum. Et prima facie quilibet diceret,ꝙ sic per no.in Auth.sacra puberũ.C.si adu.vẽd. & per Bart.in l.si quis pro eo.inf. de fideius. maximè attenta decisione,quæ habetur de pact.in c. quamuis. & de
40 iureiur.in c.licèt mulieres.cum similibus. † Item quia iuramentum videtur quid spirituale, in quibus non attendi
41 tur†patria potestas,vt probatur de iudi.in cap. si annum. 14.lib.6.sicut in simili dicitur, quòd in his, quæ publici iuris sunt,patria potestas non attenditur. l.nam quod.
42 ad Trebel. Item quia † ius canonicum præcipiens obseruationem iuramenti, tacitè videtur dispensare super patria potestate, sicut lex dispensat super castrensibus, vel aduentitijs. Item etiam quia natura iuramenti est reddere actum validum eo iure, quo potest.de leg. secun.l.cũ
43 pater.§.filius matrẽ. † Et ideo interpretatio videtur sumpta pro validitate talis donationis, sicut est facta in casu præmisso,& bene promisso. ¶ Sed his non obstantibus contrarium puto, quòd non validetur per iuramentum. Primò quia non videtur valere iuramentum, per regulam.l.non dubium.in fi.C.de legi.& l.iurisgentium.§.generaliter.s̃.de pac. ¶ Secundò quia iuramentum non est potens tollere illam resistentiam, quæ fit à iure;quia illico sibi donanti prohibitum censetur, & sic lex actum iudicauit inualidum, ac si idem dominus de vna manu traderet ad aliam: quo casu apparet nil agi,& ideo cum iuramentum insertum contractui,reguletur secundùm contractum, cui inseritur.C.de non nu.pecu.l. fi.& j̃.ad munici.l.fin.in princ.igitur ea causa, quæ inficiens est, principalem contractum inficit,& in consequentiam ipsum iuramentum,ex quo maximè non est potẽs supplere, qđ deerat.Pro hoc, quia cum certi sint casus, quibus valet donatio inter patrem, & filium in potestate, qui ponuntur per gl.in l.2.C.de inoffi.dona.& iste non numeretur inter illos, scilicet quando fuit firmata iuramento, ergo non de
44 bet ista donatio valere,ar.a sufficienti † partium enumeratione,quod validum est.l.patre furioso.supra de his, qui sunt sui,vel ali.iur. Et quia exceptio firmat regulam in non exceptis.l.in his.s̃.de legi. Item quia aliàs idem dicendum videretur in seruo, cui dominus donaret cum iuramento; nam eadem penè potestas moribus patri in filiumfa.suum concessa est,quæ & domino in seruum iuregentiũ.d.l.patre furioso.& l.in suis.de libe.& post. ¶ Nec obstat, si dicatur,donationes, quæ firmantur morte, à
45 principio firmantur iuramento, patet in donatione † inter vi.& vxo.& hoc tenet Guil.in l.sed & si possessori. §.si maior.inf de iureiuran.& Bart.in l. si quis pro eo. inf. de fideiusso.in prin.& l.Sæius.& Augerius. inf. ad l. Falcid. Quia puto dicendum potius contrarium; quia imò in casu prohibito non firmatur iuramento, licèt enim iuramẽtum interueniat: non tamen cessant rationes prohibitiuæ talis donationis, de quibus in l.1. 2. & 3. de donat.inter vi.& vxo.ergo durare videtur casus prohibitionis, & per consequens iuramentum non stringit per rationes, & iura,quæ statim in sequenti dubio allegabo, & maximè attento,quòd ille mutuus amor, qui inuitat, & inclinat ad donandum, principaliter inclinaret ad iurandum de non veniendo contra, ergo & in hoc casu iuramenti debet durare prohibitio,per casum in l.doli.ver.diuersum.per Barto.infra de dona.Pro hoc etiam adduco quod no. Barto.
46 in simili.in l.Aurelius.§.fi.de lib.le.quòd confessio†testatoris cum iuramento, quòd ab alio recipit pecuniam.l. cum quis decedens.§.codicillis.& se.de lega.3. locum nõ habet in vxore. Et in hanc partem videtur inclinare in l.j. de do.inter vi.& vxo. quasi talis donatio sit contra bonos mores, vt ibi,ergo &c.de reg. iur. cap. non est obligatorium.li.6.per l.iurisgen.§. & generaliter. ibi, & iusiurandũ.s̃.de pac.& l.non dubium.in fi.C.de legi.Prætereа & si sine veritatis præiudicio fateretur quis donationem inter coniuges iuramento firmari:non tamen in ista, in qua est omnino dispar ratio. Inter coniuges enim prohibetur fauore donantis, ne pauperior fiat ex nimio amore recipientis, & ideo huic posset dici renunciari; quia iudicaretur similis, ad d.Authen.sacramenta puberum. & extra de iureiuran.cap.cum contingat.cum si. Sed in casu isto non est iste metus paupertatis in donante, sed potius cuiusdam incompassibilitatis; quia si filio quæsita credatur scilicet donatio,statim eius commodum per eam scilicet donationem patri ratione potestatis acquiritur, vt s̃.probatum est. Vnde satis potest dici, ꝙ hoc obstaculum potestatis inhabilitet personã saltẽ respectu cõmodi causa acquisitionis:sed vbi persona est inhabilis ad cõtractum,iuramentum non firmat illud,vt voluit Bar. in d.l.si quis pro
47 eo.vbi ad hoc allegat plura.†Et ideo iuramentum filijfa. in mutuo non valet,nec obligat eum, & ita disputando tenuit Ia.de Bel.& incipit. Quæstio Perusina,lege cauetur. vt refert Io.An.in Spe.de resti.in inte.§.1.ver.itẽ nõ subuenitur.in addi.quæ incipit.saluo, qđ dicit.&c.Itẽ videretur in iuramento facto per dominum, qui donauit seruo, & iurauit,an teneat; quis.n. dicet dominum per hoc iuramentũ prohiberi rem donatã recuperare à seruo,cũ nullũ ius potuerit seruo ex tali donatione quæri? Et secundùm istã conclusionem filius rem sibi donatam à patre,non possét auocare à tertio possessore, ad quem peruenisset; quia nullum ius habet in re. Item quod pater potest eam donare,& ius in aliũ transferre. ¶ Videtur tamen pro concordia posse dici,quòd licèt inter patrem, & filium donatio non confirmetur iuramento de iure ciuili, per prædicta,vt C.de legi.l.non dubium.iuncta.l.j.§.j.j̃.pro dona. & l.donationes.§. pater. de do. & l. siue emancipatis. C.eodem titulo.cum si. istud sit verum de iure ciuili: secus de iure canonico, per regulam.capit. cum contingat. de iure-

de iureiuran. ſed quod priùs dictum eſt, videtur verius
de iure. Et ſecundùm hoc ſtat no. limitatio ad c. quamuis.
& c. licèt mulieres. de iureiuran. & ſimilia in contrarium
allegata; quia non habent locum, quando propter
iuris incompaſsibilitatem actus, cui iuramentũ inſeritur,
non poteſt effectum debitum ſortiri: et ſic patet, ꝙ illa nõ
obſtant, nec aliqua iura ſupra in contrarium allegata. Nõ
ob. §. filius matrem. quia ille. §. loquitur, quãdo actus nõ
potuit valere in propria ſpecie ex defec. ſolem. accidenta-
lis, non quando non poteſt valere ex defectu ſolemnita-
tis ſubſtantialis. Ita doc. reſpondent, & maximè Bald. in
l. ſi quis maior. C. de tranſac. ¶ Secundus eſt in quæſtione
propoſita defectus inſinuationis omiſſæ, in quo conclu-
48 de, ꝙ iſte † inualidat donationem, quatenus eſt vltra legi
timam ſummam. l. pe. C. de dona. & l. ſancimus. §. ſi quis
autem. Nec iuuat illa clauſula, quòd voluit donans, ꝙ eſ-
ſent tot donationes &c. quia cenſetur illa clauſula adie-
cta in fraudem legis inſinuationem requirentis in iſta do
natione vnica, quæ vno contextu fiet. d. §. ſi quis autem.
Et hoc tenet Gui. in Spe. de dona. §. 1. ver. quid ſi aliquis
dat omnia bona ſua. vbi Io. And. in addi. idem tenet, et
dicit, ꝙ lex ad refrenandos donantium impetus, inſinua-
tionis neceſsitatem inuenit, & eam tranſtulit ad hæredes
vtriuſque donantis, & donatarij. d. l. ſancimus. in fi. vnde
49 eſſet abſurdum, ꝙ verba † præualerent rei, & fictio verita
ti, contra id, qđ dr̃ de libe. & poſt. in l. filio, quem. & de ca
ſtren. pecu. in l. ſi forte, cum ſi. Hãc partẽ dicit etiam Bar.
indiſtinctè veram in l. Modeſtinus. ꝟ. de dona. aliqnid ẽt
in d. §. ſi quis autem. Similiter nec iuuat illam donationẽ
50 iuramentum ei inſertum; † quia iuramentum reſpectu in-
ſinuationis omiſſæ ad illam validandam non debet plus
operari, quàm expreſſa renunciatio facta legibus, quæ
inſinuationem requirunt; quia illa non tenet, vt dicit ap-
tè Ci. in l. fi. C. de do. ſicut nec teneret, ſi renunciaret quis
legi prohibenti alienationẽ rei minoris, vel rei dotalis,
vel prohibenti alienationem inter coniuges, vel inter pa-
trem, & filium. Et hoc, ne prohibitum vna via, videatur
alia concedi. l. ſcire oportet. §. 1. ff. de tu. & cu. da. ab his.
51 &, in reg. cum quis vna. de reg. iu. li. 6. Item † quia ius iſtud
ꝓhibitiuũ eſt introductũ publica vtilitate, ne ꝑ metũ, vel
fraudem donantes grauiter lędantur, quæ duo corã iudici
bus ceſſare præſumuntur. C. de his, qui per me. iu. nõ ap.
52 l. 1. & s̃. quod me. cau. l. fi. expedit † enim reipublicæ, ne qs
re ſua malè vtatur. Inſti. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.
53 §. 1. Maximè, quia donare † eſt perdere. ff. de dona. l. fi-
liusfa. & per iſtas rationes in effectu iſtud tenet Io. An. in
Spe. de inſtru. edit. §. porrò. ver. fi. in addi. Idem Bar. in l. ſi
quis pro eo. in princ. 7. q. de fideiuſ. Idem Bal. in l. illud.
C. de ſa. ſan. eccle. etiam quando iuramentum interuenit,
vt dictum eſt. ¶ Aduerte tamen, quia Ioan. An. in d. §. por
rò. in parte ibi ſe. videtur à primo variaſſe, & reſidere, ꝙ
teneat, quãdo interuenit iuramentum. ¶ Item aduerte, ꝙ
in quæſtione propoſita concurrebat alia cauſa, quare ta-
lis donatio non deberet confirmari per iuramentum. ſ. qa
erat collata in filium in poteſtate, vt s̃. dixi. Si ergo concur
54 runt plures cauſæ † prohibitiuæ, augeri debet prohibi-
tionis effectus, ar. in Auth. de alie. & emphy. col. prima.
¶ Ad aliud autem in d. q. an talis donatio ſit confirmata
morte patris donantis, dico, quòd ſic vſque ad legiti-
mam ſummam, tex. eſt in dict. l. donationes. C. de dona.
inter vir. & vxor. niſi eſſet facta, vt benemerito, & de me
ritis non conſtaret, vt no. gl. C. de dona. ĩ l. in collatione.
& dixi. ſupra. ¶ Sed an ex tali donatione morte patris cõ
55 firmata detrahi poſsit Falcidia, eſt ſatis dubium, licèt gl.
& Doc. communiter cõcludant, quòd ſic, per l. in donatio
nibus. C. ad le. Fal. & l. cum hic ſtatus. §. pri. ꝟ. de donat.
inter vi. & vxo. & etiam quia detrahitur de donatione cau
ſa mor. l. pe. C. ad le. Fal. & l. ſi mortis cauſa. de do. cauſa
mortis. In oppoſitum, quòd non debeat aliquo modo de
trahi, videtur caſus in l. vbi ita donatur. ꝟ. de dona. cauſa
mortis. vbi tex. dicit, quòd non detrahitur de dona. inter
vi. & vxo. licèt morte confirmetur. Nec ob. l. in donatio-
nibus. imò potiùs poteſt dici, quòd faciat contra ratione
ſui, ibi, quãdo fideicom. partibus funguntur &c. hoc enim
tunc videtur interuenire, quando teſtator confirmat ex-
preſsè. Ita videtur declarari in l. ex verbis. C. de dona. in-
ter vi. & vxo. licèt & alio modo poſſet reſponderi ad illã,
quòd loquitur in dona. cauſa mor. Et ſecundùm hoc etiã
reſpondebitur ad l. cum hic ſtatus. §. primo. ibi, quaſi te-
ſtamento ſit confirmatum, quod donatum eſt, &cæt. vt
illa dictio, quaſi, appoſita iuxta id, quod interuenire po-
terat, notet veritatem, vt & in l. emancipatum. §. primo.
in fi. ff. de ſena. & ꝟ. ſi cer. pet. l. ſi inſtitorem. & hac doctri
na vtitur Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. in 3. q. prin. in
fi. Et quod hoc ſecundùm veritatem debeat intelligi, pro
batur; quia donatio, de qua quæritur, ſolùm morte con-
firmatur. de lega. 2. l. ſequens quæſtio. ſed vt de aliqua
donatione vltimæ voluntatis detrahatur Falcidia, non
eſt neceſſe illam teſtamento confirmari; quia etiam in ſuc
ceſsione ab inteſtato locum habet. l. filiusfa. ff. ad le. Falc.
ideo nec fingitur quaſi teſtamento cõfirmatione facta.
56 Patet † in donatione cauſa mortis, de qua certum eſt Fal
cidiam detrahi, & tamen illa morte tantùm ſola, non e-
tiam teſtamento confirmatur, vt not. glo. in l. poſt legatũ.
§. qui mortis. ꝟ. de his, quib. vt indig. Vel poſſet collectiuè
reſponderi ad l. cum hic ſtatus. & l. in donationibus. quòd
ipſæ loquuntur ſpecialiter in donatione inter vi. & vxo. vn
de non debẽt trahi ad alias donationes, maximè vbi
tractatur de defalcatione, quæ reputatur odioſa, & con-
tra mentem defuncti. l. Titia. inf. ad le. Falci nulla enim ę-
quitas hanc detractionem ſuadere videtur. ¶ Non ob. d.
l. ſi mor. cauſa. quia poteſt dici, quòd de illa olim non de-
trahebatur, quæ ſolùm locum habebat in legatis, ideo li
cèt morte confirmaretur, neceſſaria fuit noua conſtitutio,
vt ſenſit glo. in d. l. ſi mortis cauſa. Præterea illa differt in
multis, vt no. gloſſ. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. &
vxo. et ideo de vna ad aliam neceſſariò non infertur, arg.
s̃. de mino. l. Papi. exuli. ¶ Non ob. l. pe. C. ad le. Falc. vbi
57 mortis † cauſa capio defalcatur; cum enim hic ſit dona-
tio, & cauſa ſcilicet donationis non debet iudicari merè.
l. mortis cauſa capimus. in prin. ff. de dona. cau. mor. Præ
terea & multi dicunt de mortis cauſa capione regulariter
Falcidiam non detrahi, niſi in caſu dict. l. pe. & ibi tangi-
58 tur per gl. & Ci. & alios Doc. † Hoc tamen, quod dixi de-
trahi Falc. limito nõ eſſe verum in donatione tacitè tantũ
b confirmata morte; b talis enim non capit in aliquo vim
relicti, ſecus fortè in expreſsè confirmata; quia tunc cape
ret vim relicti, & ideo pateretur Falcidiam, & hoc eſt,
quod text. voluit in dict. l. in donationibus. C. ad le. Falc.
59 ibi, quando fideicom. partibus funguntur. † Hanc autem dif
ferentiam inter tacitam, & expreſſam confirmationem, &
quod plus operetur expreſſa, quã tacita, probat tex. in d.
l. donationes. C. de do. inter vi. & vxo. vbi expreſsè confir
mat donationẽ, etiã quatenus erat vltra legitimũ modũ,
quod non facit tacita. ¶ Et ex hoc patet, quòd licet iſta
expreſſa confirmatio in aliquo proſit filio, ſi fortè do-
natio excedebat legitimam ſummam: tamen in hoc
grauat filium, vt Falcidiam patiatur. Huius diuerſi-
tatis ratio inter tacitam confirmationem, & expreſ-
ſam aſsignari poteſt; quia in tacita, ex quo teſta-

tor, qui donauit sciens, vel scire debens talem donationē non tenuisse, nil disponit, de illa videtur relinquere illam, & eius effectum dispositioni iuris, ideo succedit legis prouisio, quæ declarauit, & statuit, quid de illa iudicandum. d.l. donationes. & alijs. s. all. sed quando expresse de illa facit mentionem, confirmando illam, videtur eam qua si iure fideicom. relinquere, & ita lex interpretatur in d. l. ex verbis. C. de don. inter vir. & vxor. & alijs. s. all. Et ex quo constat legi, quòd non fuit contentus de confirmatione tacita inducta à lege, prouidit vltra, vt illa expresio aliquid operetur, quòd intelligatur confirmata, etiā quatenus excedit legitimum modum. d.l. donationes. Quia tamen ista confirmatio sumit robur ab vltima voluntate, lex patitur eam defalcari. Nec videtur necesse dici, quòd vt capiat vim relicti, sit necesse, quòd disponens vtatur verbo, legati, vt quia dicat, lego, quæ donaui, vt voluit Bart. de le. 1. in l. si quando. sed sufficit, quòd expresè cōfirmet illam. Cum enim ista confirmatio operetur, vt ex nunc, nec trahatur retro saltem quò ad acquisitionem dominij, secundùm opi. communem, quæ videtur probari per tex. in dict. l. ex verbis. in fi. & ea potissimè ratione; quia adest impossibilitas extremi ad quod; quia patria potestate durante, impossibile fuit talia bona profectitia quæri filio, cum quicquid quærat, patri quæratur, & alijs etiam rationibus all. supra. & declarat Barto. in materia fictionis in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsuc. satis pôt dici, q sumat robur ab vltima volūtate, vt dictum est. Et sic sequetur illa conclusio, quòd possit defalcare, &c. & hæc sufficiant quantùm ad hanc legem notabilem.

ADDITIONES.

a ¶ Filio vt bene merito. Adde ad hanc communem materiam, quando donatio est facta filio in potestate, non vt filio, sed tanquam extraneo, quando propter bene merita expressa in specie valet, Pau. de Castr. in consil. 345. in 1. li. ver. secundò videtur. Et si merita non probentur, dic, q non præsumuntur. Ita tenet idem Pau. de Ca. in cons. 432. in 1. li. Sed quid si pater expresserit se donare filio propter talia beneficia, & merita filij, & iurauerit, nunquid illud iuramentum obligationem valere faciat, vide Alexan. in consi. 150. incip. Visis, & consideratis. in 2. vol.

b ¶ Confirmata morte. Adde ad hanc materiam, nunquid Falcidia detrahatur de donatione causa mortis, Paul. de Cast. in consi. 28. in 2. vol. per totum consi. Et nunquid sicut de legatis, ita de ipsa donatione causa mortis defalcari possit, vide in præall. consil. ver. quæ est sicut, vt de tali donatione.

Ex l. Fundus, qui dotis.

SVMMAE.

1 *Fructus percepti ante li. contest. spectant communiter ad omnes hæredes.*

2 *Expensa facta circa fructus colligendos semper repetitur.*

L. Fundus, qui dotis.

¶ Fructus percepti ex fundo dotali per hæredes soceri, lite in hoc iudicio contestata, nō præstantur filio pro parte instituto marito nurus: sed in perceptis ante li. cont. rō tñ impensarum semper habenda est. h.d. in terminis, & in summa. ¶ In tex. ibi [impensarum] intellige de factis gratia fructuum percipiendorum. ¶ No. † q fructus ante lit. cont. percepti spectant communiter ad oēs hæredes: Aduerte tñ, q quatenus alij locupletiores facti essent, viderentur obligati cohæredi huic, vt statim declaro, legendo gl. Nec ob. l. inter. §. fructus. s. eod. vt ibi no. quia hic loquitur, quando bona fide, ibi non. Nec ob. etiā. j. eo. l. pe. vt ibi declarat.

2 ¶ Secundò no. q † impensa facta circa fructus colligendos, semper repetitur. Quod intellige verum, nisi talem sumptum faciendo delinqueret; quia tunc non habet locū deductio. s. de rei vendi. l. si fundi. & l. si seruus seruum. §. qui oliuam. s. ad le. Aquil. ¶ In fi. 1. gl. dic vt s. eod. in l. si maritus. ¶ In gl. in ver. fuisset. in fin. ibi [in. §. ex contrario] dic, vt j. de iure dot. in l. cum pater. & rō; quia statim debet restitui fundus, si ergo consisteret in rebus mobilibus, valeret, facit l. vna. §. exactio. C. de rei vx. act. ¶ In gl. in ver. pertinebunt. ibi [dic, vt s.] Tu dic, & meliùs, vt addas; quia tenebant, quatenus locupletiores, vt dixi sup per tex. Attende tñ, quia ille. §. fructus. videtur huic contradicere; nam ibi dixit fructus perceptos ante lit. conte. venire. Sed sol. vt ibi no. quia veniunt iudicio vtili, vt ibi, non directo. Circa tñ istam materiā fructuum vide omnino plenā distinctionem, quā posui in l. in fideicommissis. j. de vsu. ¶ Item in gl. in ver. impensarum. ibi [vel dic] hāc tene, ex qua collige, q potest contra alios agere, s. pro ratis eorum ad istam impensam.

§. Si ego à te.

¶ Vbi cohæredum interest, potest vnus agere fam. ercis. alius petitione hæreditatis etiā pro eadē hæreditate. h.d. ¶ Vel sic. Vbi iudicium diuisorū non causat petitorio p̄iudicium, admittitur eorum concursus. h.d. ¶ In tex. ibi [à te] qui totam hæreditatem possidebas. ¶ In tex. ibi [hæreditatē] s. pro dimidia, ita supplet Odof. ¶ In tex. ibi [velles] pro eadem hæreditate. ¶ In text. ibi [ex causa] puta propter id, quod de futuro debebat. ¶ In text. ibi [nos.] No. verbū, quod exponit s. de rei vē. in l. q si possessor. & s. de legi. i. l. de qbus. & s. e. i. l. & puto. ¶ In tex. ibi [ego] q sum debitor hæreditarius, vt in fi. gl. ¶ In tex. ibi [nō pôt] quia est ius incorporale, & vniuersale, vt fuit no. s. eo. in l. si filia. §. familiæ. & pbat. j. tit. 1. in l. 4. in prin. ¶ In tex. ibi [non deducuntur] vt sunt nomina debitorū. Nec ob. j. l. pxi. §. seruus. quia ibi res ipsa, quæ fuerat defuncti, erat penes hæredē: hic debitum. ¶ In text. ibi [ego] hæres pro parte. ¶ In tex. ibi [consequeris] s. pro parte tua. ¶ In gl. 2. ibi [tu verò] &c. quasi velit dicere, quia sententia in vno istorum iudiciorum non parit exceptionem rei iudicatæ in alio, meritò concursus admittitur. l. fundi. & l. fundum. j. de euiction. ¶ Item ibi [in nihilum] & sic non daretur fam. erc. nisi possideres. s. eo. l. 1.

L. Mæuius, qui nos.

¶ Res cohæredibus ex causa hæreditaria per communi diuidundo iudicium adiudicata, venit per hoc iudicium familiæ ercisundæ diuidenda. hoc dicit. ¶ Vel sic Illud, quod à defuncto venit ad hæredes, vel eius occasione, venit per hoc iudicium diuidendum. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [adiudicata] sit in totum. ¶ In tex. ibi [iudicium] scilicet vt inter nos veniat diuidenda. ¶ In glos. prima. ibi [peruenit tota] & ex eo colligе rationem huius legis, facit pro hoc. s. eo. l. inter cohæredes. in prin. vt ibi no. quod vide.

Ex § Seruus liber, & hæres.

SVMMAE.

1 *Datio, & factum quomodo differant.*
2 *Perſonales obligationes quæruntur hæreditati iacenti.*
3 *Pecunia vt veniat in iudicio famil.erc.quid requiratur.*

§. Seruus liber, & hæres.

¶Id, quod ex hæreditate eſt apud vnum ex hæredibus, venit in hoc iudiciū.h.d.¶In text.ibi [hæres]ſcilicet pro parte.¶In tex.ibi[retinuit] ſ.quod fuerat in bonis defuncti tempore mortis defuncti,alias non veniret,vt ſ.l.proxi.in fi.¶In gl.1.ibi[nō tenetur] .ſ.de ante geſto,qd in dādo conſiſtit, niſi eſſet actus, qui per continuationem extenderetur in vtrunque tempus, vt in l. at qui natura. §. Scæuola.ſ.de neg.ge.vel vbi tenerentur ad factum, vt eſt reddere librum rationum, & informare de geſtis.l.ſi pu-
1 rè.de fideic.lib.†Ratio diuerſitatis inter dationem, & factum eſt; quia datio ad ius obligationis refertur: factum autem concernit habilitatē perſonæ.¶In ead.gl.2. ibi[in idem recidit]q.d.quæſita in vita teſtantis communia ſunt, & ideo de his diuidendis ius acquiritur,nec attenditur,geſſerit,vt hæres, vel non,potuerit expediri pro parte, vel nō: ſed quæſita poſt mortem non ſunt cōia,ſed agitur, vt cōicētur,& ideo diſtinguitur, &c.vt ibi. Sed cōtra poſtea quæſita veniunt, facit, quia talia quæſita bona fide quærunt
2 hæreditati;nam & † perſonales obligationes, iacente hæreditate, ei quæruntur.d.l.eius,qui in prouincia.ver. ꝙ ſi ſtipulatus.ergo fortiùs debet quæri dominium. l. poſſeſſio quoque.§.& ſi poſſeſſio.ꝟ.de acqui.poſſ.ergo debent
3 venire in hoc iudicium.Sed reſponde,†ꝙ ad hoc,vt pecunia veniat in iudicium fam.erc.oportet,ꝙ ſit cōis ex cauſa hæreditaria.l.& puto.§.ſed ſi dolo. ſ. eod. Sed ibi in l. eius,qui.procedebat ex traditione ſoluentis animo ſe liberandi cum bono animo recipientis, & ex reliquijs primi mandati, & morte extincti, & reuocati propter mutationem ſtatus.Item eſt neceſſe, ꝙ communio præcedat ex neceſsitate,quod ibi non fuit; quia potuit illud negotium pro parte expediri.

Ex §.Arbiter famil. erciſ.

SVMMAE.

1 *Alter alteri,dictio eſt inter ſe redditiua.*
Idem,hinc inde,dictio importat.
2 *Inquiſitio formata hoc pacto. quòd alter alteri præſtiterit auxilium,& fauorem,ſi non ſubdatur,quòd talis alter alteri tali,etc.non poteſt ſequi condemnatio propter incertitudinem.*

§.Arbiter famil. erciſcun.

¶Pro adiudicationibus vtrique hæredi hinc inde factis, poteſt iudex compēſare condemnationes inuicem de eis fiendas vſque ad concurrentem quantitatē: in reſiduo tamē alterū alteri cōdēnare.h. d.in terminis,& in ſumma. ¶Vel ſic. Si in hoc iudicio portiones inuicem cōpenſentur,& æquatione facta, alter tantū in aliquo ſuperfluo cōdemnetur,iudicatur ſnia valida.h. d.Et per hoc declaratur.l.in hoc iudicio.ſ. eo. ¶In tex. ibi[arbiter]dic,ꝙ pōt loqui de compromiſſario, vt eſſet in iudice delegato, vt exponit.l.ſi ſoror.in fi.C.de colla.¶In tex. ibi[vlto,citroque] &c.dic expreſsè per iudicem in ſententia ferenda vſ-
1 que ad concurrentem quantitatem. ¶No. hic † de ſignificatione verborum,alter alteri,quę idem important,quod hinc inde.& ſic iſta dictio eſt redditiua. ¶Facit ad inqui-
2 ſitionem † formatā contra plures, quòd alter alteri præſtitit auxilium, & fauorem &c. nec ſubditur, quòd alter talis alteri tali,&c.ꝙ non poſſet ſequi condemnatio de auxilio;qa non apparet quis ſit iſte vnus,& quis alius alteri; talia enim verba ſunt ambigua, & poſsūt interpretari pluribus modis,& ideo propter incertitudinē non poſſet condemnatio fieri.

Ex §.Cum familiæ.

SVMMAE.

1 *In iudicio diuiſorio res debet æſtimari, prout valet tota, non prout valet diuiſa.*
2 *Fratribus pluribus ſimul ſtantibus,quilibet eorum magis æſtimatur.*

§.Cum familiæ.

¶In iudicio diuiſorio partes rerum ſeparatarum non æſtimantur:ſed tota res ſimul.h.d.¶No.
1 † ꝙ in iudicio diuiſorio res debet æſtimari, prout valet tota,non prout valet diuiſa.quod locum habet, ſiue agatur pro diuiſione hæreditatis,ſiue alterius rei, facit de leg.2. l.Mæuius.§.in fundo. Eſt etiam huius deciſionis ratio ſecundùm Odof.quia particularis receptio partis &c.ſupra
2 e.l.planè.in gl. Sic extantibus† pluribus fratribus vnitis, & in communione,quilibet eorum magis æſtimatur, quā fiat poſtea,cum diuiſerunt,quod eſt notandum ad inuitandum fratres ad bene,& communiter viuendum.

L.Pecuniam,quam.

¶Etiā patri ad ſolutionem tantū adiecto,non quæritur hæc actio.h. d.¶Vel magis ad literam,& ſic. Pro pecunia paterna per filium emancipatum patris nomine alij mutuata, poſſunt hæredes patris inuicem,ea exacta,agere fam.er. h.d. ¶In tex. ibi[credidit] ſi dicas noīe pr̄is,non ſuo ceſſat contrarium hic formatum.¶In tex.ibi[competebat]dic,quæ erat pecunia paterna,& filius mutuaſſet eam nomine patris, vel nomine ipſius filij,& pecunia extabat.¶In gl.1. ibi [competit actio]dic contra eum,cui filius mutuauit, ſed rei vēdicatio ſic,ſi pecunia extat.¶Item ibi [ad ſolutionē tantùm] dic,& ſecundùm hoc hic ponetur caſus, quòd pecunia fuit numerata nomine proprio ipſius filij, hoc acto,ꝙ patri ſolueretur, vnde actio ex mutuo eſt ipſi filio quæſita: tamen ſi pecunia extat,pater poſſet eam vendicare,vnde cenſetur hæreditaria, & ideo venit in hoc iudicium.

L.Ex hæreditate.

¶In his, quæ reciproca ſunt,ſi iudicium ex vna parte deficit, neceſſariò deficit ex alio. hoc dicit. ¶Vel ſic. Vbi vna res hæreditaria pro parte ab vno ex hæredibus alienatur,alia pars deſinit eſſe hæreditaria,& cōis,ideo non venit in hoc iudiciū. h. d.¶In tex. ibi[exijt de cōione]quæ erat inter me,& te, ſed poteſt agi ad diuidendum inter te, & nouum dominum actione

communi diuidun. ¶In gl. j. ibi [§. si testator] tu hoc declara melius, vt ibi dictum est.

Ex l. Si familiæ erciscun.

SVMMAE.

1 *Impossibile reputatur, quod est nimis difficile.*
2 *Diuisio impossibilis appellatur, per quam res annihilaretur, vel res deuastaretur.*
3 *Dimidia calathi ficuum, vel fructuum quomodo intelligatur.*

L. Si familiæ erciscundæ.

¶Propter difficultatem diuisionis hæreditatis, vel rei cōmunis potest iudex vni totam rem, vel hæreditatem adiudicare, & illum alteri ad pecuniam pro parte sua condemnare. h. d. ¶In tex. ibi, [impossibilis] dic, vt quia erat bos, vel equus, secundùm Odof. ¶ In text. ibi [agatur] dic inter plures socios re, vel conuentione. ¶ In text. ibi [omnes res] alterius. in fi. quasi velit dicere, ꝙ ille debet alteri in pecunia condemnari, vt dr. s̄. eod. in l. item La-
1 beo. §. 3. vbi de hoc. ¶Not. quòd † illud, quod est nimis difficile, reputatur impossibile, facit de leg. 1. l. apud Iul.
2 in fi. ¶Secundò no. quòd † appellatur impossibilis diuisio, vbi per eam annihilaretur, vel deuastaretur res, facit. j̄. si cer. pet. l. nam & si fur. in fi. cum concor. ibi. Quæ
3 † induci consueuerunt ad ementem dimidiam calathi fructuum, vel ficuum, vt non possit singula corpora diuidere per medium. Et sic malè seruauit Quintus Fabius Labeo, qui cum à rege Antiocho, quem bello superauerat, ex fœdere acto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuisse fertur, vt eum tota classe priuaret. Istud exemplum refert Valerius lib. 6. in cap. vafrè dicta, aut facta.

L. Non solùm finium.

¶Fructus malæ fidei percepti etiam ante lit. contest. veniunt in iudicio diuisorio. hoc dicit. ¶In tex. ibi [præteriti temporis] ante lit. conte. quia de perceptis postea non est dubium. ¶In tex. ibi [fructus] dic mala fide percepti, vt non ob. s̄. eo. l. fundus, qui. in princ. Et ad huius declarationem vide s̄. de peti. hæred. l. sed si lege. §. si ante. & quod dixi in d. l. 4. §. post litem. hic all. in glo.

Ex l. Arbitro quoque.

SVMMAE.

1 *Retractatur aliquid ratione minoris ætatis, quod aliàs non retractaretur.*
2 *Partes non impediuntur, quò minus possint concordare, per motionem litis.*
3 *Index, vel arbiter, qui tenentur infra certum tempus terminare, si partes concordent, non tenentur terminare, nel laudum ferre.*
4 *Iudex debet super omnia laborare, vt partes componant.*
5 *Cæteris paribus, magis expedit compositio, actore uincente, quàm reo.*
6 *Nemo debet esse nimis promptus ad litigandum.*

L. Arbitro quoque.

¶Diuisio hæreditatis inter cohæredes facta communi consensu, non ex pectata sententia iudicis de ea diuidenda cognoscentis, non rescinditur, nisi ætatis ratione. hoc dicit. ¶In text. ibi [diuidentes] dic cum iudice, vel sine. ¶In tex. ibi [licèt arbiter] dic coram quo erat inter ipsos fratres lis con
1 testa. ¶No. † ratione ætatis minoris retractari, quod aliàs non retractaret, facit. s̄. eodem. l. si filia. §. familię. & C. communi diuidundo. l. pe. facit quod habetur in l. pri-
2 ma. C. si aduer. rem iu. ¶ Secundò not. † quod per motionem litis non impediuntur partes, quò minùs possint cōcordare. Ratio, quia nil aliud agere debet Prætor, quàm vt controuersias eorum dirimat, à quibus si sponte discesserint, debet id ratum habere. l. 1. §. inde quæritur. de ope. no. nunc. ¶Et ideo post concordiam non debet amplius
3 laborare, quod est notandum pro iudice, † qui tenetur terminare infra certum tempus sub pœna, & ad arbitros obligatos determinare infra certum tempus sub pœna; nam si partes interim concordent, nō potest amplius laudari, vt hic in versi. [iurgio perempto] & ideo censentur
4 alleuiari à pęna. Facit etiam ad id quod dicitur, † quod iudex super omnia debet laborare, vt partes componāt, facit s̄. de vsufru. l. æquissimū. & de offi. præsi. l. congruit. An autem hoc locum habeat, postquam iam est in causa conclusum, & iudex clarè videt, pro quo debet pronunciare. Guil. non terminat in Spe. de præpa. iudi. post prin. ver. quid si iam est conclusum &c. sed Io. An. ibi in addi. dicit hoc iudicari licitum, vel non ex circunstantijs, qui-
5 bus cessantibus abstineat. Subdit etiam, qđ cæteris † paribus, magis expedit compositio, actore vincente, quàm reo; prima. n. sñia requirit exequutionē, secunda nō. Circa quod omnino vide, quod ibi subdit. Ibi ēt dicit, ꝙ ne-
6 mo † debet esse nimis promptus ad litigandum, nam vt scribit Apostol. Matthęus. c. 5. Si quis voluerit tunicā tuā tollere, & in iudicio contendere, dimitte ei, & pallium. 14. q. 1. c. 1. & ibi aliæ auctoritates.

Rubr. Communi diuidundo.

SVMMAE.

1 *Actio directa cui detur.*
2 *Actio communi diuidundo quomodo differat ab actione pro socio.*
Et qualis sit. nu. 3.

Ista Rubrica sumitꝰ naturaliter, & sic subauditur bis de act. cōi diui. Et quare dixerit, diuidundo, & non diuidendo, vide quod dixi. s̄. titu. 1. sup Rubr. Et continuatur sic. Viso de iudicio fami. erc. quod datur pro hæreditate diuidenda; nunc de communi diui. in quo solùm corporalia veniūt, & in ista veniūt singulæ res, nō vniuersitas. j̄. e. l. ꝑ hoc. in prin. ¶Et ad declarationē huius tituli ꝑmitto
1 aliqua cōclusiuè. Primò, † ꝙ hæc actio directa daꝰ hñtibus dñium rei corporalis, ꝑ indiuiso ex quacunque cā. l. 2. j̄. e. Vñ si ēr si sit hr̄ditaria, ꝑ rebus singulis hr̄ditatis itentaꝰ, ēt nō intentata priùs fam. erc. vt no. glos. in l. 4. in prin. j̄. e. & in l. quibus casibus. in fi. j̄. pro so. Et hæc fuit opin. Azo. in summa. Vtilis datur habentibus quasi domi-

dominium, vt in conductoribus ad non modicum tempus. ꝟ.eo.l. cōmuni diuidundo.in princip. vel ementibus bona fide à non domino. ea. l. §. qui iure.& alijs, de quibus in ea. l. §.si duo.& §.inter eos.& §. fin. Neque distinguitur possideat vterque, vel alter tantùm, vel neuter. l. communis. §. 1.& l.pen. ꝟ.eo. sed bene attenditur, an cōuentus fateatur rem communem, vt tunc hæc actio competat: an neget, vt tunc illi exceptio obstet, donec probetur rem esse communem, proposita rei vēdi. l. 1. š. tit. proxi. Cessat autem inter prædones, clam possidentes, precario, & similes. ꝟ.eo.l.communi diuidundo. §. inter prædones.& §. Iul.& . ꝟ.vti possi.l.si duo. & vide omnino qđ dicam.in §.inter prædones. Similiter nec datur simplici detentori, ea.l.§.neque. Itē nec in casu l.arbor. §. 1.& §. fin.

2 † differt autem ab actione pro socio, quia hæc ad diuidendū, illa non, sed ad cōmunicandū, & ad personales præstationes. ꝟ.l. 1.& pro so.l.si actum.& in hoc dicuntur habere naturam contrariam. In ista tamen habetur ratio sumptuum factorū cōmuni nomine, & in re cōmuni, vel impēsarum ratione rei communis, secundùm. l. si quis putans. in prin. ꝟ.eo. ¶De factis ante communionem videtur secus, quod intellige vt. ꝟ.l. 4. §. sicut.& l.seq. Item, quòd in ista habetur ratio sumptuum, verū est, quando negocium non potuit pro parte expediri, aliàs deberet agi negotiorum gestorum. ꝟ.eo.l.si quis putans. §. 1.in fi. Item habetur ratio quæsitorum ex re communi, vel propter rem cōmunem, vt & talia debeant esse communia. ꝟ.co. l. communis seruus. Item & damni dati in re communi. ꝟ.eod. l.& si non omnes. §. 1. etiam ab alio priuato, vel officiali culpa socij. ꝟ.eo. l. si is, cum quo.& l. communis seruus. la. 2.& l.seq. Generaliter tamen non est differentia, quæ assignari possit inter hanc actionem, & actionem pro socio. Vide reassumptas per Guil.in Spec. de iud. §. 1. ver.

3 porrò.in addi.tertiæ partis. §. 1. ¶Qualis † autem sit ista actio, dic, ꝙ est ex quasi contractu. Insti. de obli. quæ ex quasi contr. §. item si inter. Et est mixta in rē, & in personam, & bonæ fidei. Insti.de act. §. actionum. Adde, quòd regulariter, quę seruanē in isto iudicio, & fam.erc.no.glo. ꝟ.eo.in l.si quis putās. §. pen. fallit in casibus ibi notatis.

a Item, quòd in isto iudicio a requirūtur magis exactæ probationes de dominio, quàm in fam.erc.š.tit. 1.l.inter cohæredes.in prin.& ibi no.& vide glo.in l.communi diuidūdo. §.inter prædones. ꝟ.eo.& š.tit. 1.i l.1.in glos.super ver.exceptionem. ¶Vltimò ad istud Rubrū formā libelli in hac actione vide Spec.de iud.in §.sequitur. & de communi iud. & Bar.in effectu ponit. C.eo.in l. 3.

ADDITIO.

a ¶Isto iudicio. ¶Adde tamen, quomodo procedatur in hac actione communi diuidundo, Alex.in cons. 363.inci. Viso, & oportunè.in 2.vol.per totum cons.

Ex l. Cōmuni diuidūdo.

SVMMAE.

1 *Ex communi emptione facta inter plures, intelligitur contracta societas.*

L. Communi diuidundo.

¶Actio pro socio non competit pro diuidenda re communi, sed pro diuidendis, vel communicandis personalibus præstationibus: sed communi diuidundo competit pro diuidenda re cōmuni ex societate conuentionali, vel si incidēti ratione societas aliqua esset. h. d. cū. l. sequē. ¶In textu ibi [præstationes. [vt. ꝟ. pro soc.l. si actū.& dic vt ibi. ¶In tex. ibi [diuisionem] quæ actio pro socio est introducta ad communicandum, ꝟ. pro socio. l. si quis societatē.& seq. secūdùm Odof. ¶In tex ibi [emerint.]

1 Not.modum loquendi, ex quo Bar. colligit, † quòd ex cōmuni emptione rei facta per plures intelligitur inter eos contracta societas. Sed certè videtur intelligendū, quando emerunt, coita societate, vt rē illam in cōmuni haberent. ꝟ. pro so. l.cum duobus.& vide tex. in l.vt sit.pro so. & l.seq. ꝟ.pro so.vide, quod ibi no. ¶In tex. ibi [legata] & sic inter eos est contracta societas incidens, vt. d. l. vt sit.pro so. ¶In glo. 1.in fi. generaliter de omnibus dicitur, sed vide per Guil. vbi allegaui. š. ¶In glo. 2. in fi. ibi [vt hic] dicamus, vt. ꝟ. l. proxi. Quandoque tamē, etiam si sit res communis, durante communione, datur vtile cōmuni diuidundo, vt no. š. de neg. ge. in l. qui aliena. §. fin. in vlt. glo. in prima solutione, si tamen in re ipsa facta fuit expensa, vt ibi.

Ex §. In tribus.

SVMMAE.

1 *Quis priùs prouocat, attenditur, quò ad effectum iudicij: secus si ageretur de effectu sententiæ, quia tunc attenditur sententia.*

2 *Clericus diuidere volens, an possit declinare forum secularis.*

3 *Possidens semper debet prouocari, & propter onus probandi, & propter declinationem iurisdictionis.*

§. In tribus.

¶In hac actione, sicut in alijs duplicibus iudicijs quilibet cēsetur actor, & reus. h. d. ¶In tex. ibi [prouocasset] quātùm ad onus probationis, & adde, quod dixi in l.iudiciū.

1 š.finium regun. Et attende, quòd ideo attenditur, † quis priùs ad iudicium prouocauit; quia agitur de effectu iudicij: secus si ageretur de effectu sententiæ; quia tunc attenditur sentētia. l. si verò. ꝟ. de pecu. ¶In gl. super ver. pro-

2 uocasset. Quid † autem inter diuidentes, & diuidere volentes, an id, quod hic dicitur, locum habeat, vt sic cleric' possit declinare forum secularis. Videtur quòd sic; quia ī istis iudicijs locū habet reg. fauorabiliores. de reg. iur. vt no. gl. in l.in tribus. š. de iud. Et ex hoc.no. cōsiliū, ꝙ pos-

3 sidēs † semper expectet prouocari, & propter onus probandi, & propter declinationem iurisdictionis.

Ex l. In communi diuid.

SVMMAE.

1 *Personales præstationes veniunt in iudicium communi diuidundo.*

L. In communi diuidun.

¶Hic ponit, quid veniat in hoc iudicio communi diuidundo, & hoc intendit. Per hoc iudicium res communes diuiduntur, & personales præstationes petuntur. h. d. ¶In tex. ibi [factumue est] de quo alter alteri condemnabitur. ¶In text. ibi [aut ad eum peruenit] & sic in ista

1 veniunt † personales præstationes, vt. ꝟ. proximo. §. finali.

Ex §.Si quid.

S V M M AE.

1 *Actio, & exceptio, vt dentur, sufficit à lege aliquid determinari.*

§.Si quid. ¶In iudicio diuisorio debet seruari, quod inter ipsas partes finetali quo dolo conuētum est. h. d. & adde. j. eo. l. iudicē. ¶In tex. ibi [pepigerint] super hæreditate, vel alia re cō muni. ¶In glo. fi. ibi [ad actionem, vel exceptionē] quasi
1 dicat, q† sufficit à lege aliqd determinari, vt ex illa detur actio, & exceptio. j. de acqui. re. domi. l. statuas. ¶In ea. glo. in fi. ibi [& quæ est contra] dic in fine legis, nisi sit sequuta traditio, vt ea. l. in princ. vel nisi sit sequuta stipulatio, vt not. eod. titu. in l. licēt. & s. de pac. in l. diuisionis placitum.

Ex l. Per hoc.

S V M M AE.

1 *Incorporalia, vt seruitutes, sunt indiuiduæ, præter vsumfructum.*
2 *Directum dominium, vel vtile sufficit, vt communi diuidundo iudicium habeat locum.*
Res pignori datæ veniunt in iudiciū communi diuidundo. ibid.
3 *Maritus conuenitur communi diuidundo pro fundo dotali dato in dotem.*
4 *Mulier rei dotalis non est domina, nec possidet eam, nisi spe.*
5 *Agens communi diuidundo oportet, quòd possideat.*
6 *Mulier potest esse in iudicio pro defensione rei dotalis.*

L.Per hoc. ¶Vbi res corporalis est communis ratione dominij, pro ea diuidenda competit hoc iudicium directum. h. d. & hic ponit, pro quibus rebus diuidendis detur hoc iudicium. ¶In tex. ibi [corporalium] hoc dicit, quia † in-
1 corporalia, vt seruitutes, sunt indiuiduæ, excepto vsufructu. j. ad leg. Falci. l. 1. §. si vsusfructus. ¶In tex. ibi [dñium] nō omniū, vt. j. eo. l. arbor. §. de vestibulo. ¶In tex. ibi [habemus] nec ob. j. l. cōmuni diui. §. qui inter. & §. si duo. quia ibi loquitur de vtile, vt. j. no. §. proxi. Suffi-
2 cit ergo † directum, vel vtili dominium. j. eo. l. communi diuid. in prin. veniunt etiā res pignori datæ. d. l. communi diuidundo. §. inter eos. ¶In gl. 2. ibi [secundùm Azo.] idem no. in l. quibus casibus. in fi. j. pro so. de quo dixi. s. super Rub. ¶In ea. glo. ibi [item] & quia ista est vera ra-
3 tio. ¶In ea. glo. in fi. † vnde maritus conuenitur communi diuidūdo pro fundo dotali dato in dotem, quia est dominus: sed non agit communi diuidundo. j. de iure do. l. communi diuidundo. §. si fundus communis. & C. communi diui. l. 2. facit. C. de rei vend. l. doce. & j. de fun. do. l. dotalis. in princ. & §. dotale. |Non autem mulier;
4 † quia ipsa non est domina, nec possidet rem dotalē, nisi
5 spe, vt. C. de iu. do. l. in rebus. Oportet autē, † quòd possideat, qui agit communi diuidundo, vt. s. tit. 1. l. 1. & j. eo. l. si quis. & vide quod no. gl. in l. Titia. j. de iu. do. & quod no. in l. 2. C. communi diui. & in l. sciendum. §. si fundus. s. qui satisda. coga. & l. de die. §. 1. ver. quidam. vbi casus.
6 nota. † quòd pro defensione rei dotalis mulier est in iudicio, & dicitur sua interesse.

§.De puteo. ¶Pro cōi puteo diuidendo, vel adiudicando alteri sociorum, si solum, in quo est puteus, est eorum commune, datur hæc actio. h. d. ¶In tex. ibi [de puteo] communi diuidundo, vel adiudicando vni sociorum. ¶In text. ibi [commune est] secus si habes solùm ius hauriendi aquā, quia fortè solum sit publicum, vel alienum, in quo sit puteus.

§.Hoc iudicium. ¶Intentato hoc iudicio, pōt iterum agi pro alia re, quæ indiuisa remansit, cum sit bonæ fidei. h. d. ¶In tex. ibi [remansit] contra hoc videtur. j. eod. l. si quis putans §. pen. Sed responde, vt ibi no.

Ex §.Sicut autem.

S V M M AE.

1 *Dominium acquiritur per secundum decretum.*
2 *Mora non potest purgari post sententiam.*
3 *Misso in possessionem ex secundo decreto paratur cōdictio vsucapiendi, si cuius causa missio facta sit, non est dominus.*
4 *Titulus solus rei iudicatæ sufficit ad præscriptionem.*
5 *Decretum secundum interponitur in causa damni infecti.*
6 *In causa noxali, & damni infecti, quæ afficiunt ipsam rem, datur secundum decretum, & ex eo mittitur in possess.*
7 *Vsusfructus formalis adiudicatio potest fieri per secundum decretum propter omissam defensionem fructuarij.*
8 *Modus, & forma practicandi in actionibus non afficientibus rem: primò enim in personam fertur sententia, postea non soluēdo creditori assignatur possessio ex primo decreto, tertiò pignus subhastatum si emptorem nō reperiat, adiudicatur creditori ex secundo decreto. & nu. 7.*
Pignus iudiciale dicitur missio in possessionem ex primo decreto, sententia lata in causis rem non afficientibus. ibid.
9 *Seruitus seruitutis esse non potest.*
10 *Præbendarius suam non defendēs præbendam, patitur missionem in possessionem, si nil aliud habeat.*
11 *Ad secundum decretum, an sufficiat citatio ad domum.*
Et an teneat, non examinata contradictione tertij. nu. 12.
13 *Ecclesia an patiatur secundum decretum.*
14 *Minor, vel ecclesia vbi patitur missionem in possessionem, an audiatur in reuocatione tenutæ sine refectione expensarum.*

§.Sicut autem. ¶In hoc iudicio veniunt res communes diuidendæ, & fructus percepti, & impensæ factæ, communione durante, non ante communionem, & competit etiā contra hæredes. h. d. cum seq. ¶In tex. ibi [præstationes.] [scilicet personales. ¶In tex. ibi [fecerit] postquàm res cæpit esse communis, aliàs secus, vt. j. eadem. l. vers. [planè.] ¶In tex. ibi [consequatur] etiam durante communione, vt no. j. eo. in l. & si non omnes. §. venit. cui videtur obstare. l. familiæ. C. communia vtriusque iu. Sed responde, vt ibi no. ¶In tex. ibi [perceptos] post communionē, vt missi ex primo decreto. ¶In tex. [in possessionem] domus alienæ ruinosæ. ¶In tex. ibi [sumus] tu, & ego socij alterius domus communis. ¶In tex. ibi [iubeamur] ex secundo decreto contra dominum, & sic ante acquisitionē dominij, & communionē domus. ¶In tex. ibi [insulæ] scilicet vicini minantem ruinam in domo communi, in cuius possessione missi sumus. ¶In tex. ibi [iudicio] scilicet directo. ¶In tex. ibi [si res.] in l. seq. vicini minans ruinam. ¶In tex. ibi [iussi sumus] tu, & ego socij alterius dom'. ¶In tex. ibi [possidere] scilicet ex primo decreto. ¶In tex. ibi [nanciscere mur] allego tex. pro contraria

cbraria.in l. 3. de acq.possess. vt ibi no. in §. fi. ¶In text.
ibi [iudicio] scilicet directo. ¶In tex.ibi [eius impensę]
quæ facta fuit in re communi. ¶In tex. ibi [seruaturum]
per hanc actionem communi diuidundo. ¶No.hic aper-
1 tè, † quòd per secundum decretum acquiritur dominiũ,
& perditur per illum, contra quem fit, quasi videatur ha-
bere rem pro derelicto, vt no.glo.in l. Prætoris. in princi
pio.de damno infec. Ex quo patet, quòd non potest reuo
care, purgando moram: quia traxerat secum exequtionẽ
dominij.de legatis. 2.l.si is cui, & de cõd.ind.l. qui ob rẽ.
2 † Et quia post sententiam non potest purgari mora.l.iam
tamen.in principio.ꝭ.iudica. solui.facit quod no. de ver-
bo.obliga.in l.si seruum. §. sequitur. licèt cõtrarium no.
Bernar.de dolo, & contuma. in c. contingit. & hoc tenet
Io.And.vt li.non contesta.in c.quoniam frequenter.in no
3 uella. Et secundùm hoc si ille † non esset dominus, para-
retur misso causa vsucapionis, per l.claudius. ꝭ.de cõtra-
4 hen.emp. Ex quo patet, † quòd solus titulus rei iudicatæ
sufficit ad præscriptionem: & hoc de iure ciuili, bene fa-
cit.s̃.de noxa.l.& generaliter.& quod ibi no.secus de iu-
re canonico, secundum Bernar.de do.& contu. in c. con-
tingit. Secundùm Spec.speciale est in causa noxali, in titu.
de secundo decreto.in §.vide ergo. vers. sed an idẽ si ipse
5 sciuit. ¶Secundò no.casum hic, † quòd in causa damni
infecti interponitur secundum decretum ex hoc solo; quia
res non defenditur, licet nulla contumacia deprehẽdatur.
l.si finita.§.Iul.ꝭ.de dam.infe. Simile in causa noxali. l. 2.
in fi.s̃.si ex noxa.cau.aga.ibi enim dominus nõ erat cõtu
max; quia absens, & ignorans. Similiter nec seruus; quia
6 seipsum defendere non poterat. Et in illis duobus † ideo
interponitur secundum decretum; quia agitur ex causis
afficientibus ipsam rem, aliàs non interponeretur: licèt
7 † lata sententia in personalibus, si non satisfit, mittatur
creditor in possessionem ex primo decreto, & appellatur
pignus iudiciale. C.si in ca.iudi.pi.ca. in rubro, & nigro.
deinde elapso tempore, de quo in l.debitoribus.ꝭ. de re
iu.si pignora subhastata non inueniunt emptorẽ, adiudi-
cantur creditori ex secundo decreto.l. à Diuo Pio. §. si
pignora.ꝭ.de re iudi. Et attenta prædicta ratione de cau
sis afficientibus ipsam rem, idẽ dicendũ est in iure mere
8 personali, vt vsufructu; † nã propter omissam defensionẽ
fructuarij, etiam in causa fructuarij, potest per secundum
decretum fieri adiudicatio vsusfructus formalis. s̃. si ex
noxa.cau.aga.l. si cum vsufructuario. & idem si ageretur
damni infe. vbi autem causa non afficeret ipsam rem: sic
in immissum non transfertur ipsum ius, sed sola commo
ditas. Insti.de vsufr.§.finitur.C.de vsufru. l. corruptionẽ.
9 aliàs esset † seruitus seruituris, quod esse non potest.
¶Notandum tamen est, q non durabit plus in ista im-
missione, quàm durasset in prima, arg. ꝭ.de pig.l. lege ve
10 ctigali fundo. Et hoc est notãdum † ad præbendarium nõ
defendentem suam præbendam, vt pati posit missionẽ,
si aliud nõ habet. C.de exe.rei iudi.l.stipendia.& ꝭ.de re
iudi.l.cõmodis.facit quod no. Inn.de fideius.in c.perue-
11 nit. An autem † ad sm̃ decretum sufficiat citatio ad do-
mũ, vide Inn.in c.cũ venisset.& in c.si aduersarius. de eo,
12 qui mit.in pos. Item † an teneat, non examinata contradi-
ctione tertij, vide Inno.de conces.præben. in c.proposuit.
13 Item an ecclesia † patiatur secundum decretum, tangitur
aliquid per Ia.de Are.in l.is, cui.§.cessatum.ꝭ. vt in pos.
leg.& per Inno.de ver.signi.in c. dilecto. Item vbi minor,
14 † vel ecclesia patitur missionem, an audiatur in reuoca-
tione tenutæ, sine refusione expensarum, tangit Innoc. in
d.c si aduersarius.& vide, quod no. ꝭ.de regu.iu.in c. non
potest dolo carere.

L.Si quis putans. ¶Error non impedit hoc iudicium.h. d. Vel sic. Veritas præualet opinioni respectiuè secundùm quid, non vniuersaliter. Vel latiùs, & sic. Vbi res est cõmunis cum alio, quàm cum eo, cum quo putat, aliquid faciẽs in re communi, quæ desijt esse communis, cum vero socio datur communi diuidun. pro personalibus præstationibus. h. d. ¶In tex. ibi [sumptus fecerit] etiam contemplatione socij putatiui. ¶In tex. ibi [cum alio] dicit glo. Titio, scilicet nigro. ¶In tex.ibi [agi poterit] contra verum socium. ¶In tex. ibi [si fundum] scilicet pro parte sua. ¶ Super ver.[Titius] verus soci⁹. ¶In tex.ibi [iudicio] scilicet directo. ¶In tex.ibi [non sit.] vt. s̃.tit. 1.l.ex hæreditate. ¶In tex. ibi [quia à communione] huic videtur obstare. ꝭ.eo.l.in hoc iudicium. in prin. sol.vt ibi no. ¶In tex.ibi [de prestationibus] scilicet personalibus, puta sumptibus factis. ¶In gloss. 1. ibi dum dicit [vtili, idest efficaci] quasi dicat, quòd hic non sumat vtilis ad differentiam directæ, sed ad differentiam inefficacis, de quo vide quod not. in l.curatoris.C. de nego.gest.

Ex § Siue autem.

SVMMAE.

1 *Damnum debet esse, vbi est lucrum, & ibi lucrum tolerari debet, vbi est periculum.*
2 *Actio negotiorum gestorum quando detur.*

§ Siue autem. ¶Perceptum ab vno ex
socijs pro facto in re cõ
muni, quod non potuit pro parte expediri, debet per hoc
iudicium communicari: pro expedibili verò, pro parte tã
tùm datur actio nego.gest.h.d. Vel sic. In hoc iudicio ve-
niũt fructus, siue immediatè percipiantur à socio, siue fun
dus locetur colono communi nomine: sed si locetur nomi
ne proprio, damnum ad locantem spectat, lucrum verò
erit cõmune.h.d.ad literam. ¶In tex.ibi [locando] quid
autem si habitando, dic vt no. ꝭ.eo.in l.Sabinus ¶In tex.
ibi [tenebitur] ad tale lucrum communicandum. ¶In
tex. ibi [cũ oportet] sed erit communio omnium socio-
rum. ¶In tex.ibi [hoc autem] .s. lucrum, & commodum,
quod habuit ex communi fundo. ¶In tex. ibi [communi
diuidundo] scilicet solo. ¶In tex.ibi [locare] sine locatio
ne alterius partis socij. ¶In tex. ibi [non potuit] contra
hoc videtur.s̃.de neg.gest.l.qui aliena.§. fi. sed solue, vt
1 ibi no. ¶No.hic regulam, † quòd vbi est lucrum, ibi de-
bet esse & damnum, sic & econtra vbi est periculum, de-
bet & lucrum tolerari.l.manifestissimi.§.sed cum in secũ
dã.C.de fur.& l. si vnus ex socijs.§. 1.ꝭ.pro so. ¶In gl. in
2 verbo.hoc autem † vbi datur actio neg.gest. quando ges-
sit negotium, quod non poterãt expediri pro parte, si-
cut est liberare pignus. ¶In ea.glo.ibi [§.non tantũ] quia
in cõtrario res desijt esse cõmunis: hic non. Meliùs tamen
solui videtur in d.l.siue pro fratre.C.de neg.gest. ¶In gl.
super ver.expeditę.ibi. [§.quòd si commodè.] & l.is, cui.
§.si ex duobus.ꝭ.vt in poss.lega.

§.Si quid. ¶Impensa, accessio, & decessio li.conte.in re communi contingens, venit in hoc iudicio, h.d. Ponitur ita casus, &c. ¶In tex.ibi [acceptum] per lit. contesta. ¶In tex.ibi [impensum] in rem communem ab aliquo sociorum. ¶In text. ibi [partum] scilicet communis ancillæ perceptum ab al

tero

tero sociorum lit.contesta.¶In tex.ibi [accessionem] scilicet fructuum. ¶In tex.ibi [decessionem] gl. exponit, idest damnum, & intellige contigens dolo, vel culpa alterius sociorum, secundùm Odofre. glo. adducit concordantias.

§. Si quis in communem.

¶Non potest vnus sociorum, altero inuito, communem locum purum facere religiosum, sed tenetur in factum, si ibi inferat mortuum: in sepulchrum verò commune potest impunè offerri. h.d. ¶In tex. ibi [vnicuique] scilicet socio. ¶In tex. ibi [purum] ad huius declarationem vide. j. de reli. l. purus. ¶In text. ibi [religiosum] licèt inuito socio, posset inferre mortuum. j. de religi. l. sunt personæ. ¶ In tex. ibi [non esse locum religiosum] ad huius declarationem vide quod not. j. pro so. in l. si fundus. ¶In glo. super ver. sepulchrum commune. ibi. [§. in commune.] & j. de religio. l. 1. & 2. & s. de rerũ diuisio. l. in tantùm. §. 1. & §. religiosum.

Ex §. Si damni.

SVMMAE.

1 *Defensio an possit fieri pro parte.*
2 *In cautione damni infecti, an in solidum sit danda cautio.*

§. Si damni. ¶ Cauẽs in solidum de dam. infec. pro cõmuni domo ruinosa, nil imputat socio; quia potuit pro parte tantùm sua cauere. h.d. ¶In tex. ibi [communi diuidundo] sed actio. nego. gest. sic, vt. s. de nego. gest. l. si communes. facit. s. ea. l. §. siue. ¶In tex. ibi [nõ esse] etiam si soluisti in soli-
1 dum. ¶ No. hic casum, † qui videtur probare, quòd defensio posset fieri pro parte, quod declara, vt dixi in l. hæredes. §. si vnus. s. tit. 1. & vide omnino, quod dixi. s. si quadrupes paup. fecisse dica. in l. 1. §. si communem. Item
2 contra id, † quod dicit, quòd non compellitur in solidum cauere, videtur facere. j. de Carbonia. edic. l. impubes. §. quoties. sed responde, vt ibi nota.

Ex §. Si fundus.

SVMMAE.

1 *Diuisio rei pignoratæ non nocet creditori.*
2 *Adiudicatio non præiudicat, quia alienatio fit cum sua causa.*
3 *Ad venditorem spectat lucrum, & damnum, ad creditorẽ nõ spectat nec damnum, nec lucrum.*
3 *Ius tertij an remaneat in totum, vel in parte, re diuisa.*

§. Si fundus. ¶ Res communis pignori obligata ab vno socio, venit in hoc iudiciũ, & durat pignus, facta eius adiudicatione vni soli, & res minoris valet ex facto per alium vendi potest. h.d. Vel sic. Iudicium diuisorium intentatum cum debitore, non mutat ius creditoris. h.d. allegabiliter. ¶In tex. ibi [ad me] pro parte mea. ¶In tex. ibi [etiam si adiudicat'] implicat nõ solũ sit diuisus. ¶In tex. ibi [pars] socij obligantis suo creditori fundum communem. ¶In tex. ibi [tradita fuisset] sponte ab illo, qui obligauit. ¶In tex. ibi [arbitrum] adiudicantem fundum ei, qui nõ obligauit. ¶In tex. ibi [quàm expacio] vel ex lege, & ad hoc s. tit. 1. l. rem. & l. si pignori. ¶In textu ibi [eam rem] pro
1 parte sibi obligatam. ¶ Nota hic, † q̀ diuisio rei pignoratæ non nocet creditori, quod intelligendũ videt̃, nisi fuisset citatus ad diuisionem, arg. j. de vsufru. le. l. is qui. &
2 quod ibi no. ¶Secundò no. quòd † etiam adiudicatio nõ præiudicat, & hoc est; quia alienatio debet fieri cum sua causa. j. de contrahen. emp. l. alienatio. ¶In gl. 2. ibi [§. fi.] Nota, quia hoc dixit, vt tollat contrariũ de §. seq. vbi impeditur agere communi diuidundo, cum est pignorata alij. ¶In gloss. super ver. adiudicatus. in fin. ibi. [§. idem Celsus] sol. ibi loquitur in emptore, & vendito-
3 re. Et est ratio, quia † ad venditorem spectat damnum, & lucrũ. Inst. de emp. & ven. §. cũ autẽ. hic aũt in creditore, & debitore, ad quẽ creditorẽ non spectat lucrum, nec dãnum, facit. j. eod. l. communi diui. §. fin. & l. si fundus.
4 j. de pig. ¶In hoc tamen dubio, † vtrùm re diuisa, remaneat ius tertij in parte, quæ debitori obuenit, vel in toto, debet attendi, sit ius reale, vel personale: & si reale, an ille, cum quo diuisio est facta, haberet plenam administrationẽ, vel non, vt pulchrè declarat Bar. in d. l. is, qui fundum. j. de vsufru. lega. vbi omnino vide etiam pro declaratione istius tex. Item non obstat huic parti. s. l. proxi. in fin. quia hic quando adiudicatur debitori: ibi verò creditori inuito.

Ex §. Idem Iulianus.

SVMMAE.

1 *Creditor habens rem obligatam, non potest à debitore prouocari ad diuisionem, si hoc ei opponatur.*
2 *Fratres, & mercatores diuersi, si reperiatur alter alteri obligatus sub hypotheca bonorũ, non potest prouocari ad diuisionem, si opponat.*

§. Idem Iulianus. ¶Socius, q̀ pignori partẽ suam consocio creditori dedit, põt ab hoc iudicio exceptiõe excludi, si non excludatur, potest alter alteri condemnari ad pecuniam, & vni adiudicari, & iudex in hoc iudicio potest vni proprietatem, alteri vsumfructum rei communis adiudicare. h.d. cum seq. vers. ¶In tex. ibi [agere cæperit] ante debitum solutũ. ¶In tex. ibi [submoueri] non obstat. §. præcedẽs. quia ibi obligauit extraneo creditori. ¶In tex. ibi [debitori] consocio. ¶In tex. ibi [æstimationem] integram. ¶In tex. ibi [ius pignoris] in altera parte socio obligata. ¶In tex. ibi [mihi] creditori in totum. ¶In tex. ibi [condemnet] socio nomine partis suæ. ¶Not. literam hic [pignoratitia except.] quia iste tex. reputatur singula-
1 ris, ex quo collige, † quòd creditor habens rem obligatam, nõ potest à debitore prouocari ad diuisionem, si hoc ei opponatur, quod quotidie practicari poterit, & inter
2 fratres, † & inter mercatores diuersos communionem habentes, quando alter reperiretur alteri obligatus sub hypoteca bonorum. ¶In glo. nihil est.

§. Vrseius. ¶ Socius ædificans in re communi ex causa necessaria contra nũciationem noui operis factam, à vicino condemnatus, recuperat à socio partem per hoc iudicium. h. d. ¶In text. ibi [communi] plurium, in quo ædificare volebant. ¶In tex. ibi [damnatus] quia spreta fuit nunciatio. ¶ In text. ibi [pœnam] hoc dicit, quia quantùm ad eos videbatur pœna; quia præstitit interesse. l. stipulatio. §. siue. de oper. no. nun. ¶In glo. vlt. ibi [magis intererat sociorum.] Sed quo-

quomodo potest sociorum interesse hunc ædificasse,cum factum post nunciationem veniat demoliendum. Respondeo primo secundum Ia.de Are. quia forte ibi, qui nunciauit,nõ egit,vt opus demoliretur,sed ad interesse,quod potest,dicta.l.antepe.& hoc voluit glo.ibi. Vel secundùm Bar.quia fortè nunciatio fuit talis,quæ potuit spern: sed quia testes non erãt tunc,cõueniebatur hoc interdicto,& volebat probare, sed modò redierunt ad probandum. Vel tertiò potest poni exemplum, si per ædificatum postea sustentatum est ædificium, quod minabatur ruinam supra domum sociorum, & talia reparamenta interim facta sunt, quòd licet ædificium destruatur ruina, amodo non potest esse nociua socijs.

Ex l.Cõmuni diuidũdo.

SVMMÆ.

1 *Præstatio non diuiditur inter plures hæredes conductoris.*
2 *Dominus vnus ex pluribus si portat rem communem contra prohibitum,an cadat in commissum.*
3 *In pœnis legalibus si recipio partem sortis, debeo protestari, quòd ius meum sit saluum in pœna,aliàs videor mihi præiudicare.*
4 *Feudum non potest plenè, & quò ad ius diuidi, secus quò ad fructus,& commoditates.*

L.Communi diuidũdo.

¶Habenti vtile dominium in re communi,datur communi diuidundo,& vectigalẽ agrũ non debet iudex diuidere regionibus,sed vni totũ assignare.¶Vel sic. Fundus vectigalis non venit in hoc iudicio diuidendus, sed adiudicatus.h.d.¶In tex.ibi [in vectigali agro] scilicet plurium, vt possit vni adiudicari,sed nõ diuidi,vt sequitur.¶Super ver.[præstatio] ad quam pro partibus assignatis vnusquisque tenetur. Nec obstat. C. de colla.fun.patri.l.placuit.lib. 11. quia ibi speciale in emhyteota Principis.
1 ¶No.quòd † inter plures hæredes conductoris non videtur diuidenda præstatio. Et facit ad q.de qua hic in gl.inter principales autem posset.ꝟ.de ver.obl.l.4.§. Cato. ¶In glo. 2.ibi[sicut Titius non potuit]quasi non debeat hæredi licere,&c.ṡ.de iudi.l.hæres absens.¶In ea. gl. ibi [sed illud]&c.hæc videtur verior snĩa,pro qua facit.C.de nego.gest.l.siue.& hanc partem tenet Dy.in l.de pupillo. §.sed si plurĩu.de oper.no.nunci. & de publica.in l. fraudati.& Guil.de pig. act.ꝟ.l.si necessarias.§.si vnus. ¶In eadẽ glo.ibi [vel soluere] &c.vt.l.cum vsusfructus. ꝟ.de vsuf.leg.& l. si necessarias. §. si vnus. ꝟ. de pig. act. ¶In eadem glo.ibi [in obligatione] vt.ṡ.tit.1.l.hæredes. §. in illa.¶In eadem.glo.ibi[legali] &c.quasi dicat,quòd hæc obligatio legalis,vt est illa vni' emphyteotæ,quò ad solutionem canonis,& pęnæ non est diuisa;vnde si vnus ex hædibus non soluit,tota res incidit in commissum.l.2. §. ex his.de ver.obli.& de cond.& demonstra.l.qui fundus. Et sic nõ obstat.l. fraudati.§.sed si vnus.ꝟ.de publica.vbi est
2 casus sm̃ secundũ lec.† ꝙ si vnus ex dominis portet rem cõmunẽ cõtra deuetũ,nõ soluta gabella,sola eius portio incidit in cõmissum; quia ibi illa obligatio legis erat à lege diuisa per partes; quia quilibet tenebat, ꝗa possessor, & sic prout possessor est,tenetur.. l. Imperatores. in prin. eo.tit.iũcta.l.de eo.§.fi.ꝟ.ad exhi.ita declarat Bar.in d.l. fraudati.vbi allegat istã gl.¶In ea.gl.ibi.[Placen.dixit]
3 & cætera.Nota ex hoc consilio Pla.quòd in pœnis † legalibus si recipio partem sortis,debeo protestari, quòd ius meum sit saluum in pœna, aliàs videor mihi præiudicare, quod esse non videtur verum,per l. si pro fure. ꝟ. de con.fur.& not.Doc.ṡ.si qs cau.in l.2.in prin.ista enim est pœna legalis expellere.l.1.& 2.C.de iure emphy.sed certè Pla. loquitur per viam consilij,vt omnis tolleretur dubietas.¶In fi.glo.ibi [vt non diuidatur] &c.tex.est in tit. si de feu.defun.fuer.cõt.int.dom.& agn.in c.1.§.omnes filij.in vsib.feu.& de ali.feu.p Fed.in c.imperialẽ.§.prætere-
4 rea. Et aduerte, quia quod † non dicitur diuidi inter hæredes,procedit quantùm ad plenam diuisionem, sed fructus,& commoditates bene possunt diuidere inter se, ar. ꝟ.ea.l.§. cum de vsufructu.& ṡ.fam.erc.l.Lucius Titius.

§.Neratius.

¶Iudex adiudicãdo fundum duobus pro diuiso,potest vnã partem alteri facere. Hoc dicit.¶Super ver. [imponere] nota hic,quia non posset declarare,quòd fundus non cõmunis communi seruiret. ꝟ. eod.l. vt fundus. secundùm Odof.

§.Qui in rem.

¶Habens actionem in rem de iure prætorio, vel vtilem de iure ciuili,potest hoc iudicium attentare. h.d.¶Super ver. [in rem publicianam habent] quia possident à non domino ex titulo vero, & habili ad dominiũ transferendum, & bona fide: secus si titulum non haberent,vt no.ꝟ.proxi.§.inter prædones.& ꝟ.de euic.in l.minor.§.1.¶Super ver.[vendicatio] directa,non vtilis secũdùm glo.¶Super ver.[possidendi] etiam putatiua,suo tamen nomine:secus si alieno,vt in §.se.¶Super ver. [iudicium] & etiam vtilis vendicatio secundùm glo.¶In glo. ex quibusdam.ibi [à non domino] ita no.etiam.ṡ.eo.in l. per hoc.§.1.¶In ea.glo.ibi [vti'em] idest publicianam. ¶In eadem gl.ibi[vtilem rei vendi.] pone exemplum ex præscriptione,vel ex causa indebiti.¶In ea.gl.ibi in fi.super ver.[tradita] ratione erroris.¶In glo.super ver. soluti ibi [habet locum vtilis actio] &c.quando præscripsit, vel vsucepit,sed interim non habet publicianam;quia nõ habet ex iusta causa,cum tradens errauerit,aliàs quia potest vsucapi,vt.d.l. hominem.deberet posse agi publiciana,per regulam.l.cum,qui. primo responso. ṡ. de publiciana.

Ex §.Inter prædones.

SVMMÆ.

1 *Libellus,in quo petitur fieri diuisio solùm,quia possidet,non allegato aliquo iure reali,non procedit.*
2 *Publiciana cui datur,datur communi diuidundo iudicium.*
3 *Cui competit rei vendicatio, competit & iudicium communi diuidundo.*
4 *Missus in possessionem ex causa damni infecti ex primo decreto,non habet communi diuidundo directũ,vel vtile pro sumptibus factis.*
5 *Misso in possessionem gratia ventris,vel custodiæ,vt sunt legatarij,datur vtilis communi diuidundo iudicium.*
6 *Possessionis sola allegatio in communi diuidundo nõ tribuit actionem.*
7 *Dominus an,& quando præsumatur ex possessione.*
8 *In iudicio fam.erc.veniunt res hæreditariæ,& de hæreditate, & vniuersa, quæ erant apud defunctum: secus in iudicio cõmuni diuidundo.*

§.Inter prædones.

¶Possidentib' vi, & clam, vel pre-

precario non competit hoc iudicium. h. d. ¶ Super ver. [iusta] vt no. j. de preca. l. fi. & de acqu. pos. l. Pōponius. §. cum quis. ¶ In glo. super ver. non habet. ibi [non agunt
1 cōmuni diuidundo] Nota singulariter ex hac gl. † quod non procedit libellus, quo petitur fieri diuisio solùm, quia pos sider, nō allegato aliquo iure reali, & hoc tenet hic Odof.
2 pro quo facit; quia † cui datur publiciana, datur commu ni diuidundo, & ecōtra. s. ea. l. §. qui rem. ita intelligit gl. illum. §. in l. minor. §. 1. j. de euic. & in l. fundi. j. de ex-
3 cep. Item cui † competit rei vendicatio, datur communi diui. s. ea. l. §. ex quibusdam. Et ideo textus ibi dixit, quod ei datur vtile communi diuidundo, qui possidet ex ista causa, & habet ius, vel titulum speciale in rem, dum dixit [pu ta ex causa indebiti.] Vel hic dicit ex sola iusta causa pos sidendi non dari communi diuidundo. Item probatur;
4 † quia missus in possessionem ex causa damni infecti ex primo decreto, nō habet communi diuidundo directum, vel vtile pro sumptibus factis. s. eo. l. 4. §. fin. cū. l. se. & de dam. infec. l. si finita. §. cum autem plures. Et tamen mis-
5 so † in possessionem gratia ventris, vel custodiæ, vt sunt legatarij, datur vtilis cōm. diuid. vt. j. ea. l. §. si duo. Et ratio est, quia vnus prætendit ius in re, vel ad rem, alter nō; ergo ex prædictorum diuersitate colligitur, quòd ex sola possessione non datur communi diuidundo, & de hoc vi detur casus rectè intuenti in l. fundum. j. de excep. & l.
6 si mācipiū. §. 1. j. de euic. † nā sola allegatio possessionis in communi diui. non tribuit actionem: sed tollit exceptionem elidentem actionem, & actionem elisam coadiuuat. Bar. tñ alibi videtur sentire, quòd ista gl. possit esse vera, quando constabat, quòd agens, qui possidebat, do-
7 minium nō habebat, aliàs † cum hoc iudicio dominium veniat incidenter, eò quod possidet, præsumitur dominus. l. 1. s. titulo proximo. & no. in l. quidam in suo. de condi. insti. vbi Bar. & tangitur per glo. in l. sicuti. §. sed si quæratur. s. si serui. vendi. Sed certè hoc destruit ista gl. quæ videtur simpliciter velle, quòd ex sola possessione non præsumatur quis dominus in iudicijs diuisorijs, licèt aliqui hoc dixerunt in d. l. 1. s. fam. erc. ¶ In eadem glo. ibi. [l. itē prædia] sed ibi in act. fam. erc. hic communi diuidun. Et
8 ratio diuersitatis; quia in fam. erc. † veniunt res hæreditariæ, & de hæreditate, & vniuersa, quæ erant apud defunctum, cum sit iudicium vniuersale, quod non est in hac actione. ¶ In glo. super ver. iudicij. ibi [vti pos. interdictū] contra extraneum possidētem, non contra dominū, quia domino possidēte, statim reuocatum est precarium. ¶ In ea. gl. ibi. [l. si duo.] Item producit interdictū, vnde vi, vt. j. de vi, & vi ar. l. sed si vi. & ibi no.

§. Iulianus. ¶ Si petitor tātùm iniustè possidere dicatur, ab isto iudicio remouetur. h. d. ¶ Super ver. [prouocet] scilicet ad diuisionem. ¶ Super ver. [possidere] differt à parte præcedētis. s. proxi. §. quia ibi vterque iniustè possidebat. ¶ Super ver. [dari] quia nō datur prædoni. s. §. prox. ¶ Super ver. [nec post annum quidem] de eo, quod ad eum peruenit. vt. j. quod vi, aut clam. l. 1. ¶ Super ver. [eū] scilicet agentem. ¶ Super ver. [dicat] scilicet conuentus.

Ex §. Si duo.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus est seruitus diuidua.*
2 *Directa actio vbi habet locum, non recurritur ad vtilem.*

§. Si duo. ¶ Creditoribus pro re sibi pignorata iure sui pignoris, vsufructuarijs, & missis in possessionem gratia custodiæ competit hoc iudicium: & cum datur directum communi diuidun. cessat vtile. hoc dicit cum sequen. ¶ Super ver. [dari] & tunc non estimatur res, sed ius pignoris, vt. j. ea. l. §. si de-
1 bitor. ¶ Super ver. [dari debet] quia vsusfructus † est diuidua. l. 1. §. si vsusfruct⁹. ad l. Fal. ¶ Super ver. [possidendi] idest detinēdi, vt. j. vt in pos. le. l. is cui. ¶ Super ver. [habere possit.] Et si est missus cum alio, habet locum directū, si solus, het rei vendicationē. s. eo. l. 4. in fi. & l. seq.
2 ¶ No. regulam, quæ ponitur hic in fi. † quòd quando habet locum directa actio in eodem casu, non debet recurri ad vtilem. ¶ In gl. super ver. possidere. ibi. [§. Iul.] Et sic nō obstat. j. quor. leg. l. 1. § quæsitū. vt ibi no. de quo etiā vide. s. ea. l. §. ex quibusdam. ¶ In gl. vltima. in fi. ibi [l. sed si res] & vide omnino quod ibi dixi.

Ex §. Cum de vsufructu.

SVMMAE.

1 *Diuisio facta inter proprietarium, & socium, non nocet vsufructuario, cum quo non est facta.*
2 *Lex excogitat varios modos diuidendi, ne partes veniant ad discordias, & lites, ad quod etiam index debet laborare.*
3 *Iudex potest procedere ad sequestrum possessionis, vbi duo contendunt de possessione, etiam si pariter probent.*
4 *Litigans vbi est scrupulosus, & habet diu lites, potest iudex interdicere, ne accedat ad rem.*
5 *Si vnus contendat se possidere, alter neget, asserens possessionem vacantem, si non subest timor armorum, permittere debet cuilibet accessum, aliàs præcipere debet vtrique, ne priuatim accedant.*
6 *Dicenti vni se possidere, alteri verò possessionem vacare, cuilibet incumbit onus probandi, si quilibet eorum velit praeoccupare.*

§ Cum de vsufructu. ¶ Sūma, vt. s. dixi. Vel sic. Inter prætēdentes ius vsusfructus in re, potest intentari vtile communi diuidun. iudicium. & quale in hoc esse debet iudicis officiū, hic declaratur. h. d. ¶ Super. ver. [de vsufructu] scilicet rei immobilis. ¶ Super ver. [iudicium] vtile, non directum. & sic non obstat. j. de stip. seruo. l. si cum duo. & vide omnino, quod ibi no. ¶ Super ver. [permittat] scilicet fructuarijs. ¶ Super ver. [pci
1 piant. ¶ Aduerte, † quia diuisio facta inter proprietariū, & socium, non nocet vsufructuario, cum quo facta nō est. j. de vsufru. lega. l. is, qui. & quòd dicit [percipiāt] dic pro parte sua. Nec obstat inf. de pecul. l. sed si duo. vt ibi not. ¶ Super ver. [mobiles] .s. quæ non potest diuidi per par
2 tes. ¶ Nota varios † modos diuidēdi, quos excogitat lex, ne partes veniat ad lites, & discordias, ad quod iudex debet laborare. extra de transa. c. fi. in prin. & ibi no. facit. s.
3 de vsufr. l. æquissimum. Per q̄ iura dici potest, † quòd vbi duo de possessione contendunt, etiā si probent, potest iu-
2 dex procedere ad sequestrum 2 possessionis, & audire eos
4 in petitorio. ¶ Itē quòd vbi litigans est scrupulosus, & habet diu lites, iudex potest interdicere, ne accedat ad rem. ¶ Plus dicit Inn. de proba. in c. in præsentia. in prima colū
5 na. quòd † si vnus contendat se possidere, & alter neget, asserens possessionem vacantem, quòd si nō subest timor armorum, permittere debet cuilibet accessum ad rem, aliàs præcipere debet vtrique, ne priuatim intrent, & dicen-

dicenti se possidere, incumbit onus probandi. ʒ. de probat. l. 2. idem si dicat possessionem vacantem, & quilibet velit præoccupare, de quo vide omnino Inno.

ADDITIO.

a ¶ Ad sequestrũ possessionis. Adde, nunquid sequestratio tollat possessioné, Bart. in l. licét. ff. de po. dicit, ꝙ sic, si fiat de voluntate vtriusque partis: secus si iussu iudicis. Bart. in l. si oleũ. ff. de dolo. in princ. dicit, ꝙ qñ res deponit apud sequestrũ, licét perdat possessio: non tñ admittit commodũ possessionis, ponit Bal. in l. 1. C. de prohi. seq. Sed nunquid iudex possit diuidere ré, de qua litigatur, vide Pet. de Anch. in consi. 206. inc. Inter cõtraria. q dicit, ꝙ si hinc inde sunt opiniones ꝓbabiles, & materia est diuisibilis, laudaretur iudex, qui diuideret, vide Felyn. in cap. 1. de consti. ver. secundò no. col. fi.

Ex §. Neque colonis.

SVMMAE.

1 *Possessio corporalis quæ dicatur.*
2 *Exclusus à simplici detentione colonus non habet interdictum sed officium iudicis.*
3 *Exceptio est iudicij declinatoria, si colonus, vel similis dicat se alieno nomine possidere, & quomodo procedat.*
4 *L. 2. C. vbi in rem actio, an habeat locum in rebus incorporalibus.*
Item an habeat locum, cum agitur ad possessorium.
5 *Colonus conuentus de re, si nominet dominum in iudicio, nõ per hoc fugit missionem, de qua in Auth. ei, qui iuret. C. de bon. auct. iudi. poss.*
6 *Tenere, verbum verificatur in tenuta facti.*
7 *Verba statuti, si quis reperiatur tenere, & possidere, non comprehendunt eum, qui alieno nomine possidet.*

§. Neque colonis. ¶ Colono, vel depositario denegatur hoc iudicium. ¶ Vel breuiùs. Detinenti tantũ non datũ hoc iudiciũ. h. d. ¶ Super ver. [cõpetit] quia habent ex dñi voluntate, sed vbi duo admittuntur cã custodiæ, habent hoc iudicium; quia habent contra dñi voluntaté. š. e. §. si duo. ¶ Super ver. [naturaliter] aliqui dñt corporaliter in l. 1. C. cõia de vsucapio. & sic corporalis stat pro mera detentione, vt hic, & ibi, & in l. id, quod. §. fi. de acqui. poss. & l. non solùm. §. quod vulgo. de vsuc. Et hoc facit contra Bar. qui dixit, ꝙ est dare triplicé spém possessionis, ciuilé,
1 naturalé, & corporalé; † quia corporalis sumitur pro mera detentione, vt hic, & alijs. š. all. ¶ In gl. super ver. possideant ibi [non sibi] & is possidet, cuius nomine possidet. ʒ. de acqui. pos. l. quéadmodum. ¶ In ead. gl. ibi [. i. detineant] & hæc est vera expositio. Nec ob. ʒ. de acq. poss. l. generaliter. de vi & vi ar. l. 1. §. quod seruus. vt ibi nota. & plenè no. C. cõia de vsucap. in l. 1. Et aduerte in effectu ta
2 lis detentionis; quia ab hac simplici detentione † exclusus nõ habet interdictum, vñ vi. vt no. gloss. in l. damni. §. penul. de dam. infec. sed habet iudicis officium, sm gl. in l. Aquilius. ʒ. de dona. facit C. de agri. & censi. l. si coloni. li. 11. ¶ In ea. gl. ibi [licét possit dñum] & c. statim vsque ad li. cont. in Auth. de exhiben. re. §. sancimus. & probaret se
3 eius noie possidere, cũ istã sit † q̃dã exceptio iudicij declinatoria, ar. ʒ. de excep. l. in exceptionibus. sm Iac. de But. hic. Et hoc habet locũ in cõuento reali, secus si personali, secundùm Inn. de maio. & obe. in c. inter quatuor. Quod est verũ in dilatione, vt dñs veniat ad defendendũ, de qua loquitur. d. l. 2. C. vbi in rem act. secus in ea, quæ datur, vt dñs veniat ad informandum de suis defensionibus, de qua loquitur. C. vbi de cri. agi oportet. Authen. qua in prouincia. ita videtur velle Bar. in l. locum. §. si tabulæ. de tabu.
4 exhi. ¶ Ité an † illa lex habeat locũ in rebus incorporalibus, vide omnino Inno. in d. c. inter quatuor. Item an habeat locum, cum agitur ad possessorium, gl. not. ꝙ non. 12. q. 2. in c. quicũque militum. In contrarium tñ videtur. C. de euic. l. si parentes. & quod no. Bar. in d. l. locum. §. 2.
5 Item aduerte, ꝙ † remedium. d. l. 2. non haberet locũ, si cõuenireтur colonus de re, & nominaret dominum in iudicio; quia non euitaret per hoc missionem, de qua in Authen. ei, qui iurat. C. de bo. au. iud. pos. & in tit. si de feu. def. cõtro sue. cõt. in c. 1. in vsib. feud. nã ex quo rem detinet, habet potentiam defendendi, & iste est mirabilis intellectus, quem legistæ non ponunt secundùm Io. in Spec. de primo, & secundo decreto. §. restat. ver. sed nunquid in
6 rem. ¶ Extra facit iste tex. † quòd verbum, tenere, verificatur in tenuta facti. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. hæc quoq;. & de act. & ob. l. cũ vno. §. 1. ibi, tenes, possides. &
7 quor. leg. l. 1. §. ꝙ ait. Verba † tamen statuti. Si quis reperiatũ tenere, & possidere, & c. nõ cõprehendũt eũ, qui alieno nomine. tenet. š. de in ius vo. l. quæsitum. vbi prohibitus de non vocando in ius, intelligitur, quando suo nomine, non si alieno. facit. l. furti. §. si quis alieno. š. de insa. & videtur in specie casus in l. 2. C. de præs. 30. ann. Et circa hoc vide notabilem theoricam glo. & Bar. in l. sed si hac. §. semper autem. š. de in ius vo.

Ex §. Inter eos.

SVMMAE.

1 *Ius pignoris venit in hoc iudicium pro iure crediti adiudicandum, vel assignandum, non dominij, cum sua causa.*

§. Inter eos. ¶ Vbi creditores habent cõmuni diuidundo, non fit æsti-
1 matio rei pignoratæ: sed iuris pignoris. h. d. ¶ Vel sic. † Ius pignoris venit in hoc iudicium pro iure crediti adiudicandum, vel assignandũ, non dominij, cum sua causa. hoc dicit. ¶ Super ver. [pars] scilicet alterius obligati. ¶ Super ver. [vni] qui soluit alijs credita sua. ¶ Super ver. [licentia] hoc declara, vt plenè supra titu. primo. in l. si pignori. ¶ Super ver. [agenti] scilicet creditori. ¶ Super ver. [offerat] nàm sufficit, ꝙ possessor offerat creditori verum debitum, non autem veram rei æstimationem, & postea si possessor conuenitur à debitore reali actione, debitor tenetur possessori soluere id, quod possessor soluerat creditori, sic supra titu. primo. l. si pignori. Et vide quod ibi dixi super prima parte. ¶ In gloss. ibi hypothecaria. hoc dicit, vt tollat contrarium de. l. finali. ʒ. de distract. pig.

Ex §. Si debitor.

SVMMAE.

1 *Debitor debet habere ratum processum creditoris.*
2 *Emptor debet habere ratum processum venditoris.*

§. Si debitor. ¶ Res cõmunis pro parte ab vno socio creditori obligata, & in solidum per hoc iudicium creditori adiudicata, non restituitur debitori, nisi debitum, & illud, quod præstitum est, pro obligatione soluat. hoc dicit. ¶ Vel sic. Debitor certæ partis pro indiuiso, si in diuisione tota res sibi fuerit adiudicata, totum dare debebit, & habere quod pro adiudicatione dedit: sed si tota alteri fuerit adiudicata, liberabitur soluendo pretium, quod pro adiudicatione recipit. hoc dicit. ¶ Super ver. [prouocatus] ad diuisionem a socio debitoris, quod dic, vt supra tit. primo. l. si pignori. versi. non idem. ¶ Super ver. [superauerit] & tota res sibi adiudicata fuit. ¶ Super ver. [recuperare] soluto creditori eius pretio, & facit quod no. s. eodem. in l. quis putans. §. fina. & vide infra. de iure do. in l. cum in fundo. §. si fundus. ¶ Super ver. [prouocatus] à socio tuo ad diuisionem rei communis. ¶ Super ver. [adiudicata sit] & socio soluisti partem pretij pro parte eius. ¶ Super ver. [non posse] scilicet vt tradatur pars rei. ¶ Super ver. [paratus] vt j. de acti. emp. l. ex empto. §. Iulianus. ¶ Super ver. [venditori] scilicet inuito, & hoc tollit iniquitatem istius. §. secundum Rayn. ¶ Super ver. [interuenerit] quasi dicat; quia tunc cessarent prædicta. ¶ Super ver. [distracta parte] rei mihi per Titium. ¶ Super ver. [cesserit] socio suam partem. ¶ Super ver. [venditor] scilicet Titius. ¶ Super ver. [vt pretium] quod perei pit ab altero socio. ¶ Super ver. [restituat] scilicet mihi. ¶ Super ver. [iudicijs] tutela, cura, negotiorum gestio-
1 ne, & similibus, vt hic ad fin. gloss. ¶ No. probari hic, † q debitor debet habere ratum processum creditoris. ¶ Se-
2 cundò, † quòd emptor debet habere ratum processum venditoris ante traditionem: sed econtra creditor hypothecarius non tenetur habere ratum processum venditoris. supra l. proxi. §. si fundus & infra de pign. l. si superatus. vbi de hoc.

Ex l. Et si non omnes.

SVMMAE.

1 *Aes alienum est incertum.*

L. Et si non omnes. ¶ Duobus ex pluribus dominis volentibus diuidere rem communem, datur hoc iudicium. hoc dicit, primò, & pro deterioratione rei communis competit etiam hoc iudicium. hoc dicit secundò. Nam & inter legatarium, & hæredem hoc iudicium competit. hoc dicit vsque ad §. si communis. ¶ In gloss. prima ibi [§. testator.] meliùs dic, vt ibi, & in l. in hoc iudicio. eod. ti. ¶ In tex. ibi [incertum] quia pendet aliquod æs alienum ex conditione, vel futuro tempore, vel omnia instrumenta hæreditaria non patent, secũdùm Odof. ¶ Super ver. [agi potest] vt certa pars pro diuiso legatario assignetur, sic quòd hæres habeat quartam, & legatarius dodrantem, & sic datur communi diuidundo, quando est certum rem esse communem, vt s. eo. l. 1. & 2. & quando est dubium, vt hic, secundùm etiam Odof. ¶ Super ver. [est incer-
1 tum] † cum ipsum æs alienum sit incertum. ¶ Super ver. [in communi diuidundo] iudicium, etiam durante communione secundùm gl. & bene.

§. Si communis. ¶ Socio soluenti pro delicto serui, vltra pretium ipsius serui præstat alius socius solùm partem veri pretij sui serui. h. d.

§. Item si vnus. ¶ Conuento, & condemnato vno ex socijs in solidum de peculio, agitur contra alium communi diuidun. pro parte, licèt res peculiares desierint. h. d. cũ seq. quæ ita continuatur. ¶ Super ver. [damnatus] ex contractu serui communis, & totũ soluit, vel ẽt nondum soluit, vt j. eo. l. si socius. ¶ Super ver. [consequatur] ẽt communione durante, vt no. s. ea. l. §. venit. ibi. ¶ Super verbo [damnatus est] in l. sed postquã. & soluit solidum. ¶ Super ver [iudicium acceperit] in actione de peculio. ¶ Super ver. [agitur] s. pro cõtractu serui. ¶ Super ver. [id faciat] huic videtur obstare j. de pecu. l. summa. §. fi. sed solue, vt ibi no. ¶ No. tex. hic [paratus sit.] &c. q potest induci ad quæstionem de parato cedere rei, cuius contemplatione tenebatur, an liberetur, de qua vide s. de vsufr. in l. cũ fructuarius, & per Bar. in l. is, cum quo. j. de aqua plu. ar.

Ex l. Item quamuis.

SVMMAE.

1 *Actio legis Aquiliæ nascitur ex delicto.*
2 *Actio communis diuid. ex quasi contractu datur.*

L. Item quamuis. ¶ Pro delicto consocij commisso in re communi, licèt hæres non teneatur Aquilia, cõmuni tamen diuid. tenetur. h. d. Vel sic. Delictũ defuncti non nocet hæredibus, vbi purgatur per actionem descendentem ex delicto: secus si purgetur per actionem descẽdentem ex cõtractu, vel quasi. h. d. notabiliter, & pleniùs.
1 ¶ Super ver. [non competat] quia † est ex delicto, vt s. ad l. Aqui. l. inde Neratius. §. 1. ¶ Super ver. [præstet] cũ
2 socio; quia hæc † actio ex quasi contractu datur, vt Insti. de obli. quæ ex quasi contractu. §. hæres. Nota quod dixi in secundo summario, circa quod vide tex. in l. si hominẽ. §. datur. j. man.

Ex §. Si vsus tantùm.

SVMMAE.

1 *Licèt pars vsus non possit vendi, index tamen potest alteri adiudicare.*
2 *Iudex aliquando in re aliena plus potest, quàm pars.*
3 *Necessitas excusat à furto comestibilium.*
4 *Mulier propter necessitatem non excusatur à fornicatione.*

§. Si vsus tantùm. ¶ Vsus in re pluribus debitus non potest diuidi, sed propter necessitatem uni assignatur, & ille alteri mercedem præstabit pro parte sua. hoc dicit. ¶ Super uer. [potest] scilicet uoluntariè, sed necessariò sic, ut in fin. huius partis. ¶ Super uer. [adiudicauit] & illum condemnet, ut alteri præstet æstimationem. ¶ Super uer. [frui] & sic ualet adiudicatio, & locatio, nõ
1 autem fit diuisio. ¶ No. ergo, † quòd licèt pars usus non possit vendi. index tamen potest alteri adiudicare. Et sic est

2 est casus, † in quo in re aliena plus potest iudex, quã par. quod contingit propter necessitatem. ¶In glo. vltima. in fi. facit. l. cum fidei. inf. de fideicom. liber. & ibi concordã
3 tiæ; † & ideo necessitas excusat à furto comestibilium, quasi necessitatis tempore omnia intelligi debent com-
4 munia esse. extra de fur. cap. 3. non tamen excusat † neces sitas mulierem à fornicatione. l. palam. §. non est ignoscẽ dum. infra de ri. nu. quia potius debet omnia mala pati, quam malo consentire. Ita no. gloss. in dict. capitu. tertio. de furtis.

Ex §. In communi.

SVMMAE.

1 *Euictio venit in iudicio diuisorio.*
2 *Aestimationis vera consideratio est habenda.*

§. In communi. ¶ Vbi agitur de diuidenda re communi, si illa vni adiudicatur, fit vera rei æstimatio, & pars pręstatur socio, & de euictione cauetur. hoc dicit in terminis,
1 & in summa. ¶ † Not. ergo in iudicio diuisorio venire euictionem, circa quod vide quod dixi in l. hæredes. §. penu. §. tit. prox. ¶ No. secundò debere haberi considerationem
2 veræ æstimationis. Nec ob. huic literæ. §. tit. 1. l. si pignori. in prin. vt ibi no. Præstatur autem cautio, de qua hic, ab eo, qui recepit partem æstimationis ei, cui res adiudicata est.

L. In summa. ¶ Pro expensis factis in re communi, & pro fructibus ex communi re perceptis, communione durante, potest agi, re perempta, vtili communi diuidundo iudicio. hoc dicit.

Ex l. Si ædes communes.

SVMMAE.

1 *Socius an possit prohibere socium volentem socium inducere in rem communem.*
2 *Socius potest vti, socio inuito, re communi ad vsum, ad quem est inuenta.*

L. Si ædes communes. ¶ Cõtra socium impedientem refectionem, vel immissionem, aut demolitionem domus, vel communis parietis necessariã, potest alter socius agere communi diuidundo, vel vti pos. hoc dicit. ¶ Super ver. [communes sint] scilicet pro indiuiso. ¶ Super ver. [opus sit] & sic ex necessitate fiant, & ad illum vsum erã tparatæ, & sic erit vtilis iste tex. ad q. quam statim subdam. ¶ Super ver. [experiemur] scilicet iure proprietaris, & non seruitutis aduersus socium prohibentẽ. ¶ Not. ergo istum text. qui alibi allegatur ad q.
1 ꝙ † si habens rem communem, vt domum, cum alio, inducat socium, vel amicum, quòd alter socius non posset eum prohibere, & ideo si ingrediatur, illo inuito, non debet puniri; quia videor vti ad vsum destinatum; non enim prodesset habere domum, si non potest inducere socium, vel amicum, secundùm Doc. & post alios. Bartol. in l. si stipulatus fuero per te non fieri. infra de verb. obliga. benefacit supra de vsu, & hab. l. nõ solùm. quod intelligo de socio honesto, & non apto distrahere alios socios, vt probatur eod. titu. in l. non aliter. & vide gloss. ibi. Videte gl.
2 ¶ In gl. 2. ibi [§. nauis.] vel dic clariùs, † quòd si vult vti re communi ad vsum, ad quem est inuenta, potest socio inuito, vt hic: sed ad alium vsum non posset, vt ibi, & hæc est veritas, quam credo Azo. sensisse. Circa hoc tamen vide quod ibi latiùs dixi.

L. In iudicium. ¶ In hoc iudicio veniunt omnia possibilia in petitione concludi. hoc dicit. Potest ergo agi, ꝙ certa non veniant in hoc iudicio, quod intellige vsque ad certum tempus, secus si vt perpetuò non diuidantur, vt ĵ. l. proxi. §. si conueniat.

Ex l. In hoc iudicium.

SVMMAE.

1 *Successor singularis habet retentionem propter impensam factam à suo auctore.*
2 *Exceptio non desiderat aliquam obligationem.*
3 *Ius excipiendi transit in successorem singularem.*
4 *Possessor bonæ fidei si soluat aliquid pro libero homine, quem, vt seruum, bona fide possidebat, licèt non habuerit animum eum recuperandi, tamen repetere potest ab illo libero.*

L. In hoc iudicium. ¶ Impendens in re communi sciens, cum quo sit communis, potest agere contra socium communi diuidundo ad partem expensarum: impendens verò in re communi, putans suam esse, non repetit eas à socio iure actionis; quia non habuit animum alium sibi obligandi, sed ope exceptionis potest pro eis vti retentione tam ipse, quàm habens causam ab eo, si conueniatur rei ven. vel communi diuidundo. Impendens verò in re communi sciens sibi communem cum alio, licèt ignoret cum quo, habet contra incertum socium actionem communi diuidundo, & nego. gestam ipse, quam emptor pro parte sumptus, & retentionẽ. hoc dicit vsque ad §. si conueniat. Et potest diuidi, vt hic in prima gloss. vt clariùs dicam legendo literam. ¶ Super ver. [in hoc iudicium] hic primò ponitur dictum in eo, qui sciebat se habere socium, & certum in re communi. ¶ Super ver. [impendia] hic secundò ponitur dictum in eo, qui ignorabat se habere socium, & putabat rem suã, & suo proprio nomine impendebat. ¶ Super verbo [proprium meum fundum] scilicet cum alio communem. ¶ Super verbo [feci] & sic meo proprio nomine. ¶ Super ver. [vendicaretur] s. à socio per actionem in rem. ¶ Super ver. [mecum agetur] & ego non nego illum socium esse. ¶ Super ver. [possem] partem socij, donec mihi præstet partem impensarum, quas ego feci. ¶ Super verbo [quod quidem magis puto] non autem ago; quia neminẽ volui obligare, vt infra in ver. [diuersum.] ¶ Super ver. [indicium] vt supra eodem. l. 4. §. fi. non autem rei vendicatio. ¶ Super ver. [possim] quando agitur contra me. ¶ Super ver. [à me emerit] conuentus à socio reali actione, vel communi diuidundo. ¶ Super ver. [videndũ] & vñ, ꝙ sic per rõnẽ, quæ sequit [nã si] &c. ¶ Super ver. [retineantur] nõ aũt petantur, vt ĵ. versi. [diuersum. ¶ Super ver. [quæ cum ita] hic tertia pars, quando impen-

impendens sciebat se habere socium in re, in qua impendit, sed ignorabat quem. ¶ Super ver. [cum ita] quia datur retentio, vbi neminem obligare voluit. ¶ Super ver. [mihi] impendenti in re communi cum vno, quem ignorabam esse mihi socium: tamen sciebam cum aliquo esse mihi illam rem communem. ¶ Super verbo [in socium] scilicet verum. ¶ Super ver. [manente] & etiam ea finita, vt infra versi. [at cum puto] licèt etiam ponat tertium casum, & de hoc. s. eod. l. & si non omnes. §. venit. ¶ Super ver. [mihi volui] &c. ¶ No. rationem, quæ quottidie allegatur, pro cuius declaratione vide, quod statim dicam super glo. ¶ Super ver. [at cum puto] hic quarta pars ponitur, in qua reassumit casum, quando ignorauit, quis esset socius. ¶ Super ver. [& sicut] hic inducit simile. ¶ Super ver. [prædium] scilicet commune, in quod communi nomine impendi. ¶ Super ver. [debere] communione durante. ¶ Super ver. [mihi erit actio] communi diuidundo cōtra verum socium ad partem impensarum. ¶ Super ver. [actio] datur contra verum dominum, cuius negotia gessi, cum putarem esse alterius domini. ¶ Nota casum hic,
1 † quòd singularis successor habet retētionem propter im-
2 pensam factam à suo auctore. ¶ No. secundò, † quòd exceptio non desiderat aliquam obligationem: sed super sola æquitate fundatur, quod est secus in actione. ¶ No.
3 tertiò ibi [vt mihi actio] &c. † quòd licèt ius excipiendo transeat in singularem successorem. l. etiam. infra de iure iuran. & no. plenè in l. fluminum. §. adijcitur. de damn. infec. & in l. si tertius. §. si priùs. de aqua plu. arcen. non tamen transit ius agendi, vt hic. ¶ In gloss. super ver. volui. ibi [hæc non videtur bona ratio.] Item contra istam rationem facit. C. de furtis. l. apud antiquos in fi. vbi patet,
4 quòd si bonæ fidei † possessor soluat aliquid pro libero homine, quem, vt seruum, bona fide posidebat, licèt non habuerit animum obligandi illum sibi; quia seruum suum credebat: tamen repetere potest ab illo libero. Sed potest dici, quòd hic loquitur de impensa facta in rem, ad quam alius iure actionis non tenebatur: ibi verò, quando solutum est illud, ad quod alius iure actionis tenebatur, & pro hac solutione facit supra de peti. hære. l. hæreditas. Vel secundò dic, quòd hic negotium erat alterius re ipsa: quo casu impendens proprio nomine, habet solùm ius retentionis, secundùm no. s. de nego. gest. in l. si pupilli. §. quid ergo. & j. de condi. ind. in l. si in area. ibi erat alienū ipso gesto, vnde repetit, licèt ex causa noxali soluerit, inf. de libe. ca. l. igitur. §. fi. & non actione nego. gest. l. quæ vtiliter. cum ibi nota. supra de nego. gest. sed actione in factum, vt nota. gloss. in dict. l. igitur. & probatur in l. ibi statim sequenti.

Ex §. Si conueniat.

SVMMAE.

1 *Insinitas est euitanda.*
Pactum iuri contrarium nullum est. ibid.
2 *In perpetuum, verbum positum in contractu, quid operetur.*
3 *Pactum de non diuidendo simpliciter factum, intelligitur de decennio.*
4 *Pactum de non diuidendo vsque ad triginta, vel quadraginta annos, non valet.*
5 *Singularis successor tenetur stare colono, & pactum factum cum socio, extenditur ad singularem successorem.*
6 *Pactum de non alienando appositum in traditione, an impediat translationem dominij.*
7 *Vbicunque pactum de non alienando fit cum eo, qui habet aliquod ius in re, ipso iure non tenet alienatio, & quomodo procedat.*

§. Si conueniat.

¶ Pactum, quòd res omni tempore, vel pppetuò sit communis, non valet, sed vsque ad certum tempus tenet: interim tamen potest vendi, & exceptio nocēs venditori, nocet emptori, potestque per pactum socio remitti pars socij. h. d. vsque ad finem. l. ¶ Super ver. [nullas vires habere] &c. Ratio est secundùm gl. alibi, vt euitetur
1 infinitas † secundùm gl. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. Vel dicas, q̄ ideo non valet; quia est iuri contrarium, nam si valeret, inuitus retineretur in communione, contra l. fi. C. e. & ideo non valet tale pactum. C. de pac. l. pacta. quæ contra. Et aduerte; quia loquitur, quando pactū fuit, quòd nullo tempore liceret diuidere, facit in simili l. nulla j. pro socio. secus videtur, si dixisset, q̄ duret in perpetuū; quia tunc videtur tale pactum tenere, quasi illud verbum,
a in perpetuum (& si multis modis sumatur, a vt no. in l. j. j.
2 pro socio. † tamen appositum in contractu, qui morte finitur, vt est societas. l. hæres. & l. adeo. j. pro socio) videtur intelligi. i. ad vitam. d. l. 1. pro socio. Ideo si apponeretur in contractu, qui sui natura transiret ad vitam duarum, vel trium personarum; tunc verbum, in perpetuum, intelligeretur, i. quādiu aliqua illarum personarum viuit, ad hoc q̄d no. gl. in l. etiam. in prin. so. ma. Sed si in contractu sui natura transitorio ad omnes hæredes, intelligitur tunc .i. in infinitum. de serui. ru. prædi. l. eum debere columnā.
3 quid autem si foret † conuentum de non diuidendo ad tēpus, alio nō expresso, vr̄ intelligi in dubio de decēnio, ar. j. de pęnis. l. sine prędefinitione. & no. gl. C. de pęnis. in l. incredibile. No. vltimū versi. hic [valet] tale. n. pactū valet; quia societas dissoluit, non autē auget, & sic non obst. §. si
4 conueniat. ¶ † Itē no. tex. in primo dicto, qui vr̄ facere, q̄ non valeat pactū de non diuidēdo vsque ad 30. vel 40. annos; quia sicut prohibetur alienatio rei ecclesiæ, ita & locatio ad nō modicū tp̄s, in Auth. de nō alie. §. alienationes. Itē quia si valeret, consequenter & illud de non diuidēdo in perpetuum; quia iudicium cōi diuidun. tollitur. 30. annis. C. de anna. excep. l. j. §. ad hoc. Contrariū tenet Odof. hic, q̄ valeat, nec dicat in ppetuū, sed ad tp̄s. Nec ob. §. alienationes. quia loquit̄ in locatione ad nō modicū tp̄s, p quā transit vtile dn̄ium. l. 1. s. si ager vec. vel emphy. pe. ¶ Nō obstat, quòd tollatur. 30. annis; quia est verum, quādo potest agi, & non agitur, sed vbi fit pactum, vt non diuidatur vsque ad triginta annos, non currit præscriptio. C. de anna. excep. l. prima. in fin. de præscript. trigin. vel quadragin. ann. l. cum notissimi. §. illud. ¶ Extra no. istum tex. in prima parte; quia allegatur per Cin. post Pe. C. loca. in l. emptorem. in tertia opp. scilicet, quòd singula-
5 ris † successor teneatur stare colono partiario, nam inter dominum, & colonum videtur inita quædam societas. l. cum duobus. §. si in coeunda. infra pro socio. & C. de pac. l. si pascenda. & pactum factum cum socio extenditur etiam ad singularem successorem, vt hic, & infra pro socio. l. idem quærit. in fin. & ita terminauit Lambertus de Rampo. secundùm Iaco. Butr. qui idem tenet in dict. l. emptorem. & in dict. l. idem quærit. Circa quod ad de omnino Bartol. infra loca. in l. si merces. §. qui fun-
6 dum. † Facit etiam ad aliam. q. an pactum de non alienādo in traditione appositum impediat translationem dominij, quam Cin. tangit de con. ob. ca. l. in ea lege. & per Guil.

Guil.ʒ.de pac.in l.nemo.vbi etiam Barto.aliquid,sed latiùs in l.filiusfa.§. Diui. de le.1. Potest ex omnibus concludi,quòd in traditione rei meæ possum apponere quod libet pactum, si mea interest; quia non transfero dominium liberè: sed cum modificatione pacti.l. fi.ff.de pac. inter emp.& ven. sed si mea non interest: tunc si tradendo reseruaui mihi dominium, valet pactum.l.2.C.de iure emphy.si non reseruaui,non valet, nisi sit stipulatione vallatum, l.quòd si locus.de religio. facit.ʒ.de serui.expor.l.seruus ea lege.& l.si venditor.§.fi.Et dixit Bar. hic
1 addit,quod vbicunque † pactum de non alienando fit cũ eo, qui habet aliquod ius in re,ipso iure non tenet alienatio.l.si creditor.§.fi.secundùm Pisanam literã.C.de distr. pig.Sed Guil.& Ci.restringunt hoc ad ius dominij, quod notabilius est secundùm hoc in dict.l. si creditor.tenebat alienatio: sed alienans obligatur ad interesse, vt no. in l.traditionibus.in prin.ʒ.de pac.Alio modo posset limitari in reseruante sibi ius, quando alienatio est irreuocabilis, sicut est libertas, vel deputatio rei in sacrum vsum. C.si man.ita fue.alie.l.ea quidẽ. Aliàs verò sic,ꝙ non impediatur translatio dominij: sed agatur ad interesse. Medium autem impediendi directò translationem dominij ex conuentione, voluit tangere. Ci. in d.l.ea lege. Barto. post Ia.de Are.in l.qui absenti.§.1. de acqui.poss. & in d. §.Diui.scilicet agendo, ꝙ in quantum ille, cui res traditur, procederet ad aliquem actum alienationis, eo ipso dominium ad tradentem reuerteretur, pro quo videtur esse casus de fideicom.liber.in l. quidam in testamento. in principio.

ADDITIO.

2 ¶Multis modis sumat. Adde de hac dictione,in perpetuũ, quid denotet, Alex.in cons.43.inc.Consideratis his. in 3. volu.nu.12.

Ex l.Si socius.

SVMMAE.

1 *Si testator relinquat Caio certam quantitatem distribuendam per eum, si quid testatorem ab aliquo extorsisse appareret, iste Caius posset arctari ad cauendum hæredi.*

L. Si socius. ¶Socius potest hoc iudicio repetere à socio partẽ eius, in quo seruus communi nomine ciuiliter, vel criminaliter est condemnatus, etiam antequam soluat. h. d.¶Sup ver.[antequam præstet].s.vt conseruetur indemnis, id.n. videtur ei abesse, in quo condemnatus est, supra de neg. ge.l.si mandato.¶Super ver.[dederit]facit.ʒ.e.l.& si non
1 omnes.§.fi.No.tex.hic ad fi. qui videtur facere, † quòd si testator relinquat Caio certam quantitatem distribuendam per eum, si appareret, quòd aliquid ab aliquo extorsisset indebitè etiam post assignatam ei pecuniam, posset iste Caius arctari ad cauendum hæredi,quòd si,& quatenus non apparet testatorem extorsisse, restituat sibi, facit.l.quidam testamento.§.pe. & l.si à pluribus. in princ. de le.1.quæ cantant ad hunc casum. Contra hoc tamen videtur facere.l.liberto.§. Largius. de annu. leg. pro quorum concordia vide omnino Bar. in l.Diuus.ʒ.si cui plus quam per leg.Falci.&c.

L.Cum socij ¶Debitum societatis sub conditione iudex adiudicat,cautionibus hinc inde præstitis.h.d. ¶Super ver.[solent]de conferendo actiuè, & passiuè hinc inde in conditionis euentum.

L. Qui cohæredes. ¶Cohæres fundum hæreditarium,quem emit à creditore defuncti, non tenetur diuidere per hoc iudicium.h. d.¶Super ver.[datum]nemini prælegatum,& per hoc tollitur contrarium de l. fin. in §.quatuor.de le.2.vt ibi no. ¶Super ver.[comparauerit] scilicet ex pacto, vel ex lege. Insti.qui.mo.ali. licèt.in prin.¶Super ver.[conueniri]quia res desijt esse communis.ʒ.eo.l.in hoc iudicium.in fi.¶In gl.j.ibi [§.quatuor.] qui non obstat, vt dixi super tex. nam ibi erat prælegatũ vni ab alio, vnde maior erat inter eos concordia, ideo non potest alter luere,tanquàm extraneus. Præterea hic erãt solùm cohæredes:ibi autẽ cohæredes, & fratres.¶In eadem gl. ibi[l.fideiussor.]&c.ad idẽ.l.1. C.de dolo.sed responde,quòd in fideiussore est ratio; quia fidem fregit, & sic deprehenditur in dolo præsumpto, vt no.in d.l. 1.

Ex l.Vt fundus.

SVMMAE.

1 *Libellus regulariter est necessarius, nisi in personis Illustribus.*
2 *Libellus an requiratur in causis summarijs.*
3 *Petitio vbi non est,ibi non potest esse sententia.*
4 *Sententia lata vltra petita, an sit nulla. & nu.6.*
5 *Agens semper omnes ius suum intentare videtur, siue consuetudinarium, siue municipale.*
7 *Licèt negans in Aquilia conuictus aliter, quàm per iuramentum, condemnetur ad duplum, est verum tamen hoc, si fuerit petitum.*
8 *Pronunciari ꝙ non possit super non petito,limitatur.*
9 *L.vt fundus.ff.communi diuid.intelligitur in libello ciuili,non in criminali.*
10 *Conclusio in ciuili, (qua in criminali non requiritur,)ideo requiritur;quia aliàs nihil videretur peti.*
11 *Conclusio in libello criminali licèt esset apposita, iudex tamen habet arbitrium nunciandi, & aggrauandi, causa cognita.*
12 *Criminis accusatio proponitur ad vindictam.*
13 *Arbitrium licèt detur iudici per consuetudinem,vel statutum, tamen non debet illud exercere, nisi causa cognita.*
14 *Iudex debet in pœnis sequi consuetudinem,sicut legem scriptã.*
15 *In pœna limitata an iudex habeat arbitrium.*
16 *In libello ciuili requiritur petitio, cui sententia possit conformari,fallit in Principe.*
Præsentia Principis supplet omnem solemnitatem.
Pro libello apud Principẽ habetur,si agens simpliciter narret.
Si dicat. conqueror de tali.ibid.
Item sufficit exprimere verba supplicatiua.ibid.
Item petere iustitiam ministrari. ibid.
Item peto,quòd talem condemnatis. ibid.
17 *Libellus, vel petitio ista procedit.peto, quòd consignes mihi talem rem, licèt fecerim tibi pactum de non petendo; quia fecisti mihi postea pactum de petendo, & sic actio, & exceptio tendentes ad eundem finem in eodem libello proponuntur.*
18 *Libellus si quis porrexerit, in quo petijt rem aliquam, vel iura aliqua, vel dixit aliquem obligatum, ille, contra quem*

 agitur,

agitur, etiam de ſuo iure probare poteſt.
19 *Ex iuramento ſicut iuranti rem ſuam eſſe oritur actio, ſic ex ſententia.*
20 *In libello an, & quandò debeat fieri concluſio, quòd imponatur ſibi ſilentium, vel quòd me non inquietes.*

L. Vt fundus. ¶Sententia debet eſſe onf ormis petitioni.
¶Vel ſic. Poteſtas iudicis non extenditur vltra adducta
in iudicio, vel petitione, eſt ſimilis ſ.titu primo.l.item La
beo.§.fi.Aduerte quia iſtud habet locum in inferioribus
à Papa, vel Principe; nam in illis ſecus eſt, vt no. Archi.de
reſti.in cap.2.lib.6.aliquid etiam inf. ¶No.ergo.attendi
1 formam†libelli, qui regulariter neceſſarius eſt, niſi in per
ſonis Illuſtribus.C.de digni.l.quotiens.li.12. & l.fina.ff.
de priua.delic.ſecundùm Innocen.de libel. obla.in capit.
ſecundo.quod etiam voluit gloſſ.ordinaria in l. prima.ſ.
2 de eden. ¶An autem hodie † requiratur in ſummarijs, &
3 qualis, vide in Cle.ſæpe.de verbor.ſignificat. ¶Nota† ſe
cundò, quòd vbi non eſt petitio, non poteſt eſſe ſententia.
4 ¶Item allegatur, † quòd ſentẽtia vltra petita ſit nulla ex
defectu iuriſdictionis, ita allegatur per Io. An. in reg.ea
quæ fiunt a iudice, de regu.iur.lib.6. ¶Aduerte tamen ad
5 vnum, ꝙ † agens videtur ſemper intentare omne ius ſuum
ſecundũ ius commune, ſiue conſuetudinarium, ſiue muni-
cipale.Ita voluit Innoc.de ſepul.in c.certificari. ¶Item fa
6 cit, ꝙ † ſi petitioni de decem obiiciatur exceptio compẽ-
ſationis de viginti, & probetur in decem, ſupra non poſsit
condemnatoria ferri, quod ſenſit gl. in l.cum Papi.in glo.
1.C.de ſen.facit l.in rebus.§.fi.ff.commo. Ratio eſt; quia
illa decem non fuerunt petita, vt hic.aliàs ſecus. Vnde ſi
ageret ad 20.& obijceretur compẽſatio de decem, in alijs
deberet condemnari, facit quod no.Inſti.de act.in §. bo-
næ fidei.Nec ob.ff.de proba.l.circa.quia ibi ſuper eadem
re erat lis conteſt. In propoſito autem noſtro non ideo
poteſt ſententia ferri ibi.& Guil. ruminat in d. l.in rebus.
§.fi.in originali ſuo. ¶Itẽ per dictam l. dixit Mar. Sil.ꝙ li
7 cèt † negans in Aquilia conuictus aliter, quàm per iura-
mentum, condemnetur ad duplum, vt l. cõtra negantem.
C.ad l.Aquil.& ff.de iureiuran.l.eum, qui.hoc tamen ve-
rum eſt, ſi hoc fuerit petitum, aliàs ſecus, arg.huius. l. de-
bet ergo concludi eum condemnari ad emendam damni,
& ſi negauerit ſe damnum dediſſe, debet condemnari ad
8 duplum.C.eo.l.conductores.Item no.† ꝙ illud, quod di-
citur non poſſe pronunciari ſuper non petito, eſt verum,
quando non eſſet ad illud actum principaliter, nec etiã
in conſequentiam, vel per obliquum, ar.ſ.de procur.l.ad
rem mobilem.& l.ad legatum.ſimile dicam in l. 1.ff.ti.1.
9 ¶No.etiam,† ꝙ iſta lex videtur intelligenda in libello ci-
uili; nam in criminali non requiritur concluſio, arg.ff.ad
turpil.l.1.§.1.& quod no.Inſti.de acti.in prin. & extra de
de ſimo.in c.licèt heli.& per Bar.in l. libellorũ. in prin.de
10 accu.& in ciuili ideo requiritur concluſio; quia aliàs nihil
videretur peti, vt hic & C.de fideicom.l.1.facit quod no.
Inno.de re iudi.in c.cum.I.& A.& de iudi.in c examina-
11 ta.† cui adde, quòd licèt eſſet appoſita concluſio in libel
lo criminali: tamen iudex habet arbitrium nunciandi, &
aggrauandi, cauſa cognita.inf.de pę.l.hodie.cum enim ac
12 cuſatio†criminis proponatur ad vindictam.l. licitatio §.
quod illicitè.de publica. petitionis concluſio non poteſt
auferre poteſtatem iudicis, ar.ſ. de poſtu. l. quos prohi-
bet.hoc tenet Barto.in l.quid ergo.§. pœna grauior.ſ.de
13 his, qui no.inf.Aduerte tamen,† quòd licèt, arbitrium de-
tur iudici per conſuetudinem, vel ſtatutum: nunquam ta
men debet illud exercere, niſi cauſa cognita, & debet dif
ferre vſque in finẽ cauſæ, vt de cauſa ſibi liqueat, hoc pro-
batur per notabilẽ tex.in l.1.§.expilatores.inf. de effrac.
& de tali arbitrio iudicis ſi per conſuetudinem conſtaret,
14 poſſet dici pęna redacta ad pœnam ordinariam; † quia
iudex in pœnis habet ſequi conſuetudinem, ſicut legem
ſcriptam, vt l.ſeculari.§.ſunt quædam inf. de extraordin.
15 cri. ¶An autẽ in pęna † limitata habeat arbitrium, vide
in d.l.pœna grauior.& Inno.de conſti. in c.1. ad quod fa-
cit quod tangit Barto.in l.2.ff.de re iudi. ¶Item etiẽ no.
16 ꝙ in libello † ciuili requiritur etiam petitio, cui poſsit ſen
tentia conformari, vt hic: ſi tamen petitio porrigatur corã
Papa, ſufficit narratio facti; quia eius præſentia ſupplet
omnem ſolemnitatem.C.de teſtamentis.l. omnium. Ita
voluit Inno.de lit.conte.in c.1. Sufficeret tamen, ſi ſimpli
citer diceret, conqueror de tali, arg.de bo.libe.l.Paulus re
ſpondit.§.primo. & l.omnes.§.Lucius.ff. de his, quæ in
frau.credi.talis enim querela habet tacitam concluſionẽ
annexã.C.de nauf.l.de ſubmerſis.lib. decimo.& C.de in-
offi.do.l.1.& ſ.de offi.præfec.vr.l. 1.§. cum patronus. &
1.q.4.c.quia præſulatus.Item ſufficeret exprimere verba
ſupplicatiua, vt in Authen.quæ ſupplicatio. C. de preci.
Impera.offe.vbi aliquid miſericorditer imploratur. Item
ſufficeret petere per iudicem iuſtitiam miniſtrari. extra
de ordi.cog.cap.cum dilectus.ſecũdùm Inno. de reſcrip.
in c.ſuper literis.Item ſufficeret, ſi diceret, peto, ꝙ talẽ cõ
demnetis, vt no.gloſſ.in l.de pupillo.§. meminiſſe.de no.
ope.nun.Pro quo facit; quia iſta verba diriguntur ad illũ,
qui ad hoc tenetur; ergo neceſsitatem inducunt.ſ.de edẽ.
l.quædam & de le.2.l.pe. ¶Adde etiam notanter, ꝙ pro-
17 cedit iſta petitio, peto, quòd aſsignes mihi talẽ rem, licèt
fecerim tibi pactum de non petendo; quia feciſti poſtea
mihi pactum de petendo, & ſic in eodem libello proponi-
tur actio, & exceptio; quia tendũt ad idem, ſecundùm In-
no.de reſcrip.in c.ſuper literis. & hoc etiam tenet Barto.
in l.ſecunda.C.ſi aduer.rem iudicatam. ¶Item adde, ꝙ
18 † ſi quis porrexit libellum, in quo petijt rem aliquam, vel
iura aliqua, vel dixit aliquem ſibi obligatum, quòd ille,
contra quem agitur, etiam de iure ſuo poteſt probare,
& ita pro eo poteſt ferri ſententia, ac ſi ipſe pro eiſdem re
bus, vel iuribus egiſſet, arg.ſ.de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſ-
19 ſori.† nam ſicut oritur actio ex iuramento iuranti rem eſ
ſe ſuam; ita & hic ex ſententia: ſed ſi non probaret de iu-
re, nil ſibi adiudicabitur, ſed tantùm abſoluetur à petitio-
ne actoris, ad hoc facit ff.de proba.l.circa.Ita dicit Inno.
de officio delegati.in c.cum contingat.in glo.præſumpti-
uè. in verſi.hoc non videtur ſanum conſilium. & clariùs
de reſti.ſpo.in c. ex conqueſtione. & hoc puto verum, li-
cèt ipſe videatur aliter ſenſiſſe de proba. in cap.licèt cau
20 ſam. ¶An autẽ †in libello debeat fieri concluſio, a quòd
a imponatur ſibi ſilentium, vel quòd me non inquietes, at-
tende, aut loquimur de libello actoris, aut de libello rei,
aut de replicatione rei. Primo caſu, ſi concluditur ad factũ
negatiuum, vt quòd me non turbes, eſt apta concluſio,
ꝙ imponatur ſilentium.l.Aurelius.§. centum. de libera.
le.ſecus ſi concluderetur ad factum affirmatiuum; qa tũc
eſſet inepta.l.ſicuti.§.diſtãt.ſ.ſi ſerui.ven. ¶Secundo caſu
ſcilicet de libello rei negatiuo, vt quòd actor non in-
quietet reum: tunc eſt apta. C. qui bo. ced.poſ.l. tertia.
& dict.l.Aurelius. §. centum. & infra de fideiuſſo. l. ſi
contendat. vbi agit reus propter ſuum beneficium conſer
uãdum. Videtur tñ neceſſarium, ꝙ fiat aliquis actus inge
tationis, aliàs nõ procedit; quia ſup iure fundat. ¶ Tertiò
caſu, quando in exceptione rei, dic, quòd illa habet natu-
raliter annexam tacitam conditionem, quòd actori ſilen
tium imponatur.ſ.de in ius vo.l.libertus.ff.de fideiuſ. l.ſi
deiuſſo-

deiussores magistratuum.§.qui Aurelio. & quod ibi no. ¶In glo. ibi [l. idem Labeo] vide omnino quod ibi dixi.

ADDITIO.

2 ¶Debeat fieri conclusio. Adde ad hanc communem materiam,nunquid conclusio libelli sit attendenda , & quando verba impropriari possunt,vt sustineatur libellus, Alexan.in cons.121.incip. Viso processu. in primo volu.fol. 93. Libellus tamé sine cõclusione potest procedere.Imo. in l. in summa. ff. de re iud. Ant. de But. in c. examinata.de iudi.in 10.col.Pe.de Anch.in.c.causam.de rescrip. nam si dicatur in libello, peto eum cogi,& compelli,talis libellus procedit,licèt non dicatur,peto condẽnari. Alex. in l.cum nulla.ff.de re iudi.licèt Bar.in d.l. cum nulla.teneat contrarium. & quando narrata in libello restringantur ad conclusionẽ,etiam quòd narratio sit plenior,quàm conclusio,vide Panor.in c.vnico.de lit.contesta. in 9. col. ver.si verò narratio. Fely.in d.c.vnico. in ver.narratio plenior.col.4. Sed quòd conclusio declaret libellũ,vide Bar. in l.Aurelius.§.Sticho.ff.de lib.lega.

Ex l. Arbor.

SVMMAE.

1 *Rursus,dictio est repetitiua,aliquando continuatiua.*

L.Arbor. ¶Vbi arbor, vel lapis est in confinio duorum fundorum diuersorũ dominorum,dum cohæret fundo, est vtriusque pro diuiso,ideo cessat hoc iudicium: vbi verò est separata à solo , est eorum communis pro indiuiso; quia partes non possunt ad oculum demonstrari,& datur communi diui.iud. ¶In tex.ibi [in confinio]duorum fundorum diuersorum dominorum. ¶Ibi [est] etiam quatenus radices immittit.¶Ibi [sunt] & sic pro diuiso,quatenus tangunt de fundo.Nec ob.s.de rei vendi.l.Pompo. probat, si ex æquis. in fi.quia respondeo,vt ibi no.¶Ibi [veniunt]pro diuiso, quia partes poterant ad oculum demonstrari,cum cohærebat solo.¶Ibi[confunditur] post separationem factam à solo , quia partes non possunt ad oculum demonstrari , ar.de lega.2.l.Mæuius.§.duobus.aliàs,duorũ.& de stip. ser.l.seruus communis.sic ius dominij post separationem
1 à solo,vt.s.declaraui.¶† Not.hic in ver.[rursus] iuncta, sua gloss. quòd talis dictio non est semper repetitiua,sed potius continuatiua, regulariter contra.s. de eden. l.veluti. §. hæc vox , & l.sicut.si vsusfru.pe.& l.fideicommissa.§.si quis decem.de le.3.vbi vide Bar.& vide, quòd tales dictiones semper habent implicare,vt probatur.j. ad Treb.in l.Balista.

Ex §.De vestibulo.

SVMMAE.

1 *Iudex communi diuidundo non potest apponere manum occasione rei communis in aliam non communem.*
2 *Arbiter assumptus super quæstione fundi, non potest alterum litigatorum cogere ad dandum rem aliam,de qua non erat cõtentio.*

§.De vestibulo. ¶ Minus inconueniens admittitur , ne ad magis inconueniens res reducatur. ¶Ibi [ædium] diuersorum.¶Ibi [liceri] idest licitare emendo,& vendẽdo ei. ¶Ibi [ædium] propriarum alterius , non communiũ.¶Ibi [facere] quod esset inconueniens,& absurdum.
1 ¶No.tex.qui probat, † quòd iudex communi diuidũdo non potest apponere manum occasione rei communis in aliam non communem,per quẽ tex. dixit Bar. in l. Aqui
2 liana.s.de transac. s.† quòd arbiter assumptus sup quæstione fundi,quæ erat inter duos,cum plena potestate arbitrandi , &c. non potest alterum litigatorum cogere ad dandum alteri aliam rem,de qua non erat contentio , qđ no. quia quotidianũ est. ¶In gl.1. ibi [tegitur] vide de hoc.in l.1.de custo. reo. Vel potes ẽt dicere , quòd vestibulum ab aue,vel à salutatione , quæ fiebat ibidem scilicet in vestibulo domus.

Ex §.Si per eundem.

SVMMAE.

1 *Turrim si quis habeat,vel castrum, in quo alius habet seruitutem itineris,vel aliam , tenetur ad custodiã pro ea parte,qua defensio turris,vel castri est defensio partis suæ.*

§.Si per eundem. ¶ Pro impensa facta in loco seruiente fundo communi,agi potest neg.gest. actione,non communi diuidundo. ¶Ibi [facta] propter vsum ipsius seruitutis,quod fieri potest,vt.j. de aqua quoti. & æsti. l. Lucio Titio.¶Ibi [potest] quasi dicat nulla , & ideo corrigitur Pompo.& expone,vt in glo.¶Ibi [agẽdum] quia fec' est i impẽsa,quã alter habebat necesse facere.¶No.
1 istum tex. qui facit, quòd si habeat quis turrim , vel castrum,in quo alius habet seruitutem itineris,vel aliam, ꝙ ille teneatur ad custodiam pro ea parte , quæ defensio turris,vel castri ẽ defensio partis suæ, & iuri sui. l. q aliena. §.fi.& l. si cõmunes.de nego.gest.& s. vsusfr. quẽad. cauea.l.1.in fi.j.de dam.infec.l.qui bona.§.1.de censi.l. cũ possessor & de aequi. posses.l.possideri.in prin. & ibi per Bar.allegatur.l.hactenus.s.de vsufruc.

Ex §. Iudex.

SVMMAE.

1 *Alienatio necessaria non includitur in generali prohibitione.*

§.Iudex. ¶Pro seruo communi existente in fuga, potest agi communi diuidundo, & adiudicari plus licitanti , nec committetur pœna legis Flauiæ.h.d.Et pro positione casus præmitte casum.l.ꝙ sæpe.§.si quis.de contr.emp.¶Ibi[liceri] idest licitare emẽ-
1 do à socio , vel vendendo, pœna non est, quia est † hæc alienatio necessaria , quæ non videtur includi in illa generali prohibitione, arg. s.titu.1.l.alienationes. facit, quod not.eod.titu.in l.si iudicio.

Ex §.Aquarum.

SVMMAE.

1 *Seruitus aquæ quomodo possit diuidi.*
2 *Aquaductus seruitus non est diuidua , sed indiuidua ratione iuris,secus vsus,& commoditatis.*

§.Aquarum. ¶Legitur duob' modis gl. Secunda lec. Azo. communiter tenetur.Ius aquæ ducendæ debitum à fundo extranei

nei fundo communi temporibus, aut menſura diuiſum, poteſt per iudicium communi diuidun. vtile alteri aſsignari. ¶Vel ſic. Pro itinere, per quod aqua ducitur, cuius ſeruitus pluribus debetur, non poteſt agi communi diuidun. nec pro ipſo iure aquæ, ſi menſura, aut temporibus eſt diuiſum: ſecus ſi diuiſum non eſt temporibus, aut menſura. h. d. ſecundùm vltimam lectu. Et primò ponitur dictum Labeonis. Secundò illud probat à ſufficienti partium enumeratione. Tertiò reprehenditur dicta probatio. ſecunda ibi. aut ſeparatim. tertia ibi. ſed poſſunt. ¶Ibi [aut ſeparatum] poſtquam aqua eſt ingreſſa prædium ſecũdùm Azo. ¶Ibi [menſura] vt quia per fiſtulam inducatur aqua per hunc fundum. ¶Ibi [iura] illi⁹ aquę. ¶Ibi [communi diuidundo] vtili, ſi agatur pro diuidendo itinere: ſed ſi pro prædio diuidendo, tunc directo, & in conſequẽtiam venit iter. ¶In glo. aquarum. ibi [& dic] hic ponitur prima lect. ſecundùm quam ponit duos caſus in prin. huius. §. vſque ad ver. [aut ſeparatum] & hoc proſequitur gl. vſque ad ver. [ſecundum exemplum] Ibi [in hoc iudicium] proponendum ad diuiſionem prędij communis ſeruientis pro diuiſione loci, per quem ducitur aqua, ſed per iudicium proprium ab alijs proponendum, ſic vt. l. Lucio. j. de aqua quoti. & æſti. ¶Ibi [venirẽt in diuiſionem] ſi nõ poſſet eſſe ſuper aqua. ¶Ibi [ſed inſolidum] ibi prima lec. nõ eſt iuſta, nec videtur vera, quia res communis duorum nõ poteſt debere ſeruitutem rei propriæ alterius ipſorum. l. in re communi. ſ. de ſerui. vr. prę. ¶Ibi [venit tñ] iſtud nõ ẽ de caſu huius literæ; & ideo gl. voluit quærere, quid ſi agit principaliter, vt fundus, cui debet ſeruitus, ductus aquæ diuidatur, nunquid tunc in conſequentiam veniet in hoc iudicium ſeruitus ductus aquæ, & reſpondet, ꝙ ſic, vt alteri adiudicetur. ¶In glo. ibi. [vbi autem] aduerte, quia etiam hoc non eſt de caſu literæ. ¶Ibi [ſed non diuidit] propter vſum ſeruitutis. ¶Ibi [ſecundum exemplum] glo. hic legit ſecundo modo. ¶Ibi [vel pone planè] hic ponitur lec. Azo. quæ verior eſt, & ſecundùm quã plus allegatur, ſecundùm quam hic ponitur verus caſus, qui diſtinguitur in plures, & iſta lectura vera, & rectè conuenit ad terminum prædij ſeruientis. Et ſecundùm præcedetem lec. debetur alteri prædio, vel ab alijs, & ſubaudi hic in glo. pluſquam exeat aqua de prædio ſeruienti, non agitur, antequam aqua egrediatur de prædio ſeruiente. ¶Ibi [aut prædiorum] communium diuerſorum, quibus ſeruitus debebatur, poſtquam ipſa aqua ingreſſa eſt in illa ꝓdia. ¶Ibi [ſeruitus.] Ex hoc collige diuerſitatem inter illas lectu. quia ſecũdùm primam lectu. ponit plures caſus, quam ſecundùm iſtam ſecundã,
1 vt de ſe clarè patet. Qualiter † autem ſeruitus aquæ poſſit diuidi, vide, quod notatur in l. ſi partem. ſ. de ſerui. ru-
2 ſti. prædi. ¶In gl. reliquit. Not. gl. quæ allegatur, † quòd ſeruitus aquæductus ſit diuidua, quod quidam dixerunt per l. Lucio. quæ allegatur hic. Sed Docto. communiter contra, quia regulariter omnes ſeruitutes ſunt indiuiduæ, fallit in ſeruitute vſusfructus. Et iſta regula probatur in l. ſtipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga. vbi hoc proſequitur Barto. in ſecunda oppoſi. Nec ob. l. Lucio. ibi enim diuiditur ſola commoditas, & ſtatuitur modus, quem ſeruitus recipit. l. 4. §. modum. de ſeruitu. quod latiùs proſequor in l. ſi pro parte. de ſerui.

Ex l. Si is, cum.

S V M M Æ.

1 *In pœnam contumacis poteſt deuenire ad deſtructionem rei etiam communis.*

2 *Fratres ſi habent turrim communem cum fratre, quorum alter ſuperiorem, alter inferiorem partem habet, ſi ille, qui habet inferiorem partem, committat delictum, propter quod turris debeat deſtrui, an deſtruetur.*

Contumaciæ quadraginta pœnæ, & mala. ibid.

3 *Creditor an poſsit apprehendere domum ſibi pignoratam, quæ ex aliquo delicto veniebat deſtruenda.*

4 *Contra bannitos ex contumacia poteſt in bonis eorum fieri vaſtum, ac ſi eſſent conuicti de maleficio.*

5 *Teſtator reliquit vxori alimenta in domo cum filijs, & in caſu, quo non poſſet habitare, fecit eidem plura legata, ſi vxor impediatur habitare ex culpa alterius filiorum, an poſsit petere legata.*

L. Si is, cum

¶Detrimentum in re communi contingens culpa ſocij, tenet ille refundere alteri ſocio pro ſua parte per hoc iudicium. h. d. ¶Ibi [fundum] in quo erat villa, vel domus. ¶Ibi [ædificium] ideſt iudicis pręceptum. ¶Ibi [villa] communis ipſius fundi. ¶Ibi [diruta eſt] in totum. ¶Ibi [præſtabitur.] Nec obſtat. j. de euicti. l. ſi per imprudentiam. vbi iniuſtitia facta vni per iudicem, nõ nocet alteri; quia reſponde, quòd hic culpa ſocij præceſsit, ar. j. ſol. mat. l. in his. & ſ. ad l. Aquil. l. qui occiderit. in princ. ¶Ibi [continetur] vt veniat in hoc iudiciũ, & eius conſideratio habeatur. ¶Not. primò hæc iura, videlicet
1 modum puniendi contumaciam; † quia in pœnam contumacis poteſt veniri ad deſtructionem rei etiam communis: hodie tamẽ in hoc videtur inducta correctio, per tex. in Auth. de man. prin. §. oportet autem. niſi forte ſtatuto, vel ſpeciali conſuetudine loci hoc reperiretur permiſſũ, vt not. in vſib. feud. de pa. iure fir. §. iniuriam. facit ad not. in l. cæterum. §. ſi duobus. de lega. 1. Adde tamen alia remedia ſparſim in iure tradita. ¶Primò indictio mulctæ. l. 1. ſ. ſi quis iuſdi. non obtempe. C. de modo mul. per totũ. & l. ſacrilegij. la 2. ad l. Iul. pecul. Aliud pignorum captio. Inſt. de ſatiſd. §. pen. ver. quibus. ¶Aliud pſonæ atteſtatio. C. de exac. tribu. l. 2. lib. 10. Iſta tamen tria ſimul ponuntur in d. l. ſacrilegij. & in d. §. pen. Aliud eſt denegatio audientiæ, vt. l. ſed & ſi per Prętorem. §. ſed & ſi dũ decreto. ſ. ex qui. ca. ma. Aliud, quòd perdat actionem. C. de iura. calum. l. 2. §. quòd ſi actor. Aliud limitare temp⁹, ſiue circa conditionẽ implendam. de hære. inſti. l. ſi quis inſtituatur. Siue aditionem faciendam. j. de bo. auc. iud. poſ. l. ſi ſeruus. Siue circa optionem. de optione leg. l. emãcipiorum. Siue circa actionem ciuiliter proponendam. l. diffamari. C. de inge. ma. Siue circa accuſationem criminalẽ proſequẽdam. C. de appel. l. Pręſes. Siue circa omnes ex proprio delicto. C. de iud. l. iubemus. Aliud eſt modica caſtigatio. ſ. de iuriſd. om. iudi. l. magiſtratus. Aliud eſt iuramentum in lit. l. in actionibus. j. de in lit. iur. Aliud eſt manus militaris. ſ. de rei vẽd. l. qui reſtituere. Aliud eſt imploratio brachij ſecularis. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. Aliud eſt impetratio ſubſidij alterius iudicis. in Auth. vt nulli iudi. §. ſi quis verò cõprehenſorũ. col. 9. Aliud eſt præſumptæ confeſsionis contumacis. l. de ætatæ. §. qui tacuit. j. de interro. act. Aliud, quòd priuetur officio, & beneficio, & habeat, vt præſcriptus. in vſib. feu. de pa. te. §. ſi clericus. & §. ſequen. ſi iudex. Aliud eſt, ꝙ etiam in propria domo fiat ipſius incluſio. j. de interdi. & rele. l. fi. Aliud eſt excommunicatio, quæ pœna inuenta eſt etiam iure ciuili. C. de ſacroſã. eccle. l. placet. in Authen. de ſanctiſ. epiſco. §. omnibus. col. 9. Aliud eſt perſonæ bannũ. C. de epi. & cler. Auth. item ſi quecunque communitas. Aliud eſt propter inſurgentem depopulationẽ ſeque-

sequestratio.de appel.l.Imperatores.§.fi.ff.& qui satisd. cog.l.si fideiussor.§.fin.Aliud est bonorum annotatio, & solutionis denegatio.l.fin.ff.de requi.reis. quæ aliàs fieri nõ posset.de solu.l.reo. Aliud est in l.is,cui.vt in poss.leg. Aliud adiudicatio,vel missio ex secundo decreto.l. Fulcinius.qui.ex cau.in pos.eatur.& ff.si ex nox. causa agatur. l.2.§.sed si seruus. iuncta.l. si finita.§. Iulianus. de dam. infec.& C.si in cau.iud,pi.ca.sit.& de iure do.impe. l.fin. Aliud respectu expensarũ.l.properandũ.§.fin aũt.C. de iudicijs.Aliud interdictio alienationis rei ꝓpriæ.l.de pollicitationibus. ff. de pollicita. Itẽ committur quandoque depredatio,vt in tit.de mil.vasa.qui contu.est. c. 1. circa fi.in vsib.feud.Aliud,vt arctetur ad cautionem. ff. de iudicijs.l.in omnibus.Item impositio pœnæ.l.1.§. expilatores.de effracto.& de pœnis.l.hodie. Item declaratio pœnæ legalis.l.1.§.1. & per totum.ff. ad Turpil. Item respectu quæstionis habendæ,vt.C. de quæstio. per totum. Itẽ quò ad pœnam impositionis, vel religionis.l.interdicere. de interdic. & rele. Item quandoque interdicitur foro. l. aut facta.§.nonnunquam.ff. de pœnis. Item interdicitur area.l.moris.§.1.eo.ti.Itẽ irrogatur infamia.Inst.de pœna tem. liti.§. quibus. Item sequitur translatio possessionis.ff.de rei ven.l. fi. Itẽ detrusio in carcerem. ff. & C. de custo.reorũ.per totum.Item indicitur iuramentum purgationis.l.præsenti.§.sicubi.C. de his,qui ad eccl.confu.

2 ¶† No.secundò legem,quæ allegatur ad quæstionem de habente turrim communem fortè cum fratre,quorum alter superiorem,alter inferiorem partẽ habet,& alter eorũ delictum commisit, qui habet inferiorem, propter quod ex forma statuti eius bona debent destrui. Videtur enim, ꝙ tota debet destrui, ad idem de damno infec. l. si finita. §. ex hoc edicto. de aqua plu.ar.l. Atheius.in fin.cum.l. sequen.& de aqua quot.& æsti.l.1.§.item quæritur.In cõtrarium tamen facit de his,qui.vt indi.l.rescriptũ.& C.ne vxor pro mar.oblig.l.maritorum. & videtur casus in l. 2. in princ.C.quãdo,& qui.quarta pars deb.li.10.Hanc quæstionem Dy.tetigit de leg.1.in l.non amplius.§.fi.& Bar. in d.l. Atheius.Aliqui dixerunt, quòd si potest frater habere regressum contra fratrem delinquentem;quia est locuples,& soluendo,tunc dirimatur tota, ne delictum remaneat impunitũ.ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus. Sed si nõ posset habere regressum, quòd æquitas suadet de publico ꝑstari facta æstimatione,arg.ad Syl.l.lege.& C. quib° cau.serui pro præmio liber.acci.l. 2.& 3. Et in hanc sententiam inclinat Odof. hic, videtur & de mente Dy.in l. de pupillo.§.si plurium.de operis no.nuncia. Alij, vt Iac. de Rauen.& Pet.indistinctè dixerunt, quòd non debet tota destrui.arg.ff.quemadmodũ serui.amit.l.si cõmunẽ.in prin. de libe. leg. si is, qui duos. C. de appel.l. præcipimus.in fi.Sed dicunt, quòd illa pœna debet in alia commutari,per no.in l.quid ergo.§.pœna grauior. de infa. & C.eo.l.& si seuerior.vbi aliquid tãgit Cin. Vel tota turris adiudicabitur fratri soluenti, si velit soluere æstimationẽ partis.Et ista opi.videtur satis humana,& probari,arg.ff. l.proxi.& ff.tit.1.in l.antepen.Et pro hoc, quia fiscus vidẽt successor illius delinquẽtis.C.ad l.Iul.de vi.l.2. Nec ob.l.ita vulneratus. quia hic præpõderat maior ratio,ne innocẽs puniatur.ff.de pœ.l.absentẽ.bene facit quod no. Dy.i l. in obscuris.de reg.iur.i 6.Nũc nõ ob.ista lex;quia iudex hoc fecit hic iniustè,vt.ff. dictum. ¶Non obstant ẽt tres aliæ leges.ff.allegatæ;quia loquũtur in delinquente: hic autem in non delinquente, & hanc partẽ tenuit Ray. de hoc vide per Bar.in d.l.Atheius.& per Guil.in Spe.de indi.§.sequi.ver.quid si alter ex heredibus.in 5.col.Cui

3 adde hoc casu,quod† domũ,q̃ propter delictũ debet destrui,an possit apprehendere creditor, quia dicat,quòd habeat eam obligatam, vide hanc quæstionem reassumptam per Bar.in l. 1 §. seruus pignori. ad Sylla. vbi refert opi.Iac.de Are.tenentis,quòd non.Bar.tamen ibi conclu

4 dit contrarium. ¶Item † facit ista lex contra bannitos ex contumacia,vt possit in bonis eorum fieri vastum, ac

5 si esse conuicti de maleficio. ¶ Item facit,†quòd si testator reliquit vxori alimenta in domo cum filijs,& in casu, quo nõ posset habitare, fecit eidem plura legata:si ex culpa alterius filiorũ impediatur habitare, & sic dicta vxor petat dicta legata,prout videt posse.l.Caio.§.Imperator. de ali.leg.& l.qui cõcubinã.§. vxori.de le.3.& no. plenè. in l.1.C.de leg. ꝙ tale damnum teneatur impediens alijs resarcire.facit.ff.tit.1.l.& puto.§.sed & si dolo.& §.sequẽ. & l.hæredes.§.non tantum.& §.si incerto.cũ sim.& ita de facto consului.

Ex l. Iudicem.

SVMMAE.

1 *Iudex debet primò sequi concordiam inter partes,& voluntates eorum.*

L. Iudicem. ¶In hoc iudicio diuisorio debet iudex sequi, ꝙ vtile

1 sit, vel partibus gratum. Not.† quòd iudex debet primò sequi concordiam inter partes,& voluntates eorum.¶In glo.2.in fi.& hoc probatur.ff.tit.1.in l.arbitrium. & vide quod ibi dixi,& vide quod not. ff.eo.in l.& si non omnes. in principio.

L. Si meo. ¶Paries facta ab vno nomine suo,& alterius,dicitur esse cõmunis,& impensa non animo donandi facta repetitur. ¶Ibi [ædificet]& ipse ratũ habet.¶Ibi [communis fiet] paries,& impensa non petitur.

Ex l.Si conuenerit.

SVMMAE.

1 *Magis,dictio ponitur electiuè.*

2 *Contractus non potest cadere in locationem, nisi habeat conuentionem de certo pretio.*

L. Si conuenerit. ¶Si alter ex socijs,conuentione facta de vtẽdo re cõmuni alternis annis,impediat,quo modo teneatur alteri socio communi diuidundo,vel præscrip.ver. Et ad intelligentiam huius vide tex. in l. in fructu.de vsufru. leg.¶Ibi [percipere]ex fundo communi,

1 quem tradideras alteri isto pacto.¶Ibi [magis] ista † dictio,magis,hic ponit electiuẽ,vt no. ff.de bono. pos.i l.3. §.1.& ff.eo.in l.1.¶Ibi [incerti] idest præscrip.ver.ad interesse,quod incertũ est;videtur enim hic fuisse contract° innominatus,do,vt facias,vnde datur præscrip.ver.l. naturalis.de præscrip.ver.secũdùm Odof.¶Not.hic casum

2 apertum, † quòd non potest contractus cadere in loca-

2 tionem, nisi habeat conuentionem de certo pretio, ꝑ facit.l.1.§.si quis seruum.ff.depo.& in alijs iuribus hic allegatis super glo.¶In glo.2.in fin. & ita loquitur. l. 2. & d.l.1.§.si quis seruum.vnde agetur communi diuidundo, & ita loquitur.l.hæc distinctio.in fi.¶In glo.intercessit.& sic ex eo non debet posse agi.ff.de pact.l.iurisgen.§.sed cũ nulla.quod declara, vt ibi,& in l.traditionibus.C. eod.

ADDI-

ADDITIO.

¶De certo pretio. Adde, quid si facta fuerit locatio, & nō appareat de conuentione certi pretij, Alex. in conf. 107. incip. In causa & lite. in 1. vol. num. 7.

L. Communis. Quæsitum per communem seruum ex re alterius, debet esse commune ipsorum dominorum, sed hoc iudicio in solidum præstabitur illis, ex cuius re acquisitio facta est. ¶ Ibi [communem] id erit vtriusque dominorum. Nec ob. de itine. actuq; priu. l. quod fundum. §. 1. sed solue, vt ibi. ¶ In glo. 1. in fin. sed obstare videtur. l. per seruitutem. j. eod. tit. ¶ Sed sol. vt ibi not. & adde, quod no. in l. si seruus communis. & l. proinde. in fin. cum l. seq. j. de stipu. ser.

Ex §. Cum agere.

SVMMAE.

1 *Titulus de alienat. iud. mut. caus. fact. habet locum in iudicijs diuisorijs.*

§. Cum agere. Alienans partem rei suæ causa mutandi iudicij, cōmuni diuidundo tenetur in factū ¶ Ibi [fecisse]

1 dolo malo. No. vltra summarium, † q̄ titulus de alie. iud. mu. cau. fa. habet etiam locum in iudicijs diuisorijs.

L. Si Stichus. Socius insolidum ex contractu communis serui condemnatus soluens, potest ab altero partem repetere per hoc iudicium, licèt res peculiares interuenerint. ¶ Ibi [seruus] ordinarius Pamphilum vicarium habuerit emptum ex contractu Stichi, vt. j. de decu. l. si seruus meus.

L. Communis. Deterioratio rei cōmunis apud vnum ex seruis existentis contingens culpa illius, venit in hoc iudicium. ¶ Ibi [in opere] scilicet illius, penes quem erat. ¶ No. ergo in dāno dato re communi attendi, an interuenerit culpa, vel non, quia si interuenit, tunc tenetur socius, & alter nō. ¶ Et ad huius declaratione, vide tex. in l. si vt certo. §. nunc videndum, & se. j. commo. vbi etiam no. qualis culpa requiratur, & deduci debeat.

Ex l. De communi.

SVMMAE.

1 *Quæstio, verbum quomodo sumatur.*

L. De communi. ¶ Alter dominorum in communi seruo non potest petere eum subijci quæstionibus pro negotio eius proprio: sed pro communi sic. h. d. ¶ Ibi

1 [quæstionū.] quomodo hoc verbū sumatur, vide. j. de iniur. l. item apud Labeonē. §. quæstionis. & §. quæstionū. & j. ad Sylla. l. 1. §. quæstionum.

Ex l. Sabinus.

SVMMAE.

1 *Prohibentis conditio in pari causa melior esse videtur. & vide per totam legem.*

2 *Lex, & ratio legis vbicunque resistit facientibus, & assistit contradicentibus, semper videtur esse melior contraditio contradicentis.*

3 *Dua virtutes vbi concurrunt paris potentiæ, tantum iuris habet vna ad resistendum, quantum altera ad obtinendum.*

4 *Duo si habent commune molendinum, quorum alter vult ponere maiores, vel minores molas, alter non, an compellatur ędificare.*

5 *Sociorum alter, si vult inhabitare rem communem, alter locare ad pensionem, præfertur ille, qui vult habitare, & nu. 6.*

7 *Statutum si disponit, quòd offendens alium in domo propria, vel in domo habitationis, puniatur certa pœna, habebit locū, quando quis est offensus in domo communi, vel habitatione communi.*

L. Sabinus. ¶ Pro impediendo, ne opus fiat in re communi, melior est conditio socij prohibentis: vbi verò opus factum est ab vno socio, altero sciente, & tacente, agi potest, non vt tollatur, sed ad interesse hoc iudicio: altero verò ignorante tollere cogitur, eo verò consentiente, nulla competit actio. Et sic collige diuisionem legis, quòd quatuor facit, vt patet ex isto summario. ¶ Ibi [facere] posse in damnū socij iure proprietatis ad eum vsum, ad quem parata non est, vel si volo facere iure seruitutis, etiam in istis duobus casibus videtur determinanda ista lex secundùm Ray. ¶ Ibi [prohibendi ius] scilicet iure communionis, nō seruitutis, & sic non obstat. s. de serui. vr. prædi. l. in re communi. vt ibi no. ¶ Ibi [cogi non potest] nec obstat. d. l. in re cōmuni. §. fi. vt ibi not. ¶ Ibi [resarciri poterit] huic cōtradicere videtur de aqua plu. ar. l. Labeo. sed responde, vt ibi no. ¶ Ibi [consenserit] expressè cogitur, facit ad no. per Dy. in c. in re communi. de reg. iu. in 6. & p ipsū &

1 Bar. in l. si ædibus. de dam. infec. ¶ No. hic primò † regulam, quòd in pari causa, &c. & hoc quia res erat hic communis, vt singulorum, & sic allegatur per Guil. & Io. An. in Spe. de locato. §. nunc aliqua. vers. 72. in addi. hic incipit quæstio facti. Sed certè modicum facit, ideò aliter

2 non prosequor. Sed addo regulariter, † quòd vbicunque lex, & ratio legis resistit facientibus, & assistit cōtradicentibus, semper videt̄ esse melior cōditio cōtradicentis; quia habet suam intentionem fundatam de iure communi, argumentorum, quæ no. per Inno. de maio. & obe. in c. humilis.

3 Item allegatur per Oldr. quòd † vbicunque concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tātum iuris habet vna ad resistendum, quantum altera ad obtinendum, facit. s. de serui. rust. prædi. l. per fundum. communia prædiorum. l. receptum. & C. de auctori. præstan. l. fi. ¶ In glo. 2. ibi. [L. si vt proponis] & sic, quando impensa erat necessaria, quia res erat aliter peritura, vel inutilis futura: aliàs secus, etiā si vellet meliorare rem, quia potior esset conditio prohibentis secundùm regulam huius legis, & l. parietem. de

4 serui. vrb. prædi. Et adde, quod ibi dixi de duobus † habentibus commune molendinum, quorum alter vult ponere maiores, vel minores molas, alter non, an tamen quis cōpellatur ædificare, vel non, & quando, vide per Cin. in l. si vt proponis, & quod scripsi in l. his cōsequenter. §. Cels'. s. tit. 1. ¶ In ea. ibi [l. sunt personæ.] Pōt dici, q̄ ibi non est; quia per hoc locus non efficitur deterior, sm̄ la. Butr. in l. in tm̄. §. religiosum. s. de re. diui. ¶ Ibi [si ad illū vsum inuēta est.] ar. s. eo. l. si ædes. Nec tenebitur isto casu socio soluere pensionem, qđ tū intellige verum, qn̄ ille habitans non occuparet totam domum, sed si habitaret totam; quia tantum, sicut si aliquid ex re communi perciperet, tenetur. s. eo. l. in summa. ita & hic quantum fuisset condu-

contrarium tenet Gomes. 4 [?] c. 3. n° 14 [?] fin.

cōducturus, quòd quis debet vti re ad vsum, ad quem inuenta est, facit extra de appel. c. ad nostram. Et isto casu non attenditur, quid euenire possit, & ideo talis vsus licèt periculosus, nō videtur improbabilis, tex. est. in l. arboribus. §. nauis. s. de vsufru. & hoc non poterat vti ad alium vsum, vt ibi. quod tamen declara, vt statim dicam. ¶ Item
5 per finem istius glo. videtur decidi, † quòd si alter sociorum velit habitare rem communem, alter locare ad pensionem, præfertur ille, qui vult habitare; quia non potest prohibere socium vti iure suo, fic. j. de re iud. l. sæpe. in fi. ¶ Extra glo. pro reassumptione materiæ potes videre per Dy. in reg. in re cōmuni. de regu. iur. lib. 6. p Bar. in l. serui electione. de leg. 1. ¶ Sed cōclude latiùs aliquādo aliquid esse commune pluribus, vt vniuersis; & in isto casu non est vera doctrina, quòd intelligatur singulorum. l. in tantùm. §. vniuersitatis. de rerum di. licèt diuisione communionis sequuta, admittatur quilibet ad suam partem, secū dùm notata in l. 1. s. quod cuiusque vniuer. Sed si sit commune pluribus, vt singulis, dic, ꝙ quantùm ad dispositionē suæ partis, intelligit esse cuiusque. C. q. testa. face. pos. l. 1. & hoc si de parte absque tota pōt disponi. l. falso. C. de cōmu. re. alie. sed respectu totius, nō. l. fi. eo. tit. & l. 2. Fallit fauore fis. C. de vend. re fisc. cū priu. commu. l. 1. li. 10. Fallit & secūdùm aliquos in habentibus iurisdictionē cōmuniter, vt quia sunt duo domini eiusdem Castri pro parte sua ad æmulationem alterius, arg. C. de fundis limito. l. quicunque. li. 10. hoc fertur Bal. consuluisse. Contra qđ facit, quia licèt ad æmulationē rei publicæ hoc videatur esse prohibitum (quo casu loquitur. d. l. quicunque. & not. glo. in l. per prouincias. j. de ædifi. priu.) non videt̄ tū habere locū in priuato disponente de proprio, & ad æmulationē alterius; cum regulariter quilibet possit de proprio disponere ad libitū, videtur probari in l. cum eōem. s. de ser. vr. prædi. Fallit in duobus casibus ibi notatis in
6 glo. † Vbi autem quis non potest disponere de parte, nisi disponat de toto propter indiuisibilitatem, tunc attende, an velit disponere de re, an de vsu rei. Si de re, regulariter non potest, nisi concurrente consensu socij, vt hic. Fallit libertatis fauore. l. 1. C. de commu. seruo manu. Item fallit ratione iurisdictionis conseruandæ, vt in liberto, qui reuocatur in seruitutem ex ingratitudine commissa in personam alterius patronorum. C. de liber. & eorum lib. l. penul. & l. 1. §. dominij. ad Sylla. Item fallit fauore religionis, vt hic in glo. Item ratione absurditatis vitandæ. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. 1. & de adul. l. nec in ea. & s. de his qui deie. vel effu. l. 1. §. fi. & l. si verò plures. Per quod pa-
7 tet decisio, † quando statutum prouidet, quòd offendens alium in domo propria, vel in domo habitationis, puniatur certa pœna; nam hæc pœna locum habebit, quando quis est offensus etiam in domo, vel habitatione communi ipsius offensi, & alterius: secus si communio erat cum offensore; quia tunc propter æqualitatem videtur iudici, quòd illa pars non priuilegietur, arg. j. de fideiusso. l. hi, qui accessionis. & l. generaliter. & de excu. tu. sed & milites. in prin. ver. quæ qualitas. Si non vult disponere de vsu communi, tūc si vult vti ad vsum destinatum, potest: aliàs nullo modo. Exemplum in hospitio duorum consueto locari ad pensionem. Vel pone exemplum in possessione communi duorum, vel vinea consueta locari laboranda colonis, & vnus sociorū vuult locare, alter nō: tunc enim videtur vnus posse altero inuito, ar. d. l. arboribus. §. natis. s. de vsufructu. Sed si quilibet vult vti, vnus ad vsum honestum, alter ad inhonestū, vt quia vnus vult locare fœneratori, alter non, vel vnus honestæ mulieri, alter meretrici: tunc præferendus videtur, qui honestæ vult, vt de viu & hab. l. non aliter. Istud tamen in iudiciali foro videtur posse restringi, nisi illa domus aliàs fuerit fœnori, vel lupanari deputata, & cū maiori pensione; nam & tunc videtur hoc possit fieri, nec videtur quæstus inhonestus. s. de pet. hęredi. l. & ancillarum. Si verò voluit pariter vti, & in hoc si non cōueniunt, Præses se interponit. s. de vsufru. l. ęquissimū. in priu. qui. mo. vsusfr. ami. l. si duobus. & de leg. 1. l. huiusmodi. in fi. Et si iudex non potest eos ad concordiā reducere, potest fructus sequestrare, donec inter eos concordia fit. d. l. si duobus. in fi. Circa quod vide, quod dixi s. eo. in l. communi diui. §. cum de vsufructu. Hæc videtur procedere, quando per vsum quis non vult mutare, vel alterare substātiam rei communis: aliàs enim nō potest, vt si in cōmuni pariete vellet tigna immittere, vel hostiū vel fœnestram facere contra solitam consuetudinem, vel parietē ponere. j. de dam. infec. l. inter quos. Sed an possim facere meliorem, dixi. s. per casum. l. inter parietem. Vbi autē alter sociorū vult uti re communi ad vsum nō destinatum, non potest, nisi iuri vtendi proximis, sibi, & socio in nullo præiudicaretur, vt in eo, qui ad communem parietem vult ponere schalas faciliter remouibiles, cum reficeretur paries: vt si socius vellet ponere aliquid ad aquam pluuiam colligendam, in quo non ascendebat socius, vel appodiare per se aliquid, vt per vnā tubam exeat fumus. s. de ser. vrb. præd. l. fistulam iniunctā. quod intellige, vt ibi declaraui. Adde vltimò illum notabilem casum in l. arboribus. §. naues. quod vbi quis vtitur ad vsum destinatum, non attenditur quid possit euenire. ¶ In gl. prętermisit. ibi [ex parte] solue, vt no. in illo brocardo, an tacens videatur consentire, de quo per Dy in reg. qui tacet. de reg. iur. in 6. & per Cin. C. de procu. in l. inuitus. & ego dixi. s. de procu. in l. filiusfamilias. §. inuiti.

Ex l. Si quis.

SVMMAE.

1 *Obligatio vbi descendit ex re pupilli, ipse obligatur in solidum.*

L. Si quis. ¶ Expensa facta in re communi à sciente eam esse communē, venit in hoc iudicio repetenda à consocio pro eius parte: secus si sit facta ab eo, qui putabat rem propriam suam esse, dumtamen communis esset. h. d. ¶ Ibi [Sufficere] cōtra Titium verum socium. ¶ Ibi [sciam] subaudi etiam. [iudicium] scilicet directum dandum est, sed vti potest sola retentione rei, vt not. s. eo. in l. in hoc iudicio. §. 1. facit quod not. in l. si in area. de cond. inde. & in l. summa. & l. interdum in persona. eo. tit. Et ideo debet ei dari ex-
1 ceptio, & etiam actio. ¶ Not. hic in ver. [denique] † ꝙ vbi obligatio descendit ex re pupilli, ipse obligatur in solidum, facit. l. furiosus. de ac. & obliga. & s. de nego. gest. l. 3. §. 2. & l. si pupilli. in princip.

§. Pomponius. ¶ Si plures habeant rem cōmunem, quilibet sociorum potest prouocare ad diuisionem, & intentare communi diuidundo, & vnus eorum, inuitis socijs.

L. Communi ¶ Inter duos habētes rem communem, potest agi communi diuidun. siue alter tantùm eorum possideat, siue neuter. ¶ In tex. ibi [non possideat] alter sic, nec priùs neget communionem te habere, alias esset secus.

cus.§.tit.1.l.si id,quod.& no.in l.1.eo.tit. ¶In glo.1.ibi [hoc propter personales] hoc dicit glo.vt tollat contrarium, quod formari potest de l. 1.§. eod. vbi patet, quòd non agitur communi diuidun. si res non est communis.

L. Bina. ¶Iudex mancipia, quæ propter ministeriũ pupillorum expressè diuisa non sunt, diuisa non videtur pupillis assignare. h. d. ¶In tex.ibi [pupillis] prouocatis ad diuisionem. ¶Ibi [diuisa] per aliquem maiorem secundùm.l.si pupillorũ. j.de rebus eorũ. Vel posset aliter intelligi secundùm id, quod dixi.§.tit.i.l. Lucius. ¶Ibi[cõmunia] pro idiuiso. ¶In gloss.1. ibi [causa ministerij pup.] h.d.vt appareat, quæ possit esse ratio dubitandi,per talia enim verba videbatur mancipia diuisisse quò ad proprietatem.

¶ *Istæ sunt Lecturæ nouiter repertæ, ex proprijs scriptis translatæ, doctissimæ,& à multis mendis, atq; erroribus summa cura correctæ, atq; graui latore castigatæ, Floriani de S. Petro Iur. Vtriusq; Doctoris eo tempore facilè Principis.*

Rub. Ad exhibendum.

CONTINVA Rubricam secundùm glo. hic,cui adde libellum,& formã in hoc titulo,de quo Guil. in Spec. de iud. §. fin. quid autem sit exhibere, pro quibus rebus agatur ad exhibẽdũ, quibus actionibus,cui dect hæc actio,quando,& quare,quomodo,& vbi fieri debeat exhibitio,& qualiter, inquantum fiat condemnatio in hac actione,qualis sit hęc actio.De his omnibus videbimus in hoc titulo.

Ex l. Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Actio ad exhib.qualis sit,cuius naturæ, quid contineat,quem effectum habeat, cui competat, & aduersus quem intentetur.*

2 *Quotidiana non sunt spernenda, sed diligenter attendenda, & fauorabiliter pertractanda.*

3 *Maximè,dictio quid significet,& cuius sit naturæ.*

4 *Actio ad exhibendum est triplex, & quæ sit vnaquaque earum.*

L. Hæc actio. ¶Hic primò commendat inuentionem huius
1 actionis,& sic intendit, quòd † actio ad exhibendum est vtilis,& necessaria, habens effectum deducendi in plublicum,& est personalis in rẽ scripta,& est arbitraria,in qua iuratur in litem,& competit cuicunque prætẽdenti iustũ, & rationabile interesse pecuniarium, vel prætendenti ius in re,vel ad rem non irrationabile,& datur contra quemlibet possessorem facultatem habentem rei restituendæ tempore sententiæ, vel dolo desinentem habere, præterquam quando competit pro carta; quia tunc ratione solius dominij competit hoc quasi ad substantiam totius ti-
2 tuli.¶In textu ibi [in vsu quotidiano] & ideo † diligẽter attendenda,vt dicit tex.in l.legaui.ff.de liber.leg. & fauorabiliter pertractãda.l.iusto. de vsucap. quotidiana enim spernenda non sunt,vt dicit tex. in l.1.§.de in integr. rest. tit.generali. Nec mirum; quia iura ad ea quotidie ada-
3 ptantur.l.nam ad ea.§.de leg. ¶Ibi [maximè] nota † dictionem maximè,de qua in l.actio. §. de neg. gest. quam ponit,ne contradicat.l.3.§.est autem.j.eo.¶In gl.2.ibi, [idest vtilis]alius modus loquẽdi habetur in l. 1.in prin. §.de neg.gest ¶In ea.gl.ibi [vel dic similis] vult ergo, ꝙ ista possint simul concurrere.Contra decidit glos. in l. 3. §.est aũt sup verbo actur'.j.eo.¶In fi.gl.adde, ꝙ de isto tãgitur.§.de inoff.testam.l.de inofficioso.Cin.in l. ordinarij.C.de rei vendica.Bar.aliquid dicit in l.1.de priua. delict.¶Incidenter pro concordia dici potest,quòd multi-
4 plex, saltem triplex † est hæc actio ad exhibendum,vna appellat restitutoria,de qua.j.eo.i l.tigni, & i l. Iulianus. Inquantum etiam ista non potest aliter intentari cum rei vendicatione;quia daretur ad illud,ad quod tendit principale iudicium,& sic darentur ad idem,ergo,&c.l.quod in hæredẽ.§.eligere.ff.de tribut.& de reg.iur. l.nemo enim. ¶Alia exhibitoria,vt quando agitur pro inclusis, & ista non proponitur simul,& semel, sed proponitur successiuè,& talis libellus admittitur, vt dicit. d. l. de inofficioso.& l.nõ ab re.C.vnde vi. & l.cõductores.C.loca.¶Alia est vtilis,& necessaria,de qua loquitur ista lex. Et ista concurrere potest cum rei vendicatione,vt not. in l. gemma. j.eo.vbi alia iuramenta allegabuntur, & hanc cõclusionem pondera, quoniam secundùm eam veniunt intelligẽda ea,quæ tanguntur in l. 1.j. de interro.act.

Ex l. Exhibere.

SVMMAE.

1 *Exhibitio fit iudici,testibus,& actori,& quare. Et quomodo fienda sit.*

2 *Conuentus actione ad exhibendum,si resistit in possessione, ipse rem exhibet, & non restituit possessionem,sed in rei vendicatione suum dirigit iudicium.*

L. Exhibere. ¶Hic declarat, quid sit exhibere. h. d.Fit autem
1 hæc † exhibitio iudici,testibus, & actori propter ampliãdam probationem.C.de hære.l. quoniam. & l. generaliter.in prin.de recep.arb. Et fit,ita quòd ipsa res possit videri,tangi,& describi. Et ita debemus clarè concludere, & intelligere,quod notat glo.hic.¶In fi.2.gl.hoc declara meliùs, vt statim dixi super tex. Pro hoc facit quod notat glo.§.si ex nox.caus.agat.i l.1.i gl.quæ incipit. quæ datur actori.pro hoc etiã facit, quod notat Bar.in l.cum si exhibuisset.j.de publica.& j.de fur.in l. rem. ¶In fine ibi[l.
2 plus est] In hoc conclude, quòd si † conuentus actione ista,resistat in possessione:tunc ipse exhibet rẽ,& non restituit possessionem, sed ad illam dirigit suum iudicium in rei vendicatione.Ita debet intelligi quod hic habetur, & quod habetur in l.Iulianus.§.quantum.j.eo.Si nõ resistat in possessione,nec contradicat:tunc per istud iudiciũ restituit possessionem, vt notatur in d. §. quantùm, & l. Celsus.§.idem Iul.& l.tigni. §. fin.¶Nec obstat, si fortè diceretur, ꝙ intẽtata actione simpliciter ad exhibẽdũ,nõ est actum ad possessionem restituendam,ergo non potest ferri sententia. l. vt fundus.§. communi diuid.quia potest responderi, quòd licèt non sit actum explicitè, videtur actum implicitè,& in contrarium, & hoc sufficit,argu.§.de procu.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.

Ex l. In hac actione.

SVMMAE.

1 *In actione ad exhib. signa speciei petitæ in libello dicenda sunt solùm ad effectum, vt reus sciat deliberare, cedere, an contendere malit.*

L. In hac actione. ¶Hic inest, quo modo, & qualiter fiat hæc exhibitio. & hoc intēdit. ¶Actor debet oīa intelligere, & in libello certificare rē, & qualitatē ipsius rei petitæ. h.d. In hac actione ad exhibendū (licèt summaria sit) tamen offerri debet libellus. hoc d. & ita allegatur istud principium per Guil. in Spec. de off. om. iud. in §. fi. ¶In tex. ibi [& dicere omnia argumenta rei] expone, i. indicia, & qualiter. ¶In glo. 2. in fine. simile habetis alibi in agente depositi. l. prima. §. si quis argentum.). depos. &
1 de fur. l. in actione. Hæc autem signa † dicenda sunt solū ad effectum, vt reus sciat deliberare, velit cedere, vel contendere. l. 1. §. de eden.

Ex §. Qui ad exhibendū.

SVMMAE.

1 *Actio ad exhibendum datur ei, cuius interest etiam ex alia causa, quàm dominij.*

§. Qui ad exhibendum.

¶Agens ad exhibendum non adstringitur ad vnam speciem probationis, quando habet multas species, vel causas, vel modos. h.d. ¶Vel sic. Actio † ad exhibendum da-
1 tur ei, cuius interest ex alia causa etiam, quàm dominij. h. d. ¶Ibi [multæ sunt causæ]. s. extra causam dominij. ¶In fin. glo. ratio est, quia pro carta datur officium iudicis. ex tit. de eden. Et ideo, ne titulus ille sit inutilis, cessat ad exhibendum; quia cum detur ordinarium, debet cessare hæc actio, vt). ead. l. §. si quis.

Ex §. Præterea.

SVMMAE.

1 *Contumax in exhibendo, si condemnatus non restituat rem, quam possidebat tempore litis contestatæ, videtur committere dolum, cuius ratione defertur ei iuramentum in litem.*
Et quid si culpa tantùm, non dolus interuenisset.

§. Præterea. ¶Hic ponit, in quantum detur hæc actio ad exhibendū. ¶Cōtumax condemnatur per iuramentū in litē, taxatione tñ iudicis interueniente. h. d. loquitur aūt hic de contumace in exhibendo rem, ad quā exhibendam erat cōdemnatus.
1 Videtur. n. committere dolū, si † non restituat rem, quam tempore lit. cont. possidebat. l. non ignorabit. C. eod. ratione cuius doli defertur ei iuramētum in litem. l. in actionibus. hic allegata in gl. sed si culpa eius tñ interuenisset, non dolus: tūc aliud. l. de eo. §. si post.). eod. & hic adde notab. gl. quæ fuit in l. 4. §. sed & si quis. §. fin. reg.

Ex §. Est autem.

SVMMAE.

1 *Actio ad exhib. est personalis in rem scripta, & cui competat.*
2 *Actiones merè psonales, quæ sint, et quare dicātur personales.*
3 *Merè reales actiones, quæ sint, & quare sic dicantur.*
4 *Mixtæ quæ sint, & quare sic appellentur.*
5 *Actiones personalis in rem scriptę quæ dicantur.*
6 *Seruiana, pignoratitia, et hypothecaria quomodo competant, et pro quibus rebus dentur.*
7 *Actio ad exhib. appellatur personalis, considerata aptitudine; quia datur contra personaliter obligatum.*
Item cōtra non obligatū, ut contra detinentem à possidente, et hoc ex parte rei conuenti.
Item etiam ex parte actoris; quia datur propter duplicia iura.
8 *Actio commu. diuid. est merè ex contractu.*
9 *Actio pro socio licèt causetur à contractu stricti iuris: nascitur tamen ex quasi contractu propter ius, qd quis habet in re.*
10 *Differentia inter actionem pro socio, & commu. diui.*
11 *Actiones personales uenientes ex contractu, transeunt in hæredes ex dolo defuncti, etiam si nihil ad eos peruenerit.*
12 *Actio personalis quando proponitur ad instar realis, potiùs dicitur nasci ex varijs figuris causarum.*
13 *Seruiana in quo differat à Saluiano interdicto, remissiuè.*
14 *Emphiteota, qui pluribus annis possedit, potest compelli, vt doceat, pro qua re solueris debitum canonem, & quare.*

§. Est aūt ¶Hic respondet ad aliā de qōnib' s. formatis, s. qualis sit ista actio, &
1 hoc intēdit. ¶Hæc actio † est personalis in rē scripta, & cōpetit cuilibet prætendenti iustum, & rōnabile interesse pecuniariū rōne iuris in re, vel ad rem. h. d. ¶Et ad intelligē-
2 dū tex. & gl. præmitte, q actiones † merè personales sunt illæ, q̃ descēdunt ex cōtractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi. Et dicunt̄ personales; quia sunt proditæ personæ, & hæredi, & contra psonā, & hæredem suum. C. de hære. actio. l. 2. & fin. & Inst. de perpet. & tempor. action. §. non autē.
3 ¶Quædā sunt † merè reales; quia persequunt̄ rē, vt rei vēdicatio, publiciana, hypothecaria. & contraria, vt §. de rei vendic. l. officium. & C. de alien. iud. mut. caus. fac. l. pri.
4 ¶Quædā † sunt mixtæ in rē, & in psonā; & appellant̄ mixtæ; qa hñt admixtas quasdā personales pręstationes, vt petitio hrditatis. §. fin. reg. l. 1. & Inst. de act. §. qdā. ¶Quæ-
5 dā † sunt psonales ī rē scriptæ, vt ē ista. Itē actio, qđ met. cā,
3 not. hic tex. quòd ista exceptio, tua non † interest, potest opponi post litem contestatam, & hoc est verum, quando opponitur iuri, & sic respicit merita causę: secus si opponatur solum personæ; quia tunc est dilatoria, & debet opponi ante litis contestationem. Ita allegatur, quod notat Inn. de accus. in c. super his. ¶In gl. 1. ibi [sol. in personalibus] qa q̃runtur ex suo facto tantùm, ideo plus de-
4 bet † grauari: sed in alijs actionibus potest teneri sine suo facto, ideo oportet, ꝙ agentis intersit vtroque tempore, scilicet litis contestationis, & sententiæ; quia duriùs
5 † astringitur personalis debitor, quàm realis. infra de ædil. edic. l. redhibere. §. fin. cum ibi notatis. Dic ergo,
6 aut quis † conuenitur; quia fecit quod non debuit: & tunc sufficit agẽtis interesse vno tempore. l. doli. §. fin. hic alle. Aut conuenitur, quia non fecit, quod debuit: & tunc aut contempsit iudicem, & partem, & sufficit, quòd agẽtis intersit vno tempore in odium ipsius conuenti. Ita loquitur l. qui autem. §. fin. hic allegata. Aut contempsit partem tantùm, & tunc si res non erat eodem modo interitura penes actorem, sufficit, quòd intersit vno tempore. l. itẽ. si verberatum. §. fin. ꝟ. de rei vendic. sed si eodem modo erat interitura penes actorem, oportet, quòd vtroque tẽpore intersit agentis, vt hic, & l. cum res. §. fin. ꝟ. de leg. 1. secundùm Pet. Dic tamen pleniùs in hoc articulo, & la-
7 tiùs in hoc dubio, an † desinẽte interesse, desinat actio cõpetere, de quo tangitur per Cin. in l. ad comparandas. C. mand. & per Dyn. in l. & in totum. ꝟ. de impens. quia aut actio competit ad interesse, aut ad aliud. Primo casu si præcisè semel interfuit, & sic non desinit interesse retro secundùm nunc: tunc nõ desinit actio competere. d. l. qui autem. hic alleg. cum ibi alleg. in glo. sed si non interfuit semel præcisè, vt quia desinit interesse nunc retro: tunc desinit actio competere l. si procuratorem. §. mandati. ꝟ. mand. ¶Secundo casu, quando actio competit ad aliud: tunc, si competit ad pœnam, licèt desinat interesse, non
8 desinit actio competere, ratio, quia † in pœnis (maximè in legalibus) non inspicitur interesse l. si pro fure. §. furti. ꝟ. de condict. furt. & l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. ob. & l. doli. hic in glo. allegata. Sed si actio competit ad speciem, vel ad rem: tunc attende, aut actio causatur immẽdiatè ab interesse, aut ab eo, quod est causatũ ab ĩteresse, Primò casu aut conueniendus erat in mora, & non desinit actio competere. l. quod te. & ibi notatur. ꝟ. si cert. petat. Aut nõ erat in mora, sed in culpa: & tunc idem, si culpa fuit causa casus, aliàs liberatur, & desinit actio competere. l. si vehenda. §. idem iuris. ꝟ. ad l. Rhod. de iact. Secundo casu, quando ab eo, quod est causa interesse, vt est dominium: tũc, si desinit esse dominus facto suo, vel eius, quem repræsentat, desinit actio competere. l. si seruus. in princ. ꝟ. de condict. fur. & ꝟ. de furt. l. inter omnes. §. fi. secus si hoc contingeret facto alterius, cuius personam non repræsentat. l. & ideo. ver. in communi. de condict. fur. & idem si casu desineret esse dominus. d. l. iter omnes. in princ. ꝟ. de furt. ¶ Vltimò ad declarationem istius §. præcedentis, & præcedentium bene adaptatur conclusio,
9 an, & quando † ius superueniens, pendente iudicio, possit prodesse. In quo dic, aut loquimur in accessorijs, aut in his, quæ principaliter peti debent. Si in accessorijs, ista spectant ad officium iudicis. l. ędiles. §. item sciendum. ꝟ. de ædil. edic. & hoc si emergunt ante sententiam: secus si post; quia tunc non spectant ad iudicis officium, nisi sint connexa. ꝟ. de vsur. l. partum. & l. harum. & l. egi. ꝟ. si seru. ven. Si loquimur in his, quæ principaliter peti debent, tunc in iudicio vniuersali veniunt, vt in petitione hæreditatis; quia natura iudicij vniuersalis omnia ista includit, secundùm doctrinam glo. in l. si filia. §. si pater. in verb. familiæ. sup. fam. erc. si in iudicio singulari: tunc in personalibus, & singularibus distinguitur, an superueniant ex causa de præterito, & fit condemnatio ex eadẽ instantia

inſtantia.l.ſi rem.§.fin.j.de pign.act. & l. ſi mandauero tibi,vt à Titio.j.mand. An verò ſuperueniat ex cauſa de futuro, & ex cauſa poſt litis conteſtationem: tunc aliqui dicút,quòd indiſtinctè fiat abſolutio. Alij dicunt hoc verum eſſe,quando ius ſuperuenit ex cauſa nō intentata;ſecus ſi ex cauſa intentata ; quia tunc poteſt ſequi condemnatio,& hoc examinat glo.in l.non poteſt.ſ.de iud.vbi de hoc in realibus, vel quaſi diſtinguitur , an ex parte actoris,vel rei,vt hic,& l.ſi mater.§.eādē.j.de excep.rei iudi. & ita voluit Dy.Inſt.de act.in §. 1.hodie verò videt̃ aliter diſtingui de iure canonico.de re iud.ĩ c.Abbate.ver.pręfatus.lib.6.videlicet, quādo ius ſuperuenit ex parte actoris, ſi eſt actum generaliter ſine expreſsione cauſæ : tunc poſſet ſequi condemnatio ex eodem proceſſu , ſecus ſi cū expreſsione cauſæ;quia tunc videtur ſe adſtrinxiſſe ad tēpus,quod neceſſariò inerat illi cauſæ,quam expreſsit.Ci.tñ in l.1.C de alien.iud.mut.cauſ. fac.reputat pręcedētē opinionē Dy.veriorē.Sed Iac.Bu.dixit ĩ hoc ſubtiliter,ꝙ vbi agēti poſt litis conteſtationem ſuperuenit ius, & cauſa:tunc alio iudicio opus eſt.l.non poteſt.ſ. de iud. ſed ſi ſuperuenit ius,& non cauſa ſcilicet remota, quod factum intentatū præcedebat , licèt non præcederet obligationē tunc non eſt opus nouo iudicio.d. l.ſi rem.§. fin.j.de pigno.act.Si non ſuperuenit ius,nec cauſa,ſed ſolùm facultas actionis dirigendæ:tunc ſequitur condemnatio. l. ſin autem.§.poſsidere.ſ de rei vendic. & hoc ex parte actoris:ſed in reo ſufficit,quandocunque ſuperueniat cauſa,argu.j.de cōd.ſine cauſa,l.ſi fullo.facit iſte tex.hic,& quod hic notatur,& in præcedentibus.

Ex l.Si ad exhibendum.

S V M M Æ.

1 *Poſſeſsio ſuperueniens hæredi parit condemnationem ex inſtātia inchoata cum defuncto.*

L.Si ad exhibendum. ¶Inſtantia morte litigatoris non finitur, ſed hæres ex ſuperueniēti poſſeſsione cōdemnatur.h.d.¶Vel ſic.Iudicium perperam cum defuncto inchoatum , poteſt cum hærede rectè terminari.h.d.¶Vel ſic. Poſſeſsio † ſuperueniens hæredi
1 parit condemnationē ex inſtātia inchoata cum defuncto. hoc dicit.Caſū nota,& facit ad notata p Bar.in l. ſi eū hominem.j.de fideiuſ. ¶In textu ibi [eo defuncto] ſcilicet poſt litem conteſtatam. ¶Ibi [rem] dic ſcilicet mobilē. ¶Ibi [cogendus erit.] ſ.tāquam quilibet poſſeſſor, & iſte eſt vn' intellectus.¶Vel dic,ſcilicet tanquā hæres ex inſtātia inchoata cū defuncto , ſecundū glo. no. in l.ſi rem. & l.ſin autem.ſ.de rei vend.¶Ibi [petiero.]ſ.per rei vēdicationem litē conteſtando.ſ.de rei vend.l.in rē.iuncta. l.amplius.j.rem rat.hab.Adde hic,quod dicam.j.eo.in l. de eo.§.fi.& quod notat Ci.C.eo.in l.neque.

Ex §. Iulianus.

S V M M Æ.

1 *Doloſus habetur pro poſſeſſore.*

2 *Dominus non poteſt occidere ſeruum ſine cauſa,ſed bene poteſt cum aliqua iuſta,& probabili cauſa.*

§. Iulianus. ¶Dolo ꝓprio deſinens poſſidere, vel reſtituendæ rei facultatē habere,tenetur hac actione,ac ſi poſsideret. h. d. ¶In tex. ibi [tranſtulerit]dic,ſcilicet doloſè,aliàs ſecus. ſ.eo.l.tigni.§.ſi quis eum.¶Ibi [poſsit]& ſic mutata forma.j.ea.l.§.ſi quis rem.¶Ibi [tenebitur]dic.ſ. qui poſsidet,& facultatem habet reſtituendi.ſ.eo.l. 3. §. fi. cū ſeq.
1 nam doloſus † pro poſſeſſore habetur. l.parem . & l. q̇ dolo.j.de reg. iur. Aduerte etiā,quia iſte textus debet intelligi,quādo occidit ſeruum ſine iuſta cauſa; nam ſi cū
2 iuſta †cauſa: tunc poſſet eum occidere dominus. l. quid ergo.§.ſi hęres hominē.de leg.1.& de verb.oblig.l.qui ſeruum.ſine autem cauſa non licet. Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.in fine. & ſupra de his,qui ſunt ſui, vel alien. iur.l.1.in fi.

Ex §. Glans.

S V M M Æ.

1 *Pro fructu cadente de mea arbore in alienum fundum , datur mihi actio ad exhibendum , ſiue extet,ſiue dolo malo deſiit extare , ſiue conſumptus ſit.*

2 *Interdictum,de glande legenda,durat triduo tantùm,quod eſt mirabile,cum alia interdicta prætoria ſint annalia.*

1 §. Glans. ¶Pro fructu cadente † de mea arbore in alienū fundum , datur mihi actio ad exhibendum,ſiue extet, ſiue dolo malo deſijt extare,vel conſumptus ſit: colligens tamen extantem tenetur cauere de damno infecto.h.d.¶In tex.ibi[cauero] intelligitur de damno futuro,& etiā de præterito, vt probat̃.ſ.eo.ĩ l.Cęlſus.§.ſed & ſi ratis. & l. theſaurus.in fine. j.eo. ¶In glo. in ver. tertia. ibi [quod eſt mirabile] dic
2 cū†omnia alia interdicta ſint annalia , quæ p̃toria ſunt. l. in honorarijs.j.de act.& obl.dic ergo ſpeciale,&c.¶Extra gl.not. iſtum tex. ibi [tertia quoque die] &c.quem vide allegatum per Guil.in Spec.de primo , & ſecundo decreto.in §.reſtat,verſ. quid ſi agat̃ nunc interdicto. in 10. col. vbi dicit , ꝙ ſi agatur interdicto de itinere , actuque priuato,vel de aqua quotidiana,& ęſtiua,& agatur ratione poſſeſsionis,& aduerſarius non veniat , & res non capiat dilationem:quo caſu permittet te agere,& aquā ducere ſine præiudicio iuris quærendi in poſſeſsione , vel proprietate, & actor tenebitur cauere. Quòd ſi appareat eum iniuſtè egiſſe , reſarcet damnum abſenti,vt hic,& j. de dam.infec.l.hoc amplius.§.Alphenus,& de teſta. tut. l.idem fiet.

Ex §. Si quis rem.

S V M M Æ.

1 *Doloſè deſinens poſsidere , habetur pro poſſeſſore, vnde tenetur ad exhibendum.*

§. Si quis rem. ¶Procurans doloſè, ꝙ res ad alium perueniat,
1 videtur dolo deſinere poſsidere.h.d.& ſic † pro poſſeſſore habetur,vnde hoc actione tenetur,infra de reg.iur.l.parem.& l. qui dolo. & dixi in principio huius legis.

Ex Sed ſi quis.

S V M M Æ.

1 *Interitus formæ interimit ſubſtātiā rei , & forma dat eſſe rei.*

2 *Forma*

2 *Forma est quid agens, materia autem est patiens, & agens trahit ad se passum.*
3 *Actio in factum quando detur per distructionem rei, & eius mutatione formæ.*
4 *Soluens si soluat partē eius, quod debet, liberatur à parte soluta, si soluat totum perfectè, liberatur à toto, & quid si soluat minus perfectè.*
5 *Mutatione formæ emphyteosis, an videatur mutari, & perdi ipsa emphyteosis.*

1 §. Sed si quis. ¶Interitus † formæ interimit substantiam, & forma dat esse rei. hoc dicit, & ad hoc quotidie allegatur. ¶Nota ergo ponderari mutationem formæ, vel substantiæ, vnde vnius rei noua forma facit eam aliam iudicari, &
2 huius ratio est; quia forma † est agens, materia autem est patiens, & agens trahit ad se passum. Ita notanter allegat Old. istum tex. de forma autem vide, quod notat Arch. de de elect. i c. indēnitatibus. lib. 6. & vide ad istū tex. quod notatur in l. in venditionibus. ꝟ. de contrah. empt. ¶In gl. 1. ibi [ibi non erat dominus] &c. hæc prima solutio diuinat. ¶Ibi [in factū] hæc secunda destruit istum tex. ideo transit ad tertiam. ¶Ibi [vel distingue] hanc tertiam tenet Iac. But. & communiter Doct. hic, & in contrario. Dic
3 tamen pleniùs, aut † mutatur res per applumbaturam, & non extinguitur hæc actio. s. eod. l. gemma. & l. tigni. §. 1. cum ibi notatis. Aut mutatur per ferrū inanitionem: tunc extinguitur. s. de rei vendicat. l. in rem. §. item quæcunq;. Aut per destructionem: tunc attende, aut res extinguitur in parte, & non extinguitur hæc actio, vt hac l. in princ. & d. l. exhibitionis. C. eod. aut extinguitur in totum, & tunc siue verè, siue fictè destruatur; quia forma mutatur, non extinguitur hæc actio: sed datur ad æstimationem rei, quāti actor in litem iurauerit contra eum, qui eam destruxerat, vel dolo desierat possidere, vt hic, & supra ead. l. in princ. & d. l. exhibitionis. secundùm Iac. de Rau. ¶Extra istum casum pro verificatione multorum iurium, an soluens liberetur, conclude, si soluat quis perfectè partem, liberatur ab illa parte. l. si stipulatus. §. 1. ꝟ. de solut. si sol
4 uat totum perfectè, liberatur à toto; quia † solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Inst. quib. mod. toll. obl. in princ. si soluat minùs perfectè: tunc, si defectus est extra ipsam rē; quia est in aliquo iure eius: tunc agitur l. etiam. ꝟ. de solut. si defectus est in ipsa re, vt quia res est deteriorata: tunc in iudicijs bonæ fidei agitur. l. 7. §. si reddita. ꝟ. commod. idem dicitur in iudicijs stricti iuris, quādo habentur instar bonæ fidei. l. huiusmodi. §. ædes. de legat. 1. si verò non habentur instar bonæ fidei: tunc si peto, quod est meum, idem si peto mihi debitum, quod erat in genere, est idem. l. qui sibi, aut Titio. ꝟ. de solut. si erat in specie: tunc si res est deteriorata dolo, agitur de dolo. l. & eleganter. §. non solùm. s. de dol. sed si culpa erat deteriorata: tunc agitur in factum. l. exhibitionis. hic allegata. ¶Item extra videtur facere iste tex. ad quæstionem,
5 an mutatione † formæ emphyteosis videatur perdi, & mutari emphyteosis, exemplum, si de silua sit facta vinea, sicut fecit Noë, vel domus in solo rudi constructa; ad idem videtur facere l. repeti. §. 2. & l. quid tamen. s. quib. mod. vsufr. amit. de qua quæstione vide quod Doct. examināt. in l. 1. C. de iure emphyt.

Ex §. Si tibi decem.

SVMMAE.

1 *Omittens ex certa scientia id, ad quod tenetur, videtur esse in dolo.*
2 *Hæres ignorat quandoque probabiliter legata facta.*
3 *Legatum generis vendicari non potest.*

§. Si tibi decem. ¶Quando vni est legata proprietas pecuniæ, alteri vsusfructus, hæres non debet legatum soluere, nisi recepta cautione. h. d. ¶Vel sic. Omittens ex certa
1 † scientia id, ad quod tenetur, videtur esse in dolo. h. d. Et loquitur iste tex. de cautione, quæ præstatur de legato soluendo, eueniente die, vel conditione. ꝟ. vt in poss. legat. l. j. & l. hæc stipulatio. ¶In tex. ibi [ad exhibendum eum] intellige scientem legatum ascriptum, aliàs secus, vt in fine huius §. ¶Ibi [potuisti tamē tibi] hic prouidet de alio remedio ipsi legatario. ¶Ibi [sibi necessaria ad exhibendum] dic scilicet contra hæredem. ¶Ibi [cessare] dic scilicet contra hæredem. ¶Ibi [quia nullus dolus est] scilicet hæredis. ¶Ibi [succurrendum tamen] dic, scilicet de quadam æquitate. ꝟ. de præscrip. verb. l. partis. ¶Nota ex
2 tex. ibi [si tamen ignarus &c. quòd † heres quādoque probabiliter ignorat legata facta, ad not. in l. eius, qui in prouincia. in fine. ꝟ. si cert. petat. & de liber. leg. l. cum hæres. ¶Item nota hic in fine, dum decernit actionem in factū; quia debet intelligi, vsufructu finito. ¶In glo. 1. in fine, ibi
3 [locum habere non posset] dic, quia † legatum in genere non potest vendicari, vt notat glos. Inst. de leg. §. 1. super verbo, competit. ¶In glo. super verb. supersederit. in fine. ibi [vel verius] & cæt. imò videtur dici, quòd loquatur de illa cautione, de qua primò sensit, de qua fit mentio in d. l. dolo. ¶Nec videtur aptè dici, quòd loquatur de illa, de qua. s. vsufr. quemad. cau. l. 1. & 2. nam illa cautio non præstatur hæredi, sed legatario proprietatis, vt. s. vsufr. quemad. caue. l. si tibi. in prin. & hoc videtur iustius, & verius, & magis conueniens ad propositum.

Ex §. Quantùm.

SVMMAE.

1 *Vsucapio tollit ius dominij ipso iure.*
2 *Non videtur damnum pati, qui relaxat quod iniustè tenet.*
3 *Causatiuè quandoque quis cogitur pati actionem, quæ contra eum mouetur de facto, id est per eum, qui actionem non habet.*
4 *Idem est iudicium de accessorio, quod de principali.*
5 *Litis contestatio facta in præparatorio iudicio, non interrumpit præscriptionem in iudicio principali.*
6 *Exceptioni præscriptionis renunciari potest, vt licèt sic opposita esset apta impedire iudicium, tamē volente reo potest procedi, illa non obstante.*
7 *De voluntate rei procedit iudicium sub conditione, contra reg l. non quemadmodum. ff. de iud.*
8 *Casus notabilis, quo sententia condemnatoria secunda contra primam absolutoriam tenet.*
9 *Si dubitatur de vulnere, de quo inquiritur, an sit mortale, admittitur procurator pro accusato, vel inquisito suo conditione, vt habeatur pro non admisso, si mors sequatur, remissiuè.*
10 *Vbi non adiecta causa agitur, videtur in iudicium deductum omne ius ipsi agenti competens.*
11 *In generali iudicio, sub quo quædam comprehenduntur, quomodo libellus particularis admittatur, et quomodo intelligatur. l. fin. C. de anna. excep.*

§. Quantùm

§. Quantùm.

¶In actione ad exhibendum venit omnis causa, vtilitas, commodum, ac etiam interesse deteriorationis, & extra rem, & exhibitio fit in eadē causa, qua
res fuit tempore litis contestatæ. hoc dicitur. & primò po
nit dictū in genere, secundò infert in specie. ¶In tex. in fi
ne ibi [non quanti res sit] per quæ verba importatur ve
ra æstimatio rei. l. hæc verba. & l. inter hec verba. ȷ̃. de ver
1 bo. signifi. ¶Nota ex isto tex. quòd † vsucapio tollit ius
domini ipso iure, facit. l. traditionibus. C. de pact. ¶Nota
secundò casum, in quo habetur ratio interesse extrinseci,
simile in actione legis Aquil. in l. proinde. & ī l. inde Nera
tius. s̄. ad leg. Aquil. Simile est in condictione furtius. l.
3. ȷ̃. de condict. furt. regulariter autem talis interesse ra-
tio non debet haberi. ȷ̃. de act. empt. l. si sterilis. §. cum
per venditorem. Potest autem dici, quòd hic sit ratio, quo
2 niam iste efficaciter obligatur; quia non † videtur dam-
nū pati, qui relaxat, quod iniustè tenet. s̄. quod met. cau.
l. sed & partus. §. 1. & ibi notatur. ¶ Item nota tex. dum
3 dicit [proinde] &c. quod causatiuè † quandoq; quis co-
gitur pati actionem, quæ contra eum mouetur de facto,
idest per eum, qui actionem non habet; & sic nota casum,
quo procedit iudiciū de facto, & sine actione, reo patiēte,
facit ad notata. ȷ̃. de verb. obli. in l. si Titius. & ī l. vbi pa-
ctum. C. de transact. & isto casu sententia præiudicat alij
in casu l. posthumus. §. si quis ex his. de inoffi. testam. de
quibus casibus nota gloss. C. quib. res iud. non noc. l. 2.
Sed cōtra hanc doctrinam, quòd iudicium de facto pro-
cedat, videtur facere, quod notat Dyn. in l. nisi. §. 1. de
tut. & rat. distrah. vbi dicit, ꝙ sententia absolutoria lata
super inepto libello, nō parit exceptionem rei iud. Sed po
test dici, ꝙ illud procedat, quando libellus erat ineptus;
quia fundatur super actione nō dum nata: vnde cōuentus
patiendo non poterat validare iudicium nullū: aliàs se-
cus, vt hic, ita aliàs respondi. ¶Item nota, quòd idem est
4 iudicium † de accessorio, quod de principali, & de partu
idē, quod de vētre, & vide ad istud casum. ȷ̃. loc. l. sed ad
5 des. §. si quis ad mulierem. ¶Nota etiam, quòd litis † cō
testatio facta in iudicio præparatorio, non interrumpit
præscriptionē ī iudicio principali. quod est bene notan-
6 dum. ¶Item nota, quòd potest renunciari † exceptioni
præscriptionis, vt licèt sic opposita esset apta impedire iu
dicium: tamen volente reo, potest (illa non obstante) pro-
7 cedi; simile dicimus, quòd † de volūtate rei procedit iudi
cium sub conditione, contra regulam. l. non quemadmo
dū. s̄. de iud. probatur. s̄. de dolo. l. & eleganter. §. si dolo.
vbi est casus, quòd in iudicio potest fieri actus condi
tionalis, vt renuncio sentētiæ, si appareat collusum, facit.
l. Prætor. §. si controuersia. ȷ̃. de dam. infec. per quæ iura
patet, quòd potest renunciari beneficio sine absolutione,
8 vbi est iusta causa renunciandi, & erit casus † notabilis,
quo sententia condemnatoria secunda contra primā abso
lutoriam tenet: & sic limitatur. l. 1. C. quando prouo. nō
est neces. & notat̄ in l. si diuersa. C. de trāsac. Et faciūt ista
9 iura in argum. quòd † si dubitatur, an vulnus sit mortale,
de quo inquiritur, admittatur procurator pro accusato,
vel inquisito sub conditione, vt habeatur pro non admis-
so, si mors sequatur. Ita dixit Iac. de Belu. per istum text.
per quem dixit Petr. in l. cum mota. C. de transact. quòd
illa legē poterat agi condictione ob causam, per l. si quis
accepto. ȷ̃. de cond. ob. caus. quod Bal. ibi reprobat; quia
querela nō transmissa nō potest fieri transmissibilis pro-
pter eius consensum. Item quia habet materiam differen
tem à consensu, ergo non potest per consensum reparari.
arg. s̄. de pact. l. si vnus. §. sed si pactum. item habet pro-
prium ius succedendi quò ad omnes, quod nō potest per
pactū induci. l. si suspecta. in prin. s̄. de inoff. testa. ¶Non
obstat. iste. §. quia loquit̄ in iure ꝑscriptionis, cui poterat
ꝑ pactū derogari. sed in l. cū mota. cōfirmationi testamē
ti indistinctè ex querela destitutæ non potest derogari
per pactum, & istud nota ad intellectum. l. cum mota.
¶In glo. super verbo, intentionem, ibi [aut non adijcit, &
10 tunc sic, vt ibi] dic, quia vbi non adiecta † causa agitur,
videtur in iudicium deductum omne ius ipsi agenti com-
petens. ȷ̃. de excep. rei iud. l. si in iudicio. §. eadem. ¶In
fine. ibi. [l. fin. C. de annal. except.] pro illius legis intelle
11 ctu attende, quòd † si agitur generali iudicio, sub quo com
prehenduntur quædam, quæ agens habere non potest,
non admittitur libellus, nisi sigillatim declarentur, quæ
petuntur, & si potest omnia habere: non tamen de iure
communi, sed quædam de iure communi, quædam ex pri
uilegio (licèt libellus generalis admittatur, vt ibi) non ta-
men poterit ferri sentētia generalis, sed solùm super pro-
batis, pendente iudicio: vnde non poterit in exequutione
fieri liquidatio. Ita dicit Innoc. notanter de cap. mo. in
c. dilectus. in princ. Procedet tamen libellus, peto annuā
procurationem mihi debitam, & alia quædam ratione
officij mihi debita, secundùm Innoc. de off. ord. in c. dile-
cto. Et per hanc clausulam generalem [& quædam alia]
veniunt etiam omnia minora, & in procuratione veniunt
etiam ea, quæ debentur successori ratione dicti officij, ar.
potissimum d. l. fin. hic allegatæ. ¶ In fine gloss. ibi [l. so
lemus] ad huius declarationem uide gloss. Insti. de offic.
iud. §. si ad exhibendum. in glo. sed quomodo, &c.

L. Si optione. & l. sed & si.

SVMMAE.

1 *Non prodest postea fieri, quod cōgruo tempore fieri debebat.*
2 *Exequutor vltimæ voluntatis licèt in terminum non potuerit*
exequi: tamen post terminum exequutio deuoluetur ad Epi-
scopum, remissiuè.
3 *Interesse extrinsecum venit, si fortè seruus, per quem heredi-*
tas delata erat, mortuus sit ante aditam hæreditatem.
4 *De virtute copula est, vt iuncta aduersatiuæ, denotat diuersi-*
tatem facti, sed identitatem iuris. & ratio.

L. Si optione. & l. sed & si.

¶Contra morosum in actione ad exhibendum, venit om
ne interesse etiam extrinsecum. h. d. Et sic concordat cum
1 præcedenti. ¶Vel sic. Non prodest † postea fieri, quod cō
gruo tempore fieri debebat. h. d. ¶Nota hic, quòd etiam
ei, qui nō est in mora, labitur terminus, licèt ille, per quē,
vel cuius facto labitur, teneatur sibi ad interesse. Non
obstat. ȷ̃. de excusat. tut. l. si cum ipse. & s̄. de min. l. intra
vtile. & C. de temp. in integ. rest. l. petendæ. & quod notat̄
extra de iud. in c. venerabilis. in quibus iuribus ꝓbatur,
ꝙ propter iustum impedimentū aduersarij non currit in-
stantia in principali; quia potest responderi, quòd illa in
iudicialibus: nos autem in extraiudicialibus loquimur. Et
2 ex istis potest argui, quòd licèt exequutor † vltimæ volū
tatis in termino non potuerit exequi: tamen post termi
num exequutio deuoluatur ad Episcopum; quia non fit
prorogatio, circa quod vide quod notat Bart. in l. gene
ro. s̄. de his, qui not. infam. ¶Item nota. in l. sed & si he-
reditas. in princ. quòd extrinsecum interesse venit, vt di-
ctum est, si fortè seruus, per quem hæreditas delata erat,
mortuus sit ante aditam hæreditatem, & ita exemplificat
istum

istum tex. ¶ Nota ēt de virtute copulæ iunctæ aduer-

satiuæ, sicut etiam s.l.prox.§.sed si quis, denotat enim diuersitatem facti, sed identitatem iuris, vt not.glo. in l.2.s. ne quis eum, qui in ius voc.vi exi. & ratio huius est; quia virtus huius copulæ, &, operatur, vt natura vnius de copulatis trahatur ad naturam alterius.j.de leg.3. l.quæsitũ.§.Meuio.& de fund.instruct.l.Seiæ.§.Gaio. ¶In gl.2. ibi[de reg.iu.l.non videtur.]sol.vt ibi notatur; quia illud propriè:hic impropriè, & ista est vera solutio.

Ex §. Quo autem loco.

SVMMAE.

1 *Producens testes cogitur eos alimentare, in quo debet fieri cõsideratio eius, quod plus impendunt, quàm si essent domi, & quando hoc procedat.*

2 *Mater inops non tenetur lactare filium vsque ad triennium, et quomodo intelligatur.*

3 *Quando in aliqua differentia eliguntur supputatores, æstimatores, aut agrimensores, vtraque pars debet eis conferre in salario, & eorum expensis.*

4 *Pignus prætorium an debeat alimentari expensis creditoris, non debitoris.*

5 *Transfugantes libros petitos, equos, et similia, debent ea facere transportari proprijs sumptibus, & periculo.*
Idem in Notario transmittente protocolla in alium locum, & quid quando apportaret ex iusta causa.

§.Quo autem loco. ¶Non cogitur quis rẽ alio loco exhibere, q̃ vbi est, nisi sumptibus actoris, præterquã alimẽtorũ, quæ præstat conuentus, nisi ex operis suis se solebat pascere.h.d.vsque ad ver.interdũ.Ille tamẽ vers.continuabitur cum isto.¶No. in tex. ibi [cogit vaca
1 re] nam facit, q̃ producens † testes, debet eos alimentare, vt no.per Cin.in l.qñ liberi.C. de testi.& de admi.tut. l.à tutoribus.& j.mand. l.idemque.§. idẽ. & debet haberi consideratio in eo, quod plus impendunt, q̃ si essent domi. Sic ergo vbi aliter deberent refici sumptus, debet semper fieri detractio eius, qđ domi suæ consumpsissent. Ita allegatur notanter iste text.quod est verum sm̃ Guil. qñ sumptus sunt reficiendi rõne victoriæ, secus si vt mera pena, vt rõne contumaciæ.l.properandũ.§.& si quidẽ.C.de iud.sed vbi per legẽ præstant, vt in Epõ, cui præstantur ꝓuisiones, cum visitat, & in iudice delegato se transferente ad aliũ locũ pro decisione causę, nulla fit deductio, sm̃ Io. An.de restit.in c.statutũ.§. insuper. in gl. super verb.moderatus.lib.6.¶Itẽ facit ad delegatos, qui mittunt̃ ad indicãdum, vel ad tollendum dñas inter partes, qui debẽt habere à partibus sumptus moderatos, & non delicatos. Vide ista, & alia iura alleg.per Guil.in Spe. de Salar.post principium. Cui adde, quod notat Inn. de eo, qui mitt.in poss.caus.rei ser.in c.cum venisset. vbi dicit, q̃ expensarũ delicatarũ nunquam hr̃ rõ. Adde ẽt de Assessore, & Consultore, quod hr̃ de rescrip.in c.statutũ.§. Assessorem. lib. 6.¶No.ẽt ex tex.qui allegat̃, q̃ mr̃ pauper nõ teneatur
2 † lactare filium vsq; ad trienniũ, de quo in l. alimenta.C. de neg.gest.probat hic, dum dicit [cogitur vacare]&c. ꝓ quo facit; quia quando mater est ita pauper, intellige vsque ad trienniũ, vsq; ad quod, si lactare teneretur, vt ibi not.non haberet, vñ viueret. Ita in hoc terminauit Iac. de Bel.per istum tex. Nec mirũ; quia hoc facit charitas, priùs enim debet se alere, q̃ filium, & quia suberactis alimentis, periret vterque. Quando aũt teneat de iure alere filium vsque ad trienniũ, vide in d.l. alimenta. & quid si non haberet lac, q̃ non teneatur aliam baiulam quærere, secundum Azon.s.de patr.potest.in fi. in summa. vbi dicit idẽ, & si esset ita nobilis, quòd non posset lactare sine dedecore, de quibus vide per Bartol. in tractatu alimentorũ. ¶Item allegatur iste text. ad quæstionem supputatoris
3 † assumpti, vel æstimatoris, vel agrimensoris, quòd vtraque pars debeat in salario, & eius expensis conferre, de quo dixi in l.3.§.fin.s.fin.reg. ¶Item nota istum textum
4 in vers.[proinde]qui videtur probare, quòd pignus† prętorium debeat alimentari expensis creditoris, non debitoris. Cuius contrarium tenuit gloss.in Authen. ei, qui iurat. C. de bon.auct.iud.poss. pro qua facit supra ad leg. Aquil.l. quemadmodum. §. magistratus municipales. & istud puto verius. ¶Nec obstat iste tex. quia responde, vt colligitur hic ex gloss. super verbo, agnoscere. quæ in effectu voluit, quòd hic loquatur in seruo præsente in loco, vbi fuit facta litis contestatio. ¶In verbo [inter-
5 dum] nota tex.contra † transfugantes libros petitos, equos, & similia; quia oportet, quòd faciant transportari suis sumptibus, & periculo, & ad hoc allegat gloss. concordantias. ¶Item nota contra notarios, qui reperiuntur transmisisse protocolla ad alium locum; nam debent facere apportari ad locum, vbi actum exercuit, suis sumptibus; portans enim ad alium locum, est in dolo præsumpto, per l. Prætor. §. fina. supra de eden. quod intelligitur verum, nisi appareat, quòd ex iusta causa fecerit.l.si quis ex argentarijs. in prin.eo.tit.de eden.

Ex §.Si de pluribus.

SVMMAE.

1 *Casus, quo iudicium est pro parte absolutorium, & pro parte condemnatorium, & tamen idem est iudicium.*

2 *Quando quis tempore litis contestatæ plura possidebat, præsumitur ea omnia possidere tempore sententiæ, nisi contrarium doceat.*

§.Si de pluribus. ¶Amissio possessionis pro parte rerum, non impedit condemnatoriam posse fieri pro parte remanẽtium.hoc dicit.¶In tex.in fine, ibi [quas potest] non aliàs, imò ab illo debebit absolui, supra eod. l.tigni. §.si quis cum iudicij. ¶Nota hic casum, quo iudicium
1 est pro parte absolutorium, & pro parte condemnatoriũ & tamen est idem iudicium.¶Item nota, ibi [litis con-
2 testatæ tempore] nam isto casu præsumitur † omnia possidere tempore sententiæ, nisi contrarium doceat, vt notat Dyn.in c.pro possessione.de regu.iur.lib.6. & Cin.C. eod.in l.non ignorabit. vbi vide ad declarationem istius §.de hoc, & s.de rei vendi.in l.si culpa.& C.de proba.in l. ne possidetis.

Ex l.De eo exhibendo.

SVMMAE.

1 *Patria potestas fuit introducta de iure Quiritum, hoc est Romanorum.*

2 *Britones, Francigenæ, Galli, & similes nationes possunt testari de bonis etiam aduentitijs; quia non sunt in patria potestate, quæ fuit de iure Quiritum.*

3 *Romani cur appellati sint Quirites, & vnde hoc nomen acceperunt.*

L. De eo exhibendo. ¶ Propter vendicandam libertatem potest actio ad exhibendum competere. h.d. ¶ In tex. ibi [vendicare] dic. s. ab eo, qui eũ detinet tã quã suũ. ¶ Ibi [huic actioni] s. vtili, nõ directæ, & sic non obstat l. si liber. j. eod. hic alleg. in gl. pro contraria. ¶ In gl. 1. ibi [de iure Quiritum] dic, idest Romanorum, vt l. 1. §. per hanc. s. de rei vẽd. Et aduerte, q non debet isto casu libellus concludere per medium dominij, sed per mediũ patriæ potestatis, & sic nõ debet dicere; quia filius meus:
1 sed quia in mea potestate est, quæ fuit inuẽta † de iure Quiritum, quo iure introducta fuit patria potestas. l. nam & ciuium. s. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & not. gl. quę al legat pro singulari. Instit. de pat. po. in fin. §. ius aũt. super
2 vers. Romanorũ. & per hãc d. Bal. q † Britones, Francigenæ, Galli, & similes possunt testari etiam de aduentitiis; qa nõ sunt in patria ptãte, q̃ fuit inuenta de iure Quiritũ, idest Romanorum, quod dicit notabiliter p morientibus in Italia, quæ est eorum sepulchrum. Ita dicit in feud. in tit. de fratri. de no. benef. inuest. ad fi. Aduerte, q Romani
3 † appellati sunt Quirites à Quiris, vel Quirite, quæ est hasta, vnde legimus, q Romulus dictus est Quirinus; qa semp hastatus incedebat, vel quia eius hasta in Auentino mente fixa, post eius mortẽ dr̃ floruisse. Vnde Quiris, Quiritis dictus est quilibet Romanus; quia Roma à Romulo, vel Romani dicti sunt Quirites; quia hastati, & fortes fuerunt, vnde & qñque generaliter Quirites dñr milites; quia hastam secum deferũt; nam fortia facere, & pati Romanũ est, verba sunt Quinti Iuuen. Scæuolæ ad Porsennã, cum eius scribam interfecisset, vt refert Titus Liuius ab vrbe condita lib. 2. c. 4. & ista nota singulariter.

Ex §. Et filiusfamilias.

SVMMAE.

1 *Actione ad exhib. tenetur etiam filiusfam. si facultatem habet rei restituendæ, & ratio.*

1 §. Et filiusfamilias. ¶ Hac actione † tenetur etiam filiusfam. si facultatem habet rei restituendæ. h. d. Ratio huius est; quia regulariter ex omnibus causis filius fam. obligatur. j. de act. & oblig. l. filiusfam. fallit in mutuo, & in voto, vt clarum est.

Ex §. Sæpius.

SVMMAE.

1 *Causa mutata ex superueniẽte possessione, non obstat exceptio rei vend.*

2 *In actu iterabili absolutoria lata in primo iudicio, non parit exceptionem rei iudicatæ in secundo, dummodo probetur, q actus sit diuersus.*

1 §. Sæpius. ¶ Causa mutata ex superuenienti † possessione, nõ obst. exceptio rei iudi. h. d. Et pro euidẽtia huius. §. præmitte casum in l. cũ quærit. & l. seq. cũ seq. j. de except. rei iud. ¶ In tex. ibi [Iulianus ait] secus si agat ex noua causa superueniẽte, vt hic statim sequit. ¶ Ibi [egisset] dic, & succubuisset. ¶ Ibi [ab aliquo] dic. s. dño, & sic dñium de nouo acqsiuit. ¶ Ibi [& post lit. cont. dic, & cõtra eum finitã, de quo C. e. t. l. neq. vbi habes expressum casum. ¶ Not. q in actu iterabili ab
2 solutoria lata in primo iudicio, non parit exceptionem rei iudicatæ in secũdo, dummodo probetur, q actus sit diuersus; qa non præsumitur iteratio, vt probat text. in ver. [itẽ si ei] de hoc not. j. de iureiu. in l. cũ, qui. §. in popularibus. & istud not. quia facit ad multa, de quibus ibi.

Ex §. Si quis ex vuis.

SVMMAE.

1 *Quod ex re nostra fit, nostrum illud esse intelligitur, & quomodo id procedat.*

2 *Aedificans de pecunia ecclesiæ in proprio solo, solum ipsum cedit ædificio, contra reg. iuris ciuilis, cuius contrarium postmodum ab Auctore confirmatur, & qño intelligãtur cõtraria.*

1 §. Si quis ex vuis. ¶ Quod † ex re mea fit, meũ est. h. d. Ita alleg. ¶ Ibi [fecerit] dic ẽt suo noĩe. ¶ Ibi [aliena] dic, & sic mala fide: aliàs esset secus, vt hic sensit gl. & s. de rei vẽdi. l. Idẽ Pomponius scribit. §. 1. in hac aũt parte rõ dubitandi potuit esse; qa spẽs non poterat reduci ad primã materiã, & not. istũ tex. dum dicit [cũ sciret hæc aliena esse] per quẽ dixit Dy. q licèt dicamus in pecunia aliena soluta solutionẽ confirmari, qñ cum propria soluit j. de solut. l. si alieni. hoc tñ est verũ in connexione facta bona fide: secus si mala, vt hic, de quo vide tactum per Bart. in d. l. si alieni. ¶ Itẽ quia hic dicit de re confecta ex aliena materia, de quo loquitur. §. cum ex aliena, hic alleg. in gl. aduerte; qa multi dixerũt, q in ecclesia sit spãle, q si a-
2 liquis ædificet † de pecunia ecclesiæ in proprio solo, solũ cedat ædificio. Ita voluit gl. no. 12. q. 2. i c. Apostolicos. tã git in Spec. de empt. & vẽd. §. tertio loco. ver. qđ si cleric⁹ de pecunia. Quod nõ puto verũ; qa accidẽs nõ trahit ad se subiectũ, nec accessoriũ principale de sui natura, nec ẽt iste põt videri donare alia mẽte, facit j. de solut. l. si cũ aurũ. Itẽ fauor ecclesiæ nõ est productus in alteri⁹ iacturã, nec producẽdus, de condict. indeb. l. nã hoc natura. Iure naturæ. j. de reg. iur. & de dot. post diuor. rest. c. nup. i fin. ¶ Nõ obst. c. pen. de pec. cler. nã ibi solũ erat ecclesiæ; loquit. n. qñ cleric⁹ sterilẽ locũ reduxit ad culturã, quo casu hẽt reddit⁹ in vita, sed post mortẽ est ecclesiæ. ¶ Nõ ob. ẽt s. de re. diui. l. in tm̃. quia loqtur in ædificato in littore maris, qđ natura cedit solo, ita q alter ædificãdo, efficiat dñs directò: tñ ædificio solũ remanet, vt priùs erat, & ẽ spãle, q ædificiũ nõ cedit solo, nec solũ ædificio in ædificato in littore maris. Sed cũ ex constructione, & ex fundi datiõe, in quo cõseruat, ecclesiæ acquirat vtroque mõ ius patronat⁹. ext. de iure patron. c. nobis. & qđ ibi no. nõ credo tñ ecclesiæ (de cuius facta est constructio) &c. clericũ, in cui⁹ solo construitur, esse patronum, & circa hoc vide Io. An. in d. c. nobis. super vers. acquiratur.

Ex §. Si post iudicium.

SVMMAE.

1 *Differentia inter mortuum, & culposum.*

2 *Quando res non erat eodem modo peritura penes actorem, tenetur reus, etiam si non habebat iustam causam litigandi.*

§. Si

1 §.Si post iudicium ¶ Morosus in distinctè † tenetur de interitu, culposus non tenetur, si culpa causauit interitū. hoc dicit. ¶ In textu ibi [si post iudicium acceptum] dic scilicet in actione ad exhibendum. ¶ Ibi [homo] dic scilicet, qui petitus erat. ¶ Ibi [sine dolo, & culpa possessoris] dic scilicet, qui non habebat iustam causam retinendi, & per hoc patet, quòd ad istum textū non obstat s̄. eodem. l. tigni. §. si quis cum iud. ¶ Ibi [fuisset] dic, quia tunc videtur in mora, & ratione moræ tenetur ad exhibendum. j̄. si cert. petat. l. cum fundus. in prin. & de verbor. oblig. l. nemo. ¶ Nota hic apertè, quòd quando res nō erat eodem modo peritura penes actorem, tenetur reus, etiam si non habebat iustam causam litigandi. Adde quod notatur s̄. de rei vendicat. in l. item si verberatum. §. fin. ibi vide, quod ibi tangitur, & notatur.

Ex §. Si iusta ex causa.

SVMMAE.

1 *Qui non potest exhibere incontinenti, debet cauere de exhibendo, cum poterit.*

2 *Temporalis excusatio non excusat ab eo, quod interim potest impleri, sicut est cauere.*

§. Si iusta ex causa. ¶ Qui non potest exhi-
1 bere † incontinenti, debet cauere de exhibendo, cum poterit. h. d. ¶ In tex. ibi [illo die] dic, qui statui debet per iudicem. s̄. de eden. l. Prætor. in fine cum l. seq. ¶ Nota,
2 quòd temporalis † excusatio non excusat ab eo, quod interim potest impleri, sicut est cauere, quod facit ad multa.

Ex §. Hæres.

SVMMAE.

1 *Hæres habens facultatem rei restituendæ, tenetur nomine proprio, non hæreditario: ex dolo verò defuncti tenetur, quatenus est locupletior.*

2 *Turpia lucra sunt ab hæredibus auferenda.*

3 *Actio ad exhib. est personalis in rem scripta, & in quo differat à merè reali.*

4 *Obligationes personales diuiduntur ipso iure inter hæredes, reales autem contra solum possidentem instituuntur. Et quid lite contestata.*

5 *In realibus iudicijs beneficium trium mensium, quod datur ad confectionem inuentarij secundùm formam l. fi. §. fin autem. C. de iur. delib. non datur hæredi; quia in his non agit, nec conuenitur, vt hæres.*

6 *Dominus agens cōtra emphiteotā rei vendic. vt eum repellat, debebit probare se dominum, cum agat contra eum, tanquā contra possessorem.*

7 *Sententia lata in vti possid. contra defunctum, non transit ad hæredes, nisi ageretur ex facto ipsius defuncti.*

1 §. Hæres. ¶ Habens facultatem † rei restituendæ, tenetur nomine proprio, non hæreditario: ex dolo verò defuncti tenetur hæres, quatenus est locupletior. h. d. Et vide istum text. allegatū per gloss. l. iurisgentium. §. si vt maleficium. s̄. de pact. ¶ In tex. ibi [suo nomine tenetur.] Nec obstat s̄. eodem. l. si ad exhibendum. vt ibi notatur. ¶ Ibi [danda] dic, quòd non datur iure hæreditario: sed iure proprio. ¶ Ibi [locupletior] dic, & notanter allegatur s̄. de nox. l. pen. in fi. ¶ Ibi [consequutus sit] dic scilicet defunctus, & ratio
2 est; quia † turpia lucra sunt ab hæredibus auferenda. s̄. de calum. l. in hæredem. in princ. Et vt ista pars clariùs in
3 telligatur, attende, quòd ista actio ad exhibendum † est personalis in rem scripta, & differt à merè reali; quia personalis in re scripta datur contra possidentem, tanquam contra obligatum: sed merè realis non præsupponit obligationē. ¶ Extra allegatur iste text. quòd licèt obligationes
4 † personales diuiduntur ipso iure inter hæredes. C. si cert. peta. l. 1. & l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. reales tamen contra solùm possidentem instituuntur, vt hic, & d. l. pro hæreditarijs. in fine. Quod Cin. ibi dicit esse verum, nisi lis fuisset contestata contra defunctum; quia tunc cōueniretur hæres, licèt totum possideat solus; quia tunc pro hæreditaria portione danē, vt not. per glo. & Dyn. in in l. 2. §. fin. j̄. de præt. stipul. & in l. si possessor. s̄. de rei vēdicat. Adde de personali, quæ habet concomitantiam cū reali, quod notat Dy. in l. qui fundum. §. si tu ex parte. j̄. ad leg. Falc. & tangitur per Doct. in l. eadem. §. Cato. j̄. de ver. obl. & in l. 3. §. si hęres. j̄. commod. vbi vide. ¶ No.
5 ēt hic, quòd in iudicijs † realibus; quia hæres non agit, nec conuenitur, vt hæres. Quidam dixerunt per istum tex. quòd in iudicio reali hæres non habet beneficium trium mensium, quod datur ad confectionem inuentarij, per l. fin. §. fin autem dubius. C. de iure delib. ¶ Item facit secundū Guil. in Spec. de loc. §. nunc aliqua, versi. dicitur octauò,
6 quòd si † dominus volēs emphiteotam repellere, agat cōtra eum rei vēdicatione; quia habebit probare se dominum; quia agit contra eum, tanquam contra quemlibet possessorem, vt hic, & s̄. si quadr. paup. fecis. dicat. l. j. §. fin. & C. de præscrip. trigin. vel 40. ann. l. si quis emptionis. §. fin. & sequitur isto casu dominus agens detentationem, & meram possessionem ipsius emphiteotę. l. indebiti. § sed si nummi. j̄. de condict. indeb. non aliud; cum sit dn̄s, & possessor, & sic non possit rem suam condicere. l. fi. s̄. vsufr. quemad. cau. Sed aduerte, quia cautiùs esset domino agere condictione ex lege. l. 2. C. de iure emphit. vbi non habet probare de dominio, nec posset ei refricari quæstio dominij. l. si quis emptionis. §. sed si quis. C. de præscr. 30. ann. & l. nec creditores. C. de pign. act. ¶ Vltimò not. istū tex. per quem dicit Inn. de ver. sign. in c. Abbas. in glo. in
7 ver. sed oppo. quòd † sententia in vti posid. lata contra defunctum, non transit ad hæredem, nisi ageret ex facto defuncti. Sed contra hoc videtur facere. s̄. eo. l. si ad exhibendū. & j̄. de præt. stipul. l. 2. in fine.

Ex l. Si liber homo.

SVMMAE.

1 *Casus, in quo non habetur ratio affectionis, vel humanitatis: cū tamen secus sit in actionibus bonæ fidei.*

2 *Criminalia instrumenta non possunt peti exhiberi; quia pecuniariter non interest, vt exhibeantur.*

L. Si liber homo. ¶ Prætēdenti interesse pecunia-
1 riū, competit hæc actio. h. d. ¶ No. ergo † hic casum, in quo non habetur rō affectionis, vel humanitatis; cum tn̄ regulariter secus sit in actionibus bonæ fidei. l. cum seruus. j̄.
2 mand. ¶ Not. hanc legē, per quā gl. alibi decidit, quòd † criminalia instrumenta non possint peti exhiberi; quia pecuniariter nō interest, quòd illa exhibeantur. Ita dicit glo. in l. 2. C. de edend. in ver. exhiberi.

Ex l. Si vir nummos.

SVMMAE.

1 *Desinens scienter possidere, videtur dolo fecisse, & tenetur actione ad exhibendum.*

2 *Rei donatæ inter coniuges, non transfertur dominium: transit tamen possessio.*

3 *Viro, ad quem mulieris pecunia peruenit, effecto non soluendo, competit mulieri uendicatio rei emptæ per ipsum maritum.*

1 L. Si vir nummos. ¶ Desinens † sciēter pos
sidere, videtur dolo fecisse, & tenetur hac actione. h. dicit.
¶ In tex. ibi [suos factos nō esse] dic. s. quia prohibita est
donatio inter virum, & vxorem j. de dona. inter vi. & vx.
l. 2. & 3. ¶ Ibi [pro re empta] dic. s. ab ipso viro. ¶ Ibi [de-
derit]. s. vt à venditore liberetur, vt j. de act. emp. l. ex em
pto. §. emptorem, aliàs incipit. l. emptorem, & pro tali pe
cunia pōt agi ad exhibendum, vt hic, & s. eod. l. Iulianus.
in prin. quia si extaret ista pecunia, posset vendicari. l. ro
2 gasti. §. fin. j. si cert. pet. ¶ Nota ergo, q † rei donatæ in-
ter coniuges, non transfertur dominium. d. l. 2. & 3. tran
sit tamen possessio, & hoc videtur probari hic, & j. de ac
qui. pos. l. 1. § si vir vxori. ¶ Quid autem si vir, ad quem
pecunia peruenisset, esset effectus non soluendo, dic, q in
3 † subsidium competet mulieri vendicatio rei emptæ per
maritum, vt j. de don. inter vir. & vxor. l. vxor marito. cui
adde quod no. gloss. in l. si vt proponis. C. de rei vend.

Ex l. Thesaurus.

SVMMAE.

1 *Vbi agit quis ad rem, vel ad satisdationem eius, quod calumniosè petit, debet ei deferri iuramentum, & si iuret, q non calumniæ causa illud petat, audiri debet.*

2 *Probatio per iuramentum sufficit in causis, quæ sunt modici præiudicij, inspecta qualitate personarum.*

3 *Ex mente legis potest fieri extensio ad casum in lege non comprehensum.*

4 *Si instrumenta patris mei dicant, q instrumenta mea sunt in archa tua, iudex ex officio ad mei petitionem debet facere tuā archam aperiri, & inquiri, & quomodo intelligatur.*

5 *Petenti instrumentum authenticum sufficit iurare, q sua intersit, et quomodo procedat.*

6 *Interesse tunc probatur per iuramentum, quando agitur cōtra eum, qui dolum commisit in faciendo, secus si in omittendo; quia tunc plenè debet probari, & quando sit verum.*

7 *Appellans, qui allegat impedimētum, potest de illo docere per iuramentum, & quando hoc verum sit. & nu. 12.*

8 *Ad hoc vt de debitore suspecto de fuga possit fieri captura, sufficit iuramentum creditoris, licèt postea liquidò probari debeat debitum, & quomodo hoc sit verum.*

9 *Vbicūque periculum est in mora, & res celeritatem desiderat, talis suspicio debet per iuramentum probari. & ratio.*

10 *Præstita cautione de stando iuri, statim cessat suspicio fugæ.*

11 *Quod dicitur de captura in puro debitore suspecto de fuga, habet etiam locum in debitore in diem, vt possit ante diem capi, siue fuga sit in actu, siue in potentia.*

L. Thesaurus. ¶ Ista lex est verè thesaurus; quia allegatur
ad multa, & h. d. Pro thesauro meo in loco tuo polito,
quem loco non amoueris, competit mihi hoc iudiciū, ne
mihi vim facias, quò minùs effodiam, tollā, vel exportem:
sed si lucri cā amoueris, furti ad exhibēdū teneberis. h. d.
¶ Vel sic. Furtum non est sine contrectatione, nec de rigo
re tenetur ad exhibendum, qui ignorat se facultatem ha-
bere: de æquitate tamen iurato de calumnia, cauto de
damn. infec. cogitur pati dominum inquirere. h. d. ¶ In
tex. ibi [non moueris] h. d. quia aliàs secus esset, si amoue-
ris, vt in fine legis. ¶ In fine. ibi [furti agi potest] dic, quia
de loco ad locum amouisti animo furandi. ¶ Nota
tex. ibi dum dicit [non calumniæ causa] quia hic videtur
1 casus, quòd † agenti ad rem, vel ad satisdationem, quòd
calumniosè petit, debet ei deferri iuramentum, & si iu-
ret, quòd non calumniæ causa petit, debet audiri, facit
j. vt in possess. leg. l. si is, à quo. in gl. sufficit. facit Auth.
de exhib. re. §. si verò etiam quidam. & quod notatur in l.
2. C. vbi in rem actio. & de bon. auct. iud. possid. l. cū pro-
ponas. & in Spec. de off. om. iud. §. postea. vers. 6. ¶ Nec
obstat, quòd imò debeat probare per scripturam se non
petere, nec facere per calumniam j. vt leg. nom. cau. l.
postquam. §. si dies, quia ibi erat hæres præsens: in d. l. ve-
rò, si is, à quo. erat absens per contumaciam, secundùm Ia
co. de Are. Vel dic, q in §. si dies. legatarius in libello fa-
ciebat mentionem scripturæ legati relicti, ideo eam tene-
tur producere: sed in l. si is, à quo. secundo resp. nullā pro-
ducebat scripturam, ideo statur suo iuramento, sicut in
hac lege. quod est ponderādum ad illa iura. Sed certè nō
videtur ista lex loqui de iuramento calumniæ, sed proba-
tionis; quia aliàs non daretur hæc actio. l. 3. §. sciendum.
2 s. eod. quasi velit dicere, quòd probatio † per iuramentū
sufficiat in causis, quæ sunt modici præiudicij, attenta cō
ditione personarum; & ita videntur intelligere Doct. quia
semper allegant istam legem. Sed quòd loquatur in iura-
mento calumniæ, videtur velle Guil. qui allegat eam, q
etiam in modica causa iurari debeat de calumnia, in Spe.
de iuram. calum. §. sequitur. vers. quid si est causa modi-
ca. in 6. col. & in Spec. de primo, & secundo decreto. §. sed
post prin. & §. restat. versi. sed qualiter. & de requis. con-
sil. post princip. versi. si exigitur. idem videtur sentire Iac.
Butr. in l. prima. j. titu. primo. vbi dicit, quòd interroga-
tiones, quæ fiunt ante litem contestatam, debent fieri
sub speciali iuramento calumniæ per istam legem. ¶ Item
allegatur iste text. ibi [non esse autem iniquum] quòd
3 † ex mente legis possit fieri extēsio ad casum in lege non
comprehensum, secundùm Mart. cuius dictum vide al
legatum per gloss. in l. prima. C. de interdic. super ver-
bo, quibus. ¶ Item allegatur iste text. per Guil. in Spe.
de instrum. edit. §. videndum. vers. pone instrumenta. in
4 prima colum. quòd si instrumenta † patris mei dicant,
quòd instrumenta mea sunt in archa tua, iudex ex offi-
cio ad mei petitionem debet facere tuam archam aperi-
ri, & inquiri. Ita per aliquos inducebatur. Contrarium
tamen tenet, nisi aliquæ præsumptiones adducantur, quę
coadiuuent dictum, & verisimile reddāt, vt quia fuit tu-
tor, vel negotiorum gestor, & similia, ibi vide. ¶ Item no-
ta. ibi tex. [iuranti mihi] &c. per quem videtur probari,
5 quòd sufficiat † petenti authenticum instrumentum iura-
re, quòd sua intersit, alio non probato aliter, quod
fortè potest procedere, quando appareret ad eius vti-
litatem, vel eius mandato confectum, secundùm l. si quis
ex argentarijs. §. pertinere. supra de eden. aliàs secus. Nec
obst. ista l. quia loquitur de exhibitione, p quā pōt nemi-
ni præiudicari. Ita rńdet Iac. de Are. in l. 1. j. quemad. te-
stam. aper. vbi dicit, quòd asserens sua interesse sibi fieri
copiam inspiciendæ, & describendæ vltimæ volunta-
tis, non probabit sua interesse per solum iuramentum,
sed

ſed requiruntur aliæ coniecturæ.l. 3. §. cauſæ cognitio .de Carb. edict. agitur enim iſto caſu de alieno præiudicio, in quo de iure eius aduerſarius informatur, & non debet aperiri via, niſi vocatis, quorũ intereſt, arg. ꝭ. quib. ex cau. in poſſ. ea. l. 1. & 2. & ꝭ. de inſtit. act. l. ſed ſi pupillus. §. pro ſcribere. tali ergo non ſufficit iuramentum. & hoc notatur
6 ad limitationem huius legis. ¶In hac autem † probatione intereſſe aduertendum eſt, quòd tunc probatur per iuramentum, quando agitur contra eum, qui dolum commiſit in faciendo. l. ſemper. § in hoc interdicto. ꝭ. quod vi, aut clam. C. vnde vi. l. ſi quando. Inſt. de verb. obl. §. fin. ſecus ſi in omittendo; quia tunc debet plenè probari. ß. de eden. l. argentarius. §. fi. & hæc vera, quando ratione doli in obtinendo agitur ad id, ad quod non erat obligatus, vt dicitur hic in fine, ſed ſolùm officio iudicis poterat compelli, ſed ſi foret obligatus, etiam tunc ſufficeret iuramentum. ß. de rei vend. l. qui reſtituere. ꝭ. de in lit. iuran. l. in actionibus & de admi. tu. l. tutor, qui repertorium. in prin. ¶Item allegatur iſte tex. per Io. Andr. in Spec. de appella-
7 tione. §. nunc breuiter. ver. quod ergo. quòd † appellans, qui allegat impedimentum, poteſt de illo docere per iuramentum, allegat iſtam legem. quod tamen eſt verum ſecundùm eum, quando appellatio agitur in remotis, ita quòd probatio impedimenti eſſet multum difficilis, aliàs ſecus. ¶Item allegatur iſte tex. ad quæſt. quòd vt de de-
8 bitore † ſuſpecto de fuga poſſit fieri captura, ſufficiat iuramentum creditoris, licèt poſtea liquidò probari debeat debitum, & quod hoc ſit verum, probatur; quia vbicunque periculum eſt in mora, ad probationem ſuſpicionis ſufficit iuramentum, vt not. Inn. vt lit. non cont. in c. qm̃ frequenter. ſuper verbo, ſummatim. & idẽ voluit Azo in ſumma C. vbi in rem act. pro iſta parte etiam videtur caſus ꝭ. de dam. infec. in l. eorũ. niſi dicatur, quòd timenti de damno infecto debet caueri, & hic timor probatur ꝑ iuramentum calumniæ. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. de
9 dam. inf. vbi enim mora † eſt periculum allatura, & res celeritatem deſiderat, talis ſuſpicio debet per iuramentum probari; ita eſt hoc caſu; quia ſi aliæ probationes exigerentur, debitor interim fugeret. ¶Non obſt. quòd ſuſpicio eſt probanda plenè, vbi requiritur plena probationis exiſtentia; quia poteſt dici hoc verum eſſe, niſi periculũ ſit in mora. Similiter non obſtat, quòd captura ſit magni præiudicij; quia poteſt negari, attento quòd ſtatim poteſt reparari, præſtita cautione de ſtando iuri, qua præſtita
10 † ſtatim ceſſat ſuſpicio. ꝭ. de priuil. cred. l. ſi creditores. & ad Trebell. l. quod de bonis. §. ſi pupillo. ¶Non obſtat etiam illa. l. ſi creditores. in eo, quod dicit, quòd cauſa cognita, conſtare debet hæredem eſſe ſuſpectum, vt ſatiſdatio præſtetur; quia periculum ibi non erat in mora; ex eo quia non agebatur ibi, quòd eſſet fugitiuus, vel ſuſpectus, ſed quod non eſſet locuplex facultatibus, ſecundùm gloſſ. ibi. ideo requiritur cauſæ cognitio. Adde tamen ad id, quod dixi de captura, quòd locum habet etiam in de-
11 bitore † in diem, vt fugitiuus poſſit capi ante diem l. quę ſitum. ꝭ. de pign. Item eſt verum, ſiue fuga ſit in actu, ſiue in potentia. C. de pign. act. l. pen. & quod ibi notatur. ¶Vltimò nota iſtum tex. qui allegatur per Ioan. Andr. in Specu. de appellat. §. nunc videtur. verſ. quod ergo. quòd
12 appellans † poteſt docere de impedimento per iuramentum, quod tamen eſt verum (ſecundum eum) quando appellatio agitur in remotis, ita quòd probatio eſſet multùm difficilis; aliàs ſecus, quod eſt quotidianum, & vtile ad not. extra de appell. in c. ex ratione.

Ex l. Cum ſeruus.

SVMMAE.

1 *De facultate, vel poſſeſsione ſerui tenetur dominus ad exhibẽdum, de dolo autem tenetur noxaliter.*

1 **L. Cum ſeruus.** ¶De facultate, † vel poſſeſsione ſerui tenetur dominus ad exhibendum, de dolo autem tenetur noxaliter. h. d. ¶In tex. ibi [ad exhibendum] dic ſcilicet directa. ¶Ibi [noxalis] aduerte; quia regulariter ex delicto tantùm datur noxalis. l. 1. §. cum ſeruus. ß. de his, qui deiec. vel effud. ¶In gloſſ. ſuo nomine. ibi [dominus habere videtur] vt ꝭ. de acqui. poſſeſſ. l. quod ſeruus. ¶In glo. de dolo. ibi [in factum] &c. hoc dicit. ¶Nec obſtat quod alibi dixit, quòd actio de dolo non debet dari contra dominum, qui non commiſit dolum. ¶In gloſſ. fin. quæ fuit Irner. in fine ibi [quod eſt falſum] per leges contrarias, licèt aliter notetur in l. ſed ſi res. hic alleg. De vtili tamen, & directa, quando competant, & vnde cauſentur, vide quod notatur in l. curatores. C. de neg. geſt.

Ex l. Si quis hominem.

SVMMAE.

1 *Exhibitio ſerui debilitati, forma non mutata, inducit abſolutoriam in actione ad exhibendum, tenetur tñ lege Aquilia.*

2 *Debilitatio non dicitur mutare formam rei, & qualiter ipſa debilitatio probetur, remiſsiuè.*

3 *Debilitatio quò ad irregularitatem, an æquiparetur morti, remiſsiuè.*

L. Si quis hominem. ¶Exhibitio ſer-
1 ui † debilitati (forma non mutata) inducit abſolutoriam in hac actione ad exhibendum: tenetur tamen leg. Aquil. h. d. ¶In text. ibi [debilitatum exhibeat, vel eluſcatum] dic, non mutata tamen forma, & per hoc ceſſabit omne contrarium. ¶In gloſſ. 1. hic poſita, ad huius declarationem vide quod dixi in l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ß. eodem.
2 ¶Nota ergo, ꝙ debilitatio † non dicitur mutare formam rei. Qualiter autem hæc debilitatio probetur, vide quod notat Bart. in l. 1. §. is autem. ꝭ. ne quid in loc. pub.
3 ¶Adde, an † talis debilitatio æquiparetur morti quò ad irregularitatem. vide gloſſ. ordinariam. in clem. ſi furioſum. de homicid. vbi concludit, quod ſic, & vide iura ibi allegata.

Ex l. Solutione.

SVMMAE.

1 *Creditor (etiam poſt ſolutionem) pro inſtrumentis poteſt agere, vt exhibeantur; q̃a illius intereſt habere inſtrumẽtũ debiti.*

2 *Debitor ad inſtantiam creditoris poteſt compelli ad faciendum ei inſtrumentum de debito, qui habet probationem per teſtes, & idem ſi per confeſsionem de illo conſtaret, cũ alijs caſibus.*

3 *Notarius ſi iuſſus nolit facere inſtrumentum, tenetur ad intereſſe partis.*

4 *Lacerans inſtrumentum coram iudice productum, qua pęna punietur, & quomodo hac in parte conſuletur.*

5 *Quando instrumentum est confectum de pecunia debitoris, dicitur ad eum spectare, & licèt possit mandari, vt exhibeatur: tamē si nolit, & occultet, non propterea dicitur committere furtum, cùm res sit propria: sed si de pecunia creditoris sit confectum, tunc dicitur ad eum spectare, vt hic.*

6 *Si debitor petit sibi reddi instrumentum debiti soluti, & creditor non habeat facultatem restituendi, condemnabitur ipse creditor ad liberandum eum per acceptilationem.*

7 *Agens an possit compelli ad declarandum, agat ne vtili, an directa actione, remissiuè.*

L. Solutione. ¶ Creditor (etiam post solutionem) pro instrumē-

1 tis † potest agere, vt exhibeantur. h. d. ¶ In tex. ibi [ab alio] .s. detinente, vel possidente illud, aliàs, & cæt. ¶ Nota ergo, quòd etiam post debitum dissolutum, interest creditoris habere instrumētum debiti, facit ȷ. de fur. l. fullo. Et

2 ratio huius ponitur hic in glo. & ideo potest creditor† petere à notario, quòd ei releuet illud instrumentum debiti. Ita probatur hic. ¶ Adde quod notat gl. in l. 2. in prin. ȷ. sol. mat. quæ decidit, quòd debitor potest ad instantiā creditoris compelli ad faciendum ei instrumentum de debito, quod habet per probationem per testes, & idem si de illo constaret per confessionem, ad quod facit l. 1. §. idem Varus. ȷ. de aqua plu. arc. ¶ Nec ob. l. nimis graue. C. de testi. quia loquitur, quando nullam habebat probationem, qui petebat. ¶ Ex his infertur, quòd idē sit, si instrumentum aliàs confectum sit amissum, vt renouetur, notat gl. in l. chirographis. in fi. ȷ. de admi. tut. Idem si à vetustate sit consumptū, & à muribus corrosum, in Auth. de hær. & Falc. §. 1. in verbo, reparare. ext. de fid. instru. c. inter dilectos. & c. fin. & ibi gl. ext. de priuileg. ca. olim. il primo. C. de discussor. l. 2. lib. 10. Auth. de mand. Princip. §. coges. & Auth. vt sponsal. larg. §. & hoc insup, & de ista materia uide Barto. in l. si finita. §. eleganter. ȷ. de damn. infect. & adde gl. ext. de testi. in c. significauit.

3 ¶ Quid autem † si iussu nolit facere instrumentum. Dic, quòd tenetur ad interesse partis, casus est notabilis secūdum vnam lecturam. ȷ. de verbor. obl. in l. ex ea parte. in prin. vbi Bart. notanter istam legem alleg. ¶ Item quid si

4 instrumentum coram iudice productum † quis laceret, quomodo consuletur, dic, quòd quò ad probationem statur sacramento producentis. C. de probat. l. si de possessione. dic quò ad punitionem, si non lacerauit ex proposito: sed ex animi indignatione, debet puniri extra ordinem. Ita dicit Io. And. de fide instru. in c. accepimus. in nouella. quod Bal. dixit alibi non reperiri, in l. 1. C. de fid. instr. quod no. ¶ In gl. 1. dū allegat [l. dissolutæ.] no. quia hoc facit, ꝙ reus potest petere ab actore sibi edi instrumentum ad exceptionem suam fundandam. quod est cōtra opin. Azon. in l. 1. §. editiones. s̄. de eden. & in l. fi. C. de eden. Ad propositum tamen aduerte; ꝙ est longa diffe-

5 rentia in facto, de quo hic, an instrumentum † sit confectum de pecunia debitoris, & dicitur ad eum spectare. l. fin. hic alleg. sed si de pecunia creditoris; tunc spectat ad creditorem, vt hic. Et hoc scire est vtile; quia primo casu etiā potest mandari, ꝙ exhibeatur, sed licèt nolit edere, vel exhibere, & occultet, non propterea committet furtum, cum res sit propria. l. pen. ȷ. de condict. ob caus. licet aliàs puniatur secundum contumaciam, facit l. 2. in prin. ȷ. de fur. hic. & l. fin. & quod ibi notatur. C. de fide in-

6 str. ¶ Quid autem si debitor † petat sibi reddi instrumentum debiti soluti, & creditor non habeat facultatem restituendi, quomodo ipsi debitori consuletur. Dic, quòd condemnabitur creditor ad liberandum eum per acceptilationem, per casum l. huiusmodi. §. si ita. de leg. 1. ¶ Extra videtur facere iste tex. & l. præcedens. quia faciūt mentio-

7 nem de vtili, & directa, ad quæst. an agens † possit compelli ad declarandum, agat vtili, vel directa, de quo in Spec. de procurat. §. sequitur. vers. sed quæritur, an talis. latiùs ponit in titu. de act. & petit. §. primo. vers. sed nun quid teneatur. Quam quæst. vide reassumptam per Bart. in l. si duo. ȷ. de solu. vbi hanc quæstionem meliùs tāgit.

l. Ad exhibendum.

SVMMAE.

1 *Ius ciuile non debet calumniari, nec eius verba sunt captanda.*

2 *Mens debet potiùs spectari, quàm verba.*

3 *Ratio est prima cogitatio, quæ remanet in quacunque dispositione.*

4 *Verba vbi benignam interpretationem accipere possunt, nunquam trahenda sunt ad iniquum, & durum sensum.*

5 *Ad legem condendam præsumitur legislator motus ea ratione, qua moueretur sapiens quisque uir, & discretus, si de hoc fuisset interrogatus.*

6 *Sicut homo consistit ex anima, & corpore, ita lex ex ratione, & verbis constat, & quemadmodum verba legis sunt vti corpus, & superficies ipsius, ita mens & ratio se habent, tanquā anima ad ipsum corpus.*

7 *Statutum disponens, quòd post lapsum termini appositi in instrumento, debeat debitor posse capi, habebit etiam locum in debitore puro, & ratio.*

8 *Omnis obligatio quantumcunque pura, habet in se terminum saltem decem dierum.*

9 *Interesse, quod uenit à casu, non consideratur, nec est probabile.*

10 *A uerbis legis potest recedi propter impropriam expositionē, & quomodo hoc intelligatur, & procedat.*

11 *Quando communis vsus loquendi repugnat propriæ verborum legis significationi; tunc mens legis est, vt ipsa intelligatur secundùm eum.*

12 *Statuto disponente, ꝙ faciens sanguinem in Palatio puniatur, non punietur ille, qui fecit phlebotomiam; quia mens statuti in minus se habet, quàm uerba.*

13 *Si statutum simpliciter dicat, ꝙ homicida puniatur pœna capitali, non comprehendet homicidium licitè factum ratione absurdi intellectus euitandi.*

Item si mandantis quis committi homicidium.

1 L. Ad exhibendum. ¶ Ius ciuile† non debet calūniari, nec eius verba captari, vel circunueniri, & ex lectione frequēti fit qs doctior. h. d. ¶ In tex. ibi [quorū interest] hic dicit simpliciter, & indistinctè, talia tn̄ verba dicit Iurisconsultus ad sanū intellectū reducēda. ¶ Ibi [rōnes] dic nō cōfectæ, me mādāte; aliàs secus, vt s̄. e. l. 3. §. interdū. cū ibi notatis. ¶ Ibi [eius interest] intelligo de interesse pecuniario, & suo iure; aliàs sec⁹, vt sequit. ¶ Ibi [ius ciuile] cuius verba ponit in prin. huius legis. ¶ Ibi [neque verba] .s. simpliciter posita s̄. i prin. huius legis. ¶ Ibi [libro] dic socij sui. ¶ Ibi [egisset] no. tex. ad gl. in l. 1. C. de sentē. q̄ p eo, qđ inter. profer. q incipit, & ita fine. & cæ.

2 ¶ No. à parte ex lege ista, ꝙ mens† poti⁹ debet spectari, q̄ verba, facit de suppell. lega. l. Labeo. 3 8. dis. c. sedulo. ext. de ver. sig. c. ppea. & no. gl. ext. de priuil. i c. quāto. i 1. glo. Mens autem est idem, quod ratio legis, vt not. Dy. de reg. iur. in capit. vltimo. lib. 6. facit quod notatur in l. 1. C. de

3 interdict. & ratio est; quia ratio † est prima cogitatio, quę

quæ manet in quacunque dispositione, in Auth. vt fact. no
uæ cóst. in prin. & in Auth. vt iud. sine quoquo suf. in prin.
4 §. 1. ¶ Item nota, quòd verba † nunquam sunt trahenda
ad iniquum compendium, nec interpretanda durè, vel ini
què, vbi recipere possunt interpretationem benignam. l.
si à patre. §. si prędo. s̃. de pet. hæred. & l. illud. in prin. eo.
tit. & C. de sol. & liberat. debi. ciuit. l. 1. lib. 11. vt enim
5 iniquit Philisophus in Topicis lib. 2. † ad legem códendā
præsumitur legislator motus ea ratione, qua moueretur
discretus, & sapiens, si de hoc fuisset interrogatus; ideo
cū per homines sapiétes leges, & statuta fierēt, vt patet in
procœ. Digest. & C. & in procœ. Clem. semper in eis cessat
calūniosus, & captatorius intellectus, & sanum intellectū
nunquam abhorrent, & si verba aliter se haberent, tamen
6 mens legislatoris aliud vult, & vt dicit Bal. sicut † homo cō
sistit ex anima, & corpore, ita lex consistit ex ratione, &
verbis; verba enim legis sunt, vt corpus, & superficies, ani-
ma legis est ratio, siue mens ipsius legis, & hæc magis de-
bet attendi, quàm superficies, siue cortex verborum. s̃. de
legi. l. scire leges. 1. quæst. 1. c. Marchion, & Bacilides. &
de verbor. signif. c. intelligentium. & non solùm in le-
gibus, & canonibus, sed in omni alia dispositione mēs
est præferenda. ¶ Nec obstat. l. prospexit. j̃. qui. &
à quib. vbi videtur deseruiendum verbis, & non subintel-
ligenda ratio; quia potest dici, quòd ratio legis debet attē
di in sua generalitate, idest in generibus singulorum, non
in singulis generum: vnde licèt in aliquo casu singularis-
sima cesset ratio legis: non tamen restringitur lex; quia
sufficit, quòd ratio legis sit rationabilis in sui generalita-
te. Ita intelligatur illa lex secundùm Bal. in l. si quis ser-
uo. C. de furt. Et per prædicta fuit hic consultum in quæ-
7 stione facti super statuto † disponente, quòd post lapsum
termini appositi in instrumento, debeat debitor posse ca-
pi, fuit enim dubitatum, an etiam habeat locum in debito
puro. Et fuit determinatum sic, vt non sit melioris condi
tionis, quod debetur in diem, quàm quod debetur purè.
ff. de vsuf. lega. l. Sempronius Attalus. & quia est eadē ra-
tio in eo: vnde non appellatur extensio, vt notat glo. in c.
8 1. de temp. ord. lib. 6. ¶ Itē quòd omnis † obligatio (quā-
tumcunque pura) habet in se terminum saltem decem die
rū, patet ī sentētia, & in alia obligatione. s̃. de iud. l. si de-
bitori. cū ibi no. per glo. & ī l. promissor Stichi. j̃. de con-
stit. pecun. ergo ex productione instrumenti apparet la-
psus terminus, & licèt isti sint termini legis, & non instru
menti, de quibus loquitur statutum: tamē & iste termin⁹
satis dicitur contineri in instrumento; quia inest obliga-
tioni, de quo in illo, arg. j̃. si cert. peta. l. cum quid. facit
quod notat Bal. in l. 1. de his, quæ in test. dele. & in l. ad
probationem. C. de proba. Generaliter autem an, & quā
do generalia verba legis restringantur, vide quod notat
Bar. post Iac. de Are. & Old. in l. 1. §. nunciatio. de oper.
nou. nunc. ¶ In glo. vlt. in fine. tu dic, quòd hic non consi
9 deratur interesse; quia venit † à casu, nec est probabile,
ideo eius consideratio non habetur. j̃. ad l. Rhod. de iact.
l. 2. §. portio. & j̃. de inreiur. l. his. secundùm Iaco. Butr.
¶ Vltimo propter notabilem doct. istius literæ allegatur
10 alibi, quòd à verbis † legis posſit recedi propter impro-
priam expositionem, in quo dic, quòd si velit quis trahe-
re verbum legis ad alium intellectum improprium per
aliam legem, potest, & ita debet intelligi glo. 2. in l. nō du
bium. C. de legi. sed vbi lex alia non apparet, statur pro-
priæ significationi. l. 1. §. si is, qui nauem. j̃. de exercit. fal-
lit, si alia appareat mēs legis, quæ tollitur ex multis. ¶ Pri
11 mò † si sensus proprius contineat iniquitatem; nam isto
casu intelligimus secundum improprium. l. in ambigua.
s̃. de legi. & ista est mens legis, de qua loquitur. d. l. nō du
bium. istud probatur. in d. l. in ambigua. ¶ Secūdò fallit,
quando ratio legis repugnat; quia ratio legis est mens le
gis. vt. s̃. dixi. ¶ Tertiò fallit, si communis vsus loquendi
repugnaret propriæ significationi; quia tunc mens legis
est, vt intelligamus secundùm vsum communem loquen
di, licèt sit improprius. l. 1. in fi. j̃. de suppell. lega. l. libro-
rum. §. quod tamen Cassius. de lega. 3. l. nō aliter. eo. tit.
& l. si alij fundū. de vsufr. lega. Et ex his infertur ad plura.
12 ¶ Primò si statutum † dicat, quòd faciens sanguinem in
Palatio, non puniatur, qui fecit phlebotomiā; mens enim
statuti in minus se haberet, quàm verba. ¶ Similiter si sta
13 tuto † dicetur simpliciter, quòd homicida puniatur pœ-
na capitis, non debet intelligi de homicidio licitè facto;
quia talis intellectus esset absurdus, & hoc probatur, arg.
istius tex. hic. ¶ Item † nec de mandante homicidium cō
miti intelligetur: secus videtur, si statutū dicat, quòd ho-
micidium commissum puniatur; quia committeretur ve-
lut genus, & comprehendet etiā eum, qui per interpositā
psonā facit. j̃. de adult. l. & si amicis. vbi dicitur, ꝙ collo-
quio, & tractatu adulterium committitur, meliùs vide-
tur facere ext. de sent. excomm. c. mulieres. vbi dicitur ve
rè committere, qui mandat, & hoc tenuit Iac. Butr. in d.
l. non dubium. C. de legi. Contra hoc tamen videtur face
re; quia hoc casu verba sunt scripta in personā, ergo, &c.
secundùm notata per Bar. in l. hæc verba. j̃. de adult. vbi
vide, & quod tangit in l. non solùm. §. si mandato. j̃. de
iniur.

Ex l. Quæstionis.

SVMMAE.

1 *Actione ad exhib. tenetur dominus exhibere seruū delinquen*
tem pro indicandis seruis consciis delicti, quod quando, &
quomodo verum sit, declaratur ab ipso Auctore.
2 *Alterius peccatum tenetur quis indicare ad pœnitentiam.*
3 *Clericus indicans delinquentem, an efficiatur irregularis, &*
quomodo de hoc interrogatus posit responderi, ne sit per-
iurus.

L. Quæstionis.

¶ Dominus tenetur
hac actione, vt exhi-
1 beat seruum † pro indicandis seruis, qui deliquerunt. h.
d. ¶ In tex. ibi [delictis seruorum] dic, pro quibus agitur
noxaliter, & etiam pecuniariter; secus si accusarentur cri
minaliter, arg. s̃. eod. l. si liber. ¶ Ibi [ad indicandos] ad
hoc vt ex eius dicto iudex informetur, non vt exinde iu-
dex probationes admittat, licèt glo. videatur aliter senti-
re, & vide istum tex. allegatum in Spec. de test. §. de te-
stiū. versic. Item dicit Baga. & ponit ista lex casum specia
lē, in quo quis interrogatur de socijs. Alij notāt p glo. C.
de accusat. l. fi. nam regulariter contra, vt ibi de quo sta-
tim aliquid dicetur. ¶ In gl. fin. in fi. ibi [præcedere tamē
oportet indicia] nota bene ad intellectum specialium ca
suū, qui ibi notātur, ꝙ debeant torqueri, nisi alia habeant
indicia, & circa hoc vide. l. 1. §. qui quæstionē. & §. Diuus.
& l. Diuus Pius. j̃. de quęst. & l. Diuus Adr. j̃. de custod.
reor. & j̃. de prob. l. cum probatio. & de ista interroga-
tione in casibus particularibus videndum est. j̃. ad Syl. in
l. etsi certus. & extra de cōfess. in c. 1. In hoc tamē pro cla
ra intelligentia cōcludo, secundùm quod Bar. voluit in l.
repeti. §. fin. j̃ de quæst. vbi dicit, quod in maleficijs, quæ
principaliter non committuntur in alterius iniuriam, sed
in damnum, vt furtum, & similia, quòd fur, & similes

tenentur indicare socium, ita intelligit istam legem: secus in his, quæ consequenter committuntur in alterius iniuriam; quia tunc non tenetur indicare, nec de eo debet interrogari. d. l. repeti. §. fi. ratio differentiæ; quia primo casu non potest alios delinquentes accusare, ideo faciliùs permittitur iudici inquirere, in secundo secus, secundùm
2 Bart. ibi. ¶ Adde, quòd peccatū † alterius tenetur quis ad pœnitentiam indicare. Ita dicit Inn. extra de sim. in c. nemo. & ibi allegat istum tex. aliàs autem non tenetur. l. 3. §. si tibi iudicium. ÿ. de condic. ob turp. caus. iuncta. l. pen. eo. tit. sic inducendo; quia si licet recipere pro indicādo, ergo non tenet. aliàs turpiter reciperet, vt ibi. ¶ An au
3 tem clericus, † indicans delinquentem, efficiatur irregularis, & quomodo possit interrogatus respōdere, ne sit periurus, vide notab. tex. cū glo. 2 2. quæst. 2. in c. nequis arbitretur. & Guil. in Spec. de leg. §. iuxta prouisionis. vers. quid si iudex, vel officialis. & vers. seq. in 17. col. vbi vide latiùs.

Rub. De interrogatorijs actionibus.

S V M M Æ.

1 *Interrogationes quot, & quæ sint in iure.*
2 *Causa debet præcedere suum causatum, qua remota, & ipsum remouetur, quod intellige verum ad producendum rem in esse.*
3 *Iura correcta alleganda non sunt, & maximè ad decisionem causarum.*
4 *Libellus est iudicialis scriptura, claram continens intentionē actoris.*
5 *Iudicis officium simpliciter sumptum, est multùm generale, & plura complectitur, de quibus omnibus uide.*
Idem & quandoque sumitur largè, & quomodo tunc intelligatur. nu. 6.
7 *Iurisdictio, & officium iudicis quomodo inter se differant, & quid sit iurisdictio, & officium iudicis.*
8 *Iudicis officium carens iurisdictione, est nullum.*
9 *Vbi deest iurisdictio, non oportet appellare, sed ea posita, appellatur ab officio malè interposito.*
10 *Officium sumitur quandoque pro potestate circa ea, quæ extra iudicium expediuntur, quæ tamen dependent à iudicis potestate.*
11 *Argumentum à consuetis in iure validum est.*
12 *Vbi libellus offertur, sequi debet sententia absolutoria, vel cōdemnatoria, quæ sit conformis libello.*
13 *Definitiua sententia debet petitioni conformari.*
14 *Distinctio tradita ab Auctore, quando sit necessarius libellus, & quando non, siue loquamur de mercenario iudicis officio, siue nobili.*
15 *Decretum est deliberata permissio condemnationem, vel absolutionem non continens, in quo non requiritur libellus, nec petitio, & ratio.*
16 *In causa remouendi procuratorem, tanquam suspectum, nō exigitur libellus.*
Item nec in causa spoliationis. nu. 17.
Item non requiritur, vbi non desideratur figura iudicij, sed potest procedi, velo leuato. nu. 18.
Item quando agitur contra personam incertam. nu. 19.
Item non requiritur in exequutione sententiæ. nu. 20.
21 *Reuocatio tenutæ potest peti simplici verbo sine libello.*
22 *Interpositio libelli an possit de partium volūtate admitti, vel remitti, vbi requiritur, remissiuè.*

IN Rubrica, dum dicit de interrogatorijs, dic, idest de actionibus intentandis, vt quis teneatur respondere interrogationibus faciendis, quæ actiones hodie recesserunt ab aula, vt. ÿ. l. 1. §. 1. Et dic, interrogatorijs, vt ex talib⁹ iudex informetur, non vt ex illis probationes assumat; licèt gl. videatur aliter intelligere, & de ista materia vide in Spe. de interrogationibus, quæ fiunt ante litem contestatam. & in
1 tit. de præparatorijs iudiciorum. ¶ Ad euidētiam autem totius huius theoricæ præmitte, quòd sunt quædam interrogationes, quæ fiunt parti ad maiorem præparationē, de istis propriè loquitur iste titulus, & l. 1. ÿ. eo. ¶ Quædam sunt, quæ fiunt parti post litem contestatam, & ad terminationem causæ, & de istis loquitur tit. de cōfesis. & ista concernunt propriè materiam positionum, de qua in l. 1. §. quod obseruari. C. de iureiur. propter calum. aliquid tāgā in l. de ætate. §. nihil. ÿ. eo. ¶ Quædā est interrogatio, quæ fit etiam parti ad corroborationem iudicij, de ista potest intelligi ÿ. eo. l. vbicunque. vt ibi dicetur. ¶ Quedā fiunt ad euitationē iudicij, & de ista. s. de procurat. l. si reparatus. & de iudic. l. si debitori. ¶ Quedam, quæ non fiūt parti, sed testi ad interrogationem veri, de ista loquitur. l. 3. & quasi per totum. ÿ. de test. & C. de testi. l. nullum. & l. testiū. de istis tamen omnibus incidenter quandoque tāgetur, secundùm quod melius videbitur conuenire. ¶ In glo. Rub. in prin. ibi [ita & hæ interrogationes tā realium] vt. ÿ. eo. l. qui seruū. §. fi. s. tit. 1. l. 1. & l. 3. §. est autem. cum. §. seq. & l. gēma. ¶ Dum subdit [sunt præparatoriæ] Dic, non obstant, quia secundùm hoc debuisset pre
2 cedere iste titulus, cum causa † precedere debeat suum causatum, vt notatur in l. 3. §. ex pluribus. ÿ. de acquir. pos. & l. si mater. §. eadē. & l. an eadē. §. actiones. de excep. rei iud. remota enim causa, remouetur effectus. C. de epis. & cleric. l. generaliter. & ibi Glo. resp. verum esse, quòd causa debet præcedere suum causatum ad producēdum rem in esse. l. 1. s. de orig. iur. & ita est hic, quia ad producendum rem in esse, idest materiam huius tituli, oportet, quòd talis actio præcedat, & competat actori, sed quò ad ordinē iudiciarium ista debet præcedere. Ita loquitur ista gloss. ¶ In eadem glo. ibi [quod hodie non fit] &c. non obstat quòd, si hoc est correctum; ergo non debuit allegari; quia
3 iura † correcta alleganda non sunt. s. ad l. Aquil. l. 1. C. de contrah. empt. & vend. l. dudū. & C. de vete. iur. enuclean. l. 2. §. hæc omnia. propē fin. quia potest responderi illud verum ad decisionem causarum, vt notat Cin. in l. leges. C. de legi. circa quod vide quod notatur extra de iudi. in c. nouit. in glo. sed cum hæc lex. ¶ In eadē glo. ibi [vu
4 de si quæras, an libellus] &c. dic, idest iudicialis † scriptura clarā continens intentionem actoris, in Auth. de exhibē. reis. §. Sancimus. nostri sumunt Auth. offeratur. C. de lit. contestat. ¶ Ibi [sit dandus] dic, scilicet quando fit interrogatio ad ordinationē litis. ¶ Ibi [per solum officium] dic quotuplex sit officium, tangitur in multis locis. tangitur. C. depos. in l. 4. & Inst. de act. in §. sed isto tangitur etiam per aliquos in l. 1. s. de iur. om. iud. pro cuius intel
5 ligentia aduerte, quòd hoc verbū, officium, † simpliciter sumptum est multùm generale, quia adaptatur non solū ad officium iudicis cum iurisdictione coniunctum; sed ad alios iurisdictione carētes, vt priuatos, qui in suis actibus debent vti certis modis officiorum. Ita sumit Tulli⁹ in officijs in prin. ibi [nulla pars vita] & ita etiam sumitur. 89. dist. in c. singula. & de testam. in c. cum officijs. & de tali appellatione sic lata etiam vide per Areti.
6 extra de consuet. in c. 1. lib. 5. ¶ Potest etiam sumi † largè

gè istud nomen;qa consistit circa multa. Ita sumitur in l.
1.§.de iur.om. iud. ista autem cumulare magis laborio-
sum esset, quàm subtile, vt tangitur per Hostien. in
summa de off.iud.& per Guil. eo.tit. §. iudicis officium.
& §.sed pone.& §.deseruit.vbi de nobili, & de mercena-
rio,& de eo,quod est extra iudicium,quod etiam in mul-
tis consistit,vt in d.§.¶ Pôt autẽ distingui, q̃ qũ loquun-
tur prædicti de officio iudicis, prout causatur à iurisdi-
7 ctione,& differt tunc † iurisdictio ab officio,sicut habitus
ab actu; nam iurisdictio est potestas de publico introdu-
cta,&c.ad finẽ exhibendæ iustitiæ : officiũ aũt iudicis est
exequutio illius potestatis,& sic deducere habitũ ad actũ
8 suum,& sic sine iurisdictione†nullum est officium. Memi-
ni habere in auditorio meo D.Ioannem de Estrilo, quem
adiui sæpius dicentem [ragione senza forza non vale vna
stopa] ea verò posita,officium iudicis (etiam iniquè mi-
nistratum) sortitur effectum.l.pen.§.Prętor.de iust.& iur.
& extra de verb.signif.c.forus.§.iudex. & ideo vbi deest
9 iurisdictio,non oportet † appellare,sed ea posita ab offi-
cio malè interposito appellandum est.l. 1. ĩ. de appellat.
& extra de appellat.c.cum speciali.§. porrò.& istam dif-
ferentiam inter officium, & iurisdictionem iudicis ponit
10 Bar.in l.1.C.si à nõ compet.iud.¶Sumitur† etiam officiũ
pro potestate circa ea, quæ extra iudicium expediuntur,
quæ tñ depẽdent à iudicis potestate,vt collationes benefi
ciorum,& similia,de quibus in c.dilectus.extra de off. or
di.& in l. 1.§.quies.& §.cura carnis.š.de off. præfect.vrb.
& l.si in aliquã.š. de off. proconf. & leg. Sunt etiã quædã,
quæ dependent à publica potestate, non à iurisdictione,
vt illa,quæ sunt fori episcopalis,vel ordinis, de quibus in
c.accedentibus.de exces.prælat.& quod notat glo.de iu-
dicibus cartularijs in l. 1. š. de iud. ¶Ibi [consueuit] &
11 sic à consuetis † argum. š. de legib.l.de quibus.& l. certi
condictio.§.pen.ĩ.si cert.petat.& š.de rei vendic.l.quod
si possessor.¶Ibi[generalius autem dico] hic glos. subdit
secundam ratione à necessitate, quæ est in iudice deficiẽ-
te, quando libello oblato procedetur. Et aduerte ad hoc
secundùm glo.quæ quotidie allegatur in l. 1. š. de eden.
vbi contrarium notari videtur,& per Guil.in l. nec quic-
quam.§.vbi decretum.š.de off.procon.& leg.quod decla
ra,vt statim. ĩ. subdam. ¶Ibi [misericorditer] dic idest
humiliter.¶Ibi. [l. de pupillo.§. meminisse] & supra de
iurisd.omn.iud.l. 1.& ad Trebe.l.ille, à quo.§.tẽpestiuũ.
Hic autem dic,quòd vbi non misericorditer imploratur,
sed contra inuitum agitur,offertur libellus. ¶Ibi [& ma
12 xime]dic,quòd hic est alia ratio † ab effectu; quia vbi li-
bellus offertur,sequi debet sententia absolutoria, vel con
demnatoria conformis libello. Item,quia etiam hic sub-
dit aliam rationem à cognitione causæ;quia tunc offertur
libellus,quãdo plenè cognoscitur,sed hic nõ plenè.¶Ibi.
[l.voluit] dic,& sic non requirit causæ cognitionem,ergo
sine libello.d.l.nec quicquam.§.vbi decretũ.¶Ibi. [l. de
submersis] vbi dicit, quod in summarijs non debet libel-
lus offerri, sed in istis interrogationibus summatim pro-
ceditur.ĩ.l.1.ergo,&c.Aduerte tamen, quòd tex.& glo.
in l.scire oportet.§.oportet.ĩ. de excusat. tut. vult, q̃ in
summarijs possit dari libellus, licèt agens nõ cogatur,gl.
in l.2.§.dies. ĩ. quis ord.in bon.poss.seru.vult, quòd de-
tur,si appareat cõtradictor,aliàs non,sic in l.fi. C.edic.Di
ui Adr.tollen.& in l.1.de Carb.edic.Glo. tamen in d.l.de
submersis. dicit, quod hodie(etiam in summarijs) offer-
tur libellus, quod intelligo quò ad qualẽ qualẽ petitionẽ
apud acta,vt in clem.sæpe.de verb.signif. Ideo autẽ in il-
13 la requiritur;quia definitiua † expectatur, quæ debet ex
petitione formari.l.2.C.de sent.ex peric.recit. facit quod
statim dixit glo š. Generaliter autẽ de casibus,in quibus
non offertur libellus,tangitur per Inno. de libell.obla. in
c. 2.latiùs Guil.in Spec.de libell.concept. §. nunc dicen-
dum.Concludo sic in hoc articulo, an, & quando sit ne-
14 cessarius † libellus. Si loquimur in officio mercenario,
non requiritur,hoc voluit glo.hic,& tangitur in d.Auth.
offeratur.In officio verò nobili, si proponitur per modũ
actionis,& expectatur definitiua;quia peto aliquid mihi
dari,vel fieri: tunc si requiratur plena causæ cognitio,de-
bet dari libellus.l.quòd si minor.§.restitutio.& §.fi.š. de
min.Si summaria cognitio requirat, sufficit qualis qualis
petitio.l.1.§.cũ patronus.š.de offic.præfec.vrb.l. si quis
à liberis.§.meminisse.ĩ.de liber.agnos.l.placet.š.de his,
qui sunt sui,vel alien.iur. Si verò non proceditur per mo-
dum actionis;quia non petitur aliquid dari,vel fieri, vel
promitti, vt quia petitur decretum interponi super re mi
15 noris (nam decretum † est deliberata permissio, & con-
demnationem,vel absolutionem non continens) tunc nõ
exigitur libellus,nec petitio.d.l.nec quicquam.§.vbi de-
cretum.secundùm vnum intellectum,ratio est;quia petẽs
decretum interponi,concludit solùm iudici, non autẽ cõ
16 uenit partem. Ex isto infertur, quòd in causa † remouen-
di procuratorem (tanquam suspectum) non exigitur li-
bellus,secũdùm gl.in l.in causæ.in fi.š.de procurat.super
verbo,Prætoris,& etiam quia ista est quæstio emergens,
17 vt voluit glo.hic.Item † in causa spoliationis non requi-
ritur.C.de agri.& cens.l.si coloni.lib. 11. in vers. [celeri
reformatione] & idem.C.vnde vi.l.momentaneæ.vbi gl.
tangit,de quo Doct.in l.si quis ad se fundum.C.ad l. Iul.
18 de vi.¶Item non requiritur,vbi † non desideratur figura
iudicij,sed potest procedi,velo leuato.d.l.de submersis.
19 ¶Item nec requiritur,† quando agitur contra incertam
personam.C. si minor ab hæred. se abst. Auth.si omnes.
20 ¶Item†in exequutione sententiæ non requiritur libellus,
cum in facto consistat,vt notat Guil.de exequutione sen-
tentiæ.§ videndum.vers.& videtur.Et ex istis videtur di-
21 ci posse,quòd reuocatio † tenutæ possit peti simplici ver
bo sine libello.l.chirographis.§.fin. de administr. tut. &
notat. ĩ.de euict.in l. minor.vbi autẽ libellus requiritur,
22 an possit † admitti, vel remitti partiũ voluntate,vide per
Cin.in Auth.offeratur.C.de lit.contest.per Iac.Butr.in l.
prolatam.C.de sent.& adde Inno. de offi. deleg. in c. de
causis.& quod tangit Io.And.in d. clem. sæpe. ad finem.

Ex l.Totiens hæres.

SVMMAE.

1 *In præparatorijs non vtimur,nisi quotiens, & in quibus casi-*
bus nobis expediunt.
2 *Certus certificari ampliùs non debet.*
3 *In præparatorijs fauetur actori.*
4 *Actor non potest esse certus de facto rei, & ideo cogitur re-*
spondere ad eius requisitionem.
5 *Causa denotat suum effectum.*
6 *Lex abrogatur per desuetudinem.*
7 *Per officium iudicis quis cogitur respondere positionibus, &*
interrogationibus factis ante litem contestatam, non iure
actionis.
8 *Confessio facta ante litem contestatam facit plenam fidem.*
9 *Iudex officio suo potest, & debet positionem inutilem, & non*
admittendam repellere, remissiuè.
10 *Responsio si non sit talis, quòd releuet partem ab onere probã*
di, ad quod potissimum inducta est, non erit sufficiens re-
sponsio.

Quan-

11 *Quandiu pars monita debet respondere, non currit interim alteri parti terminus ad producẽda capitula, vel ad probandũ.*

12 *Reus non debet instruere actorem, à quo non fuit interrogatus.*

13 *Quando plura petuntur in eodem libello (inter quæ tamen sit ordo) iudex non debebit simul procedere in ipso libello, sed diuidet processum, & secundùm ordinem procedet super petitis.*

14 *Interesse recipit diuisionem.*

15 *Dolo desinens possidere, habetur pro possessore.*

16 *Casus, in quibus interrogationes fiunt post litem contest.*

17 *Interrogatio, quæ fit, requirit iuramentum.*

18 *Responsio facta per verbum, credit, facit contra respondẽtem plenam probationem.*

19 *Quando fit interrogatio ante lit. contest. ne actor circumueniatur, responsio fieri debet de iure necessariò de scientia, & veritate.*

20 *Officium iudicis delegati alicuius est roboris in concernentibus præparationem iudicij, non in concernentibus eius destructionem: vnde non posset absoluere ab obseruatione iudicij, ita quòd talis absolutio haberet vim definitiua.*

21 *Confessio extra iudicium facta nõ valet: facit tamen iudicium, & hoc tam in ciuili, quàm in criminali negotio quantùm ad plenam probationem.*

Item etiam facta parte absente, facit semiplenam probationẽ. nume. 23.

22 *Actio non oritur ex nulla specie probationis, nisi probatio fieret per confessionem in iudicio.*

24 *Duplex confessio extraiudicialis, habet vim confessionis factæ in iudicio.*

25 *Confessio si est directa per nuncium, vel epistolam, habet vim confessionis factæ inter præsentes.*

26 *Dominium non potest transferri nuda voluntate sine traditione, fallit in ecclesia, & ciuitate.*

Item fallit in confessione, quæ fieret in vltima voluntate. nume. 27.

Item si confiteor rem tuam, eamque me nomine tuo possidere; quia fictus titulus, & ficta traditio non transfert dominiũ. nume. 28.

29 *Sola causa donationis requirit insinuationem.*

30 *Insinuatio quando est omissa, naturalis etiam obligatio nõ oritur.*

31 *Intellectus communis ad l. generaliter. C. de non nume. pecu.*

32 *Nulla causa in donatione expressa sicut in dubio præsumitur potiùs stultitia, quàm liberalitas, ita scienter falsa expressa, & quomodo procedat.*

33 *In dubio non creditur quis velle iactare suũ, & ideo non præsumitur donatio, nisi merita probentur præcessisse.*

34 *Quod dictum est de confessione facta coram iudice, habet locum in iuramento, vt teneat, licèt indistinctè iuretur.*

35 *Confessio facta coram arbitro non infamat, & de qua confessione intelligatur.*

36 *Confessio verè tunc obligat, nisi possit probari per iocum facta emissa.*

1 L. Totiẽs hæres. ¶ Præparatorijs † non vtimur, nisi quoties, & in quibus nobis expediunt, & non aliter, nec in plus. h. d. Iac. Butri. ¶ Vel sic. Vbi agitur personali, hæres interrogatur officio iudicis, non iure actionis, ex qua parte sit hęres, ne actor incertus dãnificetur. h. d. ¶ Vel latiùs. In institutione actionis personalis hæreditaté certá prosequentis, ne actor dubius cadat in pœnam pluris petitionis, interrogatur reus i iure quota ex parte sit hęres, olim iure actionis, hodie vero officio iudicis. hoc dicit. Et diuiditur ista lex in plures partes, vt dicam legendo literam. ¶ In principio ibi [totiẽs] dic, ꝙ hic primò declarat̃, quo loco, & tempore fieri debeant interrogationes. ¶ Ibi [hæres] dic, de quo certum est eum esse hæredem, sed si dubitatur, præcedere debent alia, scilicet an sit hæres, & postea ex qua parte. j. eo. l. qui interrogatur. facit. s. de petit. hæred. l. qui interrogatus. & l. cogi. C. eod. & intellige de conuento hæreditario nomine, non proprio. sup. famil. ercis. l. inter cohęredes. §. si quis stipulatus. & hoc sentit. j. glo. 4. ad finem. ¶ Ibi [in iure] hic declarat, quo loco fiat interrogatio. ¶ Ibi [quotiẽs] hic declarat, quo tẽpore. ¶ Ibi [actio] dic hæreditaria, & personalis. ¶ Ibi [& dubitat] hic declarat, quo casu; nam si certus esset
2 actor, non interrogaret; quia certus † certificari nõ debet j. de act. emp. l. 1. ¶ Ibi [actor] supple vel iudex, vel vterque. ¶ Ibi [velit agere] dic instituẽs, ergo actione nõ agit, sed agere intendit. ¶ Ibi [est autẽ] dic, ꝙ ista est secunda pars principalis, in qua actione sit necessaria interrogatio. ¶ Ibi [necessaria] dic causatiuè, si velit pœnam euitare. ¶ Ibi [in personã sit actio] dic, & hæreditaria. ¶ Ibi [si certum petatur] dic in futurum, & sic ante litis contestationẽ, de quo tangitur. s. de rei vendic. in l. qui petitorio. ¶ Ibi [nedum] hic est tertia ratio, qua fuerunt introductæ interrogotiones. ¶ Ibi [aduersarius] dic conueniẽdus. ¶ Ibi [plus] dic. s. re ipsa. ¶ Ibi [interrogatorijs] hic quartò principaliter declarat, quo iure olim fiebãt interrogationes. ¶ Ibi [actionibns] in futurum mouẽdis. ¶ Ibi [cogitur] dic scilicet non iure actionis, sed officio iudicis, sic secundùm glo. & bene in casibus specialibus, facit. j. eo. l. de ætate. §. qui tacuit. Vel dic cogitur non ita frequenter, vt olim. Ita intelligit Pet. istum tex. & alij postea. ¶ Ibi [ante iudicium] dic idest ante litem inchoatam per libellum, secundùm Odofr. Vel dic ante litis contestationem, vel post secundùm glo. & circa hoc vide quod dicetur. j. in glo. 2. ¶ Ibi [frequentantur] dic, quòd non, nisi in casibus specialibus, vel non ita frequẽtantur, vt olim, secundùm Petrum. ¶ Ibi [abierunt] scilicet actiones interrogatoriæ, sed interrogationes bene frequentantur, & sunt in vsu; quia fiunt ad præparationem iudicij, & ad huius declarationem vide in Spec. de interrog. ante litem contestat. §. 1. vers. illud nota. ¶ Ibi [sed tantũmodo] dic, quòd hic quinto principaliter declarat, ad quem finem fiant hodie interrogationes. ¶ Ibi [ad probationes] dic scilicet præparatoriorũ. ¶ Ibi [litigationibus] dic, scilicet agere volentibus. ¶ Ibi [aduersa parte] dic officio iudicis interrogata, vt. j. eo. l. si sine. ¶ Ibi [iudices] dic ordinarios, vel delegatos, secũdùm veritatem, de quo aliquid
3 j. in glo. ¶ Nota hic, quòd in præparatorijs † fauemus actori, sic. s. qui satisd. cogan. l. de die. in princ. ¶ Nota se-
4 cundò, quòd actor † non potest esse certus de facto rei, ideo ad eius requisitionem reus cogitur respõdere. ¶ Ter-
5 tiò nota, quòd causa † denotat suum effectum. ¶ Nota
6 quartò, quòd † lex abrogatur per desuetudinem, simile habemus in proœ. Inst. in §. igitur. in fi. & i l. nõ dubiũ. in
7 fi. C. de leg. ¶ Itẽ nota, quòd † interrogationibus, & positionibus factis ante litem contestatam quis cogitur respondere per officium iudicis, non iure actionis. ¶ Item
8 allegatur, quòd † confessio facta ante litem contestatam faciat plenam fidem, vt. j. eo. l. voluit. & l. & quia. & l. si qs interrogatus. de quo ẽt aliquid dicã. j. super glo. quæ incipit, scilicet circa. Dicit etiã Guil. in Spe. in tit. de posi-
9 tio. §. denuo. in prin. per istum tex. quòd † positionẽ inutilem, vel non admittendam iudex ex officio suo potest, & debet repellere, facit. j. eo. l. si defensor. §. fin. quem nõ allegat, & in hoc exuberat eius officium, vt hic, sicut in libello

bello inepto. 2. quæst. 8. c. per scripta. §. libellorum. ibi vi
10 de. ¶ Item, quia tex. dicit, quòd responsio † fit, vt releuet partem ab onere probandi, patet, quòd debet esse talis, quòd releuet, aliàs non esset sufficiens responsio. Ita quotidie allegatur in practica, circa quod vide quod dicam.
11 ꝫ. eo. in l. de ætate. §. nihil. Cui adde, quòd quãdiu † pars monita deberet respondere, non currit alteri parti terminus ad producenda capitula, vel ad probandum, secundũ Io. And. in clem. sæpe. ver. & positiones. Itẽ aduerte, quòd tex. dicit [in iure] quòd si fieret interrogatio extra ius, videtur idem, arg. ꝫ. sol. mat. l. seruus dotalis. & de legat. 1. l. huiusmodi. §. Stichum. & de lega. 2. l. statuliberum. §. fi. Sed certè contrarium verius, quia confessio facta extra iudicium regulariter nõ nocet, vt in fine huius legis. & C. de iur. & fact. ignor. l. cum falsa. Et istud declara, quod tãgit hic vna glo. quæ incipit, ergo, &c. ¶ Item, quia tex. dicit [& dubitat] potest quæri, quid si ignoraret, & videtur idem dicendum, arg. C. de cond. indeb. l. fin. Non obstat, si dicatur, quòd nemo cogitur manifestare iura sua. C. de eden. l. 1. & de testi. l. nimis graue. ergo nec hic habet instruere de suis secretis; quia potest dici, quòd hic sit; quia creditores ad suum debitum peruenire non possent. l. 1. in prin. ꝫ. de success. edic. ¶ Itẽ, quòd per partes debet haberi confessio veritatis. C. de fideicom. l. fi. ¶ Item, quia dicit [si is, cum quo velit agere] &c. potest dubitari, an teneatur vnus ex hæredibus respondere sine alio, & videtur quòd non, arg. ꝫ. de quib. reb. ad eund. iud. eat. l. 1. & 2. & de lib. caus. l. cognitio. §. si plures. Contrarium tamen videtur per notata in l. 1. & 2. C. de consor. eiusd. lit. ¶ Itẽ, quia dicit [interrogationem necessariam] potest dubitari, quid si non fiat? potest dici, quòd sibi imputet; quia nõ poterit obtinere, nisi probet eum hæredem, sicut dicitur in rei vendicatione. ꝫ. de rei vendi. l. qui petitorio. Non
12 enim debuit † reus actorem instruere, qui eum non interrogauit, arg. ꝫ. de publica. l. fi. §. Diui. il. 1. Quod tamẽ sine dubio nõ transit, & posset in dubium refricari. ¶ Item quòd litera dicit [certum petatur] põt dubitari, quid si sit incertum, de hoc tangit vna glo. vbi dicam, est quinta glo. ad finem. ¶ In glo. 1. ibi [instituenda] loquitur ergo hic de interrogationibus ante litis contestationem; & ita practicat istum tex. Ray. in l. vbicunque. ꝫ. eo. potest practicari etiam, quando post oblatum libellum, & litem cõtestatam fieret interrogatio, de quo vide quod dicam. ꝫ. eo. in l. si defensor. §. illud. & ꝫ. super glo. magna ad finẽ. ¶ In fine eiusdem glo. nota, quòd quando simul petantur
13 † plura (inter quæ tamen est ordo) procedit libellus, sed iudex sup illo libello nõ debet simul ꝓcedere, sed processum diuidit, & priùs procedet super eo, super quo est priùs procedendum, quod facit ad notata in l. qui de inofficioso. ꝫ. de inoffic. testa. ¶ Aduerte tamen, quia gl. videtur aliter sentire. ꝫ. in l. de ætate. §. qui tacuit. & §. qui ex quadrante. & potest hic in dubium refricari per l. 1. §. 1. ꝫ. si mens. fal. mod. dix. hic alleg. Sed hanc gl. sequitur Ray. in d. l. vbicunque. & respondet ad l. 1. §. 1. si mẽs. fals. mod. dix. quia loquitur, qñ actio inepta erat proposita, sed hic erat apta, licèt fortè plus esset petitum; vnde locum habet alia pœna, de qua statim. ꝫ. in glo. scilicet circa. ¶ In glo. quæ incipit, tria sunt necessaria, ibi [tũc enim daretur] dic scilicet contra hæredes eius, qui dolo desijt possidere. adde tamen, quod notatur in l. 2. §. fin. ꝫ. de præt. stipul. & quod dixi in l. de eo. §. fi. ꝫ. tit. 1. ¶ In eadẽ glo. ibi [quia ex persona defuncti ad certam quantitatẽ
14 agitur] hoc dicit; quia ipsum interesse † recipit diuisionẽ, vt dicit glo. in l. 2. de verb. oblig. in glo. quæ incipit. qui viam. ¶ In glo. damni. ibi [de confessis tantùm post] Do

cto. communiter contra, licèt glo. dicat idem, quod hic in l. nõ solùm. in prin. ꝫ. de procur. dic enim, quòd iste tex. locum habet etiam ante litem contestatam, vt tangitur. ꝫ. de rei vend. in l. qui petitorio. differt tamen in hoc; quia iste tex. loquitur de præparatorijs causarum: tit. verò de confessis loquitur de decisorijs, vt. ꝫ. de iud. l. si debitori. & ad l. Aquil. l. proinde. Adde tamen, quòd potest esse dubium, an interrogatio, de qua in isto loco, habeat locũ ante porrectam petitionem, de quo vide in Spe. de interrogat. quæ fiunt ante litem contestatam. §. 1. vers. sed nunquid priùs. ¶ In eadem glo. ibi [tertia qualiter sit hæres] hæc glo allegatur quotidie in practica, quòd hæres interrogatus, an sit hæres, tenetur respondere, an ex testamento, vel abintestato, quod est verum, si conueniatur actione ex testamento, secus si actione personali; quia non tenetur respondere, vt in d. §. illud. allega. hic. ¶ Ibi septima. ibi [qui seruum. §. fin.] hic vide, qđ no. de iur. cal. in c. cũ causam. in glo. fi. vbi de ista, & alijs hic nominatis fit mentio Nec obstat. ꝫ. de præt. stipulat. l. 2. §. fin. & quod ibi notatur; quia loquitur ibi, quando lis erat contestata in reali, aliàs secus, vt ibi notatur, & ꝫ. de rei vend. l. si possessor.
15 ¶ Ibi [decima] &c. supple, vel dolo † desierit possidere; quia pro possessore habetur, vt notatur in d. l. qui petitorio. ¶ In fi. glo. ibi [est & duodecimus] dic, quòd in istis tantùm casibus faciũt interrogationes ante litis cõtestationem; quia in istis tantùm casibus præcedunt interrogationes, vt præparatoriæ ad litis ordinationem: in alijs autem fiunt ad litis decisionem, quæ non potest fieri ante litis contestationem, in Auth. de testi. §. pen. ergo nec illa interrogatio, arg. ꝫ. si quis caut. l. si eum. §. qui iniuriarum. ¶ Adde extra glo. alios casus, vnus est in l. 1. §. ex hoc rescripto. ꝫ. de vètre inspic. vbi mulier interrogatᷓ, an sit prægnans.
16 Alius est † casus in Auth. offeratur. C. de lit. contest. & in corpore, de exhib. & introd. reis. vnde sumitur. vbi interrogatur reus, an sint lapsi viginti dies dati ad deliberandum, vt sic litem debeat cõtestari. Alius casus potest addi, si possessor hæreditatis conuentus, asserens se emisse, interrogetur à quo, & sic an à cõpote mentis, vt notat. ꝫ. de petit. hæred. in l. pro hærede. ¶ In ea. gl. in fine no
17 ta, quòd in interrogatione, † quæ fit, requiritur iuramentum. ¶ Item nota, quia dicit, quod obtinet probationis
18 speciem; quia responsio facta per † verbum [credit] facit contra respondẽtem plenam probationem, & ita ac si affirmatiuè loqueretur, & vide circa hoc, quod not. ext. de restit. spoliat. in c. cum sedem. & de iuram. cal. in c. cũ causam. & quod dixi. ꝫ. super tex. ¶ Item aduerte, quòd quan
19 do ante litis contestationẽ fit ista † interrogatio (ne actor circumueniat) de iure dẽt fieri respõsio necessariò ꝺ sciẽtia, & veritate, arg. ꝫ. eo. l. de ætate. §. nihil. vbi aliquid dicã, & notatur per Doct. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iurã. calum. ¶ In glo. quæ incipit, sed quomodo vocabantur. ibi [nomina non habemus] dixit Pet. quòd vocabatur actio interrogatoria ex parte interrogantis, vt hic, & per consequens confessoria ex parte confitentis, simile in l. proinde. §. 1. ꝫ. ad l. Aquil. ¶ Ibi [per has enim] hic ponitur quis erat effectus harum actionum. ¶ Ibi [videtur quòd sic ex prædictis] dic scilicet à cõtrario sensu ibi, cum dicit [ante iudicium.] ¶ Ibi [sed per officium] hæc communis sententia per rationem. l. ædiles. §. item sciendum. ꝫ. de æd. ed. nam cũ positioni ante litis contestationem quis compellatur respondere per officium iudicis; ergo fortiùs post; quia officium magis est roboratum. ¶ In ea. glo. ibi [sed si est delegatus] aduerte; quia in ista parte glo. not. prosequitur præcedentia, sed redit ad text. ¶ In fi. glo. pro hoc etiam facit. ꝫ. de procur. l. ad rem mobilẽ.

& l.

& l.ad legatum. & quod notatur in l.fi.in fi.ſ.de off.eius,
cui mand.eſt iuriſd. Et nota glo.quæ quotidie allegatur,
20 quòd † officium iudicis delegati eſt aliquid in concernẽ
tibus præparationem iudicij,ſed non in concernentibus
eius deſtructionem: vnde non poſſet abſoluere ab obſer-
uatione iudicij, ita quòd haberet vim definitiuæ, ita lo-
quitur.l.ſi reus paratus.hic allegata.¶ In glo.fi. ibi [non
21 præiudicat confitenti] nota ergo regulam † in hac con-
feſsione extra iudicium facta,quæ habet locum etiam in
ciuili, ſed idem eſt in cauſa criminali, quantùm ad ple-
nam probationem.l. Diuus. la .2. ĵ. de cuſt. reor. quod
notatur in l. iubemus. C. de lib. cauſ. facit tamen indi
cium. ĵ. de ædil.edic. l. quæro. §. fin. & de adul. l.capite
quinto. ¶ In eadem gloſſ. [ſed ibi fuit tranſactio, non
ſimplex confeſsio] dic, ideſt confeſsio iuris, & de iure,
non confeſsio hominis. C. de interd. matr. l. ſi tutor
& quoniam dictum eſt, quòd confeſsio extra ius fa-
cta,non valet, ſatis poteſt colligi, quòd nec ex ea poteſt
acquiri, nec eſt mirum; quia confeſsio regulariter tendit
ſolùm ad probandum.l. Publia.§.fin.ĵ.depoſ. Et ex nulla
22 † ſpecie probationis nõ oritur actio, dicit ſingulariter gl.
in l.ſed ſi poſſeſſori.§.fi.ĵ.de iureiur.Quod verum eſt (ſe-
cundùm Bar. ibi) niſi probatio fieret per cõfeſsionem in
iudicio,ex qua naſcitur actio etiam ante ſententiam.l. 1.
C.de confeſſ.vel p iuramentũ.l. nam & poſtea. §. fin. de
iureiur. Adde circa iſtud de extraiudiciali confeſsione,ꝙ
23 facta † parte abſente (ſm Azon.) facit ſemiplenã proba-
tionẽ.Ita dicit in ſumma. C.de probat.in fi.facit.l.quæro.
§.fi.& quod ibi notat Iac.But.ĵ.de ædil.edic. Idem tenet
Bar.in l.admonendi.ĵ.de iu.iur.facit extra de ſucceſ.ab-
inteſt.c.fin.incip.cum dilectus. imò (quod plus. eſt) iure
canonico videtur præiudicare in totum,& probare, dicit
glo.maximè ſi interueniat iuramentum,arg.22.q. 5.c.iu
ramenti.Ita dicit ſecundũ glo. 1.q.7.in c. quoties cordis
oculus.facit.l. cum quis decedens.§.codicillis. ĵ. de leg.
24 3.¶ Item adde,quòd duplex confeſsio extraiudicialis ha
bet vim confeſsionis factæ in iudicio.l.cum ſcimus.C. de
agric.& cẽſ.lib. 11.vbi hoc Bar.ponit.¶ Item adde,quòd
25 ſi confeſsio † eſt directa per nunciũ, vel epiſtolam, habet
vim confeſsionis factæ inter præſentes. ĵ.depoſ.l.Publia.
§.fi.¶ In eadẽ glo.dum dicit[vt ergo hæc plenius uideas,
& ibi de act.& oblig.l.Arrianus] hoc poteſt procedere in
his, quæ per conſenſum induci poſſunt, vt eſt liberatio,
aliàs ſecus, vt ſi extra iudicium confiteor fundum tuum
26 eſſe ſcienter,non præiudico mihi quò† ad tranſlationem
dominij, quod non poteſt transferri nuda voluntate.l.tra
ditionibus.C.de pact.ſ.de rei vend.l.ſi ager.fallit in ciui-
tate,& eccleſia.C. de ſacroſanct.eccleſ.l.fi. ¶ Item fallit,
27 in confeſsione, † quæ fieret in vltima voluntate, in qua
trãſit dominiũ ſine traditione.l.ex hac ſcriptura.ĵ. de do
28 nat.¶ Item ſi confiteor tuum,& nomine † tuo me poſside
re; quia fictus titulus, & ficta traditio non transfert do-
minium,vt not.de acqui.poſſeſſ.in l.quod meo.& l. ſi ali
quam rem.præſumetur tamen ſuum, donec contra pro-
betur,arg.ĵ.depoſ. l. Publia.in fin. ¶ Aduerte tamen in
eo,quod primò dixi,quòd per confeſsionem extraiudicia
lem non præiudico mihi;nam videtur facere contra;quia
(ſic confitendo) videor habere rem pro derelicto; & ſic
dominium perdo.l.1.ĵ. pro derelic. Sed poteſt reſponde
ri, quòd illud poſſet procedere,ſequuta per alium appre
henſione,non ante,arg.l.nec vtilem.ſ. quib.ex cau.maio.
Ita aliàs reſpondi Domino Sanct de Aragonia, quem ha
bui in auditorio meo valentem Scholarem.¶ Nec obſtat,
ſi dicatur,quòd iſta confeſsio liberatoria contineat ſolùm
effectum liberationis; quia in hoc videtur verſari etiã ob-
ligatio,ſcilicet ad non petendum.l.ſi vnus.§.pactus. ſ. de
pact.quia poteſt dici, quòd illud venit ſecundariò, non
principaliter; nam illa obligatio ſortitur naturam libera
tionis,vt notatur in d.§.pactus. Vel fortè hoc caſu(ſi ſi-
ne cauſa) dici poteſt,quod non obliget naturaliter ad nõ
petendum. Et iſtud, quod glo.dicit,quòd ad liberandum
valet ſine cauſa,facit,quòd nõ requiratur inſinuatio;quia
29 ſola † cauſa donationis requirit inſinuationem.C.de fide
inſtrum.l.contractus.ſed hic nulla ſubeſt;ergo &c.Sed ꝙ
tacita donatio requirat inſinuationem,ſicut expreſſa,te-
net glo.in l.1.§.1.quib.mod.pign. vel hypoth.ſolu. & in
l.ſi quis obligatus. ĵ.de reg.iur.& hoc ſequitur Guil.in l.
ſi mulier.ĵ.de condict.ob cauſ.& hoc tenẽt communiter
Doct.Sed Io. And.alibi dicit hoc verum eſſe,niſi ſit iura-
mento firmata,vel niſi ſit renunciatum inſinuationi,vt no
tatur per eum in Spec.de inſtrum.edit.§.porro.in fine.&
de donat.§.1.verſ. quid ſi actum ſit.in addit. Sed contra
hanc tertiam rationem facit;quia etiam ſi iuramentũ in-
teruenit,poſsit obijci de inſinuatione omiſſa;quia, quãdo
30 † inſinuatio eſt omiſſa,etiam naturalis obligatio non ori-
tur.C.de donat.l. ſancimus. ibi [pro non ſcripto] &c. &
ideo iuramentum non inuenit quid confirmet. ¶ In eadẽ
glo.ibi [in mutuo]intellige futuro:ſecus ſi confeſsio ema
naret ex cauſa mutui de præterito.l.generaliter.C.de nõ
num. pecu. ¶ Ibi [niſi contra probetur per aliam ſcriptu
ram,vt.l.in contractibus. C. de non num.pec.] aduerte,
31 quia.l.generaliter.hic alleg.† ſecũdùm aliquos loquitur,
quando contractus fuit celebratus in ſcriptis, & ſic ſcri-
ptura facta fuit ad ſubſtantiam obligationis. Alij intelli
gunt illam etiam, quando ſcriptura fuit facta ad proba-
tionem; quia tota videtur loqui de iuribus probationis,
vt ibi [cauſæ probationem] & ibi [religionem iudicis]
&c.Idem quod hoc ſentit glo. in d.l.generaliter.hic alle-
gata.Sed glo.alibi videtur velle, quòd probatio poſsit fie
ri,etiam per teſtes,in l.illicitas.§.veritas.ſ.de off.preſid.
quam quidam allegant pro cõtraria ad iſtam, & ad aliã.
Et iſtam ſecundam partem tenet Iac.But.in l.iuriſgentiũ.
§.quod ferè.ſ.de pact.ſed vtraque vera,quia iſta,& ſimi-
lis loquitur,vbi non negatur conſenſus, ſed ſolùm nega-
tur veritas cauſæ;ſed vbi allegaretur ſimulatio, vel error,
& ſic conſenſum abfuiſſe ab actu,vel diſpoſitione,admit-
titur probatio per teſtes.l.emptione.& quod ibi notatur.
C.plus val.quod agit.¶ Idem ſi condicatur liberatio per
condictionem indebiti,vel ſine cauſa.ĵ.de cod.inde.l.2.
¶ Idem ſi inſtrumentum diceretur falſum, quia dicitur,
quòd ille notarius nunquam dicitur rogatus, notatur in
l.in exercendis.C.de fide inſtr.& in l.optimã. C.de con-
trah.& committ.ſtipulat.¶ Idem ſi non velit probare cõ
tra inſtrumentum,vel contra præſumptionem, quæritur
ex inſtrumento;quia tunc poteſt probari per duos teſtes,
vt notatur in l.iuriſgẽtium.§.quod ferè.ſ.de pac. ¶ Item
his, quæ ſupra dixi de confeſsione ſuper poſſeſsione, vel
dominio,adde,quòd iura realia,quæ poſſunt ſolo conſen
ſu induci,& tolli,vt hypotheca.ĵ.de pigno.act.l.1.per ſo
lam confeſsionem factam à ſciente inducerentur circa rẽ
ipſius confitentis.¶ Nec obſtat.l.cum falſa. C. de iur. &
fact.ignor. vbi agebatur.hypothecaria,& tamen confeſ-
ſio non præiudicat; quia ibi confeſsio non fuit facta circa
ius hypothecæ,ſed circa quoddam adminiculum ipſius,
ideſt circa proprietatem.Ita voluit Iac.Butr.& poſt eum
Bar.in l.cum teſtamentum.C.de iur.& fact.igno.¶ In ea-
dem glo. ibi [in ſecundo ſcilicet quãdo ſine cauſa] idem
ſi exprimatur cauſa, quam contrahentes ſciunt non eſſe
32 veram; nam ſicut nulla † cauſa expreſſa, præſumitur in
dubio potius ſtultitia, quã liberalitas,ita expreſſa ſciẽter
falſa

falsa. Nec obstat, si diceretur, imò semper deberet valere; quia inter scientes semper præsumitur causa donationis. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. de opc. lib. l. Campanus. & de donation. l. hoc iure. in princ. quia illud verum est, quando interuenit stipulatio, & est tunc specialе propter solemnitatem stipulationis, secus in simplici confessione, & etiam pacto nudo; quia tunc non cadit ista præsumptio. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Ita dicit notanter Bartol. in l. nuda. ff. de donatio. Quod puto verum, si constat, quòd promissor habuit animum donandi; tunc enim agenti non obstat exceptio doli, præterquam in Republica, quæ non patitur alium sibi sine causa obligari. d. l. hoc iure. sed si non habuit animum donandi, sed ideo non fuit inserta causa; quia credidit promissor eam tenere sine causa, vel etiam dubitatur, an voluit donare, vel non: tunc ex sua stipulatione bene oritur actio, sed obstat exceptio. l. secunda. §. circa. ff. de dol. except. in dubio enim † non creditur quis iactare suũ. l. cũ de indebito. ff. de probat. pro hoc facit. d. l. nuda. & quod notat Cin. C. de pact. in l. debitori. & quia promissio & solutio, æquiparantur. C. ad leg. Falc. l. fin. sed promissum, vel solutum sine causa condicitur, vt indebitum, & eodem modo condicitur ipsa promissio, & in quantùm ex ea agatur, obstat exceptio, & hoc verũ, nisi in facto subsit iusta causa, propter quam debeat in dubio præsumi donatio, vt meritum præcedens. l. si verò non remunerandi. §. inde Papinianus. ff. mand. & d. l. Campanus. vel coniunctio personarum. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. si seruus communis. vel intimæ amicitiæ ratio. l. fin. §. fi. ff. de act. & oblig. vel rei qualitas, & conditio personarum. l. si verò. §. item quicquid. ff. solut. matr. & de procur. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. C. de iur. delib. l. cum aliquis. & notat gloss. ff. si cert. pet. l. cum quid. ¶ In ea. glos. ibi [sed coram iudice valet] dic scilicet si confiteatur verum: idem tamen si falsum scienter, parte præsente. ff. eo. l. de ætate. §. primo. nisi sit minor, qui confiteretur. C. de auctor. præst. l. clarum. & ff. de confess. l. certum. §. minorem. Quando tamen ista confessio fit in iudicio ab ignorante (parte præsente) nocet confitenti, si errauit in iure, non si in facto. ff. de confess. l. secunda. Sed si confiteretur in iudicio (parte absente) valet ad liberandum tantùm. ff. de magist. conueni. l. prima §. exigere. & rem pupill. salu. fore. l. 3. & notatur in d. §. & licet. & ff. eod. l. confessionibus. cum similibus. ¶ Adde etiam hic, quomodo confessio facta in iudicio per modum contentiosæ, vel etiam voluntariæ iurisdictionis, habeat exequutionem paratam, quod tangit Cin. C. de confess. in l. prima. in nona quæstio. & Ioann. And. in Spec. de confess. §. postremò. vers. nunc videndum. & versi. quid de confessione. Hoc puto verum, nisi esset facta inter prohibitos; quia tunc nec aliquam faceret fidem. ff. de probat. l. qui testamentum. & de leg. tertio. l. cum quis decedens. §. Titia. facit quod notat gloss. in d. l. generaliter. ¶ Item quià dicit gloss. de confessione
33 † facta coram iudice, quòd non requiratur causa, notate; quia idem dicimus in iuramento, quòd tenet, licèt indistinctè iuretur. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. in principio. Inst. de act. §. item si quis postulante. & loquitur ista gloss. in actionibus personalibus, sed in realibus clarum est, quòd causa non requiritur, vt notatur plenè per Cin. C. de iur. & fact. ignor. in l. cũ falsa. & vide quod proximè dixi super alia parte glo. ¶ Ibi [idem coram arbitro] dic, quia arbitrium est redactum ad instar iudicij. ff. de arb. l. 1. & rub. secus tamen videtur in mero arbitratore, qui non est redactus ad instar iudicis. extra de iureiuran. c. Quintauallis. & ff. pro socio. l. si socie-
34 tatem. §. arbitrorum. ¶ Incidenter tamen † nota, quòd confessio facta coram arbitro, non infamat. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his, qui nota. infam. vbi hoc notat gloss. quæ arguit. de sententia ad confessionem. Prædicta omnia intellige in confessione inter viuos, sed si in vltima voluntate, dic, vt plenè notatur in d. l. gene-
35 raliter. per gloss. & Doct. ¶ Item quòd † vbicunque dictum est, quòd confessio obligat, hoc verum est, nisi possit probari per iocum promissio, vel (vt melius loquamur) emissa, text. est notabilis in l. obligationum substantia. de act. & obligat. & notat gloss. in d. l. generaliter. Adde etiam de ista materia, quod dicam in l. fina. ff. eod. ¶ In fine gloss. de quo per Din. Inst. de act. §. de constituta. & tangit gloss. in l. tertia. ff. de constit. pecu. & notatur plenè in d. l. generaliter. ¶ In fine eiusdem gloss. ibi [idem coram arbitro] istam quæstionem vide reassumptam per Cin. in l. prima. C. de confess. in quinta quæstio. princ. vbi videbis plenè reassumptam. ¶ Vltimò ad id, quod supra dixi de confessione extraiudiciali, adde quod dicam ff. eod. l. de ætate. §. pen. & fin. & in l. finali. ¶ Item ad id, quod dictum est de confessione liberatoria facta parte absente, vide quod notat gloss. in l. idem in duobus. ff. de pact. & in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de liberat. lega. & quod in vtraque earum not.

Ex l. Edictum.

SVMMAE.

1 *Notorium aliquid esse, constare debet iudici sedenti pro tribunali, aliàs non diceretur constare.*

2 *Si non potest probari aditio hæreditatis, sufficit constare aliquid æquipollens ex iuris dispositione.*

L. Edictum. ¶ Interrogationes ex hoc titulo fiunt pro releuando à difficultate probationum. hoc dicit, & ponit hic edicti causam, idest eius effectum in genere. ¶ In text. ibi [quia sciebat] dic, scilicet per rationem, & causam, vt in l. proxi. ¶ Ibi [hæredem] quod quomodo probetur, vide in l. pro hærede. in princip. ff. de acquiren. hæred. ¶ Ibi [bonorumue possessorem.] Item fuit alia ratio; nam damnum pateretur ab hærede plus petendo. ff. eodem. l. prima. in principio. vbi de hoc dixi. ¶ Nota text. in l. quia plerunque. vbi appellat difficilem probationem, &c. & dicit Cin. in l. prima. C. de alien.
1 iud. mut. caus. fact. quòd aliquid † esse notorium, debet constare iudici sedenti pro tribunali, aliàs non dicetur sibi constare, alleg. l. à procedente. C. de dilat. ¶ Ad-
2 de, quòd si non potest probari † aditio, sufficit probare aliquod æquipollens ex iuris dispositione; vt quia trãsegit super bonis hæreditatis; transactio enim fingitur loco aditionis. ff. de transact. l. controuersia. & ibi notatur. ¶ In gloss. prima. in fine, ibi [solus DEVS] vt patet in Luc. 6. & Eccles. 7. in princip. & ff. de off. Præsid. l. obseruandum. & C. de testa. l. non codicillũ. & in clem. 1. § cæterùm. de verbor. signif.

Ex l. Voluit.

SVMMAE.

1 *Confessio facta ante litem contestatam ita obligat confitentem, sicut post, quia contra eum producit actionem.*

2 *Quæ requirunt plenam causæ cognitionem, quomodo, & quo in loco expediri debeant, circa quod vide distinctionem ipsius Auctoris.*

3 *Appellatio potest interponi coram iudice ad ipsius domum; quia interponitur de plano, sine strepitu, & figura iudicij.*

L. Voluit. ¶ Confessio, vel mandatum in respondendo, obligat respondentem interrogatum, & appellatione iuris continetur quilibet locus, in quo sit locus pro iure reddendo. hoc dicit tota lex. Et hic secundò principaliter ponitur effectus interrogationis ex parte rei; quia supra visum est ex parte actoris. ¶ In tex. ibi [qui conuenitur] dic scilicet actione personali ad certum. s. eod. l. prima. in principio. ¶ Ibi [confitendo] dic, scilicet partem, ex qua est hæres debitoris. j. eod. l. de ætate. § primo. ¶ Ibi [oneret] dic scilicet in solidum, vt j. cod. l. de ætate. §. qui tacuit. & vide omnino, quod ibi dicetur. ¶ Ibi [certioretur] dic scilicet tam actor, quàm reus. ¶ Nota istum text. in verbo [astringere] per quem
1 potest in hoc verbo colligi, quòd confessio † facta etiam ante litem contestatam ipsum obligat cõfitentem; quia contra eum producit actionem, & ita fuit inductus per Iacob. de Aren. ¶ In gloss. prima. in princip. ibi [certioretur] intellige ex interrogatione præcedente, & responsione sequuta, aliàs hoc esset nihil dicere. ¶ In §. quod ait. summa, vt supra, & hic ponit edicti formam, & verba, & eorum expositionem. ¶ In text. ibi [quod ait] vt s. eod. l. prima. in princip. ¶ Ibi [respondit] subaudi, quòd eius responsioni stetur contra eum. s. eod. l. prima. in princip. & in fine. ¶ Ibi [accipiendum] subaudi, si respondit apud iudices, item quod sequitur. ¶ In tex. ibi [iudices] dic scilicet, & delegatos, vt dictum est. s. eod. l. prima. in principio. ¶ In gloss. vnica, ibi [debet iudex seruare] contra hanc solutionem videtur facere;
2 quia etiam ea, quæ requirunt † plenam causæ cognitionem, fiunt in itinere. l. secunda. vbi est bonus casus in materia s. de off. proconf. & leg. ¶ Pro clariori autem declaratione, & intelligentia dic, si quæritur, vbi debeat fieri, & an valeat, & debeat attendi; quia si loquimur in his, quæ requirunt summariam causæ cognitionem, illa possunt expediri in loco maiorum, vt l. penult. hic allegata, & etiam alibi in l. secunda. §. dies. j. quis ord. in bonor. poss. seru. Sed si loquimur in his, quæ requirunt solemnem causæ cognitionem: tunc attende, an pertineant ad litis ordinationem, & possunt expediri, etiam iudice non sedente pro tribunali, vt hic. Sed si tendant ad litis decisionem: tunc attende, an sit actus, qui expediatur per viam voluntariæ iurisdictionis, & tales actus possunt vbique fieri, vt l. secunda. s. de off. pro cons. & lega. & l. non est omnino. j. de manumis. vind. An per modum contentiosæ: & tunc debent expediri tales actus in loco maiorum. l. penul. s. de iust. & iur. hic alleg. Quod intelligo, si habebat locum certum: secus si non habebat, vt sunt delegati, vel quidam ordinarij, de quibus in l. si duas. §. qui decet. j. de excusat. tuto. quia tunc potest vbique expediri. ¶ Item hoc est verum, nisi partes prorogarent de loco ad locũ, de qua prorogatione loquitur l. prima. s. de iud. & C. de iuris. om. iud. l. 1. & l. priuatorũ. & ex. de offi. deleg. c. P. & G. de hac aũt quæstione vide per Guil. in Specul. de dilat. §. fina. vers. sed cum à procedente. Vide etiam in titu. de instru. edit. §. porrò. versi. donatio autem firma. vbi Io. And. in addit. quæ incipit, hæc susceptio donationis. item declarat, an insinuatio donationis possit fieri omni loco, & tempore, etiam feriato in honorem D E I, & allegat istam legem pro casu, quòd sic. ¶ Extra nota istam glos. quòd
3 appellatio † potest interponi coram iudice ad eius domum; quia appellatio interponitur de plano. l. prima. C. de fer. circa quod vide tex. in l. secunda. §. dies. ibi [adeundi facultas] j. quando appell. sit.

Ex l. Qui interrogatur.

SVMMAE.

1 *Interrogatus de facto proprio, tempus ad deliberandum petere potest, qualiter respondere debeat, & ratio.*

2 *Lege imperante aliquid cuipiam, quod ad illius vtilitatem dirigatur, verbum imperatiuum efficitur potestatiuum.*

3 *Positio etiam, quando pendent à facto proprio, potest peti tempus ad deliberandum, & nota aliquos casus in hac materia.*

4 *Responsio quando fit cum deliberatione, non potest postea reuocari, etiam si allegetur erronea.*

5 *Confessio iuramento firmata, non potest reuocari.*

6 *Quando iudex dubitat, an positio sit pertinens, vel non, non currit parti tempus ad probandum.*

L. Qui interrogatur. ¶ Interrogatus
1 † dubius potest ad deliberandum tempus petere, ne respondendo præcipitetur. hoc dicit. Non debet tamen dari, nisi petenti, vt patebit ex sequentibus. ¶ In text. ibi [qui interrogatur] intellige ante litem contestatam, vel postea, vt voluit gloss. hic, & vt fuit notatũ. s. eod. in l. prima. ¶ Ibi [ex parte] facit quod notatur s. de rei vẽdic. in l. in speciali. ¶ Ibi [impetrare] dic idest consequi, & obtinere, vt colligitur ex notatis j. de iniurian. in l. iusiurandum & ad pecunias. in principio, & s. de petitio. hæred. l. si debitori. ¶ Ibi [perperam] idest malè, & contra veritatem. ¶ Nota, quòd interrogatus de facto proprio, potest petere tempus ad deliberandum, qualiter debeat respondere, quod est multùm notandum. Nam aliàs tempus ad deliberandum petitur, vtrùm expediat adire, vel non. C. de iure deliber. l. si curatoris. vbi vide. ¶ Qualis autem sit ista dilatio, dicit Specu. quòd est arbitraria, & ita intelligit istam legem in tit. de dilat. § 1. vers. dubitatoria autem. Et est considerandum, quòd si interrogatus, an sit hæres, respõdeat, quòd non, consilium est, quòd interrogetur, an sit possessor, vt sic saltem, vt possessor, conueniatur, secundùm Bart. in l. controuersia. s. de transact. de quo etiam tangam in l. si defensor. j. eod. ¶ In gloss. 2. dum dicit [debet] idest potest. nam vbi lex aliquid imperat alicui, quod tendit in il
2 lius vtilitatem, verbum † imperatiuum efficitur potestatiuũ, sic. C. de pig. l. 3. s. de off. Præf. l. gñaliter. C. de transac. l. agi. & C. de ordin. iud. l. 1. ¶ In glo. fi. ibi [non tantũ de suo] in quo nõ põt prętendi tollerabilis ignorãtia. j. p suo l.

suo l. fina. & ff. de iur. & fact. ignor. l. plurimum. cum simul. ¶ In eadem gloss. ibi [& hoc approbat consuetu-
3 do] nota glo quæ quotidie allegatur, quod etiam † quando positio pendet à facto proprio, potest peti tempus ad deliberandum, & allegatur in l. secunda. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. In quo conclude, quòd sunt certi casus, in quibus datur dilatio ad deliberatè respondendum. ¶ Primus est, quando pendet à facto alieno, vt hic, & in reg. iur. cum quis in alterius. de reg. iur. lib. 6. ¶ Secundus est, quando interrogatur de facto proprio, & remoto. C. de vet. iur. enucl. l. secunda. §. sed quia diuinæ. & l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testam. facer. poss. ¶ Tertius est, quando de facto proprio, multùm tamen implicito, vel intricato interrogatur. ff. de condit. & demóstrat. l. cum seruus. & ff. ad Velleia l. quamquam. facit d. l. iusiurandum, & ad pecunias. in princip. de hoc tangitur in l. si debitor. ff. de petit. hæred & vide circa hoc Cin. in l. si quidem. C. de except. in vltima quæstione, & quod notatur per gloss. & Archid. in d. c. ponderetur. Vide etiam Bartol. in l. post legatum. ff. de his, quib. vt indign. Et
4 nota, quòd quando responsio fit † cum deliberatione, non potest postea reuocari, etiam si allegetur erronea; nam in confessione deliberata, non de facili probatur error. Ita dicit Ioan. And. de iureiuran. in cap. 3. lib. 6. vbi allegat not. de diuor. in cap. ex literis. in gloss. secunda. & vt ecclef. benef. in c. vt nostrum. in gloss. & primo. ¶ Idem
5 si confessio † esset iuramento firmata; quia non potest reuocari, notat Innocen. de accus. in cap. cum dilecti. & ad istud vide quod dicam. ff. eod. l. de ætate. §. fina. ¶ Prædicta omnia loquuntur, quantùm ad deliberationem partis: quædam autem est deliberatio iudicis, vt cum dubi-
6 tatur, an positio † sit pertinens, vel non, & sic admittenda, vel non. In quo dic, quòd tunc non currit parti tempus ad probandum, vt notatur in Clem. sæpe. versi. & quia portiones. de verbor. significat. potest iudex mandare, quòd respondeatur (saluo iure impertinentium, & non admittendorum) vt notat gloss. extra de off. deleg. in c. cum contingat. ¶ In fine gloss. ibi [& facit] dic scilicet ad id, quod statim gloss. dixit pro opin. sua in versic. [sed verius] aliàs non ita inducendo, mussabitis.

Ex l. Et quia.

SVMMAE.

1 *Defunctorum interest habere hæredem, qui si decederet aliquo casu sine hærede, iniuria afficeretur, quod esse non debet.*
2 *Filius in potestate patris hæreditatem aditam transmittit in quemcunque, & quomodo.*
3 *Opinio, quæ habet, quòd hæreditas adeunda per filium, possit transmitti in quemcunque cum potestate repudiandi, intelligitur vera, quantùm ad portionem obuenientē de iure communi, secus ex priuilegio, & lucro ad alterius exclusionem.*

L. Et quia. ¶ Ista continuatur ad præcedentem, & quotidie al-
1 legatur, quòd † defunctorum interest habere hæredem. hoc dicit. ¶ In text. ibi [ne præcipitentur] dic inconsulté respondendo; quia forte negaret se hæredem, & sic defunctus decederet sine hærede, & per hoc iniuria afficeretur, quod esse non debet. Inst. quib. ex caus. man. in fine secundum Odofr. ¶ Et nota istum text. qui alle-
gatur ad illam quæstionem vulgatam, quòd filius in po-
2 testate † patris hæreditatem non aditam transmittit in quemcunque; quia transmittere est merus fauor, vt hic; quia impediretur (si hæreditatem non transmitteret) beneficium abstinendi tributum filijs, qd' est inductum in fauorem, non in damnum. ff. de vulga. & pupill. l. si filius, qui patri. Nec obstat, quòd posset esse odium, si forte hæreditas non esset soluendo; quia filius transmittit eam, vt ad eundam, & sic cum potestate repudiandi, sicut ipse habebat. l. si quis filium. §. primo. de acquiren. hæredi. de qua quæst. tangitur per Iacob. de Are. Pet. & Cin. in l. apud hostes. C. de suis, & legit. per Iacob. de Bel. in Authen. de trien. & semiss. per Bartol. in l. ex militari. de milit. testam. & latiùs in l. ventre. ff. de acquiren. hæredita. ¶ Aduerte tamen; quia hanc opinionem communem,
3 quòd in quemcunque. &cæt. puto esse veram, † & restringendam quò ad portionem, quæ ad filium deuolui tur de iure communi; secus si ex priuilegio, & lucro ad alterius exclusionem, vt in portione, quam lucratur masculus, qui excludit sororem, ex forma statuti. Ita dixi repetens l. si fratres. C. de iur. deliber. & dixi, quòd fuerat cogitatus meus, quem Dominus Ang. multùm commendauit, & dixit se de hoc nunquam cogitasse, & cum repetitione mea illius legis extensa recessit postea D. Daniel de Aquila, cui DEVS pareat.

Ex §. Interdum.

SVMMAE.

1 *Interrogatus excusatur, si ex iusta causa nolit respondere interrogationi sibi factæ in iudicio.*
2 *Negatiua iuris indefinité prolata, æquipollet vniuersali negatiuæ.*
3 *Positioni captiosæ non est respondendum, nec à parte, nec à teste, & quæ dicatur positio captiosa, collige ex text. nu. 4. & ratio.*
5 *Iura dicentia, particularia iura silere debere per illam exceptionem, quæ opponitur [& parare posset præiudicium iudicio vniuersali] hodie sunt omnia correcta.*
6 *Quid iuris statuendum sit, quando quis conuentus ab vno iudicio vniuersali, conueniatur ab alio particulari, vide laté hic traditum ab Auctore.*
7 *Litis contestatio perpetuat actionem.*
8 *Mota controuersia super vniuersali iurisdictione, si postea moueatur particulare iudicium super aliquo membro iurisdictionis, an sit supersedendum.*

1 **§. Interdum.** ¶ Interrogatus excusatur, † si ex iusta causa nolit respondere interrogationi sibi factæ in iudicio. hoc dicit. ¶ Vel sic. Non debet quis præcipitari. hoc dicit. Ita allegatur per Iacob. Butr. ¶ In text. ibi [interrogatus] dic idest conuentus actione pesonali ad certum, & ex contractu defuncti. ¶ Ibi [non cogitur] dic præci-
2 sè, vel causatiuè; negatiua † enim à iure indefinite prolata æquipollet vniuersali negatiuæ. l. si is, qui ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dub. ¶ Ibi [controuersiam] quæ est etiã ante litem contestatam. l. Diuus. ff. de petitio. hæred. notatur ff. de procur. in l. non solùm. §. si status. & ff. ad Trebellia. l. Lucius. §. tres hæredes. ¶ Ibi [hæreditatis] & sic differtur singulare iudicium contra hæredem propter iudicium contra heredē vniuersale petitionis hæreditatis,

quod gl. dicit hodie correctum, per l. fina. sed dic clariùs,
3 vt j. dicam super gloss. ¶ Nota, quòd positioni † captio
sæ non est respondendum, nec à parte, nec à teste, vt no
tatur in Specul. de teste. §, iam de interrogatorijs. Et ex
4 isto text. colligitur, quando dicatur † positio captiosa;
quia (in quamcunque partem respondeatur) redditur re
sponsio præiudicialis, & ita vulgariter allegatur iste tex.
de quo dicam j. eod. in l. si defensor. §. fina. vbi etiam de
hoc aliquid tangam. ¶ In gloss. fina. in fin. ibi [sed illa
corrigit istam] nota ex ista gloss. quòd omnia iura, quæ
5 † dicunt, quod debent silere particularia iura per illam
exceptionem, quæ opponitur [& parare posset præiudi-
cium vniuersali iudicio] sunt correcta. ¶ Idem tenet
gloss. in l. fina. hic in gloss. alleg. tangitur etiam j. de ex-
cept. in l. si post litem. in quo Cin. multùm laborat in d. l.
fina. penulti. quæst. Pro cuius declaratione conclude,
6 quòd vbi conuentus ab vno † iudicio vniuersali, conue-
niatur ab alio iudicio particulari: tunc, si particulare
erat tempore periturum (etiam iure antiquo) non obsta
bat exceptio prædicta; quia cogebatur conuentus susci-
pere iudicium, saltem vsque ad litis contestationem,
7 quæ perpetuat † actionem. l. cum hæreditas ex Trebel-
liano. j. ad Trebellian. secus si non erat tempore pe-
riturum; quia tunc semper obstabat exceptio isto iure,
vt hic, & probatur in l. secunda. C. de except. rei iud. &
l. qui cum hærede. j. de act. & oblig. hoc nota. Aliud sta-
tuitur per d. l. fina. quia si conuentus vniuersali, conue-
nitur personali ex contractu defuncti, vel etiam ipse a-
gens similiter vniuersali; tunc non supersedetur. Sed si
conuenitur pro legato, debet legatum soluere; suscepta
cautione, vt d. l. fina. Si pro libertate, tunc elapso anno
suscipit iudicium, & libertatem præstat, vt ibi, ante non,
secundùm not. in l. si quis libertatem. in princip. s. de pet.
hæred. Sed si conuentus ab vno vniuersali, ab alio singula
ri iudicio conueniatur, qui tamen potest etiam vniuer-
sale intentare, exemplum in d. l. si quis libertatem. in
versicu. [nam cum quidam Licinianus] (intelligendo,
quòd ibi habet cohæredem, & ex aduerso filius propo
nebat querelam) tunc nullo iure videtur in hoc facta cor
rectio. Vnde supersedetur in iudicio singulari, de quo
loquitur tex. ibi, in versi. [nam cum quidam] quoniam
conuentus singulari iudicio, conuenitur ab eodem vni-
uersali. Vel si aliter inter eos speratur vniuersale iudiciũ:
tunc nil corrigitur, imò semper potest opponi ista exce-
ptio, casus est in l. non distinguemus. §. fina. s. de arb. &
est ratio; quia, ex quo inter eosdem speratur etiam iu-
dicium singulare, cum illud sit de genere, ista qui
dem duplex refricatio est prohibita. l. prima. s. familiæ
ercisc. quæ similiter non est correcta, vt notatur in l.
fundi. & l. fundum j. de excep. Quandoque conuentus vni
uersali, contra alium vult intentare particulare; tunc
illo pendente non potest, sed eo finito sic, casus est d.
l. si post litem. quæ non est correcta per d. l. fina. quæ
non loquitur hoc casu. Fallit si actio est tempore peritu
ra: quo casu conuentus vniuersali, & etiam agens (si
conuentus est negligens) eam in iudicium deducit. l. si
bonæ fidei. s. de petitio. hæredi. nam tunc potest dimi-
nuere de patrimonio hæreditas, vt ibi notatur, & hæc
sunt vtilia, quando est mota contentio, vel controuer-
sia de vniuersali iurisdictione, postea mouetur parti-
culare iudicium super aliquo membro iurisdictionis, an
sit supersedendum, de quo vide aliquid per Bartol. in
d. l. si post litem.

Ex l. Si quis in iure. & l. si quis interrogatus.

S V M M AE.

1 *Confessio licèt habeat veritatem contrariam: obligat tamen confitentem.*

L. Si quis in iure. & l. si quis interrogatus

¶ De quadrupede, vel seruo damnum dante, si confiteatur suum esse, tenetur, & si sit
conuentus, vel exactus, dominus liberatur. hoc dicit.
cum l. seq. ¶ In l. si quis. seq. ibi [cum eo actum] subau-
di, & exactum. ¶ Nota ex l. si quis. sequen. quòd licèt
1 confessio † habeat veritatem contrariam: tamen obli-
gat confitentem, quod declara, vt notatur in l. Iulianus.
& in l. qui Sticum. j. de confess.

Ex l. Si sine.

S V M M AE.

1 *Respondens, vel confessus pro interrogato habetur, licèt non sit, & inhabilitas interrogantis, & interrogati annullat responsionem.*
2 *Ponens aliquid in iudicio, illud videtur confiteri.*
3 *Cautela litigantium est, vt vbi appareat confessio, de qua in hoc tex. siue ante interrogationem, siue post, illa procuretur redigi in actis.*
4 *Pars licèt non teneatur respondere positioni, siue interrogationi partis aduersæ: si tamen respondet, sibi præiudicat, & an talis responsio possit reuocari.*
5 *Interrogationes fieri possunt, & per partem, & per aduocatum, qui potest interrogare, & responderi ei debet, licèt iudicium cum eo non fundatur.*
6 *Allegationes iuris, & non facti pertinent ad aduocatos.*
7 *Pars, quæ vult interesse interrogationibus faciendis à iudice testibus contra se productis, potest, & ratio.*

1 **L. Si sine.** ¶ Respondens, vel † confessus pro interrogato habetur, licèt
non sit, & inhabilitas interrogantis, & interrogati anul-
lat responsionem. hoc dicit cum §. primo. §. interroga-
tum. ¶ In tex. ibi [quis] dic conuentus actione personali,
tanquam hæres debitoris. ¶ Ibi [responderit] ita appella
tur assecuratio, secundum gl. in l. non nudis. C. de proba.
¶ Ibi [sed & ab aduersario] aduerte: quia hodie videtur in
hoc esse differentia, secundum notata in c. 2. de confess. li.
6. & ibi Arch. allegat istum tex. Et ex hac lege sumitur ar
2 gumentum, quòd si quis ponat † in iudicio, quòd illud videtur
confiteri; nam hic dicitur, quòd etiam si ab aduersario non
petatur, & aliquid respondeatur, quòd pro interrogato habe-
tur, quod locum habet tàm in actore, quàm in reo, pro quo
facit. C. de liber. caus. l. cum precum. Et ex hoc sumi-
3 tur cautela † per litigantes, quòd vbi apparet ista confessio si
ue ante interrogationẽ, siue post, procurent illam redigi
4 in actis. ¶ Item facit ista lex, quòd licèt pars † non teneatur re
spondere positioni, vel interrogationi partis aduersæ, si tñ
respondet, sibi præiudicat. Ita allegatur per gl. in c. pe. de
iura. calum. & hoc tenet Specu. in titu. depos. §. 6. versi.
hoc autem scias, quòd licèt non teneatur quis respõdere,
ad quod

ad quod facit. l.prima.C.de anna.excep.facit quod nota.
Inn de dol. & contum.in cap.pro vt. Quod intellige, nisi
fuisset dictum [saluo iure impertinentium,& non admit
tendorum.] An autem talis responsio facta positioni, vel
interrogationi,possit reuocari, vide gloss. de iureiuran.in
cap.fin.lib.6.vbi dicit, quòd sic,si fiat incontinenti,non si
ex interuallo,de quo vide,quod dicam.ĩ.eod. in l.de æta
te.§ fin.¶In gloss. 1. in fine.ibi[§ si scriptum.]dic.sed hic
fictio,ibi præsumptio.¶In gloss. 2.ibi[sine aduocato]no-
ta, ꝙ interrogationes possunt fieri & per partem, & per
aduocatum, de quo tangitur per Iac. de Bel.in Auth. vt
matr.& auiæ.§. quoniam. & per Guil. in Spec.de test.§.
nunc videndum. & §.iam de interrogatorijs. Cui adde,
5 quòd aduocatus † potest interrogare, & responderi ei de
bet, licèt cum eo non fundetur iudicium, vt habetur s̃.
de postul.in l.1.§.pueritiã. & quòd debeat responderi,vt
de quod notatur s̃.de legi.in l.legis virtus. Alibi gloss. vi-
detur aliter sentire.C.de iura.calum.in l.2. in princ.super
vers.antequã. pro quo facit quod notatur.ĩ. de pub. iud.
in l.custodias.in gloss. 2. Alibi dicitur, quòd allegationes
6 iuris, non facti pertinent ad aduocatos. Ita notatur in Au
then.de testi.§.quia verò.& C.de testi.in l.si quando. Cir
ca quod vide,quod notat Bart.in §.quæstioni.hic alleg.&
latiùs in d.l.custodias.¶Addde notabilem gloss. 3.q.1.in
cap.in primis.super ver. testes. quæ dicit, quòd quæcun-
7 que pars velit,interrogationibus † à iudice testibus faciẽ
dis contra se productis interesse, potest est ratio, quia par
tes meliùs nouerunt quærere omnes circunstantias, alle-
gat d.§.quæstioni.¶Ad idem facere videtur de fideius.c.
2.iuxta finem. Arch.d.ibi tenet contra,maximè in hoc ca
su.aliquid facit l.nullam.C.de testi. & extra de testi.cap.
venerabili.& allegat ibi auctoritatem Tancred. Goffred.
Bernard. Innoc.& Host.eod.tit.in c.2. vbi Host.ponit ita
dicere Archid.de test.in c.præsentium. lib.6.

Ex §. Alius.

S V M M AE.

1 *De pertinentibus ad se principaliter, vel ratione officij, debet quis interrogari.*
2 *Debitor alienus ingressus monasterium, non debet ipse arctari ad respondendum positionibus, sed monasterium. & ratio.*

1 §. Alius. ¶ De pertinentibus ad † se prin-
cipaliter, vel ratione officij quis
debet interrogari.h.d.& facit ad id, quod dixi. s̃.tit.1.in
l.fin.& ad huius legis declarationem vide Io. An. in Spe.
de posit.§.7.vers.4.in 3.colum. vbi ponit exemplum ad
intellectum istius literæ, quando de facto proprio, & de
facto aduersarij est connexio, vt pone: quia mutuaui ti-
bi centum. &c. Et concludit, quòd & de facto proprio,&
de facto aduersarij, ac etiam tertij (si faciunt ad causam)
potest, & debet responderi, facit etiam, quod ipse dicit
eod.titu.in §.secundò considerãdum. ¶ Et allegatur iste
2 tex. quòd † si debitor alienus est ingressus monasterium,
non debeat ipse monachus arctari ad respondendum po
sitionibus, sed monasterium; quia non plus iuris habet in
causa iste monachus, quàm alius de monasterio, cum om
neius sit translatum in monasterium. Auth.ingressi.C.de
sacr.sanct.eccles. Ita allegatur per Iaco. de Are. in l. 2.§.
quod obseruari.C.de iur. calum. facit quod not.in clem.
2.de hæret.

Ex l. Si defensor.

S V M M AE.

1 *Licèt defensor possit sine mandato respondere defensionibus: confessio tamen sibi præiudicat, non domino, & quomodo.*
2 *Procurator ex processu causæ obligatur, quod non est in aduocato. & ratio differentiæ.*
3 *Non respondere, & plenè non respondere, paria sunt.*
4 *Interrogatus potest petere dilationem, vt informetur, vel certificetur.*
5 *Responsio procuratoris habentis mãdatum, quando possit præiudicare domino, & de quo mandato intelligatur speciali, an generali, vt ei præiudicet, & quomodo hoc fiat.*
6 *Quando dubitatur verum, an falsum sit illud, quod in confessione deducitur; tunc inspicitur, quomodo confessio emanauerit, an per viam contractus, vel iudicij, & vtroque modo considerato, quomodo noceat, vel non.*
7 *Confessio Prælati, vel alterius Rectoris ecclesiæ, an noceat ipsi ecclesiæ. remissiuè.*
8 *Confessio facta coram iudice incompetente, an noceat confitenti. remissiuè.*

L. Si defensor. ¶Responsio defensoris
præiudicat sibi, non do
1 mino.h. d. ¶Nota, ꝙ licèt † defensor sine mandato pos
sit respondere defensionibus: tamen confessio præiudi
cat sibi, non domino. ¶ Item nota in ver. [tenebitur] ꝙ
2 † procurator ex processu causæ obligatur; secus est in ad
uocato, vt dixit gloss. in l. prima. §.primo.de post. Et po-
test assignari ratio diuersitatis; quia procurator conci-
pit actum in sua persona: aduocatus autem in persona
clientuli. ¶Nota etiam ex tex.ibi[quia non plenè] quòd
3 † paria sunt, non respondere, vel non plenè respondere.
& ideo in casu proposito stipulatio iudicatum solui,com
mittetur contra eum.l.non solùm. in princip. s̃. de procu-
rator. sed non plenè,per Doct.in l.1.C.de confess. Adde
tamen, quòd, quandoque potest peti responsio principa-
lis tanquam meliùs informati. s̃. de procurat.l. si actor.
4 ¶Item quòd interrogatus potest petere † dilationem, vt
informetur, vel certificetur, vt notatur in Authen.qua in
prouincia.C.vbi de crim.agi.opor.¶ In gloss. super uer.
præiudicium ibi: [probetur à domino] dic, scilicet an-
te sententiam, non post, secundùm notata in l.error.C.de
iur.& fact.ignor.¶In fin.gloss. pro declaratione huius at
5 tende, an procurator † habeat speciale mandatum ad sic
respondendum; quia si habet: tunc est clarum, quòd ta-
lis confessio præiudicat domino, vt infra eodem. l. qui
seruum. secũdo responso.& l.pater ex prouincia. infra de
manum.vind.& de fals.l. Diuus Claudius. §. item Sena-
tus. Sed si habeat mandatum generale simpliciter ad re-
spondendum, dic, si confiteatur verum, debet confes-
sioni stari; quia debuit bonam fidem agnoscere. l. quo-
ties § sicut.infra de administratio.tutorum. si confitetur
falsum, non nocet domino; quia aut hoc facit ex cer-
ta scientia, & videretur donare, quod non potest. l. Præ-
ses. C.de transact.& l.contra iuris.§. finali.supra de pact
Aut confitetur per errorem: tunc si facti, non nocet de iu
re communi, ex quo de veritate apparet. Si iuris, non
nocet ex quo de veritate apparet; quia vbi põt apparere
sciẽtia, vel error nõ nocet: & sic l.non fatetur. in secundo
resp.ibi[nisi ius ignoret] habet locum in principali rñden
te, nõ in ꝓcuratore, vel alio administratore. Et hæc proce-

dũt, in vera cõfeſsione, in ficta aũt confeſsior procuratoris videtur, ꝙ habeat obeſſe domino, per l. nõ ſolũ in prin. ſ. de procur. & de confeſſ. cap. ſecundo. & hæc procedunt in procuratore maioris, ſed in procuratore minoris, non videtur poſſe haberi pro confeſſo per actum ſui adminiſtratoris. l. neque infantes. ſ. de fideico. liber. circa quod vide omnino Bartol. in l. prima. §. ſi procurator. ſupra ſi quis. iuſd. non obtemp. Si dubitatur, an ſit verum, vel
6 falſum, quod in confeſsione † deducitur: tunc attende, an confeſsio emanauit per viam contractus, & nõ nocet. l. Lucius. §. tutelæ. infra de adminiſt. tutor. Et idem ſi per viam diſtractus, vel liberationis. C. de nouat. l. non abſtulit. Sed ſi emanauit confeſsio per viam iudicij: tunc ſi per modum voluntariæ iurisdictionis, non præiudicat, niſi fiat domino præſente, vel ratificante, & ita poteſt intelligi gloſſ. in l. ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iuram. calum. & eſt ratio; quia procurator (etiã cum libera) nõ poteſt donare. l. procurator, cui libera. ſ. de procurator. ſed certum eſt, quòd iſta eſſet donatio. Si per modum cõtentioſæ iuriſdictionis, vt quia porrectus eſt libellus, & lis conteſtata; tunc valet confeſsio, & præſumitur vera, donec dominus probet contra, vt hic notabiliter voluit gl. & in l. prima. C de confeſſ. & in l. certũ. §. ſed an ipſos. infra de confeſſ. ¶ Prædicta procedunt in procuratore ad iudicia, ſecus ſi eſt ſimpliciter procurator ad negocia; quia non poteſt confiteri, niſi habeat ſpeciale mandatum, caſus eſt in l. non abſtulit. C. de nouat. ¶ Quid
7 autem † in confeſsione Prælati, vel alterius Rectoris eccleſiæ, vide de elect. cap. dudum. & de teſti. capitu. præſentiam. ¶ Adde prædictis, quid de confeſsione facta coram iudice incompetenti, an, & quando præiudicet, quod Canon. examinant extra de iud. in capitulo. at ſyndici. Tu vide notabile dictum Innocen. de elect. in cap. per inquiſit.

Ex §. Qui interrogatus.

SVMMAE.

1 *Indefinita reſponſio limitatur ſecundùm præcedentem interrogationem.*
2 *Qui ſimpliciter confitetur, videtur confiteri totum, niſi ſpecialiter fuerit interrogatus de parte.*
Et quid in negante ſimpliciter, an videatur negare totum.
3 *Quando ſupplicatur cum clauſulis derogatorijs non obſtantibus, & Superior ſimpliciter reſcribit de iuſtitia, videtur in dubio etiam derogatum obſtantibus, vt ſic per omnia reſponſio adaptari debeat ad petita.*
4 *Dictum teſtis deponentis de alicuius poſſeſsione per decem annos, in qua interrogatus de ratione, dixit; quia vidi, probat, licèt eius ratio poſſet verificare ipſam poſſeſsionem in vna tantùm die. & ratio.*
5 *Illa, quæ ſunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata in termino referente.*
6 *Quando teſtis ſuper capitulo de veritate, & fama iurat dicere veritatem, & interrogatus de veritate dixerit ſe nihil ſcire, non per hoc eſt præcluſa via amplius interrogandi eum ſuper fama; quia reſponſio debet referri ad interrogata, vnde debet ſuper fama examinari.*

1 §. qui interrogatus. ¶ † Indefinita, vel indeterminata reſponſio limitatur ſecundùm præcedẽtem interrogationem. h. ita allegatur. ¶ Vel ſic. Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata determinant. h. d. Ita allegatur per Iaco. de Are. in l. fina. §. cui dulcia. infra de triti. vin. vel oleo. leg. ¶ In text. ibi [dicendũ eſt.] Non obſtat ſupra eodem. l. prima. in princip. & inf. eodem. l. qui ſeruum. §. in iure & ibi dicam. ¶ Nota iſtum text. qui facit ad notata in l. & ſi quis. §. plerique filij. infra de relig. ſcilicet, quòd
2 ille, qui ſimpliciter † confitetur, videatur confiteri totum, niſi ſpecialiter ſit interrogatus de parte, facit. l. Aurelius. § Sticho. infra de liber. lega. & ſecundùm hoc facit ad not. in l. prima. §. ſed videndum. infra. de ſucceſsor. edict. & infra de acquiren. hæred. l. illud. & C. de iure delibe. l. ſuum. & ideo dominus, qui in iudicijs negat, intelligitur negare totum, & quamlibet eius partem; quia, quicquid includebatur in affirmatiua aduerſarij, videtur excludi per negatiuam rei propter naturam contrariorũ, & propter naturam relationis, vt hic, & probatur ſupra de pact. in l. ſi vnus. §. ſi cũ mihi decem. Pet. tamen, & Cin. dixerunt, quòd illud, quod dicitur, quòd negans videatur negare totum, eſt verum ſecundùm naturam: ſed ſecundùm iuris præſumptionem debet attendi, an teneatur aduerſarius facere certum, & tunc negando totum ſimpliciter, videtur negare quamlibet eius partẽ. Sed verius credo, quod in iudicijs ſupra proximè dixi. ¶ In gloſſ. prima ibi [in l. ſi in rem] ſolue, vt in notatis in gloſſ. Vel dic, quòd ſunt termini diuerſi; quia ibi loquitur in libello: hic autem in reſponſione, & iſta ſunt longè diuerſa. ¶ Ibi [§. ſi verò partem] ſolue, hoc contingit, ideo quia præceſsit petitio certa, cui conformari debet reſponſio: illud autem, quod ibi dicitur, eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis. ¶ Vel dic ſecũdò, quòd ibi ideo, ne inſtitutio vitietur, arg. ſ. de reb. dub. l. quoties. ¶ In gloſſ. ſuper verbo, reſpondiſſe, in fin. ibi [§ præterea.] nota iſtum text. cum iuribus hic allegatis in iſta gloſſ. quia
3 allegantur, quòd † quando ſupplicatur cum clauſulis derogatorijs non obſtantibus, & Superior ſimpliciter reſcribit, de iuſtitia, quòd videatur in dubio etiam derogatum obſtantibus, vt ſic per omnia reſponſio referri, & adaptari debeat ad petita, facit quod notat gloſſ. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ſ. de verborum obligat. & l fin. §. ſi ita ſtipulatus fuero. & quod ibi notatur, eodem titu. & extra de fide inſtrum. cap. inter dilectos. §. cæterũm. & ita repericur fuiſſe concluſum aliàs in Romana Rota. in deciſione apud me 78. vbi allegant pro caſu extra de reſcr. capit. olim. & de donat. capit. cum dilecti. Quod credo poſſe procedere, quando Superior ſimpliciter reſcribit, fiat, ſecus ſi dicat, fiat iuſtitia; ita aliàs dicebam in quæſtione facti in curia Marchionis, ſtante ibi Eugenio Papa. ¶ Extra allegatur iſte tex. etiam, quòd dictum
4 teſtis, qui dicit, † quòd A. poſſedit decem annis, interrogatus de ratione, dicit [quia vidi] & tale dictum probat, licet eius ratio (quia vidit) poſſet verificari in vna die tantum, & ſic non videretur ſufficiens; nam ratio debet intelligi ſecundum dictum, per iſtum tex. quia † illa,
5 quæ ſunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur ſpecificata in termino referente. l. ait Prætor. §. primo. & l. in ſumma. infra de re iud. & l. tertia. C. de ſenten. quæ ſin. cert. quant. & ita fuit allegatum mihi in quæſtione facti per iſtum tex. terminatum fuiſſe per Bald. in conſilijs ſuis. ¶ Item facit iſte tex. ad quotidianam quæſtionẽ, qñ
6 † fit capitulũ de veritate, & de fama, & ſup vtroq; teſtis iurauit dicere veritatẽ, interrogatus de veritate, dixit ſe nihil ſcire, vel nil aliud ſcire, & dubitat, an ſit ꝑ hoc ꝑcluſa uia interrogandi eum ſuper fama; nam dictum eſt per iſtum tex. ꝙ reſponſio debet referri ad interrogata, & ideo

ideo super fama debet examinari,& ita dicit Matt. Syll. per istum tex. Hanc quæstionem vide in Spe. de notor. §. fama. vers. quid si testis. vbi Guil. facit mentionem, quòd hoc practicauit in causa coram eo inter Archiepiscopum Rauennaté, & tunc Episcopum Forliuij super Castro Medolæ,& quibusdam alijs castris. quam quæst. vide per Io. And. in Spec. de test. §. nunc vide. ad finem, in addit. quæ incipit. [Disputauit dominus meus in legib⁹] &c. Et hoc nota ad informationem eorum, quibus quotidie committuntur correctiones interrogatoriorum.

Ex § Illud quæritur.

SVMMAE.

1 *Generalis responsio est ad arbitrium iudicis declaranda.*

2 *Respondere tenetur quis, an sit hæres per se, vel mediante alio, cui successit.*
Item an ille, cui ipse successit, fuerit hæres eius, ex cuius testamento agitur.

3 *Vbi est dubium, an sit respondendum positionibus, vel positio ipsa sit admittenda, nec ne, iudex debet de hoc summatim cognoscere.*

4 *Interrogatus quis dubitet, an ad eum spectet successio, vel non, potest ob huiusmodi dubium nolle respondere: & tunc debet interrogari, an sit possessor hæreditatis. In quo est sumpta forma, & consilium, de quo vide Auctorem. nume. 5.*

6 *Testis interrogatus, an sit criminosus, vel tali crimine irretitus, quòd non possit testificari, tenetur respondere.*

1 §. Illud quæritur. ¶ Generalis responsio est ad arbitrium iudicis declaranda. ¶ Vel sic pleniùs. An quis sit hæres, & quo iure, & ex qua parte, interrogatus cogitur respondere (summatim tamen cognitio de iure petentis.) Hoc dicit. ¶ Nota ex ista litera plura. ¶ Primò, quòd
2 † quis tenetur respondere, an sit hæres per se, vel mediante alio, cui successit, & sic tenet quis respõdere, an ille, cui successit, fuit hęres eius, ex cuius testaméto agitur. Quod est notabile, quia quotidianum. ¶ Secundò nota in vers.
3 [summatim igitur.] quòd, † vbi est dubiũ, an sit respondendũ positionibus, & an positio sit admittenda, vel nõ, iudex habet summatim de hoc cognoscere, de quo tangitur per glo. extra de offic. deleg. in c. cũ contingat. in glo. 3. & ibi Io. And. reassumit super illa glo. Consilium autẽ est, quòd (stante dubio) iudex admittat (saluo iure impertinentium, & non admittendorum) Ita dicit Io. And. in d. cum contingat. & dicit, quòd ista est bona, & communis practica, & in clem. constitutionem. de elect. in gl. ordinaria. Allegatur etiam iste in isto vers. quòd actus contentiosæ (etiam iurisdictionis) idest qui examinatur in figura iudicij, & requirit solum semiplenam cognitionem, põt vbiq; expediri, de quo. s. eo. l. voluit. §. 1. qualis autẽ sit ista summaria cognitio, collige ex his, quæ dixi. s. titu. 1. in l. 3. §. sciendum. ¶ Aduerte tamen circa prædicta, quòd
4 si † interrogatus dubitet, an ad eum spectet successio, vel nõ, potest (propter hoc dubium) nolle respondere, sed tũc debet interrogari, an sit possessor hæreditatis, & sufficit, si legatario, vel creditori agenti respondeat, quòd sic, & procedet contra eum iudicium, licet non probetur aliter hæres, & hoc propter incertitudinem successionis, vt. s. de transac. l. controuersia. & ibi notat glo. & super ea Doct.
5 Et ex hoc est † sumpta forma, & cõsilium, quod in proclamatione, vel citatione generali dicatur, si quis velit dicere se hæredem, vel bonorum possessorem, &c. ¶ Item per istum tex. arg. Guil. in Spec. de test. §. iam de interrogatorijs. vers. sed nunquid quæretur ab eo. in 8. colum. quòd
6 † testis interrogatus, an sit criminosus, vel tali crimine irretitus, quòd nõ possit testificari, quòd teneat respondere, de quo vide tactum per gl. extra de testi. in c. cũ causã. per Ioa. And. in titulo de posit. §. septimò. vers. decimò nonò quæritur. Bar. in l. Marcellus. ff. rer. amot. & in Spec. in d. §. septimò. vers. & nota, quòd cum interrogatur cõtra se, & vers. quid igitur si fiat. & §. decimò. vers. sed pone. ¶ In glo. super verbo, subiectos. in prin. nota ergo, quòd potest interesse, quo iure alicui succedatur, quod facit ad notata in l. filij. in fine. C. famil. ercis. & sic est casus, quo necessaria est interrogatio de isto (quo iure sit hæres) ante libelli dationem, ne variato facto, necessariò sit opus nouo libello, & noua dilatione ad respondendũ. Circa quod vide Io. And. in Spe. de interrogat. ante lit. contest. facit. §. 1. in addit. quæ incipit Azo. & addite quod dixi. s. l. 1. super. 5. gl. ¶ Ibi [itẽ petita bonorum possessione] aduerte: quia ista exẽpla, quæ sequuntur, sunt in se vera, sed nõ faciunt ad l. istam.

Ex §. Si de peculio.

SVMMAE.

1 *Impertinens interrogatio non debet admitti.*

2 *Interrogationi, vel positioni, quæ non est pertinẽs ad causam, non cogitur quis respondere. Item nec quando est multiplex. nume. 3.*
Item nec quando est captiosa. nu. 4.

5 *Articulus, vel positio disiunctiua admittitur, quando est in facto alieno.*

1 §. Si de peculio. ¶ Impertinens † interrogatio nõ debet admitti. h. d. ¶ Item allegatur in Spec. de position. §. septimò. vers. sed considerandum est. ¶ In tex. ibi [filij, vel seruum] dic ex cuius persona agitur. ¶ In fine ibi [fit] & ideo ad hoc cogitur respondere, vt notat. s. eo. in l. 1. in
2 prin. ¶ Nota ergo, † quòd positioni, vel interrogationi, quæ non est pertinens ad causam, quis non cogitur respõdere. Ita allegatur in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. facit qđ tetigi. s. eo. in l. si fine. in §. fi. Similiter, nec
3 quando positio est † multiplex, & implicita, debet quis cogi respõdere; quo casu potest interrogat⁹ petere, quòd diuidatur, arg. l. filius. ff. de fals. & l. ait Prætor. §. quãcũq; autem. ff. de iureiur. quod intelligo verum, etiã si ponẽs, vel interrogans dicat [pono simpliciter, & diuisim] &c. hoc enim nõ releuat, vt notatur de cõfess. in c. 2. lib. 6. Si-
4 militer nec quando † positio est captiosa, exemplum. ff. de iureiur. l. qui iurasse. §. si pater. Ita probat. s. eo. in l. & quia. §. 1. notatur in glo. in d. c. 2. vbi dicit, quòd si sit implicita; quia comprehensa in illa, sunt pro parte vera, & pro parte non, licitum est negare totum. idem nõtatur de testib. in c. præsentiam. in gloss. sigillatim. eod. lib. & in Spec. eod. tit. §. 11. Bart. tamen videtur aliter sentire in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. vide etiam in l. qui solidum. §. etiam respub. de leg. 2. de positione disiunctiua, quæ fit per [vel] vide Innoc. de rescrip. in c. ex parte. super glo. ¶ Nota argumentum, vbi dicit, quòd articulus,
5 vel positio † disiunctiua admittitur, quando est in facto alieno, in quo cadit probabilis ignorantia. quod est valde notandum.

Ex l. Non alienum.

SVMMAE.

1 *Qui negat se ius habere in re, de qua litigatur, cogitur rei cedere.*

2 *Quando negat quis ius suum, debet super tali iure silentium imponi.*

3 *Negans sententiam per se latam, cogitur illi cedere, aliàs iudex pronunciabit illi fidem adhibendam non esse.*

4 *Missionem ex primo decreto non sufficit fieri, nisi detentor, vel detentator expellatur.*

5 *Contumacia in primo decreto potest esse tanta, quòd habeat vim secundi decreti, sicut etiam tanta potest esse contumacia domini, quòd missus in possessionem lucretur fructus.*

6 *Missio in possessionẽ ex causa noxali, & damni infecti, habet vim secundi decreti.*

7 *Licèt non possit quis vti pro se positione negata: poterit tamẽ vti testibus super ipsa negatione receptis.*

8 *Interrogatus, quo titulo possideat: eo casu, quo tenetur respõdere, si respondeat [nõ dico tibi, quia nolo] postea producat titulum, quem à prin. subticuit, ratione mendacij an patrocinetur ei talis responsio, de quo vide.*

9 *Vasallus, qui per spatium longi temporis præstitit seruitium Domino, & non specificauit feudum, an possit cogi à Domino ad specificationem ipsius feudi cum instrumenti ostensione, remissiuè.*

1 L. Non alienum. ¶ Qui negat se ius † habere in re, de qua litigatur, cogitur rei cedere. Hoc dicit. ¶ Vel ad literam sic. Pro cautione damni infecti, potest quis interrogari, an domus, vel prædium ruinam minans, sit eius, vel nõ. Hoc dicit. Allegatur iste tex. quòd qui negat dominium rei, non possit vti dominio, vel eius effectu, de quo vide per Iac. de Are. in l. damni. §. cum pariete. ͡j. de dam. infect. vbi vide. ¶ Item allegatur, quòd neganti ius
2 † suum, debet super tali iure silentium imponi. facit. l. penul. C. de lega. ¶ Item allegatur notanter per Inno. extra
3 de fide instr. c. G. perpetuus. quòd si neget † quis sententiam per se latam, cogitur illi cedere, vel iudex pronunciabit illi fidẽ non esse adhibendã. ¶ Nota etiam istum tex.
4 quòd non sufficit fieri missionem † ex primo decreto, nisi detentor, vel detentator expellatur, ita probatur hic in verbo [tradere] facit. l. si finita. §. vbi autem. & §. si fortè. ͡j. de dam. infect. Et ideo allegatur per Iac. de Are. in materia primi, & secundi decreti, quòd potest esse tanta con
5 tumacia † in primo decreto, quòd habeat vim secundi, vt probat iste text. ibi [quasi dolo versatus] de quo vide hic glo. super verbo, tradere. Sic etiam aliàs domini tanta potest esse contumacia, quod missus in possessionem lucretur fructus. l. Fulcinius. §. fin. ͡j. quib. ex caus. in possess. eat. quæ omnia declarantur per Bar. in materia primi, & secundi decreti, in d. l. si finita. §. si plures. ¶ Et per istam legẽ dicebam in Auth. ei, qui iurat. C. de bon. auct. iud.
6 possid. quòd † missio in possessionem ex causa noxali, & damni infecti habet vim secundi decreti. ¶ Extra videtur
7 probare iste tex. quòd quis non possit † vti positione negata, quod tenet. ͡j. de except. l. non vtique. & Spe. in §. 8. tetigit etiam Bart. in l. post legatum. ͡j. de his, quib. vt indig. Cano. de except. in c. cũ venerabilis. de cẽs. in c. olim. de re iur. in c. ex eo. cum concordant. ibi. lib. 6. cui adde, quod dicam. ͡j. l. prox. §. qui tacuit. sed licèt non posset vti positione negata, poterit tamen vti testibus receptis super positione negata; quia testes iurant dicere veritatem pro vtraque parte. C. de epis. & cler. Auth. sed iudex. & ita voluit Bar. in d. l. post legatum. nisi fortè etiam contra testes opposuisset, vt ibi notatur. ¶ Quid autem si interrogatus, quo titulo possideat, eo casu, quo tenetur respondere, secundùm nota. in l. cogi. C. de petit. hęred. respondeat [nõ
8 dico tibi; quia nolo] postea producat † titulum, quẽ subticuit à principio, dic, quòd non patrocinatur sibi ratione mendacij, arg. istius tex. & argum. C. de fid. instrum. l. 2. bene facit quod notat Innoc. in d. c. G. perpetuus. Guil. tamen videtur sentire, quòd imò possit ei patrocinari, sed debeat condemnari in expensis legatario, & hoc iustius, & humanius, & verius puto. ¶ Extra etiam allegatur iste tex. ad quæstionem, quæ fuit de facto in Regno Siciliæ, si
9 vasallus † per longa tempora præstitit seruitium, non tamen specificauit feudum, vtrùm Dominus possit eum cogere ad specificationem feudi, dicens ostende mihi, quod tenes à nobis, & si non vult specificare, vtrũ cogatur ostendere instrumentũ. Iac. de Bel. in tit. si de feud. defun. fuer. cõtro. inter dom. & agna. in c. 1. §. vasallus. in vsi. feu. allegat illum tex. ꝙ vasallus debeat rem, ostendere, & allegat. l. pen. in fi. ͡j. de alim. & cib. leg. probatur in Auth. de mand. prin. §. coges. & C. de donat. in l. si quis argentũ. Item quia videtur pro toto patrimonio præstitisse seruitium. s. de iud. l. si fideicommissum. §. tractatum. ¶ In cõtrarium, quòd dominus debeat probare, facit. l. plures apocis. C. de fid. instr. & C. de pign. act. l. nec creditores. vbi dicitur, ꝙ dominus tenet. Azo. terminauit contra vasallum, argum. ͡j. de confess. l. certum. & 12. quęst. 2. c. longinguitate. quod putauit verum, nisi vasallus habeat iustæ ignorantiæ causam, argumen. ͡j. de reg. iur. l. qui in alterius. Bal. in d. §. vasallus. vbi hoc reassumit, dicit, quòd in factis antiquis, & implicitis, vbi non apparẽt instrumenta, nec testes originarij, recurritur ad communem hominum memoriam, & famam. ͡j. de probat. l. si arbiter. & C. de rei vendic. l. indicia. benefacit quod notat glo. in l. proprietatis. C. de probat. nam fama, quandiù viguit, inducit præsumptionem iuris: & subdit, quòd super hoc etiam domestici interrogabuntur, vt dicit gloss. de vxore in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. debea. lib. 12.

Ex l. De ætate.

SVMMAE.

1 *Allegans ætatem ad intentionem suam fundandam, actor siue sit, siue reus, debet illam probare.*

2 *Interrogatio de ætate, & positio fieri potest ante lit. contesta.*

3 *Ratione dubitationis tenet responsio facta à persona minòs legitima (puta à minore sine auctoritate curatoris.)*

4 *Minor, qui (fortè ex forma statuti) non potest respondere sine auctoritate agnati, vel cognati, qui nolit auctoritatem præstare, poterit iudex ipse auctoritatem interponere.*

5 *Minor, qui non potest contrahere sine curatore: poterit tamen fideiubere pro suo procuratore.*

6 *Si petatur ordinari curatorẽ alicui, tanquã minoris, & aduersarius procedat cũ illo, vt cum curatore, prę sumitur minor.*

7 *Actus vbicunque habet debitam formam in alijs, in dubio sẽper præsumetur habilitas personæ.*

L. De ætate. ¶ Ad intelligentiam huius principij pręmitte, quòd al
1 legans † ætatem ad suam intentionem fundandam, debet illam probare, siue sit actor, siue reus. C. de integ. restit. min.

min.l.4 & ideo est vtilis interrogatio, de qua hic, & sic
est casus, qui certificari potest tam ex parte actoris, quã
rei, quando de ætate dubitatur, & allegatur illud princi-
2 pium, quòd de ætate † potest fieri interrogatio, & posi-
tio ante litem contestatam, & pone casum in terminis, vt
hic in glo. hoc fit pro summario. ¶ In tex. ibi [quoque]
dic implicat quæstionẽ dubitabilem nedũ de alijs, & ista
est noua interrogatio, de qua dixit gl. ff. in l.1. in fin. ¶ No
3 ta ergo, quod ratione † dubitationis tenet responsio fa-
cta à psona minùs legitima (puta à minore) sine auctori-
tate curatoris. Ita colligitur hic ex tex. cum illa glo. facit.
ff. de petit. hæred. l. puta. Cui adde, si interrogetur minor,
4 qui non potest respondere sine auctoritate agnati, vel co
gnati (fortè ex forma statuti) & ille nolit auctorare, quòd
iudex ipse poterit auctoritatem interponere. Ita dicit no
tãter Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol.
mat. & in l. profectitia. post prin. ff. de iure dot. Quod in-
telligo verum, nisi statutum requireret etiam auctori-
tatem iudicis, quod est vtile, quando minor non po-
test contrahere, vel quasi testari, vel similia facere sine al
5 terius consensu. ¶ Item nota ex ista glo. quod licet † mi-
nor non possit contrahere sine curatore. l. si curatorẽ ha-
bens. C. de in integ. rest. vt vult ista glo. tamen potest fi-
deiubere pro suo procuratore. Ita probatur. ff. qui satisd.
cog. i l. de die §. 1. & est quæstio Guil. in Spe. de defens. §.
quoniam. vers. sed pone fideiussor. & ingrediendo mona-
sterium, bona sua alienat sine curatore, & etiam sine de-
creto, vt probatur extra de probat. in c. in præsentia. & ibi
notat Innoc. vers. minor annis. ¶ Extra adde primò ad
probationẽ ætatis, de qua hic, quod declarat Ioa. And. in
Rub. de infamib⁹. circa quod vide quod scripsi. ff. de pro
bat. in l. cum de ætate. practicam etiam huius legis vide
in Spe. de actor. post prin. vers. porrò si is. ¶ Adde etiam,
6 quod, si petatur ordinari † curatorem alicui, vt minori, &
aduersarius procedat cũ illo, vt cũ curatore, ille præsumi
tur minor, secundùm notata in l. 2. §. quod obseruari. C.
de iura. calum. & ibi Bal. facit quod notatur in Spe. de
libell. concept. §. sequitur. in vers. 1. & 2. de eo, qui rece-
pit libellum, tanquam à tali; nam videtur hic fateri, quòd
sit talis, &c. vt ibi. ¶ Adde etiam, ꝙ vbicunque actus ha-
7 bet debitam † formam in alijs, in dubio semper præsumi
tur habilitas personæ, notat glo. in l. 3. in prin. ff. de arb.

Ex §. Si quis cum hæres.

SVMMAE.

1 *Confessio statur contra se, non pro se.*
2 *Confessio emissa in iure ante litem contestatam præiudicat.*
Item, & desiderium apud acta publicatum, corrigi non potest.
3 *Confessus furtum se commisisse, si decedit ante litis contest. hæres eius tenetur.*
4 *Si ex duobus procuratoribus vnus confiteatur idem factum, alter verò illud neget, cui standum sit, & an dominus possit reputari contumax in non respondendo, remissiuè.*
5 *Aliud est sponte confiteri, aliud voluntariè, quod nota ad notarios, qui scribunt confessionem accusati, vel inquisiti in tormentis, an sponte, vel voluntariè dicant ipsum confessum.*
6 *Confessio an debeat regulariter acceptari pro, vel contra confitentem, vide quod tradit Auctor, & illius distinctionem.*
7 *Confessio eius, qui dicat se fecisse homicidium ad sui defensionẽ, confessio an tota sit admittenda, vel tota respuenda, & quomodo in tali dubio procedatur.*

§. Si quis cum hæres.

¶ Cõfessio
1 contra † se statur, non pro se. h. d. breuiter. ¶ Vel sic. Ver-
bis proprijs alicuius adhibetur fides contra se. hoc dicit,
& fuit iste tex. allegatus. ff. l prox. contra se. & in §. 1. ¶ In
tex. ibi [habebitur] facit ad notata per Archid. extra de
2 elec. in c. cupientes. lib. 6. ¶ Nota, quòd cõfessio † emis-
sa in iure, ante litem contestatam præiudicat, & ideo ali-
bi dicitur, quòd desiderium apud acta publicatum, corri-
gi non potest. l. rura. C. de omni agro deser. lib. 10. facit.
C. de liber. caus. l. cum pretium. Pro cuius declaratione vi
de omnino, quod scripsi in l. qui familiæ. ff. famil. erc. alle
gatur etiam iste tex. hic in fine in Spec. de interrog. ante
lit. contest. faciend. §. 2. post princ. vers. quid si is, qui con
fessus. ꝙ si is, qui confessus est se furtũ commisisse, de-
3 cedit † ante litem contestatam, quòd hæres eius teneatur;
quia in iudicijs quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff.
de pecul. & qui confitetur, tantum tenetur ex quasi con-
tractu, vt hic, facit. ff. ead. l. § qui interrogatus. quod no-
ta ad l. 1. C. ex delict. defunc. quæ videtur facere contra.
¶ Item allegatur ad quæst. de duobus procuratoribus,
4 quorum † vnus confitetur, alter negat idem factum, cui
stari debeat, & an dominus possit reputari contumax in
non respondendo, quod Ioan. reassumit de procur. in c. si
5 duo. in glo. 6. lib. 6. cui adde, quòd aliud est sponte † con
fiteri, aliud voluntariè, quod est notandum ad notarios,
qui scribunt confessionem accusati, vel inquisiti in tormẽ
tis. Si enim dicunt sponte, instrumentum est falsum; secus
si dicant, voluntariè; quia per hoc non probatur, ꝙ spontè
fuerit cõfessus, & hoc per notata in reg. velle nõ creditur.
ff. de reg. iur. Ita dicit Bal. in tit. de pace iura. firman. in §.
iniuria. in vsi. feud. vbi dicit, quòd hoc est nouum dictum,
idest noua consideratio. ¶ Item allegatur iste tex. per In-
noc. in c. Cumana. de electio. quòd protestatio facit fidẽ
in omnibus contentis in illa contra protestantem, quod
videtur probari. ff. pro derelict. in l. fi. ¶ Allegatur etiã in
Spec. de instru. edit. §. dicto. & §. fi. post prin. in quæst. si tu
tor extra ius, vel extra inuentarium plus confiteatur esse
in bonis minoris, quàm sit, quòd ista confessio præiudi-
cat sibi. Adde huic casum in l. fin. C. arbit. tut. quam vi-
de. ¶ In glo. vnica. hic in fine, concludit ergo simpliciter,
6 quòd confessio debeat acceptari † contra confitentem,
& non pro se. Contra quod facit, quia imò videtur, quòd
iudex debeat æstimare, an tali confessioni sit standum. l.
Publia. in fine. ff. depos. & nota glo. Alibi videtur aliter di
cere. C. de donat. ante nup. l. 2. & de except. l. si quidem.
Circa quod conclude scḋ Iac. de Rau. & cõtra Pet. si con
fessio est tota cõtra se, ei statur, vt hic, & hoc indubitatũ
est. Si est implicita; quia partim ꝓ se, partim cõtra sentẽ
si est vnica, & sub vna conceptione verborum, vt si mutua
sti restitui: tunc aut debet tota acceptari, aut tota respui,
argum. l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. Idem etiam si sub
diuersis conceptionibus, & inseparabilibus. l. etiam. §. 1.
ff. de min. & fam. erc. l. in hoc iudicio. sententiæ enim æqui
paratur confessio. l. 1. C. de confess. & l. certum. ff. eo. titu.
sed si sunt separabilia: tunc statur confessioni contra con
fitentem in eo, quod est cõtra eum: nõ autem in eo, quod
est pro se, vt in ista gl. sed relinquitur iudicis arbitrio, qui
secundùm probationes habebit hoc arbitrari. d. l. Publia.
in fine. ¶ Ex istis videtur posse inferri, ad quotidianum
dubium, quòd si inquisitus, vel accusatus de crimine, con
fiteatur se occidisse ad sui defensionem, ista confessio es-
set aut tota approbanda, aut tota reprobanda, & sic si ac
ceptabitur, absoluetur: si respuetur, curia, vel accusans ha
bebit necesse probare maleficium commissum. Aduerte
tamen,

tamen; quia Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ꝭ. de lib. lega. determinat contra. s. quòd talis confessio (licèt vnica) possit scindi; quia præsumptio iuris est contra cõfitentẽ. l. 1. C. de sicar. & l. si non conuicij. C. de iniur. & istud videtur velle glo. ordinaria in l. si filium. C. de liber. caus. quam vide; quia ad hoc bene facit.

Ex §. Qui ex quadrante.

SVMMAE.

1 *Confitens simpliciter positionem, vel simpliciter respondens, videtur in totam summam confiteri.*

§. Qui ex quadrante. ¶ Confitẽs se hæredem in solidum (licèt pro parte tantùm aliqua, vel etiam nulla sit hæres) potest in solidum conueniri. ¶ In tex. ibi [hæredem esse] dic simpliciter. ¶ Nota ergo, q
1 qui simpliciter † cõfitetur positionem, vel simpliciter respondit, videtur in totam summam confiteri.

Ex §. Si cum esset.

SVMMAE.

1 *Conuictus pro mendacio, habetur pro cõfesso super toto: secus in errante, vel iustam causam ignorantiæ habente*
2 *Negans positionem in totum per mendacium, punitur in totum.*
3 *Excusatur quis ratione iustæ ignorantiæ.*
4 *Mendacium non committitur sine dolo, sicut nec falsum.*
5 *Non hæres conuenitur quandoque, vt hæres ratione mendacij.*
6 *Mendaciorum genera octo, quæ tradit August.*
7 *Casus nonnulli, in quibus punitur mendacium.*
8 *Paria sunt, negare, & subtrahere.*
9 *Accusatus, vel inquisitus negans homicidium se commisisse, postea cõuictus vult probare, quòd id fecit ad sui defensionẽ, an admittatur.*

§. Si cum esset. ¶ Pœna mendacis est, vt teneatur in so-
1 lidum. hoc dicit. ¶ Vel sic. Conuictus † pro mendacio, habetur pro confesso super toto: errans tamen, vel habens iustam causam ignorantiæ, non punitur ratione mendacij. hoc dicit cum seq. §. interdum tamen, &c. ¶ In d. §. interdum. in fin. ibi [cur ei responsum] dic, & falsum. ¶ Ibi [noceat] quasi velit dicere, quòd nocere non debet, vt. ꝭ. ead. l. §. ex causa. ¶ Nota ergo,
2 quòd si aliquis negat † positionem in parte per mendaciũ, punitur in totũ, facit. ꝭ. ead. l. §. nihil. & quod ibi no. ¶ Itẽ
3 nota, quòd ratione iustæ † ignorantiæ quis excusatur. Ex
4 quo colligitur, quòd mendacium † non committitur sine dolo, sicut nec falsum. C. de fals. l. nec exemplũ. ¶ No-
5 ta etiam casum, quo non hæres † conuenitur vt hæres, ratione mendacij, vt hic, & sic aliàs ratione dubitationis ex facto rei procedit intentio actoris, quæ aliàs non procederet. s. de transact. l. controuersia. & ibi notatur. Et hoc facit ad notata per Innoc. extra de rescrip. in c. ex parte. 5. ¶ In glo. in solidum. idest tãquam solus, &c. tu dic. idest pro ea parte cõuenitur, pro qua fuit institutus, non pro tota hæreditate. Et quod dicit [in solidum] dic in eo, in quo institutus fuit; sufficit enim, si priuatur eo, in quo deliquit, arg. ꝭ. de vulg. & pupil. l. ex facto. §. Iul. s. de off. præsid. l. Diuus. & C. de pen. l. sancimus. ¶ In gl. super verbo, mendacij. in fine. ibi [secundùm August.] qui dicit,
6 quòd sunt octo † genera mendaciorum. ¶ Primum, quod fit in doctrina religionis, vt Christum non esse natum ex Virgine, vel non esse passum, vel simile circa articulos fidei. ¶ Secundum, vt aliquem lædat iniustè, & nulli prodest, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali. ¶ Tertiũ est, quod prodest alicui, & obest alteri, vt mẽdacium testis in causa pecuniaria. ¶ Quartũ, quod fit sola libidine, idest mala voluntate mentiendi, & fallendi, idest sine causa, & vtilitate. ¶ Quintum, quod fit placẽdi cupiditate, vt mendacium adulationis. ¶ Sextum est, quod nulli obest, & alicui prodest, vt ad euitandũ periculum pecuniæ, qui à fure, vel prædone iniustè petitur. ¶ Septimum, quod nulli obest, & alicui prodest ad vitandum periculum personæ, vt si mentiatur, nolens perdere hominem, quãtùm ad mortem. ¶ Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immundicia corporali aliquem tueatur, vt si volentẽ corrumpere virginem mentiatur esse coniugatam. De his autem, & qualitate peccati, & consequenter de pœnitentia imponenda per sacerdotẽ, vide Aug. 22. q. 2. in c. ne quis arbitretꝰ. & quod ibi notatur. & ista nota; quia sunt quotidiana, & notanda.
7 ¶ Extra nota hic vnum casum, quo † punitur mendaciũ. Alius est in l. fin. s. de rei vendic. & in l. 2. C. vbi in rẽ act. & in l. si fundus. §. in vendicatione. ꝭ. de pigno. Alius fuit. s. l. prox. cũ ibi notatis. Alius in l. 2. §. 1. s. si ex nox. caus. agatur. & in l. 1. §. interdum. si quadr. paup. fecis. dica. in negante animal suum. Item alius in l. cũ de indebito. in princ. & §. 1. ꝭ. de probat. ad quem facit. l. 2. C. de donat. ante nup. & quod notat gl. C. de except. in l. si quidẽ. Aliꝰ in Auth. itẽ possessor. C. qui pot. in pign. habea. & ibi est ratio; quia ibi negauit id, super quo ius retinendi fundatur. Alius. ꝭ. pro soc. l. si vnus. §. fi. & ꝭ. de re iud. l. sed hoc ita. §. quod autem. scilicet in negante se socium. Idem in negante se filium. l. sed & si ex parte. §. interdum. ꝭ. quod cum eo. vel in negante se fideiussorem. l. si dubitet. §. ita demum. ꝭ. de fideiuss. perdit enim beneficium diuisionis, & etiam cedendarum (secundùm aliquos.) Alius habetur in l. hæreditarium. §. fin. ꝭ. ad l. Falcid. in negante rẽ hæreditariam, in qua perdit Falcidiam, & est ibi singula-
8 laris casus in hoc, quòd paria † sunt, negare, & subtrahere. Alius est in l. 1. §. meritò. ꝭ. depos. in negante depositum sibi factum tempore necessitatis, vt incendij, vel relictum pio loco. Inst. de act. §. item mixta. vel negantem damnum datum. C. ad l. Aqui. l. contra negãtem. quia damnatur ad duplum. & l. inde Neratius. §. hæc actio. s. ad l. Aquil. Alius in l. fi. C. de fideicom. & isti sunt casus speciales, qui non videntur trahendi ad consequentiam, idest ad alios. Quod credo verum, nisi in alio casu sit omnimoda, vel maior ratio, secundũ quod no. in l. 2. C. de noxa. & extra de tẽpo. ord. in c. 1. lib. 6. ¶ Extra
9 videtur facere iste tex. ad quæstionem † accusati, vel inquisiti, qui negauit se maleficium commisisse, postea cõuictꝰ vult probare, quòd fecit ad sui defensionem. In qua quidam dixerunt, quòd sic; quia non est sibi contrarius. Ita voluit And. de Iser. in materia feudorũ. in c. 1. §. porrò. quæ fuit prim. caus. benef. amit. & hoc dixi in quæstione facti verum; quia sua negatio non fecit eum homicidã. l. inde Neratius. §. fi. s. ad l. Aquil. sed si præsumptio esset pro eo, q ad sui defensionẽ, & sic trãsfert onus probãdi in aduersariũ; tunc negando homicidiũ, bene excluderetur ab illo cõmodo, arg. ꝭ. de proba. l. cũ de ætate. & sic licèt postea vellet fateri, non gauderet illo commodo, nisi probaret vere ad sui defensionem. Ita alias concludebam

debam. Circa quod adde glo. notabilem. Instit. de act. §. item mixta. & quod notat Bar. ff. de iureiur. in l. eũ, qui. in prin. & latiùs in quæstione per eum disputata, quæ incipit. Per Italiam communiter sunt statuta. quam Bal. reassumit. C. de condict. inde b. in l. ea, quæ.

Ex §. Qui tacuit.

SVMMAE.

1 *Interrogatus tacens, habetur pro negante quò ad suum commodum, & in solidum conuenitur.*

2 *Contumax in respondendo, videtur iudicem contemnere.*

3 *Contumax in respondendo positioni, quę pertineat ad litis decisionem, habetur pro confesso.*

4 *Negans positionem per mendacium, punitur alia pœna, vltra pœnam, de qua in §. prox.*

5 *Negatio postposita signo vniuersali affirmatiuo, inducit omnimodam negationem.*

6 *Contumaci, qui habetur pro confesso, quomodo succuratur, & quot modis possit ipsa contumacia committi, de quo vide multos casus ab Auctore relatos.*

7 *Quòd in contumacia pœnam in non respondendo quis patiatur translationem possessionis, & alias pœnas, & quomodo hoc intelligatur, vide latiùs apud Auctorem de hac materia multos casus tradentem.*

8 *Terminus banni ex forma statuti, non habet vim confessionis (licèt labatur) nisi factum sit absenti plenariè declaratum.*

9 *Contumax in non respondendo an possit appellare. remissiuè.*

10 *Statutum, quòd in criminali contumax habeatur pro cõfesso, quid operetur ista ficta confessio.*

11 *Inquisitus licèt habeatur pro confesso quò ad ipsum delictum: non tamen quò ad qualitatem delicti.*

12 *Ex ficta confessione non potest sequi cõdemnatio, sicut nec ex vera, quando libellus est ineptus, vel manifestam continet rei confessionem.*

1 §. qui tacuit. ¶Interrogatus † tacens, habetur pro negãte, quò ad suum cómodum, & in solidum conuenitur. h. d. Et cõ
2 tumax † in respondendo videtur iudicem contemnere. h. d. & vide istum tex. allegatum. de confess. in c. 2. in gl. fin. lib. 6. vide etiam allegatũ in Spec. de posit. §. nonò. & §. decimò. ¶Et allegatur, quod contumax † in respondẽ
3 do positioni, quæ pertinent ad litis decisionem, habetur
4 pro confesso. ¶Itẽ allegatur, ꝙ negãs † positionẽ per mẽdaciũ, punitur vltra pœ̃nã, de qua. s. in §. proximo. & i alia materia cõcludit, ꝙ tacẽs habeat pro cõfesso, vel pro negãte, put est ei magis dãnosũ, & magis vtile illi, ad cuius petitionem fit positio. Ita concluditur. ff. de acquir. hæredit. l. quandiu. & C. de iure deliber. l. fin. §. sin autem. & vide circa hoc, quod notatur de regu. iur. in l. qui tacet. ¶Nota etiam istũ tex. in modo loquendi, ibi [omnino
5 non respondet] idest nullo modo, quia negatio † postposita signo vniuersali affirmatiuo, hoc importat, vt notatur in l. legitimos. §. an ergo. ff. de legit. tut. ¶In gl. Ibi, idest. dum dicit [dic tribus modis] qui tres modi etiam ponũtur. ff. in glo. quæ incipit, contemnere. & in glo. si negasset. vbi glo. de istis facit mentionem. ¶In ea. glo. in ver. hic ergo erat. ibi: [nõ obligaretur] vt. l. si seruum quis. in fine, & l. ex semisse. in prin. & l. eum, qui. §. filius. ff. de acquir. hæred. vbi dicitur, quod qui non est hæres, hæreditati nõ tenetur. ¶In eadem gl. [vel dic est nulla] dic, idest quando tacuit, vnde tenetur in solidum. ¶Ibi [contemnere] vbi dic, quòd tacuit in iudicio, & per contemptum iudicis immediatè: sed in l. si filius. in 2. responso. ff. eod. & in l. si seruus. & in l. eum, qui. & in l. si quis extraneus. tacuit extra iudicium, & sine cõtemptu iudicis, & ista est bona, & vera in se solutio. ¶In glo. conueniatur. ibi. [§. neque] de hoc. ff. ea. l. §. qui iusto. vbi de hoc. ¶In glo. nisi filius. ibi [abstinuit] secundùm quosdam, cui parcitur, si tacuit propter pudorem, qui ibi videtur adesse, si non est hæres patris. l. debuit. s. de infam. vnde non videtur in contemptum iudicis tacere, hic in contemptum iudicis tacebat, cum non esset iusta causa tacendi, & ista est ratio. Nota solutionem ita declaratam. ¶In eadem glo. ibi [non patietur pœnã] dic scilicet tacẽdo: nã debet haberi, quasi neget se hæredem, vt hic in glo. sed si negasset, & verũ diceret, & non puniretur; ergo nec tacendo. ¶In eadem gl. ibi [hic ergo] hic est secunda solutio. ¶Ibi [erat hæres] dic, vt hic. ¶Ibi [si in solidum] scilicet esset hæres. ¶Ibi [nulla esset pœna] vt. d. l. si filius. 2. responso. ¶In gl. super verbo. contemnere. in fin. ibi [debuit] patet ergo, ꝙ verbum [quasi] positum in litera ponitur similitudinariè, & ista sunt expositiua literæ. ¶Extra nota istum tex. qui
6 ponit viam, vel doctrinam, quomodo succurratur † contra contumacem, qui habetur pro confesso, vt hic. Pro cuius intelligentia præmitte, quòd ista contumacia committitur quandoque in non veniendo, vel non restituendo, & non habet tunc locum, quod hic dicitur, de ista loquitur. l. creditor. §. iussus. ff. de appellat. Quandoque committitur in non respondendo ab eo, qui non habet iustam causam non respondendi, & de ista loquitur hic. §. Circa quã adde alias pœnas seorsum à iure positas. ¶Est enim alia, quòd ei interdicitur personæ receptio, secundùm text. in libel. feud. de pac. tenen. in c. 1. §. si index. iuncta ratione. l. inquilino. & l. vtique. ff. de dam. infect. ¶Alia est, quòd potest ei mandari, quòd propria domo non exeat. l. fin. de interdic. & relegat. ¶Alia est, quòd excõmunicatur. C. de sacr. sanct. eccles. l. placet. & in Auth. de sanctil. episc. §. omnibus. collat. 9. per quæ iura patet, quòd pœna excommunicationis fuit etiam inuenta de iure ciuili, vt in illis iuribus patet. ¶Alia pœna est; quia ponitur in banno. C. de epis. & cler. l. item quæcunque cõmunitas. ¶Alia est; quia denegat ei solutio. ff. de requir. re. l. fi. quę etiam in culpato de crimine non denegatur. l. reo criminis. & l. seq. ff. de solut. ¶Alia est; quia propter contumaciam excluditur quis à potestate vtendi pacto inserto cõtractui in eius fauorem. l. fin. ff. de lege commiss. ¶Alia est, quæ patitur missionem in possessionem ex primo decreto. ff. vt in possess. legat. l. is, cui. ¶Item etiã ex secundo, vt. l. 2. §. sed si seruus. s. si ex nox. caus. agat. ¶Itẽ & ad indicatio. l. Fulcinius. in princ. ff. quib. ex caus. in possess. eat. & l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. & C. si in caus. iudic. & de iur. dom. imp. l. fin. ¶Alia est; quia condemnatur propter contumaciam in expensis. l. properandum. §. sin autẽ. C. de iud. ¶Itẽ interdicitur alienatio rei propriæ. l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. Item quia quandoque permittitur depredatio, vt in c. 1. circa finem. de milit. vasall. qui contu. est. ¶Itẽ propter contumaciam arctatur ad cautionem. s. de iud. l. in omnibus. ¶Item est
7 alia; quia patitur † in contumaciam translationem possessionis. s. de rei vendic. l. fin. & in Auth. de trient. & semis. §. illud quoque. collat. 3. & in Authen. item possessor. C. qui potio. in pign. habean. & ibi hoc notat glo. & in d. l. fin. quod ẽ verũ, nisi fateatur ante factas probationes, secundùm quod ibi notatur. Et idem videtur in emphiteota, & in feudatario, secundum Innoc. extra de iud. in c. cæterùm.

terũ in fine qui negãs omnino feudũ, vel eius cõditionem scienter, priuatur feudo in libell. feud. si de feud. defunc. fuer.cont.ĩ c.1.§. vasallus. Item illa pœna locũ habet in eo, qui tanquam possidens nomine alieno, alium in iudicio nominauit; nam conuictus de mendacio, priuatur sua detentatione, secundùm Guil. qui facit de hoc festum in Spec. de primo, & secundo decreto. in §. restat. vers. quid si nominans. & in titulo de locat. §. nunc aliqua. vers. sexagesimo quintò. Aduerte tamen, quòd talis pœna habet locum solùm, quando à iudice interrogatus scienter negauit; secus ergo si interrogatio esset facta solùm per partẽ. Ita dicit notanter glo. in d.l.fin. ¶ Item aduerte, quòd pęna talis translationis habet locum (etiam in spiritualib⁹) secundùm Innoc. de in integr. restit. in c. cum venissent. in glo. quò ad proprietatem. hoc autem officium incidẽter imploratur, secundùm gl. notabilem in Auth. de triẽte. & semis. §. pen. in glo. quæ incipit. 1. legalem iustitiam. cuius tamen practicã declarabo. ĵ. eo. in l. qui seruum. §. in iure. Si tamen emphyteota (de quo dixi supra) negauerit rem ecclesię, & conuictus de mendacio, postea velit dicere, quòd illam habet in emphiteosim ab illa ecclesia, an hoc allegare poterit, vide latè disputatũ per Guil. in Spe. de locat. in §. nunc aliquid. vers. sexagesimoquintò. ¶ Itẽ aduerte; quia, quod dixi, quòd ratione mendacij quis punitur in amissione possessionis, est verum, quando negatur possessio de præsenti. Ita loquitur. d.l. fin. & iura. s̃. allegata, aliàs secus, si de præterito; quia tũc punitur in onere probãdi. ĵ. de probat. l. cũ de indebito. ¶ Itẽ est alia pęna mendacij, quòd mendax patitur capturam, & detractionem in carcere. ĵ. & C. de custod. reor. per tot. ¶ Itẽ est alia pœna; quia ratione contumaciæ denegatur audiẽtia. l. sed & si per Prętorem. §. sed & si cũ decreto. s̃. quib. ex caus. maio. ¶ Item est alia, quia perdit actionẽ sibi cõpetentem. l. 2. §. quid si actor. C. de iuram. calum. ¶ Item limitatur ei tempus circa conditionem implendam, vel aditionẽ hæreditatis faciendã. ĵ. de hær. inst. l. si quis instituatur. §. 1. & ĵ. de bon. auctor. iud. possid. l. si seruus. ¶ Item & circa optionem faciendam. l. mancipiorum. ĵ. de opt. lega. ¶ Item & circa actionem ciuiliter proponendam. l. diffamari. C. de ingen. manum. ¶ Itẽ circa accusationẽ criminaliter ꝓponendã, vel propositam prosequendã. C. qui accus. nõ poss. l. si ea. ¶ Itẽ & circa allegationes proponendas. l. iubemus. C. de iud. ¶ Et est alia pœna cõtumaciæ; quia contra contumacem venitur ad iuramentum in litem. l. in actionibus. ĵ. de in lit. iurã. quod declara, vt ibi. ¶ Alia, quòd fit contra contumacem exequutio manu militari. l. qui restituere. s̃. de rei vendic. ¶ Item imploratur officium iudicis, vel subsidium alterius. in Authen. vt null. iud. §. si verò quis comprehensorum. collat. 9. ¶ Item potest deueniri ad exequutionem rei, etiam cõmunis, vt. s̃. commu. diuid. l. si is, cum quo. hodie tamen hoc remedium non videtur competere, per text. in Auth. de manda. Princip. §. oportet. Aduerte; quia hoc, quod dicitur, quòd ista contumacia in respondendo faciat eum haberi pro confesso, est verum, quatenus tendit ad eius damnũ, & nõ ad eius cõmodũ. & hoc sensit glo. in c. 2. de confess. lib. 6. ad quod bene facit iste tex. hic, & quod notatur in simili de petente tempus ad deliberandum. in l. fin. §. penul. C. de iure delib. & l. quandiu. ĵ. de acquir. hæred. & ideo si poneretur, quòd Titius habet titulum in beneficio, & interrogatus contumaciter, non responderet, & sic dicatur haberi pro confesso, vt hic: per hoc; tamen non posset dicere sibi quæsitum titulum in causa beneficiali, vel spirituali, vt notat Archid. in d.c.2. de confess. lib. 6. alias enim contumacia sua sibi prodesset contra id, quod habetur. s̃. tit. 1. l. sed si hæreditas. §. 1. in fin. vbi vide latiùs. ¶ Item aduerte, ꝙ ista regula, ꝙ cõtumax in non respõdẽdo, habeatur pro cõfesso, dẽt intelligi, qñ est præsens, & certificatus, siue absens, & similiter certificatus: secus si nõ sit certificatus; qa ficta cõfessio non põt cadere super eo, super quo non potest cadere vera, idest super eo, quod quis ignorat. Ita dixit Iac. Butrig. Ex quo
8 potest argui, quòd terminus † banni ex forma statuti, nõ habet vim confessionis, licèt labatur, nisi factum sit absẽti plenariè declaratum. extra de dilat. c. præterea. Iac. de Are. in l. 1. §. ex rescripto. dicit, quòd illud, quod dicitur hic, quòd contumax habeatur pro confesso, est verum in his, quæ concernunt causæ præparationem, vt hic. Item in his, quæ faciunt ad indagationem veritatis post litis contestationem. l. certum. §. 1. ĵ. de confess. secus in interrogatione, quæ fit ad litis inchoationem, seu solemnitatem iudicis, vnde qui non respondet libello, non videtur propterea confiteri, vel litem cõtestari; quia ibi desideratur verborum solemnitas. s̃. de noxal. l. quoties. in prin. & ita etiam Oldra. In hoc tamen hodie stan dum est. c. 2. de cõfess. lib. 6. vbi tex. requirit quatuor, vt non respondens habeatur pro confesso. ¶ Primò, quòd positio sit iurata ex parte ponentis, saltem per iuramentum calumniæ, qđ generaliter pręstatur pro tota causa. ¶ Secundò quòd positio sit ei lecta. ¶ Tertiò quòd sit iussus, seu monitus per iudicem respondere. ¶ Quartò, quòd non habeat causã probabilem recusandi. Et si quid istorũ deficiat, nõ habetur pro cõfesso. ¶ Consueuit tamẽ dubitari, an talis con-
9 tumax † in non respondendo possit appellari. Videtur, ꝙ sic. C. de reb. cred. l. generaliter. §. 1. & hoc tenet Iac. de Are. in l. 2. C. de iuram. calum. Non obstat, quòd contumax non appellat in Auth. de iud. §. audient. collat. 6. quia potest dici, quòd illud est verum de contumace in non veniendo; secus de contumace in non respondendo. Ratio diuersitatis est; quia cõtumax in non veniendo cõtrahit eremodicium, & fingitur litẽ deserere, vnde litem desertam non restaurat amplius: sed per contumaciam in non respondendo, vel non rescribendo, non contrahitur eremodicium, nec videtur renunciari liti. ¶ Extra facit etiam iste tex. ad statutum disponens, quòd contu-
10 max † in criminali pro confesso habeatur; videtur enim facere, quòd ista ficta confessio præiudicet nõ solùm respectu criminis; sed ẽt respectu qualitatis adiũctæ criminí. Dic cõtra; quia istud, ꝙ habeat̃ pro cõfesso, procedit, quò ad ipsum delictum, non quò ad qualitatem aggrauãtem delictum ratione personæ delinquentis, vel eius, in quẽ cõmisit delictũ. l. aut facta. §. personæ. ĵ. de pœn. vnde inquisitus, qui percussit officialem, vel alium in dignitate constitutum, propter quam qualitatem punitur in triplo, licèt habeatur pro cõfesso quò ad percussionẽ: non tamen, quò ad qualitatem offensi, vel dignitatis, probatur in l. 2. §. sinautem. iuncta glo. quæ incipit, pro hac. C. de iuram. calum. Et ideo inquisitus, licèt habeatur
11 † pro confesso quò ad ipsum delictum: non tamen quò ad qualitatem delicti, vt. s̃. Ita consuluit Iac. Butr. & incipit cons. Statuto ciuitatis Volaterranę. Vel dom. Potestas ciuitatis Volaterranæ. facit. l. 1. circa med. ĵ. ad Syllan. ¶ Item pro hoc bene facit; quia vera confessio ad talem qualitatem non refertur. Vnde si accusatus, quòd cognouit Bertam vxorem Martini, confiteatur cognouisse dictã Bertam, non videtur per hoc confiteri eam fuisse vxorem Martini, secundùm Bar. ĵ. de lega. 1. l. si cui serui omnes. & est ratio; quia si vera confessio ad istam qualitatem nõ extenditur: minùs debet extendi ficta; quia plus non debet operari fictio, quàm veritas. l. filio, quem pater. ĵ. de lib.

lib.& posth & ĩ.si cert.peta.l.si filius. quod est bene notandum. ¶ Adde prædictis ad eorum declarationem, ꝙ
12 ex † ficta confessione non potest sequi condemnatio, sicut nec ex vera, quando libellus est ineptus, vel manifestam rei confessionem continens. Ita colligitur ex glo. notabili in l.2.§.sin autem.C.de iuram.calum.& est vtile ad prædictum statutum, quòd contumax habeatur pro confesso,&cæt. quia debet intelligi, quando accusatio, vel inquisitio est aperta, & talis, quæ includat crimen.

Ex §.Quòd autem.

S V M M Æ.

1 *Non respondens ad propositum, vel ad interrogata, non videtur respondere.*

§. Quòd autem ait. ¶ Non respon-
1 dens † ad propositum, vel ad interrogata, non videtur respondere. h. d. ¶ Vel sic. Ille, qui non respondet ad factum, habetur pro contumace, & impertinens responsio non est responsio. hoc dicit. Et hunc text. induxi ad quæstionem cuiusdam disputantis, qui obtulit se paratum respondere vnicuique de iure. Et arguenti, vel quærenti ab eo de aliquo, non respondebat, sed contra eum arguebat, vel ei aliam quæstionem formabat, & fuit tempore meo quidã Magist. Stephanus de Notoria.

Ex §.Si interrogatus.

S V M M Æ.

1 *Appellatione partis, de dimidia intelligitur.*
2 *Prælatus ecclesiæ interrogatus, si vnum credit nomine suo, contrarium autem credat capitulum, quomodo debeat respondere.*

§. Si interrogatus. ¶ Interrogatus, an sit hæres in solidum, satisfacit respondendo de parte: quo casu intelligitur de dimidia. hoc dicit. ¶ Vel sic. Appella-
1 tione † partis dimidia continetur. hoc dicit. Ita allegatur quotidie, & est regula posita in l. nomen filiarum. §. portionis. quam gl. allegat hic, quam vide, quasi velit dicere, quòd per talem responsionem non dimittit incertum interrogantem super interrogato, de quo solo certificando agebatur, & ideo dicitur hic, humanè agi cum eo; nam de rigore non videtur respondisse interrogato; nam debet ad interrogata respondere. š. ead. l. §. si cum esset. & §. qui ex quadrante. vbi videmus casus. ¶ Extra adde, quòd, quando quis interrogatur, vt prę-
2 latus † ecclesiæ, & vnum credit nomine suo, contrarium credit capitulum, quomodo debeat respondere, de quo vide Ioann. Andr. in c. præsentiam. de testi. lib. 6. super verbo illos, vbi dicit, cui confessioni debeat stari, & inclinat quòd Prælati. Item si si discordet confessio Prælati à confessione syndici, concludit standum confessioni Prælati, in d.c. super vers. tertiò quæras.

Ex §.Nihil interest.

S V M M Æ.

1 *Negare, verum tacere, vel obscurè respondere, paria sunt.*
2 *Dubietas occurrẽs in dubio, vel causata circa media causa, facit interpretationem fieri contra proferentem.*
Idem si esset dubietas circa prolata in principio iudicij.
3 *Non respondere, vel obscurè respondere, non sunt semper per omnia paria.*
4 *Responsio debet fieri certa, per quam interrogans possit reddi certus, quod verum intelligitur, qñ interrogatio erat certa.*
Item positioni duplici, & implicita non debet respondere.
5 *Positioni, cui semel est responsum, non debet bis responderi, & quomodo intelligatur.*
6 *Positio quando versatur circa factum alienum, responsio fieri non debet, & quomodo intelligatur.*
7 *Positioni iuris regulariter non est respondendum, quomodo procedat, & intelligatur hæc regula.*
8 *Responsio facta positioni per hæc verba [credo, prout in instrumento continetur] non admittitur.*
9 *Appellatio facta verbis accumulatiuis, an valeat.*
10 *Verbum ambiguum, quod est in procuratorio, debet interpretari contra proferentem.*
11 *Statutum puniens euellentem oculum alteri, an verificetur in euellente oculum turbidum.*
12 *Aduocatus iura per eum allegata, rustico hoc petenti, tenetur materna lingua explicare.*
13 *Contumax, vt possit quis dici, an sufficiat simplex monitio iudicis, ꝙ respondeat sine termino, an verò debeat certificari, & specificari tempus, intra quod.*
14 *Monitio quando fit per nuncium alicui, quòd compareat, vel respondeat, requiritur, quòd in actis appareat partem aduersam instetisse.*

1 **§. Nihil interest.** ¶ Paria † sunt negare, verum tacere, vel obscurè respondere. h. d. & allegatur ext. de elect. i c. vt quis duas. in gl. super ver. vagetur. lib. 6. ¶ Itẽ in tex. ibi [neget] dic per mendaciũ. ¶ Ibi [taceat] dic ꝑ cõtumaciã ¶ Ibi [interrogatorẽ] dic, ꝙ tenet in solidũ š. ea. l. §. si cũ esset. ¶ No. hic cũ iudicent hæc paria, tacere, s. vel ob-
2 scurè rñdere, ꝙ in dubio † dubietas occurrens, vel causata circa media causæ, facit interpretationẽ fieri cõtra proferẽtem, idem si esset dubietas circa prolata in principio iudicij, qñ requisitus per aduersariũ nõ declarauit, ita ẽt põt intelligi hic, & ĩ. de confess. l. certũ. Sed si insurgat ex verbis sñiæ, iudex, q protulit, interpretatur. ĩ. de appell. l. ab exequutore. qđ intellige, & declara, vt ibi, & hic, qñ dubiũ occurrit ex prolatione verborũ, sed si causet aliũ de: tũc in præparatorijs fauemus actori. š. q. satis. cog. l. de die. in prin. & l. si quis intentiõe. š. de iud. In decisorijs fauemus reo, vt ĩ. de reg. iur. l. fauorabiliores. q̃ loqtur in decisorijs. ¶ Itẽ nota, ꝙ licèt hic parificet nõ rñdere, vel
3 obscurè † rñdere: nõ tñ sunt ꝑ oĩa paria; nã primo casu nõ debet iterũ interrogari ẽt ex officio iudicis, scđò sic, sm̃ Inn. ext. de testi. in c. cũ clamor. & põt poni exẽplũ de obscura rñsione, vt cũ rñdet alternatiuè, vt sum hr̃s ego, vel alius. Vel rñdet in genere, vt aliquis est hr̃s, q̃ appellat rñsio icerta, vt ĩ. de iure fisci. l. ita fidei. & loquit iste tex. de interrogationibus, q̃ fiũt ad præparatione iudiciorũ. Idẽ tñ videtur, si fiant ad decisionẽ, vt in rñsione, q̃ fit positionibus, & iõ si nõ sit clarè rñsum, poterit ꝓnunciari, ꝙ habeant pro cõfessis, sm̃ Iac. de Aren. & Doct. in l. 2. §. quòd si actor. C. de iuram. calum. In quo tamen tene,

quod hodie habetur in cap. secundo. de confess. lib. 6. vt dixi s. in §. qui tacuit. ¶ In gloss. ibi [puta græca lingua] &cæt. Quid autẽ si sit Græcus, vel Theutonicus, qui nesciat latinum, nunquid si alter respondeat congrue(licèt i sua lingua) dicamus eũ teneri, dic quòd nõ, quia eius verba debebunt declarari per interpretẽ .l. 1. §. fin. ff de ver. ob. qđ intelligo, nisi fortè hoc fateaẽ dolo sè, sm̃ Rayne. ¶ Extra no istum tex. qui dicit, ꝙ rñsio de
4 bet † fieri certa, i. per quã interrogãs possit reddi certus. Quod intellige, qñ interrogatio erat certa, aliàs si incerta, vt disiunctiua, vel in genere, non debet rñderi, vt d. l. ita fidei. j. de iur. fisci. & de confess. l. certũ. in princ. & de ista tangit. Inn. de rescr. in c. ex parte S. Similiter nec debet rñderi positioni duplici, vel implicitæ, nisi declaretur, arg. j. de iniur. l. Prætor. §. quod autẽ. & l. filius emancipatus. in prin. j. de fals. & de his duabus vide quod dixi in l. si defensor. §. fi. j. eod. Idem dicebant quidam in positione negatiua, de qua gl. tangit in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. calu. hodie admitti posse, si æquitate suadente iudex viderit expedire, de confess. c. 1. lib. 6. idẽ in ea, per quam rñdens posset incurrere periurium, per not. in l. qui iurasse. §. si pater. j. de iureiur. & l. si à te. in prin. j. de except. rei iud. hoc autem limitat Rayn. in l. vbicũque. j. eod. quòd hoc uerum est, qñ positioni debet rñderi cum iuramento de veritate, de quo loquitur text. in d. §. si pater. & l. non erit. §. dato. eod. tit. secus si cum iuramento de calũnia, quod est de credulitate, vt cõiter seruatur, vt d. §. quod obseruari. quia possibile est, quòd heri credidit vnum, hodie credat contrarium in eodem negotio, & sic contrarium respondendo, non est periurus. l. qui bona. §. fi. cum l. seq. j. de dam. infect. & hoc vr̃ sentire gl. in d. §. quod obseruari. in gl. magna ad finem, & ibi
5 idẽ Cin. Idem dicit quidam, ꝙ† eidem positioni, cui aliàs est rñsum, non debet bis responderi, arg. j. de quæst. l. repeti. & qđ ibi no. & in Auth. in isto. C. de iura. calum. glo. sentit contra in d. §. quod obseruari. Sed pro concordia dic, ꝙ si eodem tempore fiat eadem positio, non debet responderi: si diuerso sit, per rationem proximè dictam; quia fortè aliàs credidit vnũ, modò credit aliud, arg. j.
6 ead. l. § ex causa. ¶ Item non debet rñsio fieri, qñ † positio est de facto alieno, sm̃ aliquos, de quo gl. dubitat in d. §. quod obseruari. prout aliqui volunt ibi in gl. sed malè. Tu dic, quòd de facto alieno, si ponaẽ negatiuè, nõ tenetur respondere: si affirmatiuè, sic, ex quo positio est pertinens. & si opus erit, dabitur terminus ad deliberãdũ. i. ad deliberatẽ rñdendum, vt no. s. e. in l. qui interrogatur. ¶ Non obst. l. Marcellus. j. rerum amot. quia loquitur in sacramento de veritate, hic de credulitate, arg. C. de reb. cred. l. generaliter. §. his de præsentibus. ¶ Item nec
7 positioni † iuris debet responderi, vt dicit gl. in l. non fatetur. j. de confess. allegat l. ornamentorũ. j. de aur. & arg. lega. & est rõ; quia ius est certum. l. in õmni. j. de iur. & fact. igno. hic autem intellige, quando est positio iuris ciuilis, vel canonici, vel municipalis illius ciuitatis, vbi litigatur: sed si sit positio iuris municipalis alterius ciuitatis, vel consuetudinis non scriptæ illius ciuitatis, in qua litigatur, debet responderi; quia tunc est facti, non iuris. arg. de constit. c. 1. lib. 6. ¶ Extra etiam allegatur iste tex.
8 ꝙ nõ admittatur ista responsio † facta positioni [credo, prout in instrumento continetur] quia per hoc non releuatur aduersarius ab onere probandi. Contrarium videẽ velle Guil. in Spec. de teste. §. qualiter. vers. quid ergo. & seq. cæteri. Quod puto verum, quãdo positio est facta super instrumento, de quo quæritur; quia cum positio habeat relationem ad illud, responsio est conformis positioni, ideo admittenda. s. eod. l. si defensor. §. 1. ibi [nisi fortè] &c. ¶ Item per istum tex. dixerunt quidam, ꝙ non tenet talis appellatio [ad Archiepiscopum appello, appello
9 ad Pont. appello † ad legatum] accumulãdo hæc, & hoc tenet Ioan. And. nisi infra terminum, infra quem appellare debuit, eligat alterum, vel non probabilem causam habuerit sic appellandi. Alij tamen aliter dicunt, de quo vide in Specul. de appell. §. nunc tractemus. vers. sed pone aliquis. & ibi Io. And. in addit. in 5. colum. ¶ Itẽ allegaui istum text. s. §. qui tacuit. ꝙ si conuentus ad decem dicat, nec confiteor, nec nego, ꝙ per hoc videatur facta litis contestatio, sm̃ Spec. in tit. de litis contest. §. 1. versic. quid si peto, &c. dicit tamen esse tutius, ꝙ cogatur certũ respondere, arg. istius § ¶ Item videtur facere, ꝙ si in procuratorio
10 sit aliquod † verbum ambiguũ, ꝙ debeat interpretari contra proferentem. In contrarium adducit Gui. in Spec. de procurat. § rõne. ver. vbi autẽ in procuratore. ꝙ constituens debet interpretari, arg. C. de leg. l. fin. & l. omni nouatione cessante. C. de sacrosan. eccle. & l. in prætorijs. j. de prætor. stipulat. l. in conuentionalibus. j. de verbor. obligat. c. inter alias. extra de senten. excom. c. ad audientiam. extra de sponsal. & Ioan. And. ibi in addit. dicit solue, vt notatur de procur. in c. petitio. in gl. fi. ¶ Extra (quia patet hic non esse, vel non clarè esse paria esse)
11 nota, quòd statutum puniens euellentem † alteri oculũ, non habeat locum in euellente oculum turbidum, ad idem j. de instit. act. l. sed si pupillus. §. præscriptum. & j. de his, quę in testa. delen. l. 1. in fi. Sed contrarium verius, per l. 3. §. quòd si quis. ver. ideo. j. arb. fur. cæs. ¶ Nõ obstant contraria, quia loquuntur, quando quis potest declarare, & sic est, quod imputetur ei: sed in quæstione pro posita secus. ¶ Vltimò allegatur iste. §. quòd Aduoca-
12 tus iura, quę allegat, teneatur rustico † hoc petenti materna lingua exprimere, vt intelligat. Ita allegatur in Specu. de aduoc. §. nunc de exordijs. vers. sed nunquid aduocatus in causa. ¶ Item ad declarationem istius §. & §. qui tacuit. s. eod. & eorum, quæ dixi ibi, cadit dubium, an ad
13 hoc, vt dici † possit quis contumax, sufficiat simplex monitio iudicis, quòd respondeat sine aliquo termino; an verò certificari, vel specificari debeat tempus, intra qđ. Quod videtur, per l. cõsentaneum. & Auth. qui semel. C. quom. & quan. iud. & l. aut qui aliter. §. 1. j. quod vi, aut clam. & l. 2. C. vbi in rẽ act. & l. fi. C. de iur. dom. impet. facit quod notat Bar. in l. liber homo. §. decẽ. j. de ver. ob. ¶ In contrarium quòd imò debeat respondere, cum primum potest, & ita cum stringat monitio, facit c. eos §. 1. ext. de senten. excomm. lib. 6. & quod no. Ioan. And. in c. cum parati. de appell. in nouella. & Cin. in l. dies festos. C. de fer. & Guil. in Spec. de citat. §. sequitur. vers. ꝙ si nõ præcesserit non tamen poterit contra eum (tanquam cõtumacem) procedi; quia de illa non constat per acta, ꝙ est necesse. l. hac autem. §. non defendi. j. quib. ex caus. in possess. eat. secus si constaret de eius contumacia; vt quia inuentus, vel monitus dixisset se nolle respondere; tunc enim imponeretur pœna; quia contumacia est certa. Ita loquitur tex. in d. c. eos. §. 1. de senten. excommun. lib. 6. Nuncio tamen hoc inferenti, quòd dixit se nolle respondere, non creditur sine duobus testibus, secundum Ioan. And. in Specul. de contumac. §. primo. vers. & nota. in addit. mag. ¶ Item in isto casu, & in d. § qui tacuit. vbi imponitur pœna, quòd in solidum conueniatur, poterit contra eum contumacem procedi sine aliqua declaratione super eius contumacia, collige ex doct. Bar. in l. 3. §. si ad diẽ. j. de re milit. & in l. 2. in fine. s. si quis in ius vocat. non ier. & in l. puberibus. §. finali. infra de suspec. tutor.

4 tutor. ¶ Vnum not. q, qn monitio † fit per nuncium, q compareat, vel rñdeat, &c. videtur requiri, q in actis appareat, q pars aduersa institerit, & sic hoc fiat ad petitionẽ l. ad peremptorium. ff. de iudic. ibi [vt primò quis petat] & in l. & tertium. in versi. [impetret] ibi continuata. Et hoc est regularis in ciuilibus, in quibus proceditur parte instante, & est consilium iudici, q faciat hæc omnia redigi in actis, vt dicit gl. in l. sancimus. in verbo, & per contumaciam. C. ad Trebell. & de ista monitione iudicis vide plura per Inn. in c. ad petitionem. in gl. magna. ext. de accus. vbi declarat, an, & in quibus requirat̃ pemptoriũ.

Ex §. Ex causa.

SVMMAE.

1 *Ex causa, veri erroris potest quis suam responsionem reuocare.*

2 *Scripturæ publicæ, & authenticæ satis credendum est.*

3 *Non videtur rumpere pacem, qui ex noua causa offendit.*

4 *Percussus (de cuius cicatricis qualitate constare non potuit, ob aliquam causam pendente processu, puta eius absentia) si reuertatur, & appareat illi cicatricem (quia pœna debebat duplicari) illi remansuram, an possit iterum haberi cognitio de cicatrice, non obstante, quòd reus fuerit absolutus.*

5 *Exceptio dilatoria superueniẽs post lit. cont. an possit opponi.*

6 *Reus, postquam renunciatum est productioni testium, si maltiosè ponit, quòd actor habuit patrem legitimum, & actor hoc confiteatur, deinde reus neget illum patrem mortuum, poterit ipse actor super hoc testes producere.*

7 iste vers. [nisi] &c. ad quæst. si reus † exēptus à iudicio, soluerit pœnam,an liberetur fideiussor à pœna. Et è contra,si fideiussor soluerit,an liberetur reus. Gl.dixit,quòd non,in l.fin.in fi.ꝟ.de eo,per quem fact.er.& quod sequit ibi Mart.de Silli.& quidam alij.Sed Iac. But.Iac.de Are. & Bar.contra; quia fideiussor soluens posset recuperare à reo per vtilem actionem mandati pœnam, quam soluit, & tunc reus à fideiussore exactus,agere posset contra eximentem ad illam eandem pœnam:& sic eximens exigetur bis,& similiter reus bis, quod non est possibile, & de iure,vt hic. Concludo tamen, ꝙ si sunt plures obligati ex eadem causa ad interesse,indistinctè vnus soluens liberat alium.l.si duo.§.item si duo.ꝟ.si quis caut. secus si ex diuersis causis, vt vnus ex stipulatione, alter ex emptione; quia tunc soluens non liberat non soluentem, nisi quatenus non solués esset habiturus regressum pro eo, quod soluerit contra primū soluentē, vt hic. Sed si sunt obligati vnus ad rem,alter ad pœnam ex eadem causa:tunc attēde,an pœna succedat loco interesse,& solutione vnius liberaē alter vsq; ad decurrentē quantitatē.l. prædia.ꝟ.de act.empt.Sed si est mera pœna loco contempt*,dic, ꝙ si primo soluitur res,extinguitur obligatio pœnæ,non econtra.d.l.si duo.§.item si duo.ꝟ. si quis caut.¶In gl.magna ibi. [l. si filius] ergo nomine veri hæredis videtur esse in iudicio¶Ibi [vel hæres non habet exceptionem] dic hęc vera.¶Ibi [sed oppono,nonne] &c.dic scilicet ad vers. [aliter atque] qui est hic in tex.& nota ex ista glos.quòd
8 † quando ex varietate causæ impeditur cōstitutio duorū reorum,solutio vnius nō liberat alium.facit.l.si id,quod. ꝟ.de duob.re.quam notat ibi Bar.¶Ibi [illi ex vna] hic declara,vt notatur eo.tit.i l. fi.§.fi.vbi vide.¶Extra nota istum text. ibi [vel qui hæres est] quia videtur facere ad quæstionem,si quis extra iudicium confessus est (me præsente) se dedisse damnum,an ex ista confessione teneatur hæres.Hic videtur probari,quòd sic,pro quo etiam facit; quia ista confessio habet insertam causam; ergo dicitur obligatoria.l.cum de indebito.§.fin.ꝟ.de probat. In contrarium facit isto casu; quia ista confessio habet vim pacti.l.tale pactū.in prin.ꝟ.de pact.Sed actio ex lege Aquilia non nascitur ex pacto.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ꝟ. de pact.ergo non potest conueniri hæres.Sed prima pars videtur verior; quia confitens videtur per talem confessionem constituisse se soluturū:vnde hęres tenetur actione de constituta.l.qui iniuriarū.ꝟ.de constit.pecun.¶Itē nota istum tex.ibi dum dicit [defendere vellet],&c.facit
9 enim ad quæstionem eius,qui promisit † quem præsentare sub pœna;quia liberatur,si defendat eum,licèt nō præsentet.Ita probatur.ꝟ.si quis caut.in l.si eū.in prin. Quod est notandum pro fideiussore,qui in causa criminali promisit inquisitum præsentare sub certa pœna, vt pœna nō committatur,licèt non præsentet,si offerat se defensioni. Quod est verum, nisi requireretur partis præsentia; quia tunc non satisfaceret defendēdo. l.2.§. si quis in iudicio. ꝟ.si qs caut.¶Ad materiā huius legis extra ea,quæ loquitur de confessione super homicidio,attende, quòd si con
10 fitetur † quis se occidisse plures diuersis locis,& temporibus,non debet isti confessioni stari; quia est generalis, & incerta,nec per eam constat de persona,de qua quæritur.Idem si cōfiteretur se fecisse plura homicidia eodem loco:diuersis tamen temporibus; ista enim verba sūt obscura, & possunt intelligi diuersis temporibus continuatis,& sic non reputantur plura, vt notatur in l. nunquam actiones.ꝟ.de action. & obligat. & pro confitente interpretamur etiam in mitiorem partem.l. si quis intētione. ꝟ.de iudic.nisi in confessione dicatur [cum temporis interuallo] quæ verba faciunt iudices cum ministerio apponi,vt dicit Iac.Butr.in Auth.sed nouo. C. de seru. fug. vbi etiam Bal.reassumit, ibi vide. ¶Item facit ad quæst. de vulnerato,qui (febre superueniente) moritur,vnde alì qui dicunt eum mortuum ex febre, alij dicunt, quòd ex vulnere,quid debeat iudex facere. Et si sit sequutus opinionem illorum, qui dixerunt eum mortuum esse ex uulnere, condemnabit ad pœnā mortis. Si condemnatus verò dicat eos dixisse falsum,& petit,quòd antequam sepeliaē,peritiores medici adhibeantur,qui si referunt non fuisse mortale vulnus, concludit, ꝙ sententia retractabitur,sicut lata per falsos testes,vel falsa instrumenta.l. Diuus.ꝟ.de re iud. Vide in Spec.de homicid.§.1.vers. pone. & ibi Ioa. And.in addit. Cui adde,quòd vbi probatio potest fieri per facti euidentiam, talis probatio contra probata per testes admittitur (etiam post publicationem testium) vt si testes dixerunt quem gladio interfectum, & inculpatus dicit eum mortuū esse sua morte;quia in corpore eius non apparet percussio, vel nō apta inferre mortem;nā tunc nō timenē subornationes:& dū hæc quæstio esset de facto, corpus fuit exhumatum, & ostēsum medicis, & iudicatum secundùm quod apparebat in rei veritate. Ita tenet Spec.in tit.de probat.in §.videndū. vers. hoc quoque.

Ex §.In iure.

SVMMAE.

1 *Conuentus reali,cogitur respondere,an possideat,& pro quota parte.*

2 Interroga-

2 *Interrogatus si simpliciter respondeat se possidere, non est alia fienda interrogatio; quia videtur fateri se in solidum possidere.*

3 *In pœnam negantis se possidere, inducta est practica transferendi possessionem in aduersarium.*

Item quæ sit alia practica transferendi eam possessionẽ in agẽtem. nu. 4.

1 §. In iure. ¶ Conuentus reali † cogitur respõdere, an possideat, & pro quota parte. ¶ In tex. ibi [quota ex parte fundum possideat] scilicet si prima interrogatio non fuerit facta, vel si fuerit facta, ipse tamen respondit, quòd non possidebat in solidum, & sic non obstat. l. si defensor. §. 1. de quo fuit notatum. š. eod. in l. prima. ¶ Ibi [possideat] dic, vel dolo desijt possidere, vt notat. š. de rei vendicat. in l. qui petitorio. in princ. ¶ Ibi [accommodemus] dic pro parte, quod fieri potest, vt. š. eod. l. non alienum. & l. si quis putans. §. si damni. š. commu. diuid. ¶ In glo. 1. ibi [ante litem contestatam] sed si esset oblatus libellus, nec esset facta ista interrogatio ante litem cõtestatam, etiam postea fieri posset, vt notatur in d. l. qui petitorio. š. de rei ven. & pro ista parte inducitur casus. l. vbicunque. ỹ. eodem. per quã hoc dicit hic p Guil. de Suza. Et aduerte; quia si interrogatus

2 † simpliciter respondeat se possidere, non est fienda alia interrogatio; quia videtur fateri in solidum se possidere. š. eod. l. qui interrogatur. & l. si defensor. §. 1. ¶ Nota ergo ex isto tex. pœnam negantis se possidere, propter quã

3 negationem † posita est practica transferendi possessionem in aduersarium. l. fin. š. de rei vendic. sed ex isto casu potest colligi alia, scilicet, quòd agẽs petat à iudice sibi

4 dari licentiam † ingrediendi possessionem rei tanquam vacantis à reo (reseruato iure cuiuslibet tertij) & tali modo non potest reus conuentus contradicere, cum sua non intersit, eò quòd asserit se non possidere. Ita probatur hic, quod est notandum. Ad huius autem. §. declarationem, & d. l. fin. vide plura, quæ dixi in l. de ætate. §. qui tacuit. š. eod. vbi recitabam multa.

Ex l. Si filius.

SVMMAE.

1 *Vbi iudicium est nullum, contumax in respondendo non potest haberi pro confesso.*

2 *Positio, quæ non debet admitti ratione personæ, formæ, vel materiæ, contumax non habetur pro confesso.*

3 *Stante statuto, quòd bannitus agens, vel accusans, non debeat audiri, si accusatus ab eo patiatur labi sibi terminum banni, non habetur per hoc pro confesso ex forma alterius statuti; quia accusator non est legitimus ipso iure, & quomodo intelligatur.*

1 L. Si filius. ¶ Vbi iudicium † est nullum, contumax in respondẽdo, non potest haberi pro confesso. h. d. ¶ Vel sic. Vbi iudicium non est fundatum cum legitima persona, contumax nõ habetur pro confesso. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Interrogatio, vel responsio inualida, non præiudicat. h. d. ¶ In tex. ibi [si filius] scilicet in patris potestate existens. ¶ Ibi [taceat] potest poni exemplum in patre tacente, etiam per contumaciam, & est maius dubium. ¶ Nota istum text. facit enim

2 primò in argumentũ, quòd vbi positio † non debet admitti ratione personæ, formæ, vel materiæ, contumax non habetur pro confesso. Ita allegatur in Spec. de testi. §. nunc videndum. Item allegatur ad aliud, scilicet, quòd

3 si ex forma † statuti bannitus non debet audiri, agens, vel accusans, & accusatus ab eo, patiatur sibi labi terminũ bãni, non habetur pro cõfesso ex forma alterius statuti; quia accusator non est legitimus ipso iure; quia verba statuti sunt prohibitoria: secus si essent permissoria exceptionis; quia tunc teneret processus, ex quo non opponeretur. Ita fuit allegatum per Bal. in quæst. facti.

Ex l. Vbicunque.

SVMMAE.

1 *Nõ est nouum in iure, vt post speciales casus enumeratos, subijciatur regula generalis, quæ omnia comprehendat.*

2 *Iudex debet habere semper æquitatem præ oculis, à qua desciscens consequenter perniciosè errat.*

3 *Aequitas faciendi interrogationem (de qua in hac l.) vbi consistat, & versetur.*

4 *Positio quando est captiosa, vel criminosa, vel talis, quòd per eã quis de facili possit reddi periurus, non debet arctari ad respondendum.*

5 *Iudex, quem monere debet æquitas, de quo in hac l. intelligitur siue sit ordinarius, siue delegatus.*

6 *Verbum, oportere, non semper importat necessitatem, sed aliquando exponitur pro decet.*

7 *Vxor hæres instituta à viro, qui solùm filium spurium habebat, & grauata per fideicommissum de restituendo post mortem illis, quibus ei videbitur, si post mortem suam reliquerit omnia sui viri bona illi filio spurio incapaci, an per hoc arguatur tacitè rogata de restituẽdo incapaci, itaquòd super hoc fieri possint positiones, quibus respondere teneatur.*

8 *Licèt positioni criminosæ non sit respondendum; potest tamẽ fieri positio de condemnatione.*

9 *Interrogatio vbicunque fit ad partis petitionem: debet ponens aliquid priùs petere, aliàs interrogatus non cogitur respondere.*

10 *Exclusa facultate probandi per lapsum termini, nõ potest quis facere positiones, quibus ad sui petitionem rogetur aduersarius respondere.*

11 *Quando petitur exequutio sententiæ, vel instrumenti post certum tempus taxatum à statuto, nõ potest, nec debet agens compelli ad iurandum sibi deberi.*

12 *In interrogationibus, quæ fiunt iudicis officio, an sit necessarius libellus, & aliqualis causæ cognitio. remissiuè.*

L. Vbicunque. ¶ Potest ista lex adaptari, & intelligi duobus modis. Primò, quòd ponat reg. š. in casibus enumeratis, volens dicere, quòd quia non est nouum, vt post spe-

1 ciales † casus enumeratos, subdatur regula generalis. l. si seruus seruum. §. inquit lex. š. ad l. Aquil. & l. sanctio legum. ỹ. de pœn. Ideo post speciales casus, in quibus per iudicem fit interrogatio, subijcit regulam generalem, quo casu, loco, & tempore fieri possit interrogatio. ¶ Alio modo potest intelligi, quòd ponat regulã à prædictis in alijs casibus, scilicet [vbicũque.] &c. & ista virtualiter tenetur per Doct. & ita allegant eam. ¶ In tex. ibi, [vbicunque] dic scilicet quolibet loco secundùm aliquos. Tu dic idest in quacunque parte litis, etiam post conclusionem in causa. c. cum Ioannes. extra de fid. instrum. & ỹ. declarabitur. ¶ Ibi [æquè] idest ex æquitate eum mouente, quam sem-

2 per debet habere † ante oculos. l. quod si Ephesi. ỹ. de eo, quod cert. loc. à qua desciscentes consequenter perniciosè errant. l. si seruum. §. sequitur. ỹ. de verbor. oblig. ¶ Ibi [interro-

[interrogationem] scilicet ex mero eius officio, etiam si eius confessio pertineat ad litem decidendam, licèt actor illam facere nō possit. ṡ. eo. l. 1. in prin. Et dic, quòd
3 ista æquitas † versatur in hoc, quòd si quæratur de interrogatione fienda ad præparationem causæ, æquitas est, vt si ille, qui petit alium interrogari, rationabiliter dubitet de eo, super quo petit ipsū interrogari, & id, super quo petit eum interrogari, reddit eum certum de initio iudicij, idest cum quo fieri debeat, aliàs remaneret incertus: tunc æquitas debet eum monere. ¶ Item si quæratur de interrogatione fienda ad decisionem causæ: tunc si interrogationes sint inutiles, æquitas nō suadet: istud. n. beneficium legis est æquum, & rationabile, & ideò debet attendi, & est amplectendum in casu vtilitatis. l. fin. ṡ. de const. princ. secus si sunt vtiles; quia sint decisiuæ totius, vel partis, siue faciant plenā, siue semiplenam probationem, vel aliud adminiculum, & ideo si sint omnino impertinentes, non debent admitti. l. indicia. C. de rei vendicat. Et ideo
4 dicitur, quòd quando positio † est captiosa, vel criminosa, vel per quā quis de facili pōt reddi periurus, non debet quis arctari ad respondendū. l. q iurasse. §. si pater. ⁊. de iureiur. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. & dixi. ṡ. eo. in l. si defensor. §. fi. ⁊. & tali casu non subest æquitas, quæ monere debet iudicem ad interrogandum, de quo loquitur ista lex, de quo aliquid per Cyn. in l. neque. C. ad exhib. per Bar. in l. Marcellus. §. 1. ⁊. rerum amot. & per Innoc. in c. dudum. extra de elect. ¶ Nota istum tex. dum
5 dicit [iudicem] quia intelligitur † siue sit ordinarius, siue delegatus, vt notat. ṡ. eod. in l. 1. §. 1. in gl. quæ incipit. sed quomodo. & subaudi iudicem, scilicet iudicantem, vt ibi notatur. ¶ Nota etiā tex. in verbo [oportet] quia nō im
6 portat necessitatem, sed debet exponi † idest decere, vt etiam in l. 1. ṡ. de iust. & iure. fit enim motu proprio, non ad partis instantiam. l. congruit. ṡ. de offic. præsid. & sic ab omni necessitate excluditur. l. 1. C. de petit. bonorū subla. lib. 10. & l. non quicquid. ṡ. de iudic. & adde, quòd interrogatus compellitur respōdere. l. 1. §. ex hoc rescripto. ⁊. de vētre inspic. & §. pen. Inst. de satisd. tut. aliàs eius cōtumacia punit. l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. ṡ. eo. ¶ In glo. 1. dum dicit [petat lectum] scilicet quē locauit cuidam famulo seruiēti pluribus scholaribus in eodem hospitio recipienti pro vno, & famulus recessit cum lecto: certè repetit locator lectum ab eo, qui misit famulum, & si ignorat, quis sit, iudex ex officio suo faciet interrogationem per legem istam, & argum. ṡ. tit. 1. l. 3. §. si quis noxali. & dixi locatum famulo, non scholari; quia tunc habet iustam causam ignorantiæ in persona scholaris, & sic æquitas debet monere iudicē, quæ non esset, si locasset scholari, vt in reg. iur. qui cum alio. ⁊. de reg. iur. & sic æquitas non moneret iudicē, & sic in ista lege debet poni casus, vt possit ꝓcedere. ¶ Extra nota circa istā legē casum vtilem de vxore hæ
7 rede instituta † ab eo, qui solùm filium spurium reliquit, & fuit grauata de restituendo post mortem illis, quibus ei videbitur, quæ vxor distribuit quasi omnia bona viri quondam in illum spurium, & propter hoc arguitur tacitè rogata de restituendo non capaci, & super hoc fiunt positiones, an teneatur respondere. Quidam dixerunt quòd non; quia ista positio continet causam criminis, & videtur captiosa. Bar. consuluit contra, & incipit consilium. Corthus. vbi dicit, quòd quando per positionē, & interrogationem, quæ fieret super illis, examinaretur aliàs decisum sententia, vel iuramento, iudex non debet pati, q respondeatur. l. si duo patroni. §. itē Iulianus. ⁊. de iu. iu. Circa qđ vide, quod dixi in l. quoties. §. Prætor. ṡ. de nox. ¶ Nō ob
8 stat, quod licèt † non debeat responderi positioni criminosæ: potest tamen fieri positio de condemnatione, quod videtur probari in l. probrum, & opprobrium. ⁊. de verb. signif. de quo vide aliquid per Inno. in c. dudum. de elect. ¶ De teste autem, an debeat arctari ad respondēdum, an sit criminosus, vel periurus, vide. q. in Spec. de teste. §. iam de interrogatorijs, vers. sed nunquid quæritur. & adde bonam glo. in c. cum causam, quæ. ext. de testib. In hoc autem dixit Iac. But. quòd si quæratur de interrogatione fienda testi, debet iudex aduertere, si videt eum suspectū, vel videt eum vacillare: tunc enim æquitas debet eum monere ad omnes interrogationes faciendas, quibus possit testem decipere, & eius mendaciū inuenire: sed si non habet eum suspectum (quia videt eum bono modo procedere) debet tamen leuioribus interrogationibus pertransire, & eius dictum (in quantū fieri potest) sustinere. ¶ Adde prædictis circa istam legem, quòd vbicunque interrogatio fit
9 † ad partis petitionem, oportet, quòd ponens priùs petat aliquid, aliàs interrogatus nunquam cogitur respondere, secundùm notata in l. 4. §. hoc autem. ⁊. de dam. infec. quia officium tunc dicitur residere in parte; sed secus si iudex interrogat ex mero officio residente in sua persona. Ita dicit notanter glo. 30. q. vlt. in c. iudicantē. & vide gl. 28. q. 1. in c. sic enim in gl. quæ incipit, arg. q aduersarius. quod notat Barb. in c. cum causam. de probat. in vlt. glo. vbi allegat legem istam. Quid autem si iudex nolit interrogare, dicit Ioan. And. quòd iudex peccat, ex quo positio facit ad causam, & æquitas suadet ei responderi, quæ debet præferri rigori. l. placuit. C. de iud. Ita dicitur in c. 1. in vlt. glo. de confess. lib. 6. ¶ Adde etiam ab extra ad limitationem istius legis omnium prædictorum, quòd exclusa facultate probandi per lapsum termini, nō potest
10 quis facere † positiones, quibus ad sui petitionem cogatur aduersarius respondere. Ita probatur in l. in cōtractibus. § illo. C. de non num. pecun. per quod dixi in quæ
11 stione facti, quòd quando petitur † executio sententiæ, vel instrumenti post certum tēpus taxatum à statuto, non pōt, nec debet agēs cōpelli ad iurādū sibi deberi, pro hoc videtur tex. in l. sed & si restituat. §. 1. ṡ. de iud. per iudicem verò etiam postea posset fieri, & cogitur respondere. c. cum Ioannes. extra de fid. instrum. Quod intelligo, si tēdat ad declarationem actitatorum: secus si super nouis capitulis, quæ tenderent ad fundandam intentionem aduersarij, cui iam est præclusa via probandi per lapsum termini, ergo & proponendi, vel allegādi in facto, vel super talibus officiū implorandi. ¶ Vltimò format hic Ray. in dubium, an in talibus interrogationibus, quæ fiunt officio
12 iudicis, sit necessarius libellus, & aliqualis causæ cognitio, & latè prosequitur. Tu autē hic declara, vt dixi. ṡ. eo. super Rub. vbi gl. tetigit. Format etiam aliquas quæstiones in materia positionū, sed est materia. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. dic, vt ibi.

Ex l. Procuratore.

SVMMAE.

1 *Confessio facta in iudicio, nō præiudicat confitenti respectu eorum, quos illud iudicium non contingit.*

2 *Confessio (quantùm ad absentem) non præiudicat confitenti, & quomodo procedat.*

3 *Licèt interrogationum, quæ fiunt super circunstantijs, non sit fienda copia parti: cum dentur ad solam examinantium instructionem: tamen si ipsi examinantes interrogauerint super alio, quàm deberent, non fit præiudicium partibus.*

4 *Arguendo de contractibus ad iudicia (sicut est in iure permissum)*

missam) licèt quis contrahat tanquam hæres, non tamen præiudicat sibi, nisi quò ad tertium.

5 *Confessio partis quando præiudicet absenti, & in quibus casibus, & quomodo hoc verum intelligatur.*

6 *Sententia, & confessio pari passu ambulant quò ad absentē.*

7 *Confessio filij, de qua in hac. l. ad hoc, vt præiudicet, qualis esse debeat ipse filius, infans scilicet, an pubes, vel adultus; &c. & quomodo procedat in adulto.*

1 L. Procuratore. ¶ Confessio † facta in iudicio non præiudicat confitenti respectu eorum, quos illud iudiciū non contingit. h. d. ¶ Vel sic. Filius debitoris defuncti ab eius creditore conuentus (eo præsente) se hæredem esse confessus, præiudicat sibi quò ad illum tantum. h. d. ¶ In tex. ibi [interrogante] non nomine creditorum absentium: secus si eorū nomine interrogaret, & cōfessionē reciperet. l. 4. in prin. ȷ. rē pupill. sal. for. & l. 1. §. exigere. ȷ. de magistr. conuen. ¶ Ibi [vnus ex filijs [scilicet debitoris fiscalis. ¶ Ibi [nec bonorū possessionem acceperat] dic, quia emācipatus erat. Inst. de hæred. quæ ab intest. §. emācipati. ¶ In tex. ibi [hæres erat] dic de iure ciuili, nec esse poterat, quò ad creditores absentes; quia iā abstinuerat. Ita intelligit istam. l. Bar. in l. is potest. in 4. col. ȷ. de acquir. hæred. de quo. ȷ. in vlt. glo. tangitur. ¶ In tex. Nota hic de confessione, quæ non porrigit effectum ad tertium. ¶ Et per istam legem dixit Petr. quòd si creditor contra mulierem, quæ se iuuabat beneficio Velleiani, producat instrumentum priuatum inter ipsam mulierem, & debitorē confectum, quòd ipse recepit pecuniam pro intercessione, nō faciat pro eo fidem, per istam legem. Ita refert Cin. in l. antiqua. in 3. q. C. ad Velleian. ¶ Nota etiam istud de con-
2 fessione, quod quantū † ad absentem non præiudicat confitenti, vt hic, & l. certum. §. sed an & ipsos. ȷ. de confess. & not. in l. 1. C. de confess. Quod tamen est verum, quando confessio tendit directò ad obligandum confitentem ei, cuius fauore emanauit confessio: sed si non tendat principaliter ad hoc, sed ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio: tunc confessio bene præiudicat, casus est secundùm vnam lect. glo. in Auth. de hæred. & falcid. §. si vero expressim. in fine. Ita dicit Arg. Ex quo infert, quod si filius approbat testamentum, absēte instituto, talis approbatio proderit instituto, vel etiam si aliquis approbat aliquod instrumentum, tanquam verum, vigore huius approbationis omnes, quorum interest, poterunt agere cōtra approbantem, licet non fuerint præsentes tempore approbationis per illam notabilē glo. licèt. Quid autem si confiteretur testamentum inofficiosum, an præiudicaret alijs, dixit Petr. quòd si per modum contentiosæ, præiudicat, aliàs non. Ita refert Cin. in l. 1. C. de confess. in 7. quæst. ¶ Item nota istam legem, per quā
3 dicit Innoc. in c. per tuas. post prin. extra de testi. quòd † licèt interrogationum, quæ fiunt super circunstantijs, non sit fienda copia parti; quia dātur solùm ad instructionem examinantiū, si interrogauerint super alio, quā deberent, non fit præiudicium partibus, argum. huius legis. ¶ Item arguendo de contractibus ad iudicia, vt facit gl. in l. in familiæ. C. famil. ercis. & l. omnem. ꝭ. de iud. Potest hic colli-
4 gi argum. ꝙ licet quis contrahat, † vt hæres, non tñ præiudicat sibi, nisi quò ad contrahentem, non quò ad tertiū, facit. ȷ. de liberat. legat. l. Aurelius. §. fin. ¶ In gl. super verbo. interrogatoria, in fine, dic de hoc, vt. ꝭ. eo. in l. si sine. in princ. ¶ Nec obstat huic legi. d. §. qui interrogatus. vt ibi non fuit. ¶ In glo. super ver. non posse, in princ. dum allegat. ꝭ. eo. l. si filius. dic, ꝙ ex ista solutione colligitur prima lectura, sm̄ quā iste filius erat su', nec abstinnerat se ab hæreditate paterna. ¶ In ead. ibi dum allegat. [l. 2.] de ista cōfessione vide, quod dixi. ꝭ. eo. in l. 1. super gl. pe. ¶ In ead. dū allegat. [§. si quis absente] dic iure; requiritur enim, ꝙ pars
5 sit præsens, & acceptat, ad hoc † vt præiudicet, vt ibi, aliàs non præiudicat, vt etiam dicit glo. in l. 1. C. de confes. Idē videtur, si parte præsente, sed non petente, nec instante, nec acceptante; quia debet fieri ad partis petitionem, & pars debet acceptare; nā ex confessione oritur actio in factum, quia in ea quasi contrahitur. ꝭ. eo. l. de ætate. §. qui interrogatus. sed in contractibus requiritur consensus vtriusque partis in idem; ergo & idem etiam in quasi contractu, maximè cum sit absurdum, quòd confessiones quandoque sic factæ non animo obligandi noceant. Quādoque enim quis confitetur se debitorem meum, quod si ego acceptarem, ipse remaneret. Ita hic fuit cōsultum per Ric. de Salyc. ad quod facit. l. obligationum substantia. ȷ. de action. & obligat. Itē quod hic dicitur ad dictum. §. si quis absenti. videtur verum, nisi in casu, quo iudex teneret locum absentis. l. properandum. §. sinautem reus. C. de iudi. hic enim non potest dici, quòd iudex teneret locū absentis; quia ille nunquam fuit in iudicio: omni tamē casu, quo iudex, vel notarius de mandato iudicis ageret, quæreret (vt persona publica) absenti per cōfessionem, quam reciperet, & videret ipsi absēti prodesse, arg. l. cū, pro quo. ꝭ. de in ius vocan. & l. non quasi. cum ibi notatis. ȷ. rem pupill. salu. for. & l. 1. §. exigere. ȷ. de magistr. conuen. & hoc voluit Cin. in Auth. sacramenta puberū. in 10. quæst. C. si aduer. vendit. vbi vide, & adde, quod ipse tangit in Auth. generaliter. in 1. quæstione. C. de episc. & cleric. Nisi dicas secundùm Petr. quòd tunc non est intentio iudicis supplere personam partis, quando confessio emittitur per modū contentiosæ iurisdictionis, sic intelligit. l. istam. secus si per modum voluntariæ; quia tunc per istam quæretur absenti, sic intelligit. d. l. non quasi. & d. §. exigere. Idem dicit in l. 1. C. de confess. in 6. quæst. vbi dicit, quòd cum hodie vna parte absente, possit celebrari hoc emendaciū. l. properandum. §. 1. & sicut sententia tenet, & prodest absenti, sic & confessio coram iudice proficiet aduersario; cum iudex
6 tunc teneat præsentiam partis, & sententia, † & confessio paribus passibus ambulent, secundùm Petr. & dicit, quòd ista fuit opinio Hug. in distinctionibus suis in tit. de confess. & incipit. Ad horum verborum reclamationem. &c. & sic non est res noua, secundum Cin. ibi. Idem refert Io. And. in Spec. de confess. §. sequitur vers. 7. in add. quæ incipit. hoc. in add. suis: sed dicit hoc tantùm posse procedere in responsionibus, quę fiunt ante litē contestatam, de quibus. ꝭ. eo. l. 1. sed in his, quæ fiunt ad libellum, vel positiones, cū in his fiat litis contest. quæ vtriusque partis præsentiā requirit, & iuramentū ponentis, & iuramentum respondentis, non bene practicatur dictum prædictorum. ¶ In eadē dum allegat. [l. fi. C. de repud. hæred.] aduerte, quia illa. l. nil habet commune cū ista; quia illa loquitur in repudiatione: ista in confessione; ista autem inter se differunt, vt ibi patet in tex. hic ergo cōfitendo præiudicat sibi, quò ad illum, cui confessus est; nam confitendo videtur quasi contrahere. ꝭ. eod. l. de ætate. §. qui interrogati. quod non est in repudiatione; quia non intendit contrahere, imò distrahere, secundùm Iac. de Rau. ¶ Extra ad pra-
7 cticam huius legis pōt dubitari, qualis debeat † esse ille filius cōfitens, vt ista cōfessio præiudicet sibi. In quo aduerte, si esset infans, eius confessio esset nulla. l. quoque. ꝭ. de in ius voc. & l. 1. §. sufficit. ȷ. de administra. tut. Si pubes: tunc si fit sine auctoritate tutoris, non valet. l. certum. §. in pupillo. ȷ. de confess. tamen illa bene valet, sed læsus restituitur

stituitur.C.si tut. vel curat.interu. l.2.si est adultus, aut habet curatorem,aut non habet. Quando non habet, si confitetur in causa, in qua habet legitimam personam, valet confessio:potest tamen petere restitutionem. l. 1. C.si de momen.poss.fuer.appell.Si in causa, in qua non habet legitimam personam: tunc si confessio emanat per modum iurisdictionis voluntariæ, præiudicat. l. si minor.ꝟ.de manumiss. vind.si per modum contentiosæ, non valet iudicium. s̄. eod. l. si filius. nec aliquid agitatum.l.momentaneæ.C.qui legit.person.Si autem habeat curatorem, valet confessio cum auctoritate curatoris, sed potest restitui, vt.s̄.sed si confitetur sine ejus auctoritate:tunc in præparatorijs litis, vt in interrogatione, de qua hic, & in isto titulo, vel in respondendo libello: tunc non præiudicat sibi confessio ipso iure; quia non habet legitimam personam in iudicio. l. clarum. C. de auct.præst.sed in concernentibus litis decisionem, vt in respondendo positionibus:tunc dic, quòd sibi præiudicaret,nisi peteret restitutionem in integrum, vel ex alia causa renocetur; quia cum veritas inquiritur, non videtur curandum de solemnitate, per l.si fideiussor.§. quædam.ꝟ.mand.& quidam dicunt, quòd hoc voluit.glos. in l.certum.ꝟ.de confess. Sed glo.Petr.& communis opinio est,quòd ipso iure non valeat;quia si non valet in casu præcedenti,vbi non est minus periculum,ergo minus in isto debet valere. Item quia talis confessio habet vim sententiæ.l.1.C.de confess.sed certum est,quòd sententia non tenet.d.l.certum. ergo nec ista confessio, & hæc in ciuilibus, sed in criminalibus non requiritur auctoritas curatoris,de quo vide Ioan.And.in Specul. de confess.in §.sequitur.in prima addit.in fine.Idem dicit Bal. in tit.de pa.iuram.firm.in c.1.§.itē sacramenta. vbi dicit,quòd confessio adulti sine curatore valet,quod not. ad l.clarum. C. de auct. præst. An autem eo casu, quo confessio fuit facta,& solemniter,posit, vt erronea renocari,vide quod dixi.s̄.eod.in l.de ætate.§. pen. & fin. Item quomodo probetur error, tangit Bart.in l.non fatetur.ꝟ.de confess.de quo vide in d.l.ætate.§. qui iusto. Item est alia quæstio de restitutione contra talem confessionem. Vide Innoc.de in integ.restit.in c.ex literis.

Rubr. De Quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Ex l. Prima.

SVMMAE.

1 *Iudicia sunt vniuersalia,generalia,& singularia,vide exempla de istis, & effectu.*

2 *In causis connexis plures (licèt sint diuersi fori) coguntur apud eundem iudicem litigare.*

3 *In quacunque parte iudicij quis indiget audientia, propterea in quacunque ipsius parte potest opponi.*

4 *Clausula [& quidam alij] non restringitur ad quatuor rationes connexitatis, vel indiuiduitatis, licèt alias secus,per. c.2.de rescrip.lib.6.*

5 *Commune dicitur, vel quod ab vno contractu procedit, vt obligatio conreorum, vel quia vna causa non potest seorsum ab alia examinari, vt causa principalis,& accessoria.*

6 *Clericus volens defendere alium,causam habentem ab eo, an posit illum defendere coram suo iudice.remissiuè.*

7 *Possidens per eundem iudicem bona hæreditatis in diuersis locis,potest hæres agere personali,vel pendente iudicio,potius vnum locum eligere,ne multiplicentur iudicia.*

Et magis competens lous est, vbi possidet maiorem partem hæreditatis.

8 *Si vnus conuenitur de eodem negotio coram diuersis iudicibus,potest ipse petere,quòd ad primum iudicem remittatur, ut i ad ius indiuiduum ageretur.*

9 *Sententiæ contrariæ ratione diuersarū rerum tenent, sed virtus prima absorbetur per secundam.*

10 *Plures de eodem beneficio litigantes,ad eundem iudicem remitti debent.*

11 *Lite incohata corā vno,si velim trahere corā alio,cado à cā.*

12 *Casus,quo continentia causæ diuiditur,est, quando litigatum est inter clericum, & laycum coram diuersis iudicibus de possessione,& proprietate.*

13 *Conuentio facit iudicem competentem, qui incompetens erat.*

14 *Prorogatio iurisdictionis licèt ab homine non possit fieri, fit tamen à lege in casu reconuentionis.*

Laycus conuentus à clerico coram iudice seculari, an possit coram eodem ipsum clericum,à quo conuentus fuit reconuenire,remissiuè,de quo latè videas.ibid.

15 *Quando verum sit. quòd conuentus coram vno iudice possit ex eadem causa reconueniri coram eodem,circa quod vide concordiam traditam ab ipso Auctore.*

16 *Reconuentus non posse recusare, intelligitur de priuilegio, quod eximit personam actoris ab illa iurisdictione,sed bene potest priuilegio causæ:potest tamen excipere, ne recōueniatur,donec restituitur.*

17 *Intellectus ad l.qui non cogitur ff de iud.& quomodo intelligatur, ꝙ quis possit se defendere in loco,vbi agit:in quo videas quod plenè traditum est ab ipso Auctore, circa materiam reconuentionis.*

18 *Actore reconuento à reo contra formam iurium coram alio iudice,processus est ipso iure nullus,si reconueniatur coram delegato:si coram ordinario,valet,nisi opponatur.*

19 *Reconuentio vbi fiat coram iudice delegato, non potest fieri, nisi pro ea causa, qua erat obnoxius tempore delegationis.*

20 *Iudex si fuerit recusatus, causa recusationis pendente, non poterit interim reus reconuenire actorem coram alio iudice delegato, vel ordinario, alioquin ipsa iura possent semper circumueniri.*

21 *Duobus iudicibus in loco existentibus,specialem, & eandem iurisdictionem habentibus in certa causa,an citatus coram vno,posit agere coram alio,& an quilibet ipsorum poterit de causa cognoscere,in quo dic,quòd est locus præuentioni, quæ fit per citationem.*

22 *Præuentio in quibus casibus locum non habeat, & qui sint illi casus.*

23 *Pares curiæ an possint per viam reconuentionis de rebus non feudalibus cognoscere.*

24 *Iurisdictio feudalis est de iure speciali concessa, & habet fines limitatos, vnde prorogari non potest.& ratio.*

1 I inter. ¶ Pro euidentia huius legis,& seq.præmitte, ꝙ quædam † sunt iudicia vniuersalia, quædā generalia, & quædam singularia. In vniuersalibus,vt est famil.ercisc. habet locū l.1. In generalibus tutelæ, loquit̄ l.2.In singularibus duplicibus similiter habet locū l.1.In singularibus nō duplicibus habet locū l.Papinianus.& Auth.& cōsequenter.C.de sent.de quo aliqd. ꝟ.super gl. De natura tñ,& effectu istorū iudiciorū,vide Inn.extra de off.ord. in c.cōquerēte.circa med.¶ Et ista
2 l.1.h.d. In causis connexis, † plures (licèt sint diuersi fori)cogūtur apud eūdē iudicē litigare.h.d.¶ Vel sic.Cōtinētia cāæ nō debet diuidi,& recōuētio debet fieri corā eodē iudice.h.d.cū seq. Et diuidit ista prima lex in duas

partes; quia primò remouet dubiũ respectu personæ, secundò respectu loci. Secunda ibi [preterea] Et cum hæc scripsissem, venit famulus, & dixit, quòd mihi erant præsentata duo paria polastrorum ab uno amico, quos dixi, vt pararet in cœna cum multo agresto. ¶In tex. ibi [agatur] dic, et si opponatur de hoc per partem, quod fieri debet, vt hic in glo. 2. & probatur in l. 2. scilicet; quia ex quo propter cõnexitatẽ cãæ non põt, nec debet alius adiri, ista exceptio impediret litis ingressum propter l. nulli. in princ. C. de iud. in ver. audientia. vbi dicit [nulli audientia præbeatur] propter quod videtur posse oppo
3 ni in quacunque parte iudicij, cum in quacunque† parte quis indigeat audientia. Ita dicit Iacob. Butrig. in l. eleganter. §. si quis post. de condict. indeb. si tamen non
4 opponatur, tenet processus, vt. j. dicam. sic ergo † ratione connexitatis potest dici, quòd contra plures possit simul agi eodem libello, aliàs non licet. l. 1. C. si plur. vna
5 sent. fuer. cond. Est † autem communis, vel quia procedit ab vno contractu, vt obligatio plurium conreorũ, qui possunt simul eodem libello conueniri. C. de fideiuss. l. 1. & de fideiuss. tut. l. 1. vel quia vna causa non potest seorsum examinari ab alia, vt causa principalis, & accessoria, & tunc si lex dat ordinem processui, non potest similiter agi cũ effectu, si excipiatur, aliàs teneret iudicium. j. de euict. l. si mancipium. §. 1. de adul. l. denunciasse. §. final. l. si maritus. § præscriptiones. C. de plag. & l. Præses. & de adult. l. quoniam. Si nõ dat ordinem, potest similiter, vt. j. de adult. l. nihil. §. fin. & de Falci. l. Athales. §. final. Cui adde, quòd ratione indiuiduitatis, & connexitatis illa clausula [& quidam alij] non restringetur ad quatuor, licet aliàs secus de rescript. in c. 2. libro. 6. vbi glo. super vers. vel quatuor. facit etiam ad hoc c. ibi sequens. ¶Et nota etiam istum tex. quia videtur fa-
6 cere ad quæstio. de clerico † volente defendere causam habentem ab eo, an possit defendere coram suo iudice, de quo vide quod dixi in l. fin. s. de noxal. ¶Item nota istam reg. quæ videtur etiam habere locum. C. qui accuss. non poss. in l. de crimine. ¶Item nota istum tex.
7 per quem dixit Guilie. quòd si per † eundem possideat quis bona hæreditatis in diuersis locis, potest hæres agere personali, vel pendente iudicio, potiùs vnum locum eligere, ne multiplicentur iudicia, vt hic, & j. de lib. caus. l. si pariter. Dicit tamen, quòd magis competens locus est, vbi possidet maiorem partem hæreditatis s. de iudi. l. si fideicommissum. cum similibus. Ita ponit Guiliel. in l. 1. C. vbi de crimin. agi opor. ¶Item allegat Innoc. istum tex. de constit. in c. cum. M. ad finem, quòd si vnus
8 petitur de eodem † negocio coram diuersis iudicibus, potest ipse petere, quòd ad primum iudicem remittatur. j. de lib. caus. d. l. si pariter. præterquã nisi ageretur ad ius indiuiduum, vt ipse tangit ibi, & de rescript. in c. cũ in multis: tamen si non petat se remitti, tenet processus vtriusque iudicis, per l. pen. s. de petitio. hæredita.
9 & de rei vendicat. l. 15. à quo. & si † sententiæ essent contrariæ: tamen vtraque tenebit, attento quòd instantiæ sunt diuersæ, & inter diuersos latæ, & hoc probat text. in d. l. penul. per secundam tamen sententiam contrariã absorbetur virtus primæ, vt probatur in d. l. penul. Adde etiam Inno. de rescript. in c. pastoralis. in 2. colum. vers.
10 & si pars citata. ¶Item facit iste tex. quòd † si plures de eodem beneficio litigant, quod ad eundem iudicem remitti debeant, & sic Papa facere consueuit, si ab eo petatur, vt refert Speculat. in titul. de act. & petit. §. super petitionibus. vers. quod simpliciter. & Ioan. Andr. refert de rescript. in c. mandatum. ad finẽ & de rescrip. in c. pastoralis. in glos. final. & de const. in c. cum. M. ad finem. ¶In glo. 2. ad finem, dic, quòd vult dicere, quòd potest loqui dupliciter, vt stet propriè copulatiuè, vel quòd resoluatur in disiunctiuam, &, pro, vel. Est tamẽ idem sensus, scilicet quòd si ex tribus hæredibus vnus agat contra alium, si alij velint agere contra eundem; quia fortè diuidens diuisit inter eos rem communem, debent agere coram eodem iudice communi diuidundo, non familiæ erciscundæ; quia semel actum est l. si filia. §. familiæ. s. famil. erciscundæ. ¶In glo. super verbo. eundem iudicem. ibi dum allegat [C. de iud. l. nulli] dic, quòd si in
11 eadem lite † coram vno inchoata, velim trahere coram alio, non possem trahere eodem tempore, imò trahens cado à causa, de quo videtur tex. in l. 1. in fin. C. de assert. tollen. & l. tam collatores. §. fina. C. de re milit. lib. 12. ¶In ead. dũ allegat [l. Papinianus] dic, ꝙ hoc posset procedere, quando actor, & reus sunt eiusdem fori, vt quia sunt ambo clerici, vel quia ambo layci; secus si diuersi,
12 vt quia † fortè vnus est laycus, qui agit possessorio; nam si reconueniatur de proprietate, adiri debet eius iudex; & sic isto casu continentia causæ nil operatur, imò alter cognoscit de proprietate, alter de possessione. Ita dicit gl. extra de iud. in c. fi. ¶Et istud facit ad vulgatam quæ-
13 stionem, an laycus † conuentus à clerico coram iudice seculari, possit coram eodem clericum reconuenire. glo. dicit, quòd sic, ext. de iud. in c. at si clerici. Pro hoc; quia reg. permittens reconuentionem, etiam de iure canonico, non excusat clericos. Item quia conuentio facit illum iudicem competentem vtriusque, d. l. cum Papinianus. & de mut. peti. c. 2. Item secundùm Ioan. And. quia aliàs non seruaretur æqualitas iudicij, & dicere contrarium, sapit quandam tyranniam. Istam opin. tenet Bart. in Authen. & consequenter. ¶Non obst. Auth. statui-
14 mus. C. de episco. & cler. quia † ista non est prorogatio hominis, sed legis, quæ vult, quòd omne priuilegium, per quod persona subducatur à iurisdictione, tollatur in causa reconuentionis. d. l. cum Papinianus. & alijs supra allegatis. ¶Non obstat, quòd in hoc versetur fauor totius cleri; quia fortè eodem modo (ne layci conueniantur in loco legationis) est fauor publicæ vtilitatis, & tamen cessat in causa reconuentionis. l. 2. §. sed si agant. s. de iudic. Pro ista parte videtur casus in Auth. de sanctiss. episc. in §. reuerendissimis autem. Alij tenuerunt contrarium, vt Petr. & Cin. apud nos. & Archid. 2. quæst. 8. in c. cuius in agendo. quia reconuentio sapit naturam prorogationis. d. l. cum Papinianus. in fine. sed clericus non potest prorogare iurisdictionem non sui iudicis, d. Auth. statuimus. Auth. clericus. & extr. de for. compet. c. si diligenti. Dixi aliàs proconcordia, quòd
15 † si conuentio fiat ex eodem negotio, puta ex eadem gestione negotiorum, vel simili: tunc possit ibi reconueniri, vt vtriusque ratio possit pariter videri. Ita procedat prima opin. Sed si ex diuersa causa: tunc si est iudex delegatus ab eo, qui habet potestatem dispensandi super modo contrahendo, vt à Papa: tunc etiam fit vera illa opinio, quòd qui dat iudicem, videtur dare in hac causa communi; quia qui vult consequens, videtur velle & antecedens. l. 2. s. de iurisdictio. omnium iudic. facit quod notat glos. in Clemen. sæpe. super verbo, si quid petere voluit. ad fin. de verbor. signific. ex quo ergo habet potestatem cognoscendi de reconuentione, vt dicit in simili. j. de re. iud. l. quidam consulebant. & de excusat. tutel. l. idem Vlpianus. in fin. Sed si est ordinarius illius causę: tunc fit vera alia opinio, quòd non possit reconueniri; nam l. cũ Papinianus. & Auth. & consequenter.

consequenter. & similia iura dicunt, quòd, quando iurisdictio cumulatur, non datur alia. D. Ang. seruabat primã opinionem dicens, quòd prima opinio, quòd possit reconueniri, vera est, quando clericus agit contra laycum bona fide; secus si captauit, vt posset coram layco litigare: tunc quia non prorogaret lex, sed homo, qui praeiudicare non potest ordini clericali, ideò isto casu sit vera alia
16 opinio. ¶ Adde ad id, † quod dicitur, quòd dictum est, quòd recõuentus nõ possit recusare, debet intelligi de aliquo priuilegio, quod eximit personam actoris ab illa iurisdictione, sed priuilegio causae poterit; attamen poterit excipere, quòd non reconueniatur, donec restituatur. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iulia. de vi. extra de ordin. cognit. c. cum dilectus. & c. super spoliatione. Idem in causa depositi. Idem in criminali causa contra accusatum; quia criminaliter non potest iterum reconueniri. l. final. C. de ordin. cognitio. & hoc voluit Bartol. in dicta Authen. & consequenter. ¶ In eadem, ibi, dum allegat. [l. qui nõ cogitur] dic, quod vbi ratione iudicij per eum moti
17 cogitur si quis se defendere in loco, vbi agit, & coram eodem, licèt aliàs non posset cogi ibi iudicium pati; quia lex debet intelligi, quando non cogebatur ex priuilegio: quo casu agendo, tenetur ibi respondere. l. 2. §. sed si agant. eod. titul. sed si non cogebatur de iure communi: tunc non tenetur respondere, nisi solùm illis, contra quos agit, reconuenientibus eum. Exemplum, si Ferrariensis venit Bononiam, & conuenit debitorem suum coram iudice Bononiae; nam non poterit reconueniri corã illo iudice, cuius forum in nullo sortitur, nisi tantùm à debitore per eum conuento, & ab illo debitore non reconuenietur, nisi conuentione durãte. l. sed & si restituatur. eod. titul. ¶ In ea glos. ibi [vt hic, dic] sed attende, si hoc erat de iure Digest. prouisum, nil addit Papinianus, cuius contrarium attestatur Imperator in d. l. cum Papinianus. Similiter si erat prouisum in d. l. nulli. quòd de eodem negotio coram eodem iudice communi vtriusque debeat fieri reconuentio, potest dici, quòd si fiebat reconuentio de eadem re, & causa, habet locum iste tex. sed si de re diuersa, sed de eodem negotio: tunc etiam olim permittebatur fieri coram iudice vtriusque, vt Romae, quae est communis patria. l. 2. §. legatis. & l. qui non cogitur. ff. de iud. & sic cessabat priuilegium reuocandi domum, vt ibi. Sed vbi esset iudex vnius tantùm, non communis, vt vult tex. ibi [nulla ei opponenda exceptione] non tamen compellebatur: sed hodie imponitur ei necessitas, vt coram eodem reconueniat, si vult agere, prima lite pendente, vt in Auth. & consequenter. ¶ Adde praedictis, quòd si reus
18 reconueniat actorem † coram alio iudice contra formã dictorum iurium, si coram delegato, processus est ipso iure nullus: si coram ordinario, valet, nisi opponatur. de rescript. c. dispendia. in 6. vtroque tamen casu reus vocans actorem coram alio iudice, condemnatur in expensis; quia temerè eum vocauit. ff. de iud. l. eum, quem temerè. & est casus in d. c. dispendia. in fine. ¶ Item adde, quòd vbi coram delegato fieret reconuentio, non potest fieri,
19 nisi pro ea causa; † quia erat obnoxius tempore delegationis, sicut nec actori est licitum agere virtute eiusdem delegationis, nisi pro eadem causa, delegatione pendente. Ita singulariter limitat Ioan. Andr. in d. c. dispendia. in nouella, quòd postea repetit in Speculat. in titul. de rescript. in additione. ¶ Item adde aliam conclusionem, quòd si iudex recusatur (prout fieri potest, per dict. Authen. & consequenter) causa recusationis pendente, non
20 poterit † reus reconuenire actorem coram alio delegato, vel ordinario, alias ista iura semper possent circumueniri.

Ita dicit Innocen. in dict. cap. dispendia, ad finem. ¶ In glos. fin. ad finem debet ergo excipi, vt & ff. l. proxi. aliàs teneret iudicium, etiam coram diuersis. d. l. si mancipium. §. 1. & alijs. ff. allegatis. Et est not. quòd istud habet locum non solùm in principali, sed etiam in causa appellationis. l. 1. in fine. hic allegata in glos. de quo aliquid in l. proxim. ¶ Extra occurrit quaestio ad proposi-
21 tum, quòd † si in loco sint duo iudices specialem, & eandem iurisdictionem habentes in certa causa, vt est hic Potestas, & Capitaneus in causis pupillorum, & viduarum, & coram vno citatus vult potiùs agere coram alio, vel quilibet eorum vult de causa cognoscere, an poterit, & quid fiet. Dic, quòd est locus praeuentioni, quae fit per solam citationem, & sic erit iudex, qui primò citauit. ff. de iud. l. si quis postea. quae loquitur de citatione verbali. Idem & fortiùs si venisset cum captura, & sic venisset ad citationem personalem, not. Innocen. & Ioann. Andrae. de oblig. ad ratiocin. ord. in c. 1. secus si solũ libellum acceptasset, & mandasset in actis redigi, notat glos. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l. libertus aduersus. eo. titu. Hoc tamen
22 de praeuentione † fallit in casibus. Primò in crimine haeresis, extra de haer. c. vt officij. lib. 6. vbi plures inquisitores possunt procedere contra infamatum de crimine haeresis: sed vna sententia (veluti condemnatoria) sufficit. ¶ Secundò fallit, si vnus clericus habeat duo beneficia curata in duabus dioecesibus; nam per ordinarium vnius dioecesis poterit compelli ad ostendendum titulum, & dispensationem secundùm formam Decr. ad multa. ex. de praeb. & dignit. licèt ab alio sit praeuentus. extra de offic. ord. § c. ordinarij. in gl. super verbo, ordinariorum. in 6. ¶ Tertiò potest dici, quòd fallit, quando ille, contra quẽ proceditur, non comparet coram ipso; nam tunc sustentatur processus omnium iudicum, & si ferantur plures condemnatoriae, omnes tenebunt. l. euidenter. ff. de excep. rei iud. vbi aliquid per Bartol. sed pleniùs in l. sepulchri. ff. de sepul. viola. vbi allegat quaestionem disputatam per Iacob. de Beluis. Ad hanc autem praeuentionem sufficit nuda citatio, nec requiritur peremptorium, secundùm Archid. 2. quaest. 6. in c. qui non ita. dummodo citatio valeat, secundùm eum. C. ne de stat. defunct. l. 1. vnde citatio, vel captura nulla, hoc non operaretur, scilicet
23 praeuentionem. ¶ Item facit iste text. an pares † curiae possint per viam reconuentionis cognoscere de causis non feudalibus, & allegatur iste text. quòd sic, & hoc tenet glos. notabilis in c. 1. de controuers. feud. apud pares
24 terminãda. In contrarium facit; quia iurisdictio † feudorum habet fines limitatos, & de iure speciali talis iurisdictio est concessa, quod non videtur prorogabile; quia priuilegia taxata non recipiunt extensionem. &c. Dic, quòd prima pars est vera, quando causa reconuentionis contineret aliquid pendens à feudo, arg. huius l. sed si continet omnino aliquod extraneum, nõ fit remissio ad eundem iudicem, per istum titulum: sed ex natura conuentionis, & reconuentionis; iure enim antiquo erat permissa tantùm coram iudice partium, qui aliquam habebat iurisdictionem, sed non tantùm ascensiuè, sed descensiuè. l. si idem cum eodem. §. quòd si mutuae. ff. de iurisdict. omnium iudicum. sed iure nouissimo est ampliatum, quòd etiam coram delegato ad vnam causam, habeat locum d. c. dispendia. §. reus quoque. & ad istud vltimum vide, quod latiùs dixi super glo. dum allegaui Authen. & consequenter.

Ex l. Cum ex pluribus:

SVMMAE.

1 *Plures quando conueniuntur nomine communis administrationis, sunt coram eodem iudice conueniendi.*

2 *Petitio requiritur, ad hoc vt (postulante contutore conuento à pupillo) ad eundem iudicem cæteri tutores nō idonei mittantur, alioquin teneret iudicium coram diuersis iudicibus, quod secus est in pluribus fideiussoribus.*

3 *Priuilegio concesso vni ex consortibus, possunt cæteri consortes eo vti.*

4 *In connexis, & procedentibus per eandem rationem, quod de vno conceditur, videtur de alio etiam concedi, secus in separatis.*

5 *Sententia cōtra vnū ex consortibus lata, non trahitur ad alios.*

6 *Confessio facta vni ex consortibus, an cæteris prosit. remissiuè.*

L. Cum ex pluribus ¶Est summata cum
1 præcedenti. ¶Vel sic. Plures, qui † conueniuntur nomine communis administrationis, sunt coram eodem iudice conueniendi. hoc dicit. Et sic probatur hic, quòd plures tutores diuersarum nationum possint petere (finita tutela) quòd coram eodem conueniantur, licèt pupillus quondam coram diuersis velit eos conuenire. Ita determinat Spec. in tit. de compet. iud. adit. §. 1. quasi ad fin. vers. 46. Quod dixi aliàs procedere posse, nisi fortè essent distincta territoria, & fortè etiam iudices per statutum loci; quia tunc quilibet deberet coram suo iudice conueniri. Sed certè potest dici, quòd connexitas hoc operetur, vt hic, & hoc modo saluari potest dictum Guil. ¶Nota text. in vers. [postulante] quòd requiritur pe-
2 titio, † aliàs teneret iudicium coram diuersis, vt dixi s. l. prox. secus est in pluribus fideiussoribus. l. fin. in fin. j. rē pupill. salu. for. & no. illum casum, & vide Barto. in l. fin. j. de colleg. illic. vbi determinat, quando est contentio inter plures de vno collegio, quorum aliqui fortè sunt clerici, aliqui layci, quis sit competens iudex. ¶ Extra iste
3 tex. potest in argumentum induci, quòd priuilegio † cōcesso vni ex consortibus, possint alij consortes vti, facit l. prima. C. de diuers. rescrip. Quod est etiam verum in con
4 nexis, & procedentibus † per eandem rationem, in quibus, quod de vno conceditur, videtur de alio concedi, d. l. j. secus in separatis; quia non trahitur ad aliud. C. de donat. inter vir. & vxor. l. si maritus. Item quia in separatis, quod de vno affirmatur, videtur de alio negari. s. de min. l. et si fine. §. sed quod Papinianus. ext. de præsumpt. c. nonne. & hoc scire est vtile ad concessionem factam nobili de vna domo, quòd posset portare arma contra generalem prohibitionem, quòd extendatur etiam ad alium, & maximè, in quo est eadem causa inimicitiæ, vel defensionis, ita fuit hic de facto apud officium nostrum
5 determinatum. An autem † sententia contra vnum ex consortibus trahatur ad alios, dic quòd non. s. de iud. l. nō idcirco. & s. famil. ercis. l. in hoc iudicio. De confessione au-
6 tem facta vni † ex consortibus, an prosit alijs, vide per Io. And. in Spec. de confess. §. nunc videndum. in addit. quæ incipit. Dubitatur, vbi post Dyn. consil. 32. ponit exemplum, quando vni, qui dicit se gestorem aliorum, est facta confessio (alijs absentibus) de feudo, vel emphyteosi, quā tenet ab illis, vtrùm consortes, vel eorum hæredes possint ex illa agere sine concessione. Concludit, quòd sic. & vide ibi rationes, & iura allegata.

Rubr. De seruo corrupto.

POTEST exponi ista Rubr. i. quid iuris sit, si seruus corrumpatur, vel potest exponi de seruo corrupto, idest de actione serui corrupti, qualis sit ista actio, & præmitte ad cui dētiam huius quatuor. Primò uidetur hæc actio. de hoc j. statim. in l. 1. Secundò cōtra quē de hoc j. in l. 3. & in l. si qs. seruum. Tertiò ad quid detur. de hoc j. eod. l. vt tantum. §. in hac. Quartò qualis sit. de hoc. j. eodem. l. doli. §. hæc actio.

Ex l. Ait Prætor.

SVMMAE.

1 *Occultans dolosè seruum alienum, vel suo facto deteriorem faciens, tenetur ad duplum veræ æstimationis damni dati domino, non bonæ fidei possessori.*

2 *Ad probandam deteriorationem rei, non sufficit probare eius æstimationem ante deteriorationem, sed necesse est (etiam hodie) probare valorem ipsius rei deterioratæ.*

3 *Tex. in vers. quod autem. facit ad statuta, quæ imponunt pœnam recipienti bannitum, quomodo hic intelligi debeat.*

1 L. Ait Prætor. ¶Occultans dolosè † seruum alienum, vel suo facto deteriorem faciens, tenetur ad duplum veræ æstimationis damni dati, domino, non bonæ fidei possessori, h. d. prima pars huius legis. ¶In text. ibi [qui] comprehendit etiam fœminam, vt probatur j. eod. in l. penult. licèt materia ista sit pœnalis, de quo vide per Cin. C. de seru. fugit. in l. quicunque. & in l. 1. j. de verborum signifi. ¶In text. ibi [iudicium] scilicet verum, & ratione interesse, vt patet j. de verborum signific. in l. hæc verba. & intellige iudicium, idest actionem in factum, vel serui corrupti. ¶In tex. ibi [qui bona fide seruum] scilicet alienum, quem ipse corrupit. Nota ibi [sed nec eum] &cæt. qui prima fronte redditur dubius; cum regulariter quasi possessio, sufficiat ad fundandam intentionem agentis. Sed dic, quòd iste text. debet intelligi, quando constabat agentem non dominum, aliàs non sufficeret illa quasi possessio, & ita intelligit Barto. istum text. in l. sicuti. §. sed si quæratur. s. si seruit. vendic. ¶Nota etiam
2 ad intelligentiam literæ, ibi [quanti ea res erit] quod † in practica ad probandam hanc deteriorationem rei, non sufficit probare æstimationem eius ante deteriorationem, sed est necesse probari (etiam hodie) valorem rei deterioratæ. l. facienda. & ibi hoc notat Bartol. j. arb. fur. cæs. ¶ Item nota text. in vers. [quod autem] qui facit
3 ad statuta, quæ imponunt † pœnam recipienti bannitum; quia hic declaratur, quomodo hoc debet intelligi, sic j. eodem. l. doli. secundo respon. Et fuit allegatum ad quæstionem, quam disputaui, quæ incipit, Inquisitus. &cæte. in illo articulo, an receptans illum exemptum fugientem à carceribus astutia vxoris suæ, qui debebat decapitari, teneatur, & ad quod.

Ex §. Persuadere.

SVMMAE.

1 *Pena stupri quando sit deportatio, seu partis bonorum publicatio, & quando capitis animaduersio, & quomodo iura de hoc varie loquentia concordentur.*

2 *Plus est suadere, quàm facere.*

3 *Persuadens quando est immediata causa delicti, imò eius persuasio est ipsum delictum, ita obligatur suadendo, sicut obligaretur mandando.*

4 *Mandator non tenetur ex mandato, quando mādatarius aliàs erat facturus, nisi mandasset aliquid, quod esset ex se delictū; quia tunc teneretur, & quomodo procedat.*

Et in hoc, cuius animus attendatur, mandantis, an mandatarij. num. 5.

6 *In delictis, quæ committuntur solo facto citra animum committentis, inspicitur animus mandantis, non mandatarij.*

7 *Consulens fieri maleficium, tenetur ex consilio, si principalis nō est aliàs soluendo.*

8 *In delictis puniendis, quando inspicitur opinio, & quando veritas, et quomodo intelligatur tex. i l. si quis alieno seruo fua ferit. C. de fur.*

9 *Tenetur quandoque quis vltra illud, quod opinatur euenire.*

10 *Persuadens seruo fugam ad quid teneatur.*

§. Persuadere. ¶ Illa persuasio ex hoc edicto damnatur, quæ facit seruum deteriorem, & si aliàs erat malus, sed suasione deterior effectus, & hoc est regulare, & talis deterioratio multis modis causatur, qui hic exprimuntur. h. d. cū seq. vsque ad l. dolo. Et adde ad istum tex. c. sicut dignum. extra de homicid. nam iste tex. declarat illum, & ille istum, & præmitte, quòd sunt diuersa nomina persuadentium, de quibus loquitur hic, qñque appellatur suasor, vt hic, quandoque fautor, quandoque auxiliator, quandoque aspirator, quandoque mandator. Quòd autem in text. ista inter se differant, vide glo. in Clemen. 1. de pœn. super verb. defensauerit. & Innoc. de re iudic. in c. cum I. & A. & Archid. 23. distin. in c. illud. alibi habemus de pernotore, vt in l. ob hæc verba. ff. de his, qui no. infam. alibi dicit instigator, & de isto tangitur in l. in eum. ff. de extraordi. crimi. per Iacob. de Are. ¶ Nota tex. ibi [plusquam com-
2 pellit] per quem videntur posse † concordari iura, quæ videntur contraria, dum loquuntur de pœna stupri; nam Inst. de publ. iud. §. item lex. dicit, quòd pœna stupri est deportatio, seu partis bonorum publicatio. Sed in l. 1. ff. de priuat. crim. dicit, quòd est pęna capitis; quia potest dici, quòd prima iura loquuntur, quando ad stuprum est deuentum sine suasione, alia quando præcedebat suasio; tunc enim est maius delictum, vt hic dicitur, & alibi dici-
2 tur, quòd plus est † suadere, quàm facere. 6. q. 1. c. ex merito. & ideo grauiùs punitur. & hoc nota ad interpretationem statutorum. ¶ Nota etiam hic, quòd quando per-
3 suadere est immediata causa † delicti, imò persuasio est ipsum delictum, ita obligatur quis persuadendo, sicut mādando, vt hic; aliàs secus esset; nam ista inter se differunt suadere, & mandare, vt notatur in l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infam. circa quod vide, quod notatur in Clemen. sæpe. de verbor. signific. in fine, & quod dicam. ff. super glo. ¶ Item per istum tex. dicit Iacob. Butrig. in l. 1. in fine. ff. de eo, per quem fact. er. quòd mandator non te-
4 netur † ex mandato, quando mandatarius erat aliàs facturus, nisi quando mandatur aliquid, quod erat ex se delictum, vt hic. Aliqui tamen ibi contra, quòd imò teneatur in atrocioribus. l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. facit Clem. sæpe. de verbor. significa. in dubio præsumitur, quòd non erat aliàs facturus. Cuius autem animus
5 † debeat attendi, mandantis, vel mandarij, dic in contractibus, si mandatum est speciale, inspicitur animus mandantis, si generale, animus mandatarij. ff. de ædil. edict. l. cum mancipium. & ff. de contrahen. emptio. l. in huiusmodi. In quasi contractu (vt in aditione hæreditatis, quæ est iuris ciuilis, & pendet à solo animo adeuntis. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acquir. hæredita.) solus animus mandantis inspicitur, non mandatarij. l. cum quidam. §. pen.
6 ff. de acquiren. hæred. Et in † delictis, quæ solo facto committuntur citra animum committentis, inspicitur animus mandantis, non mandatarij, & ideo etiam si sit ignorās, mādans obligatur. l. 1. in prin. ff. de eo, per quem fac.
7 er. consulens autem fieri † maleficium, tenetur ex consilio, si principalis non est soluendo. l. fina. in princip. ff. de eo, per quem fact. er. Ita dicit Innoc. per illum tex. de electio. in c. querelā. in gl. dicitur autē quis. ¶ In gl. super ver. faciat deteriorem, ibi [l. si quis alieno seruo] dic, quòd nō re-
8 quirit, quòd sit factus deterior, & sic est casus, in quo † punitur affectus, licèt non sit sequutus effectus, & sic excedunt regulæ iuris in pœnam delinquentis, & quia est delictum, de facili trahēdum in exemplum, vt ibi notatur: & sic est ibi casus, in quo inspicitur opinio, quò ad delationem pęnæ, sed quò ad committendum verè delictum, inspicitur veritas, vt hic. In quo dic, si concordant veritas, & opinio, nullum dubium, si contradicant: tunc in delictis, in quib⁹ requiritur animus, præualet opinio. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & l. qui vas. §. vetare. eo. tit. Si verò cōtradictores concurrunt, & habēt se per modum excessus, consideratur veritas. l. vulgaris. §. sed & si quis. ff. de furt. Idem si circa eandem personam. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. & l. si ignorās. ff. loca. Si verò concurrunt circa eandem rem, & personam, sed circa diuersas contradicunt, inspicitur opinio. l. eum, qui. §. si in-
9 iuria. ff. de iniur. Quandoque tenetur † quis vltra id, quod opinatur euenire. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. & extra de hom. c. vlt. in 6. ¶ In glo. super verbo, furtum facturus. nota hanc glo. cui adde similem, & clariùs loquentem. Inst. de oblig. quæ ex delict. §. interdum. ¶ Ex
10 quibus collige, quòd suadens † seruo fugam, non tenetur furti, si aliàs erat facturus, sed benè tenetur de seruo corrupto, si aliàs erat facturus; quia apparet (laudando) augeri malitiam, vt hic. De consulente autem, an, & quando obligatur, vide. ff. eo. i l. Neratius. §. quamuis. & quod ibi dicam.

Ex §. Is quoque.

SVMMAE.

1 *Persuadens fugam, obligatur serui corrupti, licèt non committat furtum.*

Et quid si duo serui sibi inuicem persuaserint fugam. num. 2.

3 *Mandans sortitur forum loci, vbi mandatarius facit.*

4 *Mandāte homicidiū in certo loco committi, vt alibi maleficium committatur, si ibi commissum sit homicidium, an mandans possit in loco delicti commissi accusari, vel conueniri.*

5 *Præstans opem alicui in delicto committendo, an puniatur eadem pęna cum ipso delinquente.*

§. Is quoque. ¶ Et venit iste continuatiuè ad. ff. prox. §. & cum illo

summatus fuit. ¶Nota varios modos, quibus serui, familiares, & factores dominorum corrumpuntur, & si in aliquo illorum errent, possunt rectè vitiosi appellari, & forte à testimonio repelli, & commissarius testamenti à po-
1 testate sibi commissa exequendi. ¶Nota suadentē † fugam obligari serui corrupti, licèt nō committat furtum. l. qui seruo. in princ. j. de furt. Et adde, quòd si duo serui
2 sibi inuicem persuaserint, vt fugerent, † alter alterius fur non est, nisi fortè alter alterum cœlauerit. d. l. qui seruo. in princ. Et ita dixit Azo in summa illius tituli. C. de fur.
3 ¶Extra allegatur iste tex. quòd mandans † sortitur forum in loco, vbi mandatarius facit, sic & s. de iud. l. hæres absens. §. pen. & fin. de quo vide latiùs disputatum per Bart. in l. non solùm. §. si mandato. j. de iniur. ¶Adde quod ipse ponit in l. si vt proponit. ff. de fideiuss. vbi for-
4 mat qōnē † de mandāte cōmitti homicidū certo loco, vt maleficium alibi committatur, & ibi commissum sit, an mandans possit in loco delicti commissi accusari, vel cōueniri, & concludit, quòd sic, vide ibi latiùs. ¶Adde etiā
5 quæstionem de præstante † opem, an puniatur eadem pœna, qua ille, qui fecit, quæ quæstio examinatur per Cin. in l. 1. C. de nil. agger. non rump. ibi tamen nil concludit, sed vide meliùs per Bart. in l. si is, qui opem. j. de furt. & in l. non solùm. §. si mandato. j. de iniur.

Ex l. Dolo malo.

SVMMAE.

1 *Fatuo impulso ad aliquid periculosum faciendum, an incitans teneatur aliqua pœna, & qua.*

L. Dolo malo. ¶Deterioratio serui sine dolo attentantis, non obligat ex hac actiōe, sed ratione culpæ vtili Aquilia. hoc dicit cum seq. ¶In tex. ibi [& si lusus gratia] nota text. quòd illa gl. quæ dixit, quòd percussus in ludo, præsumitē casu occisus. Ita dicit glo. 50. dist. inc. eū, qui asseuerat. facit ad offendentes in ascilludio, vel armilustro, vel in simili ludo consueto, vt in ludo simili pugillorum, vt est Senis, vt licèt ex illa percussione mors sequatur, iudicanda sit potius casualis, facit l. 3. & quod ibi not. j. de iniur. ¶Nota etiam ex tex. in vers. [vnde quæritur] quia facit
1 ad communem contingentiam, quando fatui † patiuntur se induci ad faciendum aliquid periculosum, an incitans ad aliquid teneatur; hic enim probatur, quòd non, sed in l. seq. iudicatur eum teneri Aquilia; quia talis suadens non excusatē oīo à culpa; quia leuissima culpa obligat Aquilia. l. i lege Aquilia. s. ad leg. Aquil. Ex quo collige, quòd consultius est abstinere à tali consultatione, licèt aliàs faciat lusus causa.

Ex l. Doli verbum.

SVMMAE.

1 *Receptans dolo malo aliquem de carceribus aufugentem, vel alio modo de crimine inculpatum, qua pœna puniatur.*
2 *Humanitatis in iure, qua homo homini tenetur, semper habenda ratio.*

L. Doli verbū. ¶Hic reassumit verba edicti ad declarandum verbū, recepisse. s. in edicto positū, & decidit, ꝙ vt recipiēs obliget, in eo dolus requirit. ¶Nota tex. hic in vers. [ce-
1 terū] &c. ad receptantē † fugientē de carceribus, vel alio modo de crimine inculpatum, & adde casum in l. 2. j. de receptat. & quod dixi. s. eod. in l. 1. §. quòd autē. ¶Nota secundò ibi [humanitate] &c. not. ponderari, & conside-
2 rationem † haberi humanitatis, qua homo homini tenetur. s. de iust. & iur. l. vt vim. sic &. j. de ser. export. l. seruus ea lege. & sic videtur iusta causa pœnam dispensandi, vel illam alterandi, & minuendi, secundùm not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. s. de his, qui not. infam.

Ex §. Si quis dolo.

SVMMAE.

1 *Error in qualitate personæ, excusat delinquentem, & quomodo sit verum.*
2 *Item quandoque dispensat super qualitate pœnæ.*
3 *Duplicata pœna an puniatur, qui occidit aliquē ī officio cōstitutum, quem occidens ignorabat talem.*
4 *Si coniugatæ mulieri quis commisceatur, quam putabat solutam, an puniatur tanquam adulter, remissiuè.*

1 §. Si quis dolo. ¶Error in † qualitate personæ non excusat delinquentem. ad hoc potest allegari, de quo vide. s. in l. 1. §. persuadere. & hoc procedit, quando error talis non excusat à delicto, vt hic subdit tex. Quandoque tamen
2 error † dispensat super qualitate pœnæ l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. j. de iniur. & not. j. loca. l. si quis ignorans. & ad huius declarationem vide omnino Bar. in l. Diuus. j. de sicar. ¶Et est vtile ad. q. de bannito descripto in libro bannitorum, de quo tamen prouisum erat, quòd cancellaretur, de qua dixi in l. de ætate. §. qui iusto. s. de interrog. actio. ¶Item ad. q. de occidēte Vexil-
3 liferum, Massarium, vel alium † in officio constitutum, in quibus duplicatur pœna, quem occidens ignorabat talē.
4 ¶Item si commisceatur quis † coniugatæ, quam putabat solutam, an puniatur tanquam adulter, de quo per Cin. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. de quo tetigi. s. in d. §. persuadere. super glo.

Ex §. Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Differentia inter actionem serui corrupti, et Aquiliam ad duplicationem pœnæ, & ratio differentiæ.*

§. Hæc actio. ¶Actio serui corrupti est in duplum, etiam contra
1 fatentem, licèt † in Aquilia (ad duplicationem) requiratur negatio, & pro commisso à seruo obligatur dominus noxaliter. h. d. cum seq. ¶In tex. ibi [coerceat] dic, vt. s. ad le. Aquil. l. 2. & est ratio diuersitatis; quia ista persequitur dolum. s. l. 1. & l. dolo. illa verò. s. Aquilia, culpam.

Ex §. Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Actio retro quæsita occasione rei, durat, & datur hæredi, licèt res ipsa non remaneat penes eum.*
2 *Interesse licèt desinat, non tamen desinit actio competere.*
3 *Cui, qui est effectus post illatam iniuriam, non sunt represaliæ concedendæ.*

§. Hæc

§.Hæc actio. ¶Licèt quis deſinat eſſe dominus : tamen durat actio
1 † retro quæſita occaſione rei, & hæc actio datur hæredi, etiam ſi ſeruus non remaneat penes eum. hoc dicit.
2 ¶Nota, quòd licèt † deſinat intereſſe : non deſinit tamen actio competere, de quo vide quod dixi in l. tigni. §. fin. ſ.ad exhib. ¶Nota iſtum tex. per quem dixit Bart. in tractatu repreſaliarum. in quinta quæſt. principali. in 4. art.
3 ꝙ ei, qui, poſtquam eſt facta iniuria, eſt factus † ciuis, non ſunt repreſaliæ concedendæ. & ibi allegat concor. ¶In glo. j. in fi. dum allega: [l. ſi dominium.] dic, ꝙ illa datur legatario ex noua contrectatione, non iure tranſmiſſionis, ſed ex ſui perſona, vt ibi, non ex veteri; quia perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, ſed vniuerſalem, & ſic datur hæredi. Quòd autem ex noua contrectatione detur legatario actio furti, & non condictio furtiua, vide gloſ. in l. ſed nec legatarius. ĵ. de condict. furt.

Ex l.Si quis ſeruum.

SVMMAE.

1 *Communio quando excuſet, vel non excuſet, quò minus faciẽs teneatur ex facto ſuo in re communi.*

L.Si quis ſeruum. ¶Communio nõ releuat à delicto, ad hoc allegatur. Et ſic non facit, quòd corrumpens communem ſeruum, non obligetur ſerui corrupti. h.d. cũ glo. ¶In gl. 1. ibi [ſi corrupit] dic, non ſi recepit. ¶In glo. j. in fin. dic ergo pro concluſione, ſi id, quod eſt factum in re
1 communi, ſonat † euidenter in delictum: tunc non excuſat communio, quò minùs faciens teneatur, vt hic, & ll. allegatis hic in glo. & l. meritò. in fin. ĵ. pro ſoc. Si poteſt ſonare, vel non ſonare in delictum: tunc ſi apparet, ꝙ dolo, idem, ſcilicet ꝙ non excuſetur. ĵ. pro ſoc. l. rei communis. Si non apparet, in dubio ſumitur nobilior præſumptio, vt non ſonet in delictum. d. l. meritò. ibi [& ſanè plerunque] ita videtur in hoc concludendum.

Ex §.Si in ſeruo.

SVMMAE.

1 *Fructuarius faciens ſeruum, in quo vſumfructum habebat, deteriorem, poteſt conueniri à proprietario, & econtra, actione, de qua in tex. eidem fructuario etiam competente aduerſus tertium, deteriorem ſeruum facientem.*

1 **§.Si in ſeruo.** ¶Si fructuarius † faciat deteriorem ſeruum, in quo habebat vſumfructum, poteſt hac actione à proprietario cõueniri, & contra proprietarius à fructuario, cui fructuario, contra tertium deteriorantem, competit hæc actio.

Ex §. Datur autem.

SVMMAE.

1 *Actio ſerui corrupti contra corrumpentem ad quid competat, & quomodo.*
2 *Mandans, ſuadens, & conſulens appellatur princeps delicti.*
3 *Suadens obligatur ex mala ſuaſione, licèt ipſe nullum inde ſentiat commodum.*
In pœna dupli, de qua in præſenti l. an ſimplũ inſit, an verò totum ſit pœna, in quo iura variè loquuntur, quæ videas hic ab Auctore citata; & quomodo concordentur.
5 *Ex legis diſpoſitione quando continetur princip:le vnà cum pœna, & eadem actione: tunc in pœna continetur ſors.*

1 **§.Datur autem.** ¶Actio † ſerui corrupti contra corrumpẽtem competit ad duplum veræ æſtimationis damni, qđ iudicatur quatenus minoratum eſt pretium ipſius ſerui. hoc primò. Fit etiam, quatenus aſcendit æſtimatio rerũ, quas ſecum abſtulit, licèt ad corrumpentem non perueniant. hoc dicit cum l. ſeq. in terminis, & in ſumma. ¶No.
2 mandantem, ſuadentem, & conſulentem † appellari principem delicti, facit ad id, quod vidimus ſ. in l. j. §. per-
3 ſuadere. ¶Secundò no. quòd ex mala † ſuaſione qs obligatur, licèt nullum commodum perueniat ad ipſum.
¶Tertiò no. de iſta pœna dupli. In quo aduerte, an inſit
4 ſimplum, an totum † ſit pœna : in quo iura videntur variare; nam l. in hæredem. in fin. ĵ. de calumniat. videtur tenere, quòd in dubio ineſt ſimplum. Idem voluit l. is, qui prædam. ĵ. ad leg. Iul. pecul. cum ibi not. per Bart. & Docto. & in tit. de pace tenen. in §. ſi duo. & quod ibi notatur. ¶Alia opinio contraria ponitur per gloſ. in d. l. in hæredem. in fin. ſ. de calum. Pro concord. poteſt dici, ſi actio competat ei, cui aliquid abeſt : tunc ineſt ſimplum, vt in prima opin. ſ. alleg. ſed ſi agenti nihil abeſt, totum eſt mera pœna, vt in alia opin. ¶Vel aptiùs ſic. Quando ex le-
5 gis diſpoſitione † continetur principale vnà cum pœna, & eadem actione: tunc in pœna continetur ſors. ĵ. de publica. l. ex hoc edicto. §. fin. ſecus ſi ex diuerſis cauſis. l. ſi pro fure. in fin. ĵ. de condict. furt. & hoc, quando vtrunq; conſiſtit in quantitate : ſecus ſi ſors in ſpecie, & pœna in quantitate; quia non immutatur obligatio quantitatis propter obligationem ſpeciei. l. ſi cum exceptione. §. ꝙ ſi homo. ſ. quod met. cau. quæ videtur facere in actione. qđ met. ca. in qua in quadruplo ineſt ſimplum : licèt illud ſimplum ſit ſpecies. Sed illud eſt; quia lex ſub vna forma agendi totum includit. Vel quia actio eſt arbitraria, & non eſt à principio pœnalis, vt not. Inſtit. ſi quad. paup. fe. dica. §. fin. & C. de fur. l. ancillæ. Item lex ſic declarat idem in actione vi bon. rap. Et quòd dicitur ineſſe ſimplum, eſt verum, quando pœna imponitur per nomina multiplicatiua dupli, vel quadrupli : ſecus ſi per nomina ſimplicia, & abſoluta; quia tunc intelligitur eſſe pœna, nec ineſt rei perſequutio, facit quod not. in l. j. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, prof. & Inſtit. de action. §. tripli. ĵ. de verbo oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. C. de ſer. fugit. l. pen. & l. agraria. ĵ. de termi. mo.

Ex l.Neratius ait.

SVMMAE.

1 *Furta poſtmodum à ſeruo commiſſa, non veniunt in æſtimationem in actione de ſeruo corrupto, & ratio.*

1 **L.Neratius ait.** ¶In hac actione non fit æſtimatio † furti poſtea ab ipſo ſeruo commiſſi. hoc dicit, ideo non habetur conſideratio delicti poſtea commiſſi. Non obſtat. ĵ. pro ſoc. l. actione. §. j. quia poteſt dici, vt ibi not. quia hic actus delinquentis non erat ordinatus communiter ad lucrum, & damnum: ibi ſic, ſecundùm Iac. de But. ¶Itẽ non obſtat. §. pen. hic alleg. quia ibi trahitur ad futurum ex eo; quia delictum aliter poſſet remanere impunitum. Ita declarat glo. ſ. de procu. in l. omnium. vbi vide, & ita etiam nota de contrario.

Ex §. Si seruo.

SVMMAE.

1 *Causa proxima, non remota, debet attendi.*

1 **§. Si seruo.** ¶Causa immediata, non mediata debet attendi. h. d. facit ad no. in l. si mulier. ǁ. rerum amot.

Ex § Quamuis.

SVMMAE.

1 *Ex consilio quis obligatur, quando fraudulentum est, & quo modo concordentur iura in hoc contraria, & videas in hoc articulo distinctionem diffusè ab Auctore traditam. num. 3.*

2 *In furto requiritur, quòd sit differentia inter contrectantem, & rem contrectatam.*

4 *Obligatio accessoria reperiri non potest, vbi non adest principalis.*

5 *Quot modis dicatur quis consentire crimini, remissiuè. Et an sola scientia criminis puniatur. ibidem.*

6 *Pro pluribus excommunicationibus an sufficiat vnica absolutio, remissiuè.*

7 *Stante statuto, quòd præsentans bannitum, debeat rebanniri, si bannitus pluribus bannis præsentet, an debeat ab omnibus rebanniri, remissiuè.*

§. Quamuis, ¶Cum actione serui corrupti, competit etiam furti, nec vna per alteram tollitur; quia ad diuersa competunt, & competit etiam pro seruo hæreditario corrupto. hoc dicit, cũ seq. & princ seq. ¶ In glos. j. ibi [l. qui seruo] sic ergo ex
1 consilio † quis obligatur, vt ibi, & probatur etiam hic. Quòd autem ex consilio quis obligetur, potest procedere, quando consilium est fraudulentum. l. consilij. ǁ. de regu. iur. & ideo potest contra eum furti agi, vt hic. ¶ Non obst. quod no. glo. in l. j. in glo. 2. C. de ser. fugit. quæ dicit, quòd ex ope, vel consilio quis non obligatur furti; quia illa loquitur in quodam furto irregulari; licèt enim seruus fugitiuus faciat furtum sui, vt ibi: istud tamen nõ est
2 furtum regulare; nam in furto † reqritur, q̃ sit differentiã inter rem contrectatam, & contrectantem. l. j. ǁ. de fur. Sed in seruo est idem, & ideo non est furtum regulare, & ideò præstans opem tali furto irregulari, non tenetur furti, nisi furtum regulare sequatur. Ita declaratur ibi per
3 Bar. & Doct. In hoc tamen dubio, † an ex consilio quis obligetur, in quo variæ sol. ponuntur ad d. l. qui seruo (coniungendo omnes sol.) concludo, si quæritur, an obligetur Reipub. non est materia nostra, sed alibi tractatur in iure. Si autem obligetur parti læsæ, dic si factum non est sequutum, consulens non tenetur furti. l. si quis vxori. §. neque verbo. ǁ. de fur. & in vlt. sol. ǁ. posita. si est sequutũ: tunc si principaliter faciens tenetur efficaciter, idest ciuiliter, & naturaliter: & tunc persuadens tenetur furti. ǁ. de verb. sign. l. sæpe ita. in fin. Si tenetur naturaliter tantũ: tunc persuadẽs tenetur furti. d. l. qui seruo. §. item placuit. quia naturali (qua principalis tenetur) potuit accedere ista accessoria. Si non tenetur nec naturaliter, nec ciuiliter, vt cum seruus facit furtum sui ipsius: tunc quò ad vsucapionem, & præscriptionem dicitur facere furtum, ne fuga seruorum. &c. d. l. j. C. de ser. fugit. Sed quò ad obligationem, & actionem contra consulentem: tunc attende, si quæritur, antequam apprehendatur ab aliquo, non tenetur nec naturaliter, nec ciuiliter; quia seruus nõ tenetur; ergo nec suasor, aliter reperiretur obligatio accessoria si-
4 ne principali, quod esse † non potest, sed bene tenetur serui corrupti. d. l. qui seruo. in princ. Sed si post apprehẽsionem: tunc attenditur, an apprehendens eum apprehẽderit animo furandi sibi: & tunc apprehendens tenetur furti, & condictione ex lege l. quicunque. C. de seru. fugi. & cõsequenter persuadẽs. d. l. qui seruo. in. 1. resp. & in prima solutione. An verò apprehenderit solùm animo damnificandi dominum: tunc non facit furtum. l. verùm. & l. qui iniuriæ. ǁ. de furt. sed tenetur condictione ex d. l. quicunque. sic & persuadens non tenetur furti: sed serui corrupti. Quid autem si apprehendat eum, credens ingenuũ: tunc ille nullo modo tenetur, sed persuadens tenetur principaliter serui corrupti. l. j. s̃. eod. ¶ Adde prædictis, quot modis dicatur quis consentire crimini, dic, quòd † tribus
5 modis. vide notabilem glos. 2. quæst. j. in c. notũ. Item an sola scientia criminis quis puniatur, an verò requiratur, q̃ sit particeps in crimine, vide per Bart. ǁ. de parric. in l. vtrùm. ¶ In glo. 2. ibi dum dicit [quantùm ad pœnam] dic, fuerunt hic plura facta, & diuersi tituli criminis, & diuersæ agendi formæ, ideo vtraque agi potest, vt dicit tex. hic, & illa regula ponitur in l. nunquam plura. ǁ. de priuat. delict. Aduerte tamen; quia hoc de plano procedit, quando omnes pœnæ sunt pecuniariæ, & sic omniũ exequutio est possibilis, sed si essent omnes corporales, vel vna abscissiua membri, alia corporalis, primò debet fieri exequutio in membris, postea exanimatio, non econtra. glo. similis in l. omnes. C. de dilatio. lib. 10. si omnes essent vltimi supplicij, vt in bannito pluribus bannis scilicet, potest dici, quòd fiet exequutio in morte, quæ priùs in obligatione fuit, arg. ǁ. de solut. l. j. Vel credo hoc esse arbitrarium, arg. l. j. §. expilatores. ǁ. de effracto. & quod notatur in l. si fugitiui. & Auth. ibi posita. C. de seru. fugit.
6 ¶ Et hæc faciunt ad quæstionem, an pro pluribus † excõmunicationibus sufficiat vna absolutio, de qua vide per Bart. ǁ. de oper. nou. nuncia. in l. de pupillo. §. si plurium. & notatur extra de iudæ. cum ibi not. per glos. in c. ita quorundam. ¶ Item facit, si ex forma statuti repręsentans bannitum, debeat rebanniri, & bannitus pluribus bãnis
7 † præsentet, an debeat ab omnibus rebanniri, de qua per Cin. in l. fin. C. de nupt. quia si ex eadem causa sit, sic: aliàs secus, vide latiùs ibi ¶ Demum in l. sed si quis. potest quæri de ratione dubitandi, puto, quòd fuerit; quia seruus hæreditarius in nullius bonis est. s̃. de rer. diuis. l. j. §. j. quòd autem dicitur teneri, intelligo, scilicet hæredi, qui postea adit hæreditatem. s̃. de pet. hæred. l. & non tantùm. subrogatur enim illa in locum huius actionis: vnde debet esse illius naturæ. l. si eum. §. qui iniuriarum. s̃. si quis caut. Et hoc est verum; quia si datur in locum huius actionis est in duplum; quia hæc actio ab initio datur ad illud duplum: secus si daretur loco legis Aquiliæ, quia ab initio est in simplum. s̃. de petit. hæred. l. item veniunt. §. cum prædiximus.

Ex l. Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Actio in factum ex edicto de seruo corrupto est perpetua, nec tollitur anno, & cum sit pœnalis sui natura, transit in hæredes actiuè, non passiuè.*

1 **L. Hæc actio** ¶Actio in factum ex hoc edicto, est perpetua, nec tollitur anno, & transit in hæredes actiuè, non passiuè; quia sũ

sui natura est pœnalis.h.d.ad literam.¶In tex. ibi [hæreditariũ] dic,qui in nullius bonis est.ſ.de rer.diuiſ.l.1.§.1. & hæc fuit (vt puto) ratio dubitandi.¶In tex. ibi [tenebitur] dic hæredi,qui postea adit hæreditatem.ſ.de petit.hæred l.& non tantum.subrogatur enim illa in locum huius actionis vnde debet esse illius naturæ.d.l.si eum.§ qui iniuriarum. ſ. si quis caut. & est hoc verum ; quia si dicatur,ꝙ datur in locũ huius actionis,est in duplũ;quia hæc actio ab initio datur ad duplum : secus si datur loco Aquiliæ;quia ab initio est in simplum.ſ.de pet.hęred.l.itẽ veniunt.§.cum prædiximus.

Ex §. De filio.

SVMMAE.

1 *Pœna edicti de seruo corrupto non trahitur ad filium,nisi extẽsiuè ex præsumptione iuris,& ideo competit vtilis tantũ,quia in eo non viget per omnia eadem ratio,quæ in seruo.*

2 *Aestimatio vbicunque posset in infinitum extendi, reseruatur iudici taxatio.*

3 *Statuta in seruis, extenduntur ad filios ex identitate rationis, secus vbi nõ militat eadẽ ratio,vt in edicto de seruo corrupto.*

4 *Lex noua, & odiosa contra regulas iuris communis inducta, extenditur propter identitatem rationis ad casum in illa non expressum.*

5 *Vtrùm quæ dicta sunt de seruo,& filio in edicto de seruo corrupto,vendicent sibi locum in libero homine bona fide possesso. Item,& an in vxore,quæ dicitur in potestate viri, quò ad operas,in quibus videtur eadem ratio æquitatis.ibid.*

1 §. De filio. ¶ Pœna huius edicti non extenditur † ad filium,nisi extensiuè, & ideo datur vtilis tantùm.¶Nota ergo, quòd non videtur eadem ratio in filio, quæ in seruo ; quia tamen videtur subesse causa prouisionis,dicitur dari vtilis,&sic facit ad not.in l.curatoris.C.de nego.gest.vtilis tamen dicitur;quia hic non est per omnia eadem ratio;& ideo, quod detur vtilis,est propter extensionem iuris præsumptiuam; quia statuta in seruo,extenduntur ad filium.¶In gl.super ver. officio.no. primò primum modum probandi interesse affectionis.Secundò, quòd vbicunque æstimatio posset
2 se extendere † in infinitum,reseruatur iudici taxatio. Adde.l.videam⁹.§.iurare.ʃ.de in lit.iuran. ¶Extra nota istũ casum, qui probat, quòd statuta in seruo, extendantur
3 † ad filiũ,& per hoc dicit glo.in l.si quis seruo.C.eo.quod pœna illius legis locum habeat etiam in filio. Ex quo su-
4 mitur doctrina,quòd lex † noua, & odiosa contra regulas iuris communis inducta,extenditur propter identitatem rationis ad casum in illa non expressum ; nam ista non est extensio hominis,sed legis. Et per hoc Doct.dicunt,quòd si per statutum induceretur noua forma testandi,quòd in illo testamento haberet locum Falcidia, haberet locum etiam Trebellianica,iura de acquirenda hæreditate, & similia. Extra,vtrùm,quod dicitur hic de filio,vel seruo,lo-
5 cum habeat † in libero homine bona fide possesso. Et certè eadem videtur ratio æquitatis,vt hic,& d. l. si quis seruo.facit quod notat gl.C.eo.tit.in l.eos. Idẽ videtur posse dici in vxore;quia dicitur esse in potestate viri,quò ad operas.l.sicut.ʃ.de oper.libert.

Ex §. Si seruus cõmunis.

SVMMAE.

1 *Pro corruptela causata facto communis serui,nullus seruorum agere potest contra alium actione de seruo corrupto.*

§. si seruus communis. ¶Pro corru-
1 ptela causata † facto communis serui,nullus sociorũ potest agere contra alium hac actione.h.d.primò. sed quilibet eorum potest ab extraneo cõueniri in solidũ;vnius tamen solutio liberat alium.h.d.¶In tex.ibi[propriũ meũ] secus si seruum communem.ſ.eo.l.si quis seruũ. ¶In tex. ibi [alterum liberari] de hoc vide,quod notatur.ſ. de iurisd.om.iud.in l. ideo.& l.item Mela.§.sed si plures.ſ.ad l.Aquiliam.

Ex §. si is, in quo.

SVMMAE.

1 *Seruo,in quo habeo vsumfructum,committẽte furtum in re mea propria,competit mihi actio contra dominum proprietatis. Item, & debitor agere potest pro corruptela serui ab eo pignorati.*

1 §. si is,in quo. ¶Vsusfructuari⁹ serui pro com misso per eum in rem propriam ipsius vsusfructuarij,potest agere contra dominũ proprietatis. similiter & debitor potest agere pro corruptela serui ab eo pignorati.h.d.

Ex §. In hac actione.

SVMMAE.

1 *In duplo, quod venit in actione serui corrupti, computatur simplum.*

§. In hac actione. ¶In duplo,quod venit in actione
1 serui corrupti, computatur † simplum.h.d.& sic apparet, quòd non est totum pœna, quod declaraui. ſ. eod. in l.si quis seruum.§.datur.

Ex §. His consequenter.

SVMMAE.

1 *Persuadens alieno seruo fugam,tenetur eius domino non solùm ad pretium deteriorationis,& damni inde sequuti;sed etiam ad omne id,in quo dominus serui potest dicta de causa ab alio conueniri.*

2 *Aestimatio rei petitæ,quæ (iudicio pendente)probata non est, iudicis officio debet æstimari.*

§. His consequenter. ¶Persuadens alie-
1 no seruo fugam,tenetur † domino eius, non solùm ad pretium deteriorationis,& damni inde sequuti,sed etiam ad omne id, in quo dominus serui potest dicta de causa ab alio conueniri,& æstimatio deteriorationis serui declaratur iudicis officio.Hoc dicit vsque ad §. interdum tamen. ¶ Nota tex.hic,in vers.[officio iudicis] quia potest addu-
2 ci ad not. in simili de æstimatione † rei petitæ, quæ tamen (iudicio pendente) probata non est,quòd iudex ex officio debeat illam æstimare,& ita dicit Bar.in l. si quid ex Pamphila.de leg.1.pro hoc bene facit in specie.l.in bello.§. si natum ex Pamhila.ʃ.de capti.& postl. reuer.

Ex §. Interdum.

SVMMAE.

1 *Seruo corrupto effecto inhabili, datur domino eius electio, vel seruum detinendi (soluta ei pœna dupli) vel illum relaxandi (soluto ei pretio) siue habeat seruum, siue non.*

2 *Casus manumissionis æquiparatur morti, quò ad subtrahendum domino seruum.*

3 *Ei, qui est in vero, vel præsumpto dolo, debet actio cedi.*

Item ei, qui culpa alterius conuenitur, debet in totum actio quæri. num.4.

5 *Sumptus litis facere debet, qui cedendo actionem, liberatur.*

6 *Condemnari quis potest ad cedendum iura, quando cessio venit in consequentiam iudicij condemnatorij, licèt ad illud actum non sit.*

1 §.Interdum. ¶Si seruus corruptus sit effectus † inhabilis, datur do-
mino eius electio, vel seruum detinendi (soluta ei pœna
dupli) vel illum relaxandi (soluto ei pretio) siue habeat
seruum, siue non : hoc tamen casu, quando non habet, de
bet actiones suas cedere solicitatori, & si dominus inte-
rim eum manumisisset, non debet habere pretium eius,
ex quo eum habet libertum, sed pretium deteriorationis
sic. hoc dicit in terminis, & in summa. ¶ In tex. ibi [ho-
2 mine viuo] dic, hoc dicit propter casum† manumissionis,
qui sequitur, qui æquiparatur morti. l.si mihi alienum. j.
de solut. scilicet quo ad subtrahendum domino seruum.
l.inter omnes. in princ. j. de furt. ¶Nota tex. hic in vers.
3 [cedere] &c. ubi est casus, quòd ei, qui est † in vero do-
lo, debet actio cedi. Idem si est in dolo præsumpto. l.si fi-
deiussor. §.si cum debitor. in fine. j. mand. Simile dicitur
4 alibi, quòd†ei, qui ex culpa alterius † conuenitur, debet
in totum actio quæri. l. vnde quæritur. & ibi notatur. j.
commod. ¶ Nota secundò in vers. [periculo] quòd ille, q
5 liberatur cedendo actionem, debet † facere sumptus li-
tis. l.si vt certo. §.idem Labeo. in fine. j. commod. & sic
tenetur ad expensas cessionis, vel gabellæ, si qua pro ces-
sione solui deberet. ¶ Et aduerte, quia puto, quòd posset
6 quis condemnari † ad cedendum iura, licèt ad illud actũ
non sit, quando cessio venit in consequentiam iudicij con
demnatorij, probatur. s. de petit. hæred. in l. quod si in
dié. §. Iulianus.

Ex §. Corrumpitur.

SVMMAE.

1 *Corrumpi quis dicitur, cum ei persuadetur, vt quod aliàs est ei probibitum, attentet.*

2 *Aequiparantur seruo monachus, filius, & libertus, vt eorum quoque animus corrumpatur, si ex aliena persuasione contemnant monachus suum superiorem, filius patrem, & libertus patronum.*

1 §.Corrumpitur. ¶Dicitur quis corrumpi, cum ei †sua-
detur, vt aliàs ei prohibitum attentet. ad hoc allegatur.
Et hanc legem nota etiam pro obligatione ad forum cõ-
scientiæ, & per illam in terminis ad Monachum, data
parificatione, quæ fit eius ad seruum. 12. quæst. j. c. non
2 dicatis. no. Innoc. de cens. in c. cum olim. & idem † in fi-
lio, quò ad parentes, arg s. eod. l. vt tantú. §. j. & idem vi-
detur in liberto, quo ad patronum; dicit enim lex, quòd
persona patris, & patroni debet videri filio, & seruo honesta, & sancta. l. liberto. j. de obseq. hac ratione lex statuit, quód non debeant filij esse castigatores parentum. in Auth. de nupt. §. si verò expectet. collat. 4. Multa exempla de pietate, ad quam filij tenentur erga parentes, vide per Val. lib. 5. cap. de pietate erga parentes.

Ex §. Dominus.

SVMMAE.

1 *Actio serui corrupti semel domino quæsita, non tollitur manumissione serui.*

2 *Filius si aliquid amouit de paternis bonis (licèt emancipatus) conueniri potest, data paritate serui ad filium. Item habet locum in fœmina. num. 3.*

4 *Monachus si quid amouerit de bonis monasterij, dando concubinæ, Abbas potest habere regressum contra concubinam.*

1 §.Dominus. ¶Actio serui corrupti semel domino quæsita, †non tolli-
tur manumissione serui. hoc dicit ad literam. ¶ In tex.
ibi [dispensatorem]dic, qui applicatur generaliter geren
dis negociis. j. de solut. l. dispensatorem. in princ. ¶ Not.
hunc casum; quia stante paritate serui ad filium, arguit
2 (vt hic probatur) q si filius †aliquid amouit de bonis pa-
tris (licèt emancipatus) conueniri potest. ¶ Nota secun-
3 dò, quòd pena huius edicti locum habet etiã †in fœmina,
dixi s. eo. in l. j. in princ. ¶ Item hic probatur, q si Mona-
4 chus aliquid † amouerit de bonis monasterij, dando id
concubinæ, Abbas posset habere regressum contra concu
binam. ¶ Nota etiam, dum dicit [dari furti] hoc est verũ;
quia seruus non potuit transferre dominium pecuniæ.
Ideo aliud diceret in filio, si dominiũ habuisset pecuniæ.

Ex §. Serui.

SVMMAE.

1 *Fauore matrimonij pœna edicti de ser. corrupt. mitigatur in simplum. Et ratio.*

1 §. serui. ¶Fauore matrimonij pœna huius edicti †mitigatur ad simplum. h. d. Et est ratio; quia aliud simplum est pœna, & ideo nõ potest ab vxore peti, vt hic in glo. simile dicitur in actione leg. Aql. l. si seruus seruũ. §. si cum maritus. vbi vide. s. ad leg. Aql.

Rub. De seruis fugitiuis.

Ex l. Is, qui fugitiuum.

SVMMAE.

1 *Seruum fugitiuum celans per se, vel alium, punitur pœna centum solidorum.*

2 *Mulcta (quæ est pœna) quare sic dicatur.*

3 *Iudex, qui in indicendis mulctis plurimùm potest, si tamen reperiatur aliquo vsu certa pœna à lege statuta, eam alterare non potest, nisi suadente aliqua rationabili causa. & quomodo intelligatur.*

Item & an pecuniariam pœnam, in corporalem conuertere possit, volente, vel inuito actore prouocante, vel accusante. remissiuè num. 4.

5 *Terminus xx. dierum, de quo in edicto de seruis fugitiuis, constitutus ad præsentandum habenti facultatem præsentandi, non vendicat sibi locum, quando contra retinentem insurgeret aliqua sinistra suspicio, puta libidinis.*

6 *Pœna, de qua in edicto de seruis fugit. quæ venit applicanda fisco (secundùm opin. Glos.) differt ab ea, quæ venit applicãda parti ex legis dispositione, quia illa remitti potest p Principem, hæc verò nequaquam. & ratio diuersitatis.*

7 *Super facultate inquirendi seruum fugitiuum, imploratur officium iudicis.*

8 *Debitor quando vult vendere rem obligatam (puta domum) creditor debet facere facultatem inspiciendi etiam cameras, & quæcunque loca ipsius domus.*

9 *Monaci peruagantes debent reduci ad custodiam Abbatis cum auxilio Episcopi.*

10 *Remedium edicti de seruis fugit. est restitutoriũ domini spoliati.*

11 *Detinens seruum fugitiuum, si referat quæstionem de dominio, debet incontinenti illud probare, alioquin si res requirat altiorem indaginem, non audietur, & an sit vera, & quomodo procedat hæc communis conclusio. & distinctio Bald. & aliorum in hac materia.*

12 *Per indicia deuenitur ad torturam, in quo sufficiunt leuia. Item ad perquisitionem in domo.*

13 *Inuestigatio in aliena domo est in iure permissa, quando per eam non deueniretur ad destructionem domus, vel fieret ad priuatam vtilitatem, secus si ad publicã vtilitatem. nu. 14.*

15 *Vulnerans, vel occidens, qui fugiat in alterius domum, potest inquiri, non vt res, sed vt persona delinquens.*

S, qui fugitiuum.

¶Seruum fugitiuum prohibetur quis
1 admittere, recipere, vel cœlare † per
se, vel alium de suis sub pœna centum
solidorum: parcitur tamen restituenti
eum domino, vel exhibenti eum magistratui infra viginti
dies, hoc primò, & datur facultas inquirendi eos dominis,
quibus debet præstari subsidium, & mittitur ad magistratus
locorum: & prohibens apud se inquiri, tali pœna punitur,
& inuentus debet restitui, & detinens culpabiliter
puniri. hoc dicit ad literam. ¶In tex. ibi [mulctã]
Glos. exponit. idest pœnam. hoc ideo dicit; quia hic est
2 statuta certa; mulcta enim dicitur † propriè; quia ad arbitrium
iudicis imponitur, & sic in ea plurimùm potest. l.
illicitas. §. fin. ſ. de offic. præsid. seruata tamen hodie forma
3 l. fin. C. de mod. mulct. in pœna autem certa † à lege
statuta, secus est, nisi fortè hoc faciat ex causa, secundùm
not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ſ. de his, qui not. infa.
& Innoc. de constit. in c. j. An tamen pœnam pecuniariam
4 † conuertere posit in corporalem, volente, vel inuito
actore prouocante, vel accusante, vide Innoc. de solut. in
c. Odoardus. ¶In tex. ibi [centum solidorum] dic centũ
aureorum, quorum lxxij. faciunt libram auri, vt not. glo.
ſ. de in ius vocan. in l. fin. vbi iura allegant. ¶No. terminũ
5 hic statutum xx. dierum † ad præsentandum, habenti facultatem
præsentandi, hoc credo verum, nisi apud retinẽtem
insurgeret aliqua sinistra suspicio, vt in detinente alterius
ancillam, ita quòd posset cadere coniectura, quòd
causa libidinis eam retineret, arg. j. ibi [si crimine coniungantur.]
¶In glos. super verbo, statuit. in fine, dic addendum;
quia illa pœna, & ista imponitur à lege, & ideo
6 quantùm ad remissionem † est in hoc solùm ratio diuersitatis;
quia in pœna applicanda fisco, fiscus nullum passus
est damnum; sed in applicanda parti secus est; quia
damnum prosequitur. Vnde hic Imperator disponens de
pœna fisci, disponit de suo, in quo potest meliùs facere
voluntate, quàm in alieno. C. si aduers. vendit. l. prima.
Ita dicit Iac. But. in l. quicunq;. C. eod. ¶Nota hic in uer.
[hoc autem Senatuscons.] in verb. [ad magistratus] quòd
7 super hac facultate † imploratur officium iudicis, vt hic,
facit. j. eod. l. Diuus. & C. eod. l. 2. facit l. illicitas. in princ.
& l. congruit. ſ. de off. præsid. Et aduerte, quòd glos. ſ. de
interrog. actio. in Rub. dixit, quòd in tali impetratione
non est necesse libellum offerre; quia est officium, quod
misericorditer imploratur, & ita etiam Bart. & Doct. sequuntur
in d. l. 2. loquitur autem iste tex. in seruis. Quid
autem in aliis rebus, statim dicam super glo. ¶Item alle-
8 gatur iste tex. quòd quando debitor vult vendere † rem
obligatam, ꝙ creditor debet facere facultatem inspiciendi
etiam cameras, & quæcunque loca domus, secundùm
Bart. post Guil. j. de pignor. act. in l. quamuis. vbi vide allegata
alia iura. Attende tamen, quia si est speciale in seruis,
non videtur multùm facere ¶Nota tex. ibi, [etiam dominos
adiuuare debere] quia potest induci ad quæstionem.
dicit Canon, ꝙ Monaci (etiam si peruagentur) de-
9 bent † ad Abbatis custodiam reduci cum auxilio Episcopi.
18. quæst. 2. c. Abbates. vnde videtur, ꝙ hoc non posit
fieri propria auctoritate, quod potest dici verum, nisi in
defectum iudicis. C. de decur. l. generali. lib. 10. facit qđ
notat Bart. in l. si alius. §. bellissimè. j. quod vi, aut clam.
¶Item nota istum tex. ibi [vt inuentos redderent] quòd
10 remedium huius edicti videtur † quodammodo restitutorium
domini spoliati, & ideo detinens fugitiuum,
non debet audiri, si referat quæstionẽ de dominio. C. de
dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. & C. de agri. & cens. l. si
coloni. lib. 10. ¶In contrarium facit reg. iur. dolo facis.
de reg. iur. In hoc autem dixerunt quidam, quòd si occul-
11 tans velit incontinenti † probare de dominio, audiatur;
secus si hoc requireret altiorem indaginem. l. ille, à quo. §.
si de testamento. j. ad Trebell. & ſ. ad exhib. l. 3. §. ibidẽ.
¶Alij dixerunt causam dirimendam per tormenta serui.
l. cum seruum quispiam. C. eod. dum tex. dicit, [terminus
fiat] in aliis rebus subtractis posset procedere prædicta
distinctio. Bald. in hoc dubio consultus respondit, ꝙ in
fragranti crimine fugæ nulla obstat exceptio; quia nõ debet
occasio dari subtrahendi sub prætextu dominij, sed ex
interuallo post fugam (si ordinariè agatur in figura iudicij)
habet locum discussio per tormenta. Aut ergo iam
spoliatus agit, & seruatur dicta distinctio. Aut ne spolietur,
iudicis officium implorat, & indistinctè debet
ei accommodari. ſ. de offic. procura. Cæsar. l. fin. facit qđ
not. Iac. de Are. & Cin. post eum. in l. si seruus. C. quod cũ
eo. & Innoc. de probat. in c. in præsentia. & de hac except.
dominij vide l. cum seruum. C. eod. Si est ergo speciale in
seruis (vt hic) secus in aliis rebus, & hoc tenet Iac. de
Rau. & Petr. ratio specialitatis est in seruis: quia dolum
possunt committere in fuga; secus in aliis rebus, in quibus
est secus, vt puta rei familiaris, &c. C. quan. & quibus
quarta pars debeat. l. 2. lib. 10. Quod verum est secundùm
Mar. de Fan. & Cin. ibi, nisi appareant indicia contra
aliquem, ꝙ res sit in domo eius; namq; per indicia
12 † deuenitur ad torturam. l. milites. j. de quæstion. multò
magis ad perquisitionem in domo, & secundum hanc distinctionem
credo posse intelligi quæstionem, quam ponit
Guil. de instru. edit. in §. videndum. vers. pone instrumenta.
¶De petente, quòd alius aperiat sibi capsam suam;
qa dicit ibi esse instrumẽta patris sui, aduerte tamen, qa
eo casu, quo adsunt indicia, sufficiunt etiam leuia, quia
agitur de nullo, vel modico præiudicio, sicut dicitur in
descriptione, in l. defensionis facultas. C. de iure fis. lib. 10.

¶Non

¶ Non obstat. §. sed hæ. hic allegatus in glos. qa licèt non competat ista actio olim introducta: non tamen prohibetur ex officio iudex dare facultatem inquirendi, vt hic, & d. l. 2. C. eod. tit. ¶ Item hoc, ꝙ possit deueniri ad inuestigationem in domo, est verum, nisi per hoc deueniretur ad
13 † destructionem ipsius domus. l. quosdam. C. de metal. & metallar. lib. 11. ¶ Item prædicta vera, quando inquisitio
14 fieret ad priuatam † vtilitatem, sed si ad publicam, indistinctè permittitur. l. 3. C. de metal. & metallar. lib. 11. & l. omnis. C. de aquæduct. eod. lib. & sic si vulnerans, vel oc-
15 cidens fugiat † ad domum alterius, potest ille inquiri, nõ vt res, & sic nõ obstat. §. sed hæ. sed vt persona delinquẽs, arg. huius l. & d. l. j. C. eod. & ibi Iac. But. & Doct.

Ex §. Vnusquisque.

SVMMAE.

1 *Dispositio legis, quæ loquitur de seruo fugitiuo, an etiam vendicet sibi locum in seruo erroneo, & in quo differat à seruo fugitiuo, vt non possit fieri extensio de fugitiuo ad erroneũ.*

2 *Absentare volens se ad tempus aliquo temporis momento, nõ intendit fugere.*

3 *Statutum puniens fugientem de carcere, non comprehendit illum, qui exeat animo reuertendi, quod verum intellige, si citò reuertatur, & quomodo intelligatur iste terminus.*

4 *Videns seruum alienum, vel ancillam fugientem, non tenetur eum ex edicto de seruis fugit. capere, seu captum præsentare: sed commoditatem perquirendi facere sic.*

5 *Magistratus, qui non apprehendit filium delinquentis, à quo fortè potuisset haberi aliqua notitia de patre delinquente, non incurrit pœnam, quæ possit dici per eum stetisse.*

6 *Custodiæ qualitas incumbit officiali, secundùm cõditionem personæ custodiendæ, à quo posset etiam poni in vinculis, vel cippis, si videatur hoc officiali expedire. ibidem. num. 7.*

Item facit ad excusationem officialium, vel custodum, qui ligãt captiuos, vt non teneantur, si postea fugiant ex eorum industria. num. 8.

9 *Captiuus quispiam cum assignatur custodibus ligatus, debent in eo custodiendo ipsi magnam adhibere diligentiam.*

10 *Iudex, vel miles malè ligans positum ad torturam, an teneatur saltem de culpa, & sit extra ordinem puniẽdus. remissiuè.*

11 *Cicatrix dicitur deformatio quædam, quæ ex sanato vulnere remanet in corpore hominis.*

12 *Irregularitas appellatur nota, seu cicatrix criminis.*

13 *Causa expressionis qualitatum hominis, est diligenter inspicienda, ne erretur in homine.*

14 *Si in aliquo loco reperiantur duo banniti eiusdem nominis, agnationis, & capellæ, si alter (vtpote bannitus) capiatur, contra quem vigore statuti sit parata executio, qui dicat se non esse eum, quid fiendum in hoc casu.*

15 *Probatio fieri debet ante conclusionem in causa, non post.*

16 *Statuto dante certam formam in instrumento, vel inquisitione seruanda, in quibus requiratur apponi nomen patris, & aui, non sufficeret apponi nomen alterius eorum tantùm. & ratio.*

§. Vnusquisque. ¶ Apprehendens fugitiuum, vel erroneũ, debet illum diligenter custodire, ne euadat, & assignare magistratibus, vel publicæ custodiæ, & interim potest eũ tenere ligatum: debet etiam denunciare nomen, eius qualitatem, notas, & cicatrices, & cuius se seruum asserat. hoc dicit cum l. seq. quantum ad literam. ¶ Nota tex. per quem glo. dicit in l. j. C. eod. de ser. fugit. quod dispositio
23 tione † medici, quòd vulnus non erat mortale, vel in com
paratione scripturę facta per notariũ, in quibus casibus,
& omnibus similibus poterit superior adiri, vt corrigat
iniquè factum, secundùm Bart. in d. l. arbitro. ad quod be
ne facit quod not. Ioan. Andr. post Hosti. in c. 2. de arbit.
vbi limitat l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. ¶ Quot au-
tem modis possit sententia retractari, vide notab. & ple-
nam gl. 35. q. 9. in gl. 1. in c. 1. ¶ In glo. super verbo, inten
tionem, ibi [respõde sic] intellige, si volumus, etiam corã
iudice delegato virtute primæ delegationis; licèt enim
pronunciauerit (absoluendo ab instantia) non tamen pro
nunciauit super principali negotio, ideo adhuc virtute pri
mæ delegationis poterit cognoscere, & pronunciare su-
per negocio principali. Ita deciditur in Specul. de offic.

iud.in §.deseruit vers.quid si proponens. Hanc quæstionem etiam vide tactam in Spec. de act. & petit.§.sequitur.vers. hoc quoque.vbi idem concluditur primò; quia si alia reciproca, non debet vitiari per hanc inutilem adiectionē; quia vtile per inutile,&c.¶ Secūdò quia,ex quo ex
24 pressio actionis non est † de substantia, vel forma libelli,ergo eius inutilis propositio non vitiat id,quod est aliàs vtiliter gestum,arg.c.1. extra de baptis. & dist.4.de consecrat.c.si nō sanctificatur.hanc partem possumus approbare per l.quæ extrinsecus.& l.inter stipulantem.§. si stipulante.in fine.ff.de verbo. obliga. ¶ Nec obstat iste tex. quia hic ne dum actio,sed & causa apparebat inepta,scilicet;quia ex locato, ex quo agebatur. ¶ In ead.glo.ibi [l.properādum.§.illo] de quo ibi per Din.& Cin.& Bar. in l.qui Romæ.§.fin.ff.de verb.oblig.Iaco.Butrig. in l.2. §.ignominiæ causa.s.de his, qui not infam. & per casum. ff.de re iud.in l. sicut.vbi enim per expressionē causæ augetur,vel minuitur effectus eius,quod in summa deducitur,debet causa exprimi.l.4.§.si quis condemnatū. ff. de re iudic.facit quod notat glo.in l.quòd ergo.§. pœna grauior.s.de his,qui notan.infam.sed quantùm ad effectum
25 sententiæ,non est necesse† causam exprimere,imò cautius est,quòd non exprimatur, ne falsitas causæ probata, arguat nullitatem sententiæ,secundùm not.in l.si is,ad quē. ff.de acquir.hær. & ideo si adijciatur,est consilium, quòd cum dictione,maximè.Din.tamē aliter dixit,quòd in absolutoria debet exprimi, vt ius non deductū saluet,& deductū perimat, l.q Romæ.§.fi.ff.de ver.ob.& sic illū tex. intellexit in absolutoria ab obseruatione iudicij, in condemnatoria non est necesse causam inseri.d.§. ignominię causa.& ff.de pœn.l.si Præses. Nam in condemnatoria habetur respectus ad causam, quæ in petitionem præcessit, d.l.si Præses. Alij tamen,vt Iacob.de Rauen. dixerunt, q indistinctè non sit inserenda; quia ex actis satis apparet, quæ causa mouit iudicem.ff.de re iud.l.ait Prætor.§.1.& propter hoc factum fuit c.sicut nobis.extra de re iudic.
¶ Qualis autem sit ista sententia interloquutoria,vel definitiua,& an ab ea posit appellari,vide per Bart.de accu
26 sat.in l.Titia.¶ Ex ista glo.no.quod vbi apparet † de ineptitudine petitionis,sententia,quæ fertur, debet esse absolutoria ab obseruatione iudicij.In dubio tamen talis absolutoria præsumitur lata; quia non probauit, secundùm not.in l.Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indeb. nisi aliud ex actis appareat,ad quę sentētia sit referenda. l.2.C.de sent.quæ sine cert.quant.& l.ait Prætor.§.1.ff.de re iud.licèt secus sit in iuramento, quod in dubio præsumitur;quia non debitum.l.fin.ff.de iureiur. ¶ Adde in simili quod not.Ioa.And.de elect.in c.si confirmationem.
27 in glo.fin.in 6.vbi dicit, quòd licèt † electio possit cassari ex multis causis, creditur in dubio cassata propter vitium solemnitatis. alleg.l. hæ enim cautæ.§. 1.ff. de suspect. tutor.

Ex §.Hæc actio.

SVMMAE.

1 *In actione in factum lata culpa æquiparatur dolo.*
2 *Exequutor,qui gerit ex necessitate,non tenetur, nisi de dolo, & lata culpa.*
3 *Lata culpa æquiparatur dolo, vbi agitur ad meram rei persequutionem: secus si ad pœnam; quia regulariter non æquiparatur dolo.*
4 *Lex rigorosa de dolo loquens, signanter non comprehendit latam culpam,sed fundata in naturali æquitate sic,vt præcipuè in casibus l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi. l.pen.ff.de incend.ruin.et nauf.et l.si quis aliquod.§.qui abortionis.ff.de pœn.*
5 *Lata culpa non æquiparatur dolo, quando mixtim agitur partim pro rei persequutione, partim pro pœna, vt in iuramento in litem.*

1 §.Hæc actio. ¶ In hac actione † lata culpa æquiparatur dolo, & imputatur eligenti minùs peritum, vel negligentiæ. h.d. ¶ In tex.ibi [ciuiliter] dic scilicet ex locato,& cōducto, sed tenetur prætoria,scilicet in factū.¶ In tex. ibi [imperitè] dic,scilicet leui,& leuissima.¶ In tex.ibi [comparabitur] dic exemplum, si ignorabat, quot pedes faciant vnam perticam,vel quot pedes faciant vnam tornaturam, quod omnes sciunt,& sic est suprema ignorantia.l.nec supina.secundùm Odofr.ff.de iur. & fact.ignor. ¶ Item in tex.ibi [non omnem culpam] quasi dicat,non leuem,quę tamen aliàs non venit,vbi merces interuenit.ff. commodati.l. sicut certo.§. nunc videndum.in fine, &.ff.§.1. Et allegatur iste tex.quòd exequutor,qui gerit ex necessita-
2 te,non teneatur,nisi de dolo,& lata culpa.l.3.§. si exequutor.s.de negoc.gest.¶ Nota tex. hic in vers. [proinde] in verbo [adhibuit] est argum. contra iudicem maleficiorum,qui aliquem minùs peritum adhiberet ad ligandum tortum,vel ad eum postea curandum propter torturam, vel aliam similem causam irrogatam,dum detinetur, facit.l.sicut certo.§.sed interdum.ff.commod. de quo vide Cin.in l.Grachus. C.de adult.& Bart. in l. quæstiones.ff.
3 de quæst. ¶ Nota ergo, quòd vbi agitur ad meram † rei persequutionem,lata culpa æquiparatur dolo,vt hic.& l. quod Nerua.& alijs hic allegatis:sed si agetur ad meram pœnam,tunc si is, qui est in lata culpa asserit se peritum, æquipollet doloso.l.2.s.quod quisque iur.& quò ad pœnam corporalem.l.milites.& l.fi.ff.de custod.reor. si non asserit se peritum, regulariter non æquiparatur dolo.l. 1. ff.de sica.& l.in lege.hic allegata. Fallit in casu serui iussi esse liberi.l.1.§.non autē ff.si qs test.lib.esse iuss.fuer.hic alleg. & hoc est ibi extensione Iurisconsulti, sm Bar. Vel secundùm alios; quia verba illius edicti sunt in naturali æquitate fundata,vt probatur in d.l.1.in princ.in vers.hęc autem,quæ æquitas naturalis ita habet locum in lata culpa,sicut in dolo.¶ Ex quo potest colligi notabilis doctri-
4 na,quòd lex † rigorosa de dolo loquens,signanter non cōprehendit latam culpam,sed fundata in naturali æquitate sic,vt ibi.¶ Adde alios casus,vnus est in l.quoniam multa facinora.ff.C.ad leg.Iul.de ui.& ibi notatur,ratio,quę colligitur ex princ.literæ.Alius est in l. penult.ff. de incend. ruin.& nauf.secundùm expositionem gl.in fine. Alius est in l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff. de pœn. & per illū tex.debent multùm aduertere obstetrices,quæ prægnantibus aliqua ministrant,vt abortiantur,vel contra eos, qui per iocum aliqua immiscent poculis, per quæ quis solet infatuari ad tempus,vt dicunt quidam contingere propter dentem cauallinum;nam,si mors sequatur,tenetur lege Cornelia: secus si dedisset ad finem boni, licèt exitus fuisset malus,vide exemplū in l.3.§. sed ex senatusconsul
5 to.ff.de sicar.sed si agatur mixtim pro rei † persequutione,& pœna,vt in iuramento in litem:tunc lata culpa non æquipollet dolo.l.arbitrio.§.1.s.de do.ma.

Ex §.Is autem.

SVMMAE.

1 *Comittens falsitatem in relatione,tenetur actione in factum, sine*

siue referat per se, siue per alium, vel per literas, etiam de facto eius, cui commisit.

2 *Aestimatores, qui quotidie assumuntur, possunt arbitrari, vel referre per nuncium, vel epistolam.*

3 *Arbitrator an possit arbitrari parte absente, remissiuè.*

4 *Stante compromisso, quòd arbiter laudare, & arbitrari possit, etiam partibus absentibus, debet intelligi, dummodo partes ipsæ sint citatæ, & ideo illa verba in cõpromisso [partibus citatis, & non citatis] cum ministerio apponuntur. num. 5.*

5 *Arbitrator quando est assumptus inter plures, solùm super cõmodo vni ex pluribus acquirendo (puta si legetur vni ex pauperibus, quomodo Titius arbitratus fuerit) tunc poterit arbitrari tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & sic præsentibus, siue absentibus ipsis pauperibus, qui non citati non possunt dici in aliquo damno versari.*

6 *Reg. qui per alium facit, &c. intelligitur fictè sed quantùm ad statuta pœnalia, an possit verificari in casu ficto, vide distin. Bart. in l. hæc verba. ff. de adult.*

7 *Procurator constitutus alium procuratorem substituens, id agit periculo suo, nec liberatur, cedendo contra eum, quem substituit, actionem.*

8 *Stante regula, quòd ius agendi metiamur ex persona actoris, an quò ad ferias attendi debeat consuetudo loci actoris.*

1 §. Is autem. ¶ Committens falsitatem in †relatione, tenetur ex hoc edicto, siue referat per se, siue per alium, vel per literas, etiam de facto alterius, cui cõmisit. h. d. cum l. seq. ¶ Nota tex.
2 hic in fine cum l. seq. quia videtur probare, quòd † æstimatores, qui quotidie assumuntur (de quibus in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. & dicam. ʒ. eo. in l. 3. §. planè) possunt arbitrari, vel referre per nuncium, vel epistolam, facit l. si quis mihi bona. §. iussum. ʒ. de acquir. hæred. & l. cum pater. §. hæreditatem. ʒ. de leg. 2. Et per hoc dixit Cin. in l. fin. C. de contrahen. emptio. in additio.
3 quòd † arbitrator potest arbitrari, parte absente, de quo tangitur per Guilic. in l. episcopale. in vlt. quæstione. C. de epis. audient. Bart. in l. si quis arbitratu. ʒ. de verbo. oblig. aliqui tangũt in l. si qui ex consensu. C. de episcop. audiẽ. Multi tamen tenent contra, quòd nullo modo sententia teneat. Et pro vtraque parte alias vidi diuersa consilia, & facta mihi commissione, dixi pro concordia opin. quòd, si laudauit, omissa examinatione causæ: tunc laudum, non teneat ratione doli præsumpti, in quo videtur versari: secus si præcessit examinatio, & discussio; quia tunc tenet, licèt partes nõ fuerint præsentes tẽpore sententiæ facit ad hoc, quod not. Innoc. de testam. in c. Raynaldus. post prin. nõ enim est verisimile, quòd aliud plus dicere potuissent. l. quamuis indubitati. cum gl. C. de adult. & Cin. in l. properãdũ. §. sin aũt reus. in tertia quæst. C. de iu. & d. l. si q ex consensu. & ita consului Florentiæ. ¶ Nota vnum, quòd
4 licèt † compromissum dicat, quòd possit laudare, & arbitrari (etiam partibus absentibus) debet intelligi, dummodo partes sint citatæ, secundùm Guilic. in Specul. de arbit. §. sequitur. vers. sed pone. allegat. l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. pro quo facit. l. in causæ. §. causa autẽ cognita. & l. etiam. §. fin. ff. de minor. & ideo idem Guilic. eod. tit. §. vt autem forma. dicit cum ministerio apponi illa verba in compromisso [partibus citatis, & non citatis] ¶ Item nota aliud ad prædicta, quòd, quando † arbi-
5 trator est assumptus inter plures solùm super commodo vni ex pluribus acquirendo, vnde non citati non possunt in aliquo damno versari; solùm quia non acquirunt, exemplum, quia legatur vni ex pauperibus, quomodo Titius fuerit arbitratus: tũc poterit arbitrari, & inter viuos, & in vltima voluntate, & sic absentibus, & præsentibus pauperibus, tex. est notabilis in l. vnum ex familia. in prin. cum. §. seq. ʒ. de leg. 2. & hoc etiam voluit Bart. in l. 1. in fine. ʒ. de leg. 2. ¶ In gl. 1. super verb. [per alium] dic ad hoc benefacit reg. iur. qui per alium. lib. 6. vbi de hoc per Din. & in reg. potest quis. eod. titul. Hoc tamen videtur verum
6 † fictè, non verè, secundùm gl. in d. §. deiecisse. dicit ibi [videor] scilicet per fictionem, & hoc scire est vtile propter statuta pœnalia, quæ non videntur verificari in casu ficto. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bar. dicit attendendũ, an verba sint concepta in rem, vel in personam. Nam si in rem, vt si tale quid factum reperiatur: tunc comprehendatur etiam qui facit per alium, & ita potest intelligi hic: secus si in personam (puta) si quis fecerit. Ita dicit notanter in l. hæc verba. ʒ. de adult. ¶ In glo. l. seq. super verbo, vel per literas. in verbo [mala electio] nota hanc glo. & dic,
7 quòd, quando † procurator constitutus substituit alium procuratorem, hoc facit suo periculo, tex. est notabilis in hoc in l. cum in plures. §. seruum meum. in fin. ʒ. loca. nec liberatur cedendo contra illum, quem subrogauit, actionem, & ibi no. glo. in l. procuratorem. §. 1. ʒ. mand. quæ allegat istam legem ad hoc. ¶ Vltimò allegatur ista lex pri-
8 ma, quòd, cum ius † agendi metiamur ex persona actoris, vt hic, & ff. si pars hæred. petat. l. 1. in princ. quòd quò ad ferias attendi debeat consuetudo loci actoris. Contrariũ tamen concludit Guil. in Specul. de fer. in princ. vers. sed pone, quòd in loco. allegat tamen ibi plura iura, & rationes pro, & contra. ¶ Cui adde quod notatur in l. 3. in §. fin. ʒ. de test. & in l. 2. C. quemadm. testa. aper. Adde etiã similem tactam per glo. in l. 2. in princip. in glos. 1. in fine. ʒ. de eo, quod cert. loco. quam Bartol. reassumit in l. cunctos populos. in 1. quæstio. C. de summa trinitat. & fid. cathol.

Ex l. Si duobus.

SVMMAE.

1 *Duo ad mensurandum adhibiti, si dolum cõmisissent, quilibet eorum tenetur in solidum, vnius tamen solutio liberat alium.*

L. si duobus. ¶ Si duo adhibiti ad mensurandum, dolum commi-
1 serint, quilibet eorum ex hoc edicto tenetur in solidum; vnius tamen solutio liberat alium. h. d. ad literam, & est clara, licèt ergo plures conueniantur ratione doli, vnius tamen solutio liberat alios, facit. ff. de his, qui deiec. vel effud. l. 2.

Ex §. Competit autem.

SVMMAE.

1 *Episcopus, qui consecrauit ecclesiam indotatam, quam prius (sicuti tenebatur) non fecerit dotari, pro ministerio ipsius ecclesia tenetur in subsidium.*

2 *Valet renunciatio facta per partes compromittentes reductioni ad arbitrium boni viri, & ipsos excludit à potestate petendi ipsam reductionem, siue laudum fuerit æquum, siue iniquum.*

3 *Iudex potest eligere agrimensores, qui cum electi fuerint, debent iurare de credulitate, non de veritate.*

4 *Arbiter, siue arbitrator eligens aliquem calculatorem ad obuidendum inter partes rationem, qui postea iussus malè calculet,*

culet, & referat, tenetur ipse arbiter, si in ferenda sententia fuerit sequutus illam falsam relationem, vnde pars grauata non poterit conqueri de referente, sed de ipso eligente, quod quemadmodum procedat, & verum intelligatur, vide apud Auctorem.

5 *Quando agitur de retractatione sententiæ, dolus, vel deceptio in dubio non præsumitur: vnde debet priùs probari de dolo, vel deceptione re ipsa.*

§. Competit autem.

¶Actio ex hoc edicto, datur damnificato ex falsa relatione, etiam adhibiti per iudicem, & si potest se conseruare contra aduersarium, non agat contra mẽsorem, nisi in subsidium. h. d. cum seq. vsque ad. §. hanc actionem. ¶Nota hic in subsidium contra eum, qui aliàs teneri non debet, & sic in l. fin. §. de eo, per quem fact. er. & sic facit iste text. quòd si Episcopus
1 † consecrauit ecclesiam nõ dotatam, quam tenetur priùs facere dotari pro luminaribus, custodia, & stipendio custodum, aliàs non debet consecrare, ꝙ ipse teneatur in subsidium. Ita allegatur per glo. in c. nemo ecclesiam. de consecr. dist. 1. ¶In gl. super verbo, non fuit. dic, & no. tex.
2 in fine, iuncta ista gl. quòd si renuncietur per partes † cõpromittentes reductioni ad arbitrium boni viri, siue laudum fuerit æquum, siue iniquum, quòd talis renunciatio valeat, & excludat partes à potestate petendi reductionem, de quo tãgitur in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & per Canonist. in c. Quintauallis. ext. de iureiuran.
3 ¶ In tex. ibi [planè si à iudice] &c. nota, ꝙ iudex † potest eligere agrimensores, de hoc est tex. aptus in Auth. de nõ alien. §. quod autem. collat. 2. Quales autem eligi debeãt, dicit ibi text. ꝙ debet eligere maximos, & bene peritos, vt ibi declarat glo. super verbo, insignibus. coniuncta glo. ¶An autem tales electi debeant iurare, tex. est, quòd sic in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Contrarium tamen dicit glo. in l. iusiurandi. C. de testib. & in l. 1. ff. de ventr. inspic. Prima communiter tenetur: sed pro concordia, quòd non debeant iurare de veritate, sed de credulitate sic; ita concorda vtrunque. ¶In glo. super verbo, adhibitus. ibi dum dicit [iudex misit mensorem ad petitionem suam] &c. nota vnum ad intelligentiam huius tex. per hoc enim dico, quòd si secundùm petitionẽ partium per iudicem, vel arbitrum † mittatur aliquis ad di-
4 uidendam inter alios rationem (de quo arbitrio loquitur. l. cum serui. l. si cui libertas. ff. de condit. & demonst. & in l. 2. in princ. C. de iur. fisc. lib. 10.) & iussus, vel iussi malè calculent, & malè referant, quam relationem arbiter, vel arbitrator sequutus sit in ferenda sententia, non potest pars grauata conqueri de referentibus, nec agere contra eos; quia quò ad eos nil habent agere, sed de eligente, & mittente debet querela proponi; quia malè elegerit. §. eod. l. 1. §. proinde. & l. 2. sed diceretur hoc verum, nisi in subsidium, quando eligens non esset soluendo. §. §. prox. in fine, ibi [nisi & hic emptor] &c. Sed potest responderi, quòd ibi loquitur in assumpto per partes, vel eorũ consensu, vt dicit hic notanter glo. secus si ab ipso arbitro tantùm sine scientia, vel facto partium: tunc. n. nulla videtur subesse causa, qua debeat teneri partibus, cum quibus non est actum, nec aliqua æquitas subesse decernendæ actionis in factum ex hoc edicto, de quo. §. in princip. Quid ergo, dic, quòd agendum est contra eum, ad quem commodum peruenit. Et si excipiat de sententia lata, quæ debet eum excusare; quia pro veritate debet haberi. l. 1. ff. de re iud. potest replicari, quòd ex falsa relatione, & sic ex falsa causa lata fuit, iuxta notata in l. si is,
5 ad quem. ff. de acquir. hæred. probato tamen priùs † dolo, vel deceptione re ipsa, quæ in dubio non præsumitur, maximè vbi agitur de retractatione sententiæ, ad quã dictus arbiter potuit ex multis causis moueri. extra de re iudic. c. sicut. ¶An tamen isto casu possit Superior adiri, vt corrigat, vide quod dixi. §. l. 1. super vers. [ne fallamur.]

Ex §. Hanc actionem.

SVMMAE.

1 *Actio in factum datur ei, cui falsus modus est renunciatus, & eius hæredi, sed non in hæredem.*

2 *Hæres quando tenetur ex dolo defuncti in solidum, etiam ꝙ ex eo contractus nihil ad eum peruenit, & quomodo hoc verum intelligatur vide quod tradit ipse Auctor.*
Item quomodo dicatur purgari dolus defuncti ex suo contractu.

3 *Actio ex edicto [si mensor fal. mod. dix. &c.] originem vnde trahat & quomodo verum intelligatur, quòd origo attendi debeat.*

§. Hanc actionem.

¶Ei, cui falsus modus est re-
1 nunciatus, dat̃ hæc † actio, & eius hæredi, sed non in hæredẽ: etiã ex facto serui factum renunciantis, tenetur dominus in factum ex hoc edicto, non de peculio, & est perpetua; quia non trahit originem à dolo suo, sed à negocio suspecto. h. d. in terminis, & in summa cum seq. vers. serui. ¶In glo. super ver. quàm de peculio. ibi [solue, vt ibi] dic,
2 quando enim dolus † defuncti purgatur per actionem ex eo cõtractu, hæres tenetur in solidum, & si nil peruenit, vt ibi. Quod tamen est verum, quando ex contractu defuncti transit ius ad hæredem, aliàs tenetur solùm, quatenus peruenit. glo. est notab. in l. quæsitum §. fin. ff. de preca. dicitur autem purgari per actionem ex eo contractu, quoties committitur, vel incidit in contractum bonæ fidei: secus si stricti iuris, vel in alios contractus non bonæ fidei. l. & eleganter. §. non solùm. §. de dolo. secus quando purgatur per actionem ex delicto, vel per aliam actionem prætoriam datiuam à lege; quia tunc non tenetur, nisi quatenus peruenit, si decesserit defunctus post litem contestatam. Ita loquuntur omnes leges ibi in contrarium allegatæ in d. §. datur. & hoc facit ad not. in l. si rem. §. de rei vendicat. ¶In glos. in l. hæc actio. in glos. 2. in fine, ibi dum dicit, [§. ex furtiua.] imò in §. idem, scribit qui ibi præcedit. Sed solue, & dic, quòd quando separatus terminus actionis descendit ex eadem obligatione cum alia actio-
3 ne, attenditur † origo, vt hic, secus si descendat ex alia obligatione: quo casu non consideratur origo illius, quæ non est eius iuris. Ita Cin. in l. si filius. C. ad Maced. ¶Vel aliter dic, quòd hic mutatione tituli non contingit mutatio rationis legis: ibi secus. ¶Vel tertiò dic, quòd ibi poterat valere res ratione exitus, ideo ille consideratur, arg. l. quoties. ff. de reb. dub. hic verò poterat valere ratione initij, ita soluit Iacob. de Beluis. quælibet istarum solutio est bona.

Ex l. Si mensor.

SVMMAE.

1 *Nuncius, vel æstimator, qui non referat intra instantiam pro-*

Motarius

batoriam, odio alterius partis, vel fauore alterius, tenetur ad interesse partis.

2 *Notarius requisitus ad exhibendum acta primæ sententiæ, si dolosè differat ea exhibere, tenetur parti ad interesse.*

L.si mensor. ¶ Ratione tardatæ relationis, propter quod venditor damnum incurreret, nõ agitur hac actione, sed dolo. h.d.
1 ¶ Nota casum istum contra nuncium † non referentem, vel æstimatorem assumptum, qui non referat intra instantiam probatoriam odio alterius partis, vel fauore alterius, vt scilicet teneantur ad interesse partis. ¶ Item con
2 tra † notarium, qui requisitus, ut exhibeat acta primæ instantiæ, dolosè differt exhibere, vt teneatur parti ad interesse.

Ex §.si cum falsus.

SVMMAE.

1 *Emptor soluens venditori plus debito, ratione falsæ relationis, quatenus non posset illud à venditore consequi, petere poterit à mensore.*

§.si cum falsus. ¶ Si ratione falsæ relationis, emptor soluit,
1 † venditori plus debito, quatenus non posset à venditore consequi, petere poterit à mensore. h.d. ad literam. ¶ In tex. ibi [cum mensore] dic à se, vel eius consensu adhibito per id, quod dixi in l.3.§.planè. super glos.

Ex §.Hoc iudicium.

SVMMAE.

1 *Ponderatores auri, vel argenti (qui sæpe assumuntur) si decipiant, an eorum dicto standum sit.*
2 *Non adhibitus alicuius rei mensurationi, si se sponte ingeret, obligatur actione in factum, & ratio.*
3 *Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.*
4 *Tabellionatus officium erat de iure antiquo.*
5 *Notarius scribendo, quod nõ debet, tenetur parti ad interesse: quod intellige de dolo, & lata culpa tantùm, in quo æquiparatur mensori.*
6 *Notarij subscribentes instrumenta scienter confecta in fraudem vsurarum, debent ab officio cum infamia remoueri.*
7 *Contra aduocatum, qui in persona clientuli ius iniquum obtinuit, fienda erit retorquutio, si aliquid falsum allegauit, & quomodo sit hoc verum.*
8 *Qui non est caupo, vel stabularius, si recepit hospites, & vendidit eis victum, satisfecitque sibi pro hospitando, tenetur ex edicto [Nautæ. Caup. stab.] &c. secus si gratuitò recepisset.*

§.Hoc iudicium. ¶ Actio in factũ ex hoc edicto punit relationem falsam circa mensurationem cuiuscunque rei, vt ædificij, frumenti, vini, latitudinis, viæ, tigni, vel lapidis, vel alterius rei, & si non esset assumptus, vt agrimensor, comprehendet etiam tabularium in cõputatione fallentem. hoc dicit in terminis, & in summa cum duabus. ll. seq. ¶ Nota tex. dũ dicit [mensuram cuiusque rei] quia potest dari primo aduersus nuncium aliter referentem, q̃ exequutus sit, de quo vide. ff. de concuss. l. 1. & quod ibi
1 notatur. Facit etiam ad † ponderatores aurei, vel argenti, qui sæpe assumuntur, si decipiant, & an eorum dicto stari debeat, de quo vide in l. 1. & 2. C. de ponde. & aur. ill.
2 lib. 10. ¶ Nota tertiò, quòd etiam non adhibitus † obligatur hac actione, & potest dici, quòd ratio sit; quia culpa
3 † est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. culpa. ff. de reg. iur. ¶ Nota tex. in l. fin. in fine, contra plures, qui dixe
4 runt, quòd † tabellionatus non erat de iure antiquo; quia hic est tex. in oppositum, ad id l. moris. §. solent. ff. de pen. l. Thais. §. fero. ff. de fideicom. liber. & facit iste tex. cõtra
5 † tabellionem scribentem, quod non debet; quia tenetur parti ad interesse. ¶ Aduerte tamen; quia non videtur teneri nisi de dolo, & lata culpa, quia æquiparatur men-
6 sori. ¶ Adde de notarijs, qui † subscribunt instrumẽta, quę sciunt confici in fraudem vsurarum, quòd debeant ab officio cum infamia remoueri. Ita probatur. in c. 1. §. callidas. de prohibit. feud. alien. per Fed. coll. 10. vbi vide tex. quem ad hoc Bal. sing. notauit. Ad istud tamen de tabellione, vide casum in l. penul. C. de his, qui sibi ascrib. ¶ Itẽ nota text. quia argumento huius literæ Doct. dicunt, q̃ si
7 aduocatus † obtinuit in persona clientuli ius iniquum, poterit contra eum fieri retorquutio, si aliquid falsum allegauit. Quod est verum, si clientulus erat imperitus; quia non videtur ei mandasse, vt falsas faceret allegationes, nec habet illas ratas, sed solùm forum iudicis, propter quod credit se iustè obtinuisse. Ita sentit Guil. in l. 3. §. 1. ff. qd quisque iur. ¶ Item nota istam legem ad aliud, quia per
8 eam dixit Oldrad. quòd licèt quis non sit caupo †, vel stabularius: si tamen hospites recepit, & vendidit eis victum, & satisfecit sibi pro hospitando, tenetur ex illo edicto. si naut. caup. stab. secus si gratuitò recepisset, arg. huius legis in fine, &c. ff. de adult. l. mariti lenocinium. §. qui quæstum. secundùm Oldrad.

Rubrica De Religiosis, & sumptibus funerum, & vt funus ducere liceat.

SVMMAE.

1 *Cadauera olim sepeliebantur in domibus priuatis, verũ propter ipsorum fœtorem inductum fuit, vt extra ciuitatem sepelirentur, statuta & contra secus facientes pœna, & etiam magistratus id patientes in ciuitate fieri.*
2 *Sepultura vbi permitteretur.*
3 *In ea ecclesia quis debet sepeliri, quam sibi elegerit, dummodo relinquat debitam portionem ecclesiæ parochiali, cuius portionis quantitas terminatur ex consuetudine loci.*
4 *Nomen [sepulturæ] variè, & æquiuocè sumitur, & quot modis sumatur.*
5 *Ius funerandi quotuplex.*
6 *Cimiterium, quod assignatur per Episcopum maioribus ecclesijs, est. 40. pedum, minoribus verò. 30.*
7 *Ecclesia, & cimiterium consecrari non debent, vbi paganus, iudeus, vel hæreticus, & excommunicatus sepultus est. si tamen eorum ossa aliquo casu ibi sepulta possent ab aliorum fideliũ discerni ossibus, Episcopi, vel Principis auctoritate excumulantur, & ratio. nu. 8.*
Fallit si in excommunicato appareant tempore mortis signa contritionis. ibid.

Continua,



Ontinua, vt glo.
¶ Vel quia videtur à remotis, cõtra. l. 2.
ſ. de ſtatu hom. poteſt aliter continuari.
¶ Vſque ſupra de aleatoribus, & ſic de
gaudio, ſed quia extrema gaudij luctus
occupat, ideo ponitur iſte titulus. ¶ Vel ſic. Quia aliqua
loca religioſa ſunt, vt in l. 1. ſ. de rer. diuiſ. ideo de his po-
nit. Verùm quia occaſsione religionis fiunt ſumptus fune
ris, vt declarabitur. j. vt in l. & ſi quis. §. funeris & ſequi
ideo ſubijcitur, & de ſumptibus funerum. Et ad intelli-
gentiam totius tituli præmitto, quòd olim ſolebant cor-
1 pora † in proprijs domibus ſepeliri: ſed propter cadauerũ
fœtorem ſtatutum fuit, vt extra ciuitatem ſepelirentur,
& pœna ſtatuta contra facientes ſepulchra in ciuitate, &
contra magiſtratus patientes hoc fieri. l. 3. §. Diuus Adri.
j. de ſepul. viol. & l. mortuorum. C. eod. titu. permitteba-
2 tur autem † ſepultura, vel in cœmiterio, vel in alio loco ad
hoc deputato, & ſanctificato, vel in proprijs prædijs, &
quicunque locus eſſet, ſacer efficiebatur per illationem
mortui. l. 2. in princ. & §. Prætor ait. j. eodem. Verũ quia
per hoc damnificabatur dominus loci, in quo ſepelieba
tur, per hoc edictum fuit prouiſum, vt l. 2. §. 1. & l. is, qui.
cum multis ſimilibus. hodie permittitur in cœmiterijs ſe-
peliri, vel in alijs locis conſecratis, ſecundùm conditionẽ
perſonarum. Quantùm tamen ad effectum, non curatur
de loco, quia [domini eſt terra, & plenitudo eius] 14. q.
1. c. vbicunque. facit c. ſacris. ext. de ſepul. & in illo titulo
dicitur: cœlo tegitur, qui non habet vrnam. Apud quam
3 eccleſiam † debeat quis ſepeliri, dic, quòd apud illam,
quæ eligitur, dummodo relinquat partem eccleſiæ paro-
chiali. c. de his. & c. cum ſuper. extra de ſepul. Quanta au-
tem ſit iſta pars, determinatur ſecundùm locorum con-
ſuetudinem. c. certificari. ext. de ſepul. Si non apparet con
ſuetudo, quarta debetur. c. in noſtra. eod. titul. ſcilicet de
his, quæ reliquit eccl. ſepulturæ. De quo vide Clem. dudũ
de ſepult. ¶ Item præmitte, quòd hoc nomen [ſepulturę]
4 † æquiuocè ſumitur, quãdoque ſumitur pro officio, quod
miniſtratur ad corpus ſepeliendum, iſto modo ſumitur.
in c. non ſatis. ext. de ſimon. & c. præcipiendum eſt. 13. q.
2. vbi dicitur, quòd tale ius non poteſt vendi. ¶ Quando-
que ſumit̃ pro ipſa terra, in qua ſepelitur, tunc ſi eſt de cę
miterio, non poteſt vendi, ſiue ſit aliquis ibi ſepultus, ſiue
non. l. quæ religioſis. ſ. de rei vendicat. Quandoque pro
ipſa tumba lapidea, vel marmorea, & tunc (nullo adhuc
ibi illato) poteſt vendi. 12. q. 2. c. aurum. ſed aliquo ibi
ſepulto, locus effectus eſt religioſus. j. l. 2. in prin. & 13. q.
2. c. queſta eſt nobis. & ideo vendi non poteſt. Quandoq;
pro terra pura, quæ deputatur ad vſum ſepulturæ, & hæc
poteſt vendi. d. c. aurum. & j. eod. l. vel quæ pater. §. fi. vbi
dicam de varijs nominibus ſepulturarum. ¶ Item præmit
5 te, quòd ius † funerandi eſt duplex. Vnum, quod compe-
tit eccleſijs, ſecundùm quod dicitur poteſtas ſepeliendi
in cęmiterijs, prouueniens eccleſijs ex conceſsione Summi
Pontificis, de quo. j. eod. l. fi. tenetur enim Epiſcopus aſsi
6 gnare maioribus eccleſijs † cœmiterium 40. pedum, mino
ribus. 20 17. q. 4. c. ſicut antiquitus. & tale cœmeterium
aſsignatur, quando locus eccleſiæ conſtituitur. c. nemo.
de conſecr. diſt. 1. licèt quædam ſint eccleſiæ, quæ ius fune
randi non habent, de quo. j. tit. prox. ¶ Aduerte tamen,
quod non debent paſsim corpora ſepeliri, vt in d. c. nõ ſa-
tis. de ſimon. imò ſi quis indignus reperiatur in eccleſia
ſepultus, erit inde extrahendus, ſecundùm Aug. in c. cum
grauia. 13. q. 2. qui refert, quod cum quidam religioſus in
eccleſia ſancti Fauſtini Taraſienſis ſepultus eſſet, eadem
nocte beatus Fauſtinus apparuit cuſtodi, & dixit eidem,
dic Epiſcopo, vt prohibeat hinc carnes fœtidas, quas hic
poſuit alioquin die 30. morietur. Cuſtos timuit Epiſcopo
dicere, & Epiſcopus trigeſima die mortuus eſt. Legitur &
ibid. de quodam alio, qui ſepultus fuit in eccleſia, ſed po-
ſtea corpus inuentum eſt extra eccleſiam, & linteamina
in loco remanſerunt, & Aug. 13. q. 2. in c. quibus. & ſeq.
dicit: quos peccata grauiora deprimunt, ſi in locis ſacris
ſepeliri ſe faciant, reſtat, vt de ſua præſumptione iudice-
tur; quia ſacra loca non eos liberant, ſed de culpa temeri-
7 tatis accuſant. ¶ Item aduerte, quòd † eccleſia, vel cœme
terium conſecrari non debet, vbi paganus, vel iudæus, vel
hæreticus ſepultus eſt, de conſecr. diſt. 1. c. eccleſiam. Et
8 idem in excommunicatis, † ſi tamen oſſa eorum (fortè per
aliquorum violentiam in ſacris locis iam ſepulta) diſcer-
ni ab oſsibus aliorum fidelium poſſunt; excumulãtur, alio
quin nullus eijcitur. c. ſacris. extra de ſepult. fit autem iſta
ſeparatio auctoritate epiſcopali, vel Principis. j. eodem. l.
oſſa. Et eſt ratio, quia tales Viuentes ſunt ab eccleſia ex-
pellendi. 21. diſt. c. cleroſ. ergo mortui; quia quibus viuen-
tibus eccleſia non communicat, etiam mortuis comenda-
re nõ debet. 24. q. 2. c. 1. & c. de cõmunione. Si tñ in eccle
ſia non conſecrata ſit ſepulta mulier prægnans, poterit cõ
ſecrari (etiam ea non eximita), quia partus eſt pars viſce
rum matris. l. 1. §. 1. j. de ventre inſpic. ¶ Item quod de
excommunicato dixi, videtur fallere, quando in eo tem-
pore mortis apparuerint ſigna contritionis, quod intel-
lige, & declara, vt in c. à nobis. extra de ſentent. ex-
communicat.

Ex l. qui propter funus.

SVMMAE.

1 *In concernentibus religionẽ, ſeruus baptizzatus æquiparatur hominι libero, vnde quò ad ſepulturam non differt ab ipſo libero.*
2 *Iudæi, gentilis, vel infantis nõ baptizzati cadauer, an efficiat locum, in quo ſepultus eſt, religioſum.*
3 *Locus ſacratus, & religioſus à domino vendi non poteſt,*
4 *Locus quando dicatur religioſus, & num. 6. & 7.*
5 *Ad ſepeliendum in loco religioſo corpus hominis capitaliter damnati, vel in certum locum relegati, requiritur licentia Principis.*
Idem ſi fuiſſet patriæ proditor.
8 *Cadauera cur magis ſepeliantur in eccleſijs, & cœmeterijs, quàm alibi.*

L. Qui propter funus.

¶ Impendens in ſepulturam alterius, cenſetur creditor
hæredis, & etiam corium ſerui, vel ancilla locum religio-
1 ſum facit. h d. ¶ Nota ergo in hoc † ſeruum non differre
à libero, quod intellige in ſeruo baptizzato; quia in con-
cernentibus religionem æquiparatur libero, vt hic; & ita
poſſet limitari l. 1. & 2. & l. fi. ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iur. In non baptizzato non debet iudicari pœna mortis,
ſed alia arbitraria, in quo tamen cogita. ¶ Nota ſecundò
iſtum tex. quia poteſt allegari ad quæſt. vtrùm cadauer
2 † iudæi, vel gentilis, vel infantis nõ baptizzati, faciat locũ,
in quo ſepultum eſt, religioſum. Nam ſecundùm reli-
gionem chriſtianam. & canonicam doctrinã ſolùm Chri
ſtiani cadauer facit locum religioſum, non excommunica
ti, vel ſimilis. c. ſacris. extr. de ſepult. & quando locus ſa-
3 cratus, † & religioſus eſt, à domino, vendi non poteſt.
13. q. 2. c.

13.q.2.c.queſta eſt.& c.poſtquã. Et talis locus religioſus
diuerſimodè appellãt,vt declarabo.j.e.ĩ l.vel quæ pater
4 fam.§.fi.Eſt aũt religioſus† locus,quatenus ſolũ corpus
humanũ contingit.j.eod.l.Celſus & ſi reperiatur corpus
5 hominis†capitaliter damnati,vel in certum locum rele-
gati,tunc requiritur licẽtia Principis,vt poſsit ſepeliri.l.
1.& 2.j.de cadau.pun.idẽ ſi fuiſſet proditor patriæ, vel
6 aliter nõ lugendus.j.eo.l.minimè.Itẽ vt locus†religioſus
efficiatur,requiritur,vt totũ corpus, vel ſaltem caput ibi
7 ſepultum ſit.j.eo.l.cũ in diuerſis.Item q†ibi ſepultus ſit
ppetuæ ſepulturæ cauſa,& nõ ad tẽpus.j.eo.l. Diui. & l.
8 ſeq.¶Extra adde,quare corpora magis ſepeliãtur† in ec
cleſijs,& cœmeterijs,q̃ alibi,vide tex.13.q.2.in c.cũ gra
uis. & ibi gl. memorat alias rationes præter memoratas
in tex.An tamen hoc liceat interdictis,vide in Clem.eos.
& quod ibi notatur.de ſepul.gl.in l.locum.in princ.ſ. de
vſuf.quę dicit,quòd hoc faciendo,vel aliud opus,dicitur
verſari lucrum.

Ex §.Qui mortuum.

S V M M Æ.

1 *Genitiuus caſus denotat dominiũ,quod verũ ẽ de proprія, & ſtricta ſignif.vocabuli, quia de lata, & impropria comprehendit etiam detentatorem rei. num. 2. Quod ſcire eſt vtile propter ſtatuta.*

3 *Aliud eſt dicere [dominus poſſeſsionis] aliud[dominus rei] nam primum reſpicit meram poſſeſsionem,alterum verò,et ſic ſecundum propriè reſpicit proprietatẽ,niſi exponatur (prout exponi poteſt) poſſeſsionis,ideo rei poſſeſſæ.*

4 *Stante ſtatuto,ſi derobbauerit rem alterius,colonus non poterit accuſari de robbaria fructuum non à ſe perceptorum.*

§.Qui mortuum. ¶Actio in factum ex hoc edicto datr
dño loci(etiam in fructuarium)non bonę fidei poſſeſſori.
h.d.Et primò ponit verba edicti.Secundò illud declarat,
ibi[in locum]Tertiò ibi[ſed hic]dubiũ remouet,& actio
nem annectit.Quartò ibi[ſed & fructuarius] circa prędi
cta format duas qõnes,quibus reſpondet. ¶Nota illum
1 tex.qui quotidie allegãt, q†genitiuus caſus denotat do
miniũ.Aduerte tñ;quia hoc hic contingit, quia eſt geniti
uus in genitiuis nõis poſſeſsiui [alterius]in quo eſt idẽ ẽt
in nominatiuo, vel in alio caſu.l. ſi ita.& l. Quintus.j.de
aur.& arg.leg.Bar.ſuper Rub.de op. no. nun.dicit, q hic
loquitur de ppria,& ſtricta ſignificatiõe vocabuli,ſed de
2 impropria,†& larga comprehendit ẽt detentorẽ rei,vt l.
1.§.idem Pomponius.ſ.naut.caup. ſtabul.pro hoc vide
qđ not.gl.in l.2.in princ.in gl.no.arg.ſ.de orig.iur.quæ
licèt non faciat mentionẽ directò;loquitur tamen per no
men poſſeſsiuum,de quo.ſ.dixi.Guil.dixit, q hoc habe-
ret locũ in ſtatutis,vbi verba debent ſumi verè,& ſtrictè.
Ita dicit Spec.in tit. de pb.§. nũc videndũ.verſ.ſed pone
ſtatutũ.Quod põt procedere, quãdo ratio legis conſiſtit
in alio,q̃ in dominio,vt quia cõſiderat ſolũ ius in re,vt di
citur in §.idem Pomponius.ſecus ſi conſideret dñium,ſeu
conſiſtat in dño,vt hic;eſt enim longa differentia in mo-
3 do loquẽdi;quia aliud eſt dicere[dominus† poſſeſsionis]
aliud[dominus rei] nã iſtud ſiñ propriè reſpicit proprie
tatẽ,niſi exponatur[poſſeſsionis] ideſt rei poſſeſſæ,vt l.ſi
mulier.§.qui poſſeſsionẽ.ſ.quod met.cauſ. & l.ſi duo. in
fin.j.vti poſsid.facit quod notat.Inn.in c. Epiſcop.extra
de reb.eccle.non alien.¶Et hæc vtilia ſunt ad ſtatuta, ſi
quis percuſſerit aliquẽ in domo percuſsi, vel ſi armis in
ſultauerit aliquem ad domum alicuius, de quo in l. lex
Cornelia.§.domum.j.de iniur. ¶Item facit ad aliud ſta
4 tutum,ſi derobbauerit quis rem † alicuius,q colonus nõ
poſsit accuſari de robbaria fructuum nõ à ſe percepto-
rum. l.ſi ſeruus.§.locaui.j.de furt.

Ex §.Prætor ait.

S V M M Æ.

1 *Aliud eſt homo, vel corpus mortuum, & cadauer, aliud oſſa hominis mortui.*

2 *Si probibeatur quis ad ciuitatem venire, vel eius corpus introduci, non probibetur per hoc eius oſſa inferri.*

§.Prætor ait. ¶Ponit.Iuriſ.verba edicti Prę
toris,per quod prouidetur cõ
tra eum,qui intulit mortuum in locum alterius ſepulturę
1 cauſa.h.d.¶Nota,q aliud ẽ homo,†vel corpus mortuũ,
aliud oſſa hominis mortui,ſic.j.§.prox.in ver.ſepulturę.
& j.eod.l.ſi liberum.& l.fi.j.de ſepul.viola.& idem ſi p
2 hibetur quis venire ad ciuitatem,vel eius corpus † intro-
duci,non prohibetur propterea eius oſſa inferri, bene fa-
cit.j.eod.l.oſſa.in princ.quod Bar.non terminauit.in l.2.
j.de cadau.puni.

Ex §.Purus autem.

S V M M Æ.

1 *Locus ſepulturæ deſtinatus,eatenus tantùm dicitur effectus religioſus,quatenus corpus contingit.*

2 *Eccleſia gaudet priuilegio, vt per triginta pedes eccleſiaſticos extendatur,qui ſunt in eius circuitu.*

3 *Sufficit locũ eẽ ad ſepulturam tantùm deſtinatũ(licèt non benedictũ) ad hoc,ne tanquam benedictus vendi poſsit.*

4 *Eccleſia licèt non conſecrata, diuinis tamen officijs deputata, gaudet eccleſiaſtica immunitate,de qua in c.pen.ex.de immu. eccleſ.*

Item dicitur pollui per aſperſionem ſanguinis, ſicut conſecrata, & æquiparatur cœmeterio,quod polluatur ibid.

§.Purus autem ¶Hic declarat. Iuriſc.
verba edicti,dum dicit
1 [in locũ purũ.]h.d.Locus†ſepulturæ deſtinatus dicĩ effe
ctus religioſus ſolùm,quatenus corpus contingit,& adde
2 tex.in l.fin.ſ.fin.reg.¶Attende etiam,q eccleſia†gaudet
priuilegio etiam per 30 paſſus eccleſiaſticos,qui in circui
3 tu eius ſunt.c.quiſquis.17.q.4.¶Extra nota,q ſufficit†lo
cũ eẽ ad ſepulturam deſtinatũ, licèt non ſit benedictus,
vt vendi,vel alienari non poſsit,ſicut benedictus. Ita ter-
minat Hoſt. in c.penul.de ſepult. tu vide tex.j. eod. in l.
ſcriptus. & in l. vel quæ paterfam. in fine. ſic etiam ec-
4 cleſia † nõ conſecrata (poſtquã eſt diuinis deputata offi-
cijs)gaudet imunitate c.pen.extra de immun.eccl.Et di-
cĩt pollui per aſperſionem ſanguinis,ſicut conſecrata.ex.
de conſec.eccleſ.vel alt. c.fi.& c.cõſuluiſti.ext. de ſepult.
c.ſacris.vbi ęquiparatur eccleſia cœmeterio,quod pollua
tur.¶Item allegatur hæc lex ad quæſtionem de eo,qui ſe
pelitur in cœmeterio tempore interdicti.in tractatu Ioa.
Cal.in materia interdicti in c.de ſepult.vbi vide.

Ex §.ſi vſumfructum.

S V M M Æ.

1 *Oportunitatis ratione aliqua permittuntur, quæ aliàs nõ permittentur.*

§. Si vsumfructum.

¶Legatarius proprietatis non pôt inferendo corpus mortuum facere locum religiosum, fructuario inuito, nec econtra (ét si inferat corpus testatoris) nisi in casu, quo defunctus alibi cômodè sepeliri nô posset. h. d. ista particula. ¶Nota tex. ibi [tâ oportu-
1 ne] ex quo collige, q rône opportunitatis aliquid permittitur, q aliàs non permitteretur, vt. s. de vsufr. l. locum. l. qd ergo. §. si hæres hominé. de leg. 1. l. 2. C. quib. ex caus. ser. pro præm. liber. accip. & l. si scriptus. in fine. eod.

Ex §. Locum, qui fuit.

SVMMAE.

1 *Locus religiosus effici non potest sine consensu seruitutem habentis, nisi quando per hoc non impediretur commoditas seruitutis.*
2 *Vicino ædificanti cogitur vicinus etiam nolens vendere partem terreni, vel domumculam, sine qua non minus commodè habitat.*

§. Locum, qui fuit.

¶Sine cônsensu habentis ser-
1 uitutê, nô pôt † locus religiosus fieri, nisi quando per hoc nô ipeditur cômoditas seruitutis. h. d. ¶Nota hic in vers.
2 [sed si nô minus] qui vr̃ facere côtra nolentê vendere † vicino ædificanti partem terreni, vel domunculam, sine qua nô minùs cômodè habitat, q debeat ad hoc cogi: posset tñ dici, q hoc fit speciale fauore religionis, circa qd vide. j. eo. l. si quis sepulchrum. in princ. vbi dicam de hoc.

Ex §. si is, qui pignori.

SVMMAE.

1 *Agrum pignoratum potest ipse debitor, qui pignorauit, facere religiosum, non obstante iure, quod constituit in re, & ratio. nume. 3.*
2 *Locus, in quo plures habent ius, non potest (nisi de consensu omnium) fieri religiosus.*
4 *Qui non potest donare, potest tamen quandoque pignus remittere, & quomodo intelligatur, & soluatur circa hoc contrarium de l. sicut. §. an pacisci. ff. quib. mod. pignor. vel hypothe. solu.*

§. Si is, qui pignori.

¶Debitor, q pignorauit agrû,
1 † pôt illum facere religiosum: sed si plures in loco † aliquo
2 ius habeât, potest de côsensu omnium religiosus fieri. h. d. cum l. parua seq. ¶Nota primò, q debitor pôt facere
3 locum † religiosum, non obstante iure, quod constituit in re, & est ratio; quia remansit dñs pignoris. l. pignoris. C. de pignor. ¶Nota ex gl. hic, q qui nô pôt donare, pôt
4 tñ † pignus remittere, côtra quod vr̃ casus. j. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. sicut. §. an pacisci. sed illud habet locum, qñ prohibetur pp defectum potestatis donantis, vt quia donat de alieno, vt in filio, seruo, vel procuratore; tunc. n. est regulare, q qui nô pôt donare, nec pignus remittere, vt ibi, aliàs licet habeat vim donationis, qñque tñ valet, qñque nô; nã inter coniuges prohibetur illa donatio, per q̃ alter eorum fit pauper, alter ditior, qđ non est in remissione pignoris; quia nullum istorum interuenit, & remanet saluum ius principalis obligationis.

Ex l. Scriptus hæres.

SVMMAE.

1 *Per illationem testatoris mortui ante aditam hæreditatem siue à scripto hærede, siue ab extraneo, fit locus religiosus.*
2 *Illa, quæ possunt fieri ante aditam hæreditatem, non inducunt gestionem pro hærede.*
3 *Testatoris cadauer si sepeliatur in loco alteri ab ipso legato, an teneatur hæres ad pretium loci legatario.*

L. Scriptus hæres.

1 ¶Per illationem † mortui ante aditâ hæreditatê siue à scripto hærede (qui per hoc nô vr̃ adire) siue ab extraneo, fit locus † religiosus. Et illatio testatoris pôt î subsidiû fieri, ét in locû legatû. h. d. quâtû ad literam. Et pôt allegari iste tex. q illa, quæ possunt fieri ante
2 aditam † hæreditatem, nô inducunt gestionê pro hærede, facit. j. eod. l. & si quis. §. plerique. ¶Nota secûdò tex. in fine, qui ponderat, an poterat alibi cômodè sepeliri; est ergo dubium, si sepeliatur in loco alteri legato, an teneatur
3 hæres † legatario ad pretiû loci. Et dic, q non, si tñ in illo loco testator voluerit inferri, sed si hæres suo arbitrio intulit; quia nec necessitas imminebat, tenebiẽ ad pretium, si in hæreditate supersit, vnde præstari possit, vt probatur in l. Meuius. §. in fundo. j. de leg. 2. & in l. quid ergo. §. sed si mortuum. de leg. 1. facit. l. fin. j. eod.

Ex l. Familiaria.

SVMMAE.

1 *Vir, & vxor in eodem sepulchro sepeliendi sunt, vbi specialẽ elegerunt sepulturam.*
2 *In sepulchro parentum suorum quilibet sepeliri debet, nisi ex deuotione alibi elegerit sibi sepulturam, quod potest etiam sine patris consensu.*
Per solam celebrationem officij sine sepultura, an dicatur ventum contra interdictum.
3 *Filius licèt expressè exhæredatus sit à patre, & ab omnibus eius bonis exclusus: non tñ intelligitur exclusus à iure sepulturæ, nisi testator illum ab hoc etiam iure (sicuti potest) specialiter excluserit.*
4 *Pater an possit in re feudali vnum ex filijs præeligere, & aliû excludere, remissiuè, & de quo feudo intelligatur, præsens antiquo. s. vel nouo.*
5 *Delictum patris, an possit obesse filijs in feudo, remissiuè.*
6 *Quò ad ius sepulturæ non differunt mares, & fœminæ.*
7 *Vasallus an teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus domini sui, remissiuè.*
8 *Ius patronatus ecclesiarû transit etiam in extraneos hæredes. Item transit in fœminam. num. 9.*
10 *Si concurrant patronus masculus, & fœmina in præsentando masculus præferri debet.*
11 *Ius patronatus triplici modo quæritur ecclesiæ, remissiuè.*
12 *Scripturæ, quæ reperiuntur in tabulis, vel lapidibus antiquis, an faciant fidem. & quomodo.*

L. Familiaria.

¶Hic ponit Iurisc. qualitates sepulchrorum, & differentiam inter sepulchrum familiare, & hæreditarium, & est tex. allegabilis ad multa, vt. j. dicam. ¶Nota hic, quia dicit sepulchrum familiare, & competere familiæ,

in

in quo dubitatur, an comprehendantur etiam cognati. Quidam dixerunt, quòd isto iure continebuntur agnati, non cognati C.eodem.l.ius familiariũ & l.ius sepulchri, secus (dicit glo.ibi) hodie per.§.nullã in Auth.de hæred. quæ ab intest.defer.col.9.Quod non puto verum; quia ille tex.innouat solùm quò ad successionem ab intestato, non quò ad alia (quicquid dixerit gl.quæ fuit Accur.) in summa prima pars est fauorabilior.¶ Aduerte tamen, ꝙ
1 de iure † uir,& vxor in eodem sepulchro sepeliendi sunt, exemplo Abrahæ,& Sarræ, qui specialem elegerunt sepulturã.13.q.2.c.vnaquæque.& c.de vxore.extra de sepult. Vnde legimus, quòd Tobias præcepit filio, vt cum mater illius compleuisset dies suos, locaret eandem in eodem sepulchro cum eo.c.Ebron.13.q.2.¶Nota hic ex isto tex.
2 quòd quilibet in sepulchro † parentum sepeliendus est, nisi ex deuotione alibi elegerit sepeliri, quod potest filiusfam.etiam sine patris consensu.c.licèt.in princ.& secundo responso.de sepult.lib.6.¶ Nota tex.dum dicit [sepelire, & mortuum inferre] quod est sepelire; quia facit ad quæstionem, an per solam celebrationem officij sine
3 † sepultura dicatur ventum contra interdictum, quã Ioã. Cal.ponit in tractatu de ecclesia interdicta, ante finem.in c.de sepultura.¶ Nota etiam hic ex isto tex.quòd licèt filius sit expressè exhæredatus à patre,& ab omnibus eius bonis exclusus(qđ intelligo ẽt cũ iusta causa exhæredationis, propter id, quod hodie habetur in Authen.vt cum de appellat.cognos.in §. causas) non tamen videtur exclusus à iure sepulturæ, nisi testator specialiter eum exclusisset ab hoc, quod potest, l.3.§.si quis in hæreditarium sepulchrum.ĩ. de sepulc. violat. ratio huius potest colligi; quia hic versatur quædam humanitatis ratio, ideo ad illud non extenditur in dubio, arg.l.cum quidam.ĩ.de lib. & posthum.& reg. odia. de reg.iur. in 6.& sic patet, ꝙ à tali iure (quod transit in eum) interdicto, pater potest filium excludere. Hoc autẽ scire est vtile ad quæst. an in re
4 † feudali possit pater vnum ex filijs præeligere, & alios excludere, de qua tangitur per Guil. in Spec. de loca.§. nunc aliqua.vers.78.vbi simpliciter concludit, quòd sic, & tenuit Bald.in Authen.si quas ruinas.C.de sacrosanct. eccl.tãgitur ẽt in c.imperialẽ.in 5.col. cũ seq.de prohib. feudi alie. in vsi. feud.¶In contrarium videtur casus, de success.feud.in c.1.sed dic, quòd ille tex. loquitur in feudo antiquo, in quo non potest præiudicare; quia erat iam quæsitum ascendentibus,& præcedens opin.in feudo nouo, quando pater fuisset causa acquisitionis. Ita concorda
5 ui opin.¶ Hinc etiam adde aliam quæst.an delictum † patris possit nocere filijs in feudo, quam vide tactã per Pet. & Mar.in l.2.C.de lib.& cor.liber.per Bar.in l.2.ĩ.de in terd.& releg.p Bald.ĩ c.1.§.si vasallus.si de feud.defunct. fuer.cõtr.in vsi.feu.& aliqui tangũt in l.si finita.§.si de vectigalib⁹.ĩ.de dam.infect.¶ Nota ex tex.ibi [qualescũq;
6 fuerint] casum, in quo † non differunt mares,& fœminæ, alios casus ponit Guil.post istum in Spec.de procur.§.1. ver.porrò.in 4.col. ¶ Item allegatur iste tex. ꝙ vasallus
7 † teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus Domini, quod an sit verum,& quomodo intelligatur, vide per gl.in materia feudi.in tit.si de feu.def.cont.fuer.in c.1.§. oẽs filij.¶ Itẽ nota istũ tex.& quæ dicta sunt ad ius patronatus ecclesiarum; facit.n. ꝙ transeat, ẽt in extraneũ hære
8 dem, quod tenet glo.16.q.1.in c.constitutum.& q.7.in c. filijs.cum ibi not.de filijs certũ est, ꝙ transit, etiam si nõ sit hæres, ext.de iure patron.c.filij.& ibi etiam not. glo.& competit cuilibet hæredum in solidum.16.q.7.c.piæ mẽtis.& not.in c.1.de iur.patro.de quo plenè vide in Clem.
9 plures.eod.tit. Transit etiam in † fœminam, ext.de con-cess.præben.c.fin.& no.Ioan.Andr.in c.nobis.& Paul. de Leaza.in d.Clem.plures.¶ Aduerte tamen, ꝙ si sit patro-
10 nus † masculus,& fœmina, masculus in præsentando debet pferri, vt l.in multis.ĩ.de stat.hom.qui tex. bene probat. Qualiter autem hoc ius in ecclesia quæratur, dic, ꝙ tribus modis, vt no.Innoc.in c.cura.de iure patro.& gl.16. q.7.in c.piæ mentis.sub hoc vers.Patronũ faciunt dos, edificatio, fundus. ¶ Extra no.tex.ibi [quamuis quidam inscripserunt] coniuncta gl.facit C.eo.l.monumentorum.
11 quia ibi variè legit glo.ex quo collige, quòd † scripturæ, quæ reperiuntur in tabulis, vel lapidibus, non faciunt fidem. In contrarium facit.24.q.2.c.sanè.& quod ibi not. glo.& ext.de probat.c.cum causam &.ĩ.de albo.scrib.l. 1.& istud secundum simpliciter sequitur Spec.in titu.de prob.§.videndum.ver.nonò quæritur.vbi dicit idem in libris censualibus.Ioan.Andr.ponit in d.c.cum causam.super.1.gl.Bar.in d.l.monumentorum.C.eod. dicit hoc verum, quãdo continent aliquam dispositionem possibilẽ, qđ hic nõ causatur per illa verba [hæredibus meis] quia liberti non sunt hæredes.

Ex §.Si adhuc.

SVMMAE.

1 *Locorum varia nomina, postquam per translationem corporis effecta sunt religiosa, & vera cuiuscunque ipsorum nomenclatura, & ratio.*

2 *Quando ius sepulturæ est extinctum, et translatũ in monasterium, potest prælatus cum suo capitulo uẽdere alijs illud ius sepeliendi.*

§.Si adhuc. ¶Exemplificatur duobus modis, vt in glo.1.h.d. Ex sola destinatione loci, non dicitur effectus locus religiosus,& sic non desinit esse in communi commertio. h.d. secundùm istã primam expositionẽ.¶ Vel sm̃ secundã.h.d.Per translationem corporis à loco sepulchri, definit locus esse religiosus,& denuò incipit esse in communi comertio, secũdũm secundam,& quælibet est bona.¶ Aduerte quia isto
1 rum locorum varia † sunt nomina, post ꝙ per translationẽ corporis religiosa effecta sunt, vt in fin.l.cum in diuersis. ĩ.eod.hic in glo.alleg.¶ Quandoque enim appellatur cœmeterium, de quo,& quare sic dictũ, dicã.ĩ.¶ Quãdoq; Polyandriõ, itẽ Sepulchrũ, Mausoleũ, Dormitoriũ, Tumulus, Monumentũ, Ergastulũ, Sarcophagus, Pyramis, Bustv, Vrna, Spelunca.¶ Polyandrion dictum quasi πολλῶν ἀνδρῶν. i.antrũ continens cadauera multorum hominum ibi sepultorum, vel interpretatur multitudo virorum à πολὺς, ꝙ est pluralitas,& ἀνὴρ quod est vir.& secundũ hoc dicitur cœmeterium propter multitudinem sepultorum.¶Sepulchrum dictum est quasi sine pulsu; quia ibi sepeliuntur, qui pulsu carent; vel quia ibi ossa conduntur. ¶ Mausoleum dictum est à nomine cuiusdam, cui vxor gloriosum sepulchrum condidit, quod vocauit mausoleũ à nomine viri sui,& inde mors mausolea, vt quælibet ptiosa sepultura, mausoleũ appellatur.¶ Dormitorium dictũ à dormiendo; quia ibi corpora sanctorũ quiescunt,& in dño dormiunt. ¶ Tumulus dictus est, quasi tumens tellus; quia (homine sepulto) terra aliquantulum subleuatur.¶ Monumẽtũ, ꝙ memoriæ tñ causa proditũ appellatũ, vt.ĩ.eod.l.monumẽtũ.in fi.dictũ est; qa mouet mẽtẽ cuiuslibet inspicientis, vt recordetur, ꝙ cinis est,& in cinerẽ reuertetur.¶ Ergastulũ ab ἔργον, qđ ẽ opus, vel labor, & στάσις, quod est statio à stando; quia ibi requiescunt

 corpora

corpora eorum, qui in domino moriuntur. ¶ Sarcophagus à σαρκὸς, quod est caro, & φαγεῖν, quod est comedere; qa ibi caro comedit, & consumit. j. eod. l. funeris. vbi no. ¶ Piramis a πῦρ, quod est ignis; qa corpora concremata, & in cinerē redacta ibi reponebant; sic vt ergo ignis à loco incipit, sic ēt pyramis, & est locus altissime sepulturæ, qualis est Romæ, in quo fuerūt cineres Iulij Cęsaris collocati, & corrupto vocabulo vulgariter appellatur acus S. Petri, quæ tñ Iulia deberet dici. ¶ Bustū à nomine côtenti, locus, in quo busta, seu humana corpora custodiuntur, dictū quasi bene ustum. ¶ Vrna dicta fuit, eò q antiqui moris fuit humana corpora rogo cōsumere, & cineres in terreis vasis collocare, de ista habeť. 13. q. 2. in c. vbicūq;. p gl. ¶ De speluncha legimus. 13. q. 2. c. Ebron. de qua statim dicā in seq. ¶ Cœmeteriū dictū est à κοιμάω, verbo greco qđ est dulciter dormio, sic dictū; quia in eo dulciter defunctorū corpora requiescunt, & istud debet consecrari per Episcopum. de consecr. dist. 1. c. nemo. Dicitur autem initiū habuisse ab Abraā, qui emit agrū, in quo erat duplex sepultura, vbi fuit ipse sepultus in alia spelūca Isaac, & Iacob, Adam, & Eua. Erat autē ibi duplex spelunca; qa duo sepeliebantur. f. vir, & vxor, q in vna viri, in alia mulieris ossa reponerentur, vel quia vnicuique (ibi sepeliendo) fieret duplex spelunca in loco cantando. Vnde dicit Hieronymus. 13. q. 2. in c. Ebron, q tres Patriarchæ sepulti sunt in ciuitate Ebron in spelunca duplici cum tribus vxoribus suis: sepeliebantur autem quasi sedentes, & superior pars speluncæ, quæ terram capiebat à natibus supra, dicebatur vna spelunca, pars verò inferior (quæ capiebat pedes, crura, & fœmora) dicebatur altera sepultura, vel spelunca. sæpe tamē sepultura fit in capella sita in ecclesia, vel in particulari loco consecrato. Est autem dicta capella à pellibus caprarum, quibus olim tuguria (in quibus celebraretur) cooperiebantur, vt dicit gl. dist. 1. c. cō-
2 cedimus. ¶ Extra facit tex. q quando † ius sepulturæ est extinctum, & in monasterium translatum, pōt prelatus cum suo capitulo vendere alijs ius sepeliendi in dicto sepulchro, ita fuit allegatum per D. Petrum de Perusio in tractatu suo. de canonica portione.

Ex l. Is, qui intulit.

SVMMAE.

1 *Corpus mortuum inferens in locum alterius, tenetur illud tollere, aut loci æstimationem præstare.*

2 *Dominus soli nō potest auctoritate propria tollere corpus mortuum in locum proprium illatum, alioquin tenetur actione iniuriarum.*

3 *In loco effecto religioso per illationem mortui, non remanet caracter religiosis (sicut in clerico, qui degradatur) ita vt non possit desinere esse religiosus, per exemptionem ipsius ab eo loco, sicuti non posset, si esset sacer.*

4 *Valet consequentia, iste locus efficitur sacer, ergo religiosus, sed non econtra.*

1 L. Is, qui intulit. ¶ Inferens corpus † mortuum in locū alterius, ex hoc edicto tenetur illud tollere, vel loci æstimationē præstare, & si inferat in arca lapidea, in qua non dum quisquam illatus fuerit, tenetur vtili áctione in factum, nō directa. h. d. ¶ In tex. [archa] scilicet monumentū, de quo. j. eod. l. monumentum. & C. eod. l. 2. §. quo facto monumentum. ¶ In tex. ibi [tollere] hoc tñ non pōt
2 dñs † soli propria auctoritate, aliàs tenetur iniuriarum. j. eod. l. ossa. in prin. ¶ In tex. ibi [vtilem] quasi dicat non directam; quia illa habet locum, qñ quis infert in locum alterius, veluti sepulchrum. ¶ Extra dicet quis, mirum videtur, q hic videtur dicere, vel quod hic statuitur, & s. §. prox. q possit quis (eximendo corpus) facere, q locus desinat esse religiosus, quomodo possit hoc cōtingere, cum videať potiùs dicendum nō posse, quasi dicatur in illo re
3 manere † caracter, vt dicitur in clerico, qui degradatur. de pœn. c. degradatio. lib. 6. & c. 2. de cler. excom. sed potest dici, quod hic nullus caracter imprimitur, quia licèt locus dicatur effici religiosus per illationem: non tñ effici
4 tur sacer, & licèt quod efficiatur † sacrū, efficiatur quoq; religiosum, non tamen econtra. l. in tantùm. §. fin. cum similibus. s. de rerum. diuis.

Ex l. Ossa, quæ ab alio.

SVMMAE.

1 *Ossa in alienum locum illata, dominus soli eruēdo sine superioris auctoritate, tenetur hæredi ipsius defuncti actione iniuriarum.*

2 *Circa diuina idem possunt Pontifex, & Imperator quò ad exequutionem eorum.*

3 *Ius sibi dicere propria auctoritate nemini licitum est.*

4 *Post mortem iniuria quis affici potest. Quod intellige fictè, nō verè. nu. 7.*

5 *Spolians hominem mortuum, dicitur eum offendere.*

6 *Stante statuto, quòd bannitus possit offendi in are, & persona, si interficiat quis bannitum, & postmodum eum spoliet, poterit accusari de spoliatione, quia licentia offendendi bannitum, erat morte finita.*

8 *Vulnerans exhumatum corpus, non punitur tanquam de vulnere, sed alia pœna, quia corpus mortuum non sentit iniuriam.*

1 L. Ossa, quæ ab alio. Dñs soli nō pōt † ossa illata in suū territoriū eruere sine Superioris auctoritate; aliàs teneť actione iniuriarum hæredi defuncti. h. d. ¶ In tex. ibi dum dicit [Pontificalem] idest Episcopalē, aliàs iussionem Principis, idest Imperatoris, simili mō loquiť l. hæreditas. la. 2. §. fi. s. de pet. hæred. & de cōsecr. dist. 1. c. corpora. & ex hoc no. q circa diuina quò ad exequu-
2 tionem eorum idē possunt † Pontifex, & Imperator, facit qđ no. in l. sacra. §. 1. s. de rerū. diuis. ¶ In tex. ibi [qui
3 eiecit] ratio est; qa non est licitum alicui dicere sibi † ius ppria auctoritate. C. de iudę. l. nullus. & ibi cōcor. ¶ No. tex. ibi [ossa, vel corpꝰ] ad id, qđ dixi. s. eo. in l. 2. §. Pretor. ¶ Extra no. istum tex. per quē videtur probari, q iniuria
4 † possit inferri post mortem, & sic post mortem possit qs offendi, facit gl. in l. sororem. C. de his, quib. vt indig. & in l. fideicōmissum. cum ibi not. per gl. C. de fideicō. & Bart.
5 in l. 1. j. ad Syl. ¶ Ex hoc infertur, q qui spoliat † mortuū, dicit eū offendere. l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. Et idē
6 si statutū velit, q † bannitus possit offendi in ære, & persona, & interficiat quis bānitū, & postea eū spoliet, q possit de spoliatione accusari; qa licentia offendendi bannitū, morte finita erat. l. si pœna alicui. j. de pœn. & qa qui mortuū, & c. d. l. qui sepulchra. Aduerte tñ, qa, quod dici-
7 tur, quem post mortem offendi, est verum † fictè, nō verè,
8 vnde qui exhumatum corpus † vulnerat, nō punitur tanquā de vulnere; quia corpus mortuum non sentit iniuriā, vt notatur in l. 1. C. qui accusar. non poss.

Ex §.

Ex §.Si locus religiosus.

SVMMAE.

1 *Emens ignoranter locum religiosum, potest agere contra uendentem, & hæredem eius actione in factum.*

§.si locus religiosus. ¶Ista particula po-
1 test per se summari. Emens ignoranter† locũ religiosum, potest agere contra vendentem,& hæredem eius actione in factum, quæ subrogatur loco actionis ex empto. h. d. ad literã. ¶In tex.ibi [dicetur] scilicet ignorãti. ¶In tex. ibi [contineat] quasi dicat,cũ subrogetur eius loco,dicitur esse eius naturæ. l. si eum. §. qui iniuriarum. ꝟ.si quis cautio.

Ex §. si in locũ publicis.

SVMMAE.

1 *Inferens hominem mortuum in locum publicis vsibus destinatum, tenetur actione in factum ex edicto Prætoris. Et appellatione loci continetur etiam ædificium.*
2 *Qui ædificando, ignoranter in publicum protenditur, non debet puniri.*
3 *Pœna arbitrio iudicis relaxata, potest multùm excedere, nisi refrenetur.*
4 *Pœna corporis afflictiua, an possit imponi, absque, quòd dolus interueniat.*

§. Si in locum publicis.
1 Inferens † mortuum in locum vsibus publicis destitutũ, tenetur in factũ ex hoc edicto, & si dolo fecerit, punitur extra ordinẽ. Et appellatione loci cõtinetur etiam ædificium.h.d.cũ.§.seq. ¶In tex.ibi [punitur] vbi probatur, ꝙ
2 si ædificando quis protendat in † publicũ ignorãter,non
3 debet puniri. ¶Nota secundò, quòd † pœna arbitrio iudicis relaxata, põt multũ excedere, nisi refrenetur, vt hic, ꝙ facit ad notata in l.quid ergo.§.pęna.ꝟ.de his,qui not.in fam.& in l.hodie.ꝟ.de pęn. ¶In gl. 2.nota gl.quæ notab.
4 allegatur, ꝙ pœna † corporis afflictiua non possit imponi,nisi dolo interueniente. Contrariũ vr̃ notari in l.respiciendum.§.delinquunt.ꝟ.de pœn.& in l.legis virtus.ꝟ.de leg.circa quod vide quod tangitur in l. si quis non dicam rapere.in fi.C.de episc.& cleri.

Ex §.Nec solùm.

SVMMAE.

1 *Actio in factum, quæ datur contra inferentem mortuum in locum alienum, competit etiam ei, qui habet vsumfructum, vel aliam seruitutem in loco.*
2 *Vna persona duplicem quandoque repræsentat personam.*
3 *Mandans homicidium committi, ut verus homicida statuti pœna puniendus est.*
4 *Actum propriè nõ gerit, qui per alium facit vnde ꝑ obliquũ, & indirectum obligat dominum, non directo, ratio est; quia actus propriè fundatur in persona obligantis.*
5 *Qui vendit vni per se, alteri per procuratorem, nõ incurrit pœnam falsi, de qua in l.qui duobus.ff.de fal.*
6 *Contra partem diuisiuam terrarum venisse dicitur, qui procuratorem alterius impedit intrare terram sibi assignatam, sicut si dominus ipse probiberetur.*
7 *Pœna imposita ingredienti territorium alienum, non habet locum in mittente procuratorem.*
8 *Molestans electum ab Episcopo, ipsum Episcopum inquietare dicitur, idem si alium eligat, vel electum ab Episcopo non admittat.*

1 §.Nec solùm. ¶Actio† in factum, quæ datur cõtra inferentem in locũ alterius, cõpetit etiã ei, qui habet vsumfructum, vel aliã seruitutẽ in loco.h.d. ¶In tex.ibi [hæc actio] scilicet in factũ, de qua.ꝟ.eod.l.2.§.Prætor ait.& l.is,qui. Aduerte, ꝙ isto casu nõ veniet pretiũ rei, sed solùm vsusfructus, facit pro hoc, quia hoc respectu tantùm damnũ patitur [sequitur.§.ei,qui.hic in fine, ꝙ quandoque vna persona
2 † est repræsentatiua duarum, ad quod facit.l.tutore.ꝟ.de his,quib. vt indig. vbi tutor repręsentat personã suam,& personã illius,cui administrat. ¶Nota tex.hic [intellectu
3 aliquo] qui allegatur ad quæst. de mandante† homicidiũ committi, quod debeat,& possit, vt homicida puniri pœna statuti, põt adduci l. 1.in fi.C.de rapt.uirg.& quod notatur in l.1.§.deiecisse.ꝟ.de vi, & vi arma.Iac. Butr. tenuit contrarium, ꝙ non possit, vt homicida puniri, sed solùm de mandato. Ita dixit in l.quod sæpe.§. si quis amico.ꝟ.de contrah.empt. ¶In hoc aduerte (propriè loquẽ-
4 do) ꝙ non propriè gerit † actum, qui per alium facit, & ideo non dicitur quis propriè vendere per procuratorẽ; quia actus fundatur propriè in persona obligantis,& per obliquũ,& per indirectũ obligat dñm, non directò. l.quæcunque gerimus.ꝟ.de action.& obligat. sed si habetur respectus ad traditionem, & dominium: tunc immediatè verus actus exequutiuus respicit dominum. l. certè.§.1. ꝟ.de precar.l. pater ex prouincia.ꝟ.de manum.vindict.
5 ¶Ex his potest inferri, ꝙ qui † vendit vni per se, alteri per procuratorẽ, non incurrit pœnam falsi, de qua in l. qui duobus.ꝟ.de fals. Item videtur iste tex.facere, ꝙ dicatur
6 venisse contra partem † diuisiuam terrarum, qui procuratorẽ alterius impedit intrare terram sibi assignatam, sicut si dominus ipse prohiberetur. ¶Aduerte tamen, ꝙ
7 pœna imposita ingredienti in territoriũ † alienum, non habet locum in mittente procuratorem, casus est singularis in d.l.quod sæpe.§.si quis amico. de quo Bald. fecit festum in Auth.habita. ¶Item per istum tex.dicit Innoc. in c.cum ecclesia Vulterrana. extra de elect. quòd ille, qui
8 molestat electum ab† Episcopo, dicitur inquietare ipsum Episcopum, idem si alium elegit, vel electum Episcopi non admittit. Et sic iniuria, quæ fit procuratori, videtur fieri domino. ¶Nec obstat l.sed si hac.§. fin.ꝟ. de in ius vocando. vbi honor, qui debetur domino, non propterea debetur procuratori, quia ibi nulla est iniuria, sed iuris exequutio.

Ex l. Liberum est.

SVMMAE.

1 *Habens ius inferendi mortuũ in aliquem locum, si probibeatur sine causa inferre, potest agere interdicto de mortuo inferendo.*
2 *Actio in factum ex edicto Prætoris de relig.& sump.fun. qua lis esse dicatur, & an sit transitoria ad haredes, & quomodo intelligatur.*

Ex l. Si quis sepulchrum.

SVMMAE.

1 *Religiosi non habentes locum eis condecentē, vel sufficientē, fauore religionis poterunt petere, quòd loca eis condecentia assignentur. Qua ratione compelletur etiam vicinus eis domum suam vendere. Item etiam vt Doctori publicè legenti amplientur scholæ. num. 2.*

3 *Vnus ex duobus iudicibus, qui in solidum habent iurisdictionem causarum criminalium, si solus habeat exequutionem illarum, poterit (altero resistente) erigere furcas.*

4 *Ratione publicæ vtilitatis cogitur quandoq; quis vendere inuitus, ad quod regulariter non potest cogi, & hæc fuit præcipua huius legis ratio.*

5 *Lex quando subuenit alicui extra ordinem, intelligitur subuenire iudicis officio.*

L. Si quis sepulchrum. ¶Qui non habet viam ad sepulchrum, potest illam impetrare precario à vicino, & si illam concedere nolit: non iure actionis, sed extra ordinem compellitur iusto pretio vendere, per eum tamen locum, per quem vicinus minùs læditur. h.d. prima pars leg. vsque ad §. senatusconsulto. ¶Nota istā
1 legē, per quam dicit Guil. ꝙ religiosi † non habentes in loco suo locum eis condecentem, seu sufficientem, possint petere, quòd loca eis condecentia assignentur propter fauorem religionis, vt hic, & per hanc rationem cōpelletur vicinus eis vendere domum; quia fauore publicæ vtilitatis compellitur quis vendere rem suam. l. 2. in princ. s. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & hoc idem dicit
2 eadem ratione in † Doctore, qui habet necesse ampliare scholas, & in hoc consistit publica vtilitas. l. vnica. §. pen. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 11. quod est bene notandum. Ita dicitur in l. decernimus. C. de episc. & cler. ¶Itē allegatur ista lex per Io. And. in Spec. de exequut. sent. in princ. in prima addit. in fine. ad quæst. circa duos habentes iurisdictionem causarum criminalium in certo loco
3 in solidum, quorum vnus solus † habens exequutionem, propter id volebat furcas erigere, altero resistente; dubitatur, an possit. Concludit fuisse determinatum, ꝙ posset, quod quia modicum est remotum, nō prosequor plus Et (vt dixi) ratio huius legis fuit fauor religionis, secundùm glos. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. & secundùm hoc non habet locum, si habeo fundum, ad quem non possum ire, nisi per totum, quòd tu compelleris mihi vendere viam, licèt quidam secus hic dixerint. Et pro
4 hoc facit; quia † regulariter nemo compellitur inuitus vendere. l. non enim. j. rer. amot. facit in specie. l. in vendendo. j. de contrah. empt. alibi assignatur alia ratio huius legis; quia modicum lædit. Ita dicit glo. in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. & quia secundùm hoc non haberet locum ratio supra posita, infertur ergo ad quæstionem supra positam, quòd vera esset alia opinio, quòd si vicinus non multum læditur, possit compelli dare viam, & ita intelligatur quod dixi s. eod. in l. 2. §. locum. ¶No
5 ta istum tex. ad aliud, quòd, quando lex † subuenit alicui extra ordinē, intelligit̄ lex officio iudicis subuenire, facit quod notat glo. in l. si soror. C. de collat. Et hoc est vtile; quia, quando testamentum, sententiam, & contractum petitur declarari nullum, intelligitur posse peti officio iudicis, quod tenet Innoc. in c. fin. ex. de iudi. & Bar. plenè declarat in l. sub conditione. §. fin. j. de condit. instit. ¶In glos. j. non habeat. secundum hoc non videtur tanta specialitas, per l. si locus. §. fin. s. quemadmo. seruit. amit. sed dic, ꝙ ibi loquit̄ de via publica: hic de priuata.

Ex §. Senatusconsulto.

SVMMAE.

1 *Non licet in sepulchro facere locum ad habitandum, vel ad alium vsum conuertere.*

1 §. Senatusconsulto. ¶Non licet in sepulchro † facere locum ad habitandum, vel ad alium vsum conuertere, & alibi dicitur, quòd qui contrafacit, aduersatur Deo, qui dicit [nolite facere domum Patris mei domum negociationis] 19. q. 3. c. quoniam. de quo vide istum tex. & alia iura allegata in reg. semel malus. de reg. iur. lib. 6.

§. Prætor ait. ¶Hic incipit principaliter tractare de secunda parte Rubricæ, & super hoc ponit edictum. ¶In tex. ibi [iudicium] idest funerariam actionem, vel in factum. j. eod. l. at si quis. §. hæc actio.

Ex §. Hoc edictum.

SVMMAE.

1 *Sepultura nulli potest impediri, quæ fauorabilis est, ne corpora iaceant insepulta.*

Item nec possunt sequestrari, ne sepeliantur, quod in quibus casibus fallat, vide apud Auctorem. num. 2.

3 *Cui non supersunt bona, de quibus sepeliri possit, debet tamē de publico refundi, vt sepeliatur.*

1 §. Hoc edictnm, ¶Nōta, ꝙ non potest impediri † sepultura, quæ fauorabilis est, ne corpora iaceant insepulta. ¶Nota ergo, ꝙ regulariter non debet impediri sepultura, & facit, quia regulariter corpora non possunt sequestrari, ne sepeliantur, fallit tamen in casibus, in quibus specialiter prohibita est sepultura, maximè de iure canonico, vt in † ex-
2 cōmunicato, in interdicto, & in publico fœneratore. &c. c. quanquam. extra de vsur. lib. 6. & dixi s. ¶Nota tex. ibi [ne insepulta corpora] per quem videtur posse dici, ꝙ si
3 non supersint alicui † bona, de quibus sepeliri possit, debet tamen de publico sepeliri, vt legitur de Valerio Publicola, de quo vide apud Val. Max. lib. 4. in c. de paupertate. In hoc exemplo facit. l. lege Cornelia. j. ad Sylla.

Ex §. Funus autem.

SVMMAE.

1 *Onus sepeliendi quibus incumbat.*

2 *Officium commissarij, vel exequutoris non iniungitur inuito, sicut nec officium procuratoris.*

3 *Non implens onus iniunctum sibi à testatore, repellitur à cōmodo sibi relicto, & an applicetur fisco.*

4 *Si testator relinquat vxori vsumfructum, prohibeatq; hæredi, ne molestet eam, aliàs cadat ab hæreditate, non exprimendo, cui sit in casu contrauentionis applicanda, ad quem debeat peruenire? remissiuè.*

1 §. Funus autem. ¶Onus † sepeliendi incumbit deputato à

 defunct

defuncto, qui si non paret, idest obedit, excluditur à commodo eius à testatore relicto, & (nullo non deputato) incumbit scriptis hæredibus, vel venientibus ab intestato, secundùm ordinem successionis. h. d. ¶ In tex. ibi [scriptos [idest quorum est prima causa, quæ in successione est l. quandiu j. de acqui. hæred. & l. quandiù. C. qui admitt. ad bon. poss. ¶ Nota text. ibi [nullam pœnam esse] quòd officium † cõmissarij, & exequutoris non iniungitur inuito, sicut nec officium procuratoris. l. filiusfam. §. inuitum. s. de procur. ¶ Nota hic dum dicit [repellitur] quòd non implens † onus iniunctum, repellitur à cõmodo sibi relicto, & cui applicetur, & videtur, quòd fisco, per reg. l. Papinianus. §. meminisse. s. de inoffic. testat. ¶ In contrarium tamen facit. l. pen. hic alleg. & id nota in l. 1. C. de his, quib. vt indig. & quòd remaneat in hæreditate, satis videtur innuere tex. hic. ¶ Hoc autem attendere est vtile ad quæst. si testator † reliquit vxori vsumfructum, & prohibuit hæredi, ne molestaret eam, aliàs caderet ab hæreditate, nec declarat, ad quem deberet hæreditas peruenire, nam dubitatur ad quem spectet hæc hæreditas. Iaco. de Bel. in Auth. de nupt. §. si verò. dixit, quòd ad substitutum, vel cohæredem, non ad ipsam mulierem, idem tenet Bartol. in l. vxorem §. hæres. de leg. 3. & in l. pater. s de hæred. inst. Quidam dant regulam, quòd si repellatur hæres ab hæreditate ratione spretæ conditionis: tunc velut caduca vadat ad substitutum, vel cohæredem; eis deficientibus, ad venientes abintestatò. l. 1. §. pro secundo. C. de cad. toll. sed si ratione spretæ rogationis, tunc deferatur primò nominatis, vt in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. Alij dicunt, quòd debet applicari vxori; quia eius contemplatione videtur facta dicta priuatio, d. l. pen. & l. 1. s. alleg.

2
3
4

Ex §. sumptus funeris.

SVMMAE.

1 *Funeris expensa æstimatur arbitrio iudicis, secundùm conditionem, & facultem defuncti.*

2 *Impensæ funeris, quæ, & quales esse debeant, & ex quibus rebus hæreditatis faciendæ.*

3 *Exequutori deputato ad vẽdendum, potest fieri solutio pretij, itaque si cum pecunia fugeret, soluens esset liberatus.*

1 §. Sumptus funeris. ¶ Expensa † funeris æstimatur arbitrio iudicis, secundùm conditionem, & facultatem defuncti, & si in hæreditate non est pecunia, debet seruari modus, qui hic traditur, etsi quid vendatur, debet iudex prouidere, quòd tradatur. h. d. cum seq. vsque ad §. si colonus. l. etsi quis. ¶ Nota primã partem super qualitate

2 † expensarum, quales debent esse secundùm modum inueniendi pecuniam super exequutione, & maximè, quia inchoandum est ab ijs, quæ tempore peritura sunt. Ideò debet attendi, quæ minùs grauent hæreditatem; quia tunc primò debent talia vendi. Et adde ad hoc l. lex, quæ tutores. §. fin. C. de admin. tut. vbi vide glo. notabilem, quæ decidit, quòd contra talem venditionem non restituitur minor. ¶ Nota, quia venditio permittitur, potest dubita-

3 ri, an exequutori † ad hoc deputato (scilicet ad vendendum) possit fieri solutio, de quo est casus, coniuncta glo. in l. à Diuo Pio. §. si post. j. de re iud. quòd potest fieri solutio. Et ideo, etiam si exequutor cũ pecunia fugiat, soluẽs ei, essent liberatus, vt ibi, & in l. fin. j. de curat. bon. dand. l. si mandaueris. §. si curator. j. mand. l. alio. j. de alim. & cibar. lega. & l. si ob causam. C. de euict. notatur in l. & si quis. in princ. quod Prætor debet tueri factum suum, & illud exequutioni mãdare, facit d. l. à Diuo Pio. §. si post. facit. j. §. 1. & §. sed si adita.

Ex §. si colonus.

SVMMAE.

1 *Dominium transfertur per sententiam.*

2 *Fauorabilior est causa onerosa, quàm lucratiua.*

3 *Debita amittere, & lucra non capere, non est par ratio.*

§. si colonus. ¶ Etiam de inuectis, & illatis in rem locatam, potest conductor sepeliri in subsidium, & res legata vendi irreuocabiliter, si potest legatario indemni conseruato, de bonis hæreditatis satisfieri. Et videtur facere iste tex. ad notata in l. pen. j. eod. ¶ Nota tex. ibi, dum dicit [& dominiũ habet] qui videtur apertè decidere, quòd per sententiã

1 transfertur † dominium, ad idem l. 3. §. item quæri potest. j. de reb. eorum. de quibus tangitur per glo. in l. 3. s. de public. per Dyn. & Cin. in l. 1. C. commu. vtrisque iud. per Bar. in l. Pomponius. §. qui iussu. j. de acquiren. poss. Circa quod adde Ioan. And. in addit. ad Specu. de secundo decreto. §. primò videndum. versic. sed nunquid in actione ex empto. in addit. quæ incip. Dyn. de hac quæstione, &c. vide etiam text. in l. & generaliter. & quod ibi dixi s. de noxal. ¶ Nota etiam, quòd fauorabilior est causa

2 † onerosa, quàm lucratiua. l. apud Celsum. §. si quis autẽ ex causa legati. j. de dol. excep. non enim est par, eadem-

3 que ratio debita † amittere, & lucra non capere. l. fin. C. de condic. ind.

Ex §. si cui funeris.

SVMMAE.

1 *Si non interest mandantis, actio mãdati non competit, sed quia consistit ipsum mandatum, recurritur ad remedium extraordinarium.*

§. si cui funeris. ¶ Allegatur, quòd ex mãdato testatoris non oritur actio mãdati, sed de dolo; quia tamẽ est variatũ, an acceptauerit mãdatũ, vel non, nõ video, quomodo summari possit, sed dic, vt j. eod. dicetur super glo. ¶ In glo. ibi [de dolo] hæc solutio destruit hunc text. & est contra illam regulam, quòd vbi alia potest competere actio, non datur de dolo, sed transitur ad aliam. ¶ In gl. ibi [fuit gratis] & sic non fuit mandatum; quia pecunia interuenit; fuit ergo contractus innominatus, vt dicit Glo. & tale factum, quod æstimationem non recipit, & quod fieri propriè non interest mandantis, vt est sepulchrum, ideo recur-

1 ritur ad remedium † extraordinarium; quia actio mandati consistit. l. si procuratorem. §. mandati. j. mand. & l. si remunerandi. §. si tibi. eod. tit. Ita declarat istam solutionem Cin. in l. mandati. C. de mandat. ¶ In ead. ibi [mandatum non suscepit] hæc non conuenit literæ, ibi [accepta pecunia] quòd si suscepit pecuniam ob iustam causam, satis concluditur, quòd mandatum acceptauerit sciẽter. clem. 1. de procur. & ideo transitur ad quartam solutionem. ¶ In ead. in fine gloss. quasi dicat ius sepeliendi simpliciter sumptum, non respicit æstimationem, & sic nec interesse intercesserit, ideo non datur mandatum, vt dixi

dixi circa secundam solutionem. ℸ.sed quoddam interesse sic; ideò pro illo datur actio de dolo, suscipiendo enim mandatum, se obligauit, aliàs non teneretur de dolo. s. eodem. l. si quis sepulchrum. §. funus. vnde, cum morte mandantis finiatur, non habet producere actionem mandati, sed monumentum bene recipit æstimationem. l. monumēta C. de lega. ideò potest dari actio mandati, & hæc est ipsa veritas.

Ex §. Funeris causa..

SVMMAE.

1 *Archiepiscopus, & cæteri similes prælati induti vestibus sacerdotalibus spiritualibus sepeliendi sunt, licèt cæteri layci cum ornamentis non possint sepeliri, & vestimentis alicuius valoris. & ratio. ibid.*

2 *Voluntas defuncti quomodo seruanda sit, quando mandauit aliquod ornamentum fieri circa eius sepulturam,*

3 *Testatori mandanti aliquid fieri, quod sit cōtra naturalē æquitatem, pareri non debet, & quomodo intelligatur, & limitetur.*

4 *Quædam veniunt in conditionem, quæ non veniunt in dispositionem, quæ regula limitatur, & distinguitur.*

5 *L. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Falci. quomodo intelligatur, & declaretur.*

6 *Vsus illicitus in vsum licitum conuerti debet.*

7 *Curatio funeris, cōditio sepulturę, & exequiarum pompa magis sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum.*

§. Funeris causa ¶ In litera, dum dicit [ad custodiendum] ponit exemplum in eo, quod datur sacerdotibus, vt tota nocte dicant officium, & orationes ad commendandum, vt fit Romæ. ¶ Nota tex. hic in fine, ibi [non autem oportet] &c. fortè potest esse ratio, ne propter hoc cadauera fodiantur. Aduerte tamen, quòd hoc fallit in vestimentis sacerdotalibus spiritualibus, vt pallio, cum qui
1 bus debet Archiepiscopus, † vel similis sepeliri. cap. 1. ex de auct. & vsu pall. & (vt dixit Innoc.) si habuit duo pallia nomine duarum ecclesiarum, quarum Archiepiscopus fuit, cum ambobus debet sepeliri, vide ibi, & loquitur iste tex. quando nihil de hoc est mandatum † à defuncto, sed
2 si hoc mandasset, tunc si mandauit, quòd sit ei conueniens, vel consuetum ex conditione personæ, debet ei pareri. l. militis. C. eod. tit. & ℸ. §. 1. si mandauit quod est inconue
3 niens, tunc si id, quod mandauit, † est contra naturalem humanitatem, non debet ei pareri, vt ℸ. de conditi. insti. l. quidam in suo. aliàs debet attendi, an in vim dispositionis, & potest ei non pareri. l. seruo alieno. §. final. ℸ. de leg. 1. aut in vim conditionis, & debet ei pareri. l. Mæuius. ℸ. de conditio. & demonstrat. Quædam enim veniunt in cō
4 ditionem, † quæ non veniunt in dispositionem. l. si quis testamento. ℸ. de condit. instit. iuncta l. vxorem. § hæres. ℸ. de lega. 3. Quod tamen mihi videtur limitandum, secundùm l. 2. in fin. & l. 1. & quod ibi notatur. ℸ. ad leg. Falci. & l. hæreditas. §. 1. s. de petit. hæred. facit quod dicam. ℸ. proximo. §. ¶ Nec obstat prædictæ distinctioni. ℸ. ad leg.
5 Falci. † l. Seius, & Augerius. vbi id, quod non potest fieri per modum dispositionis, nec potest fieri per modum cōditionis; quia ibi in fraudem legis & hominis fiebat. Adde notabilem casum in l. medico. §. fin. ℸ. de aur. & arg. leg. vbi patet, quod si talia ornamenta retineantur, non remanent penes hæredem, sed debenē legatario ornamentorū, licèt videantur potius deberi dare pro anima defuncti;
6 quia vsus † illicitus debet ad alium vsum licitum conuerti. Clem. quia contingit. ext. de relig. dom. facit quod notatur in l. legatum. ℸ. de vsufr. lega. ¶ Postremò adde prædictis text. Augustini in cap. animæ defunctorum. 13. q. 2.
7 vbi dicitur, quòd † curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum.

Ex §. Hæc actio.

SVMMAE.

1 *Quando legatum relictum pro sepultura, & redactum ad eā quantitatem, quam talis arbitrabitur, & propterea dicatur incertum, non tamen vitiatur fauore piæ causæ.*

2 *Licèt impensa non possit repeti ab impendente in re aliena, si tamen res extat, in qua fuit facta impensa, poterit ipse vti retentione.*

§. Hæc actio. ¶ Funeraria actio pro sumptu funeris descendit à bono, & æquo, vnde multæ considerationes haberi debent, de quibus hic traditur. ¶ Nota text. dum dicit [ex bono, & æquo] quia per istum tex. dicit Guil. in Specul. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. versicu. an si simpliciter commissarius, quòd commissarius, vel exequutor teneatur reddere rationem, allegat tamen ibi pro, & contra, & Ioan. Andr. satis in addit. quæ incipit, de Episcopo expeditum est. ¶ Nota secundò tex. hic in ver. quid ergo, quòd
1 hoc casu, licèt tale relictum † pro sepultura videatur incertum, quia legatum est, quantum talis voluerit expendere arbitrio suo, nō tamen vitiatur; quia videtur versari fauor piæ causæ, sicut cum legatur pro maritandis damicellis. l. si filiæ pater. ℸ. de legat. 3. vel alia pia causa. l. cum post. §. gener. ℸ. de iur. dot. l. vtrùm. §. 1. ℸ. de re dub. ¶ Nota tertiò text. ibi [si res egrediatur] quia isto casu
2 potest dubitari, licèt † impensa non repetatur, si tamen res extet, in qua impensum est, an villa possit vti retētione illius, & puto dicendum, quòd sic, vt l. si in area. §. fin. ℸ. de condit. indeb. posset tamen ei imputari culpa; quia aliàs erat gratis, vel pro minori expensa emptus, argu. l. si procuratorem. §. mandati. ℸ. mandati. & ita tenet Guil. in in simili in l. qui in aliena. §. fin. s. de neg. gest.

Ex §. sed interdum.

SVMMAE.

1 *Actus, qui geritur, licèt de iure non præiudicet, vtile tamē est, quòd in eo pars protestatur, & animū suum declaret, ne qua possit oriri dubitatio.*

2 *In contractibus non est licitum recedere à proprio significatu verborum in præiudicium tertij.*

3 *Protestatio non extendit vires suas vltra sensum verborum.*

4 *Protestatio tacita prodest in his, quæ pendent ab vnius tantùm voluntate, secus in his, quæ ab alterius pendere possunt, in quo necesse est, quòd ei innotescat, & consentiat.*

5 *Protestatio non afficit singularem successorem.*

6 *Protestatio iudicialis requirit expressionem causæ, aliàs est nulla.*

7 *Protestatio requirens scripturam, an possit probari per testes, circa quod vide distinctionem Auctoris, & conclusionem.*

8 *Denunciationes syndicorum, & massariorum in ciuitate habēt vim libelli, ideò in scriptis fieri debent, quia vigore ipsarum formantur inquisitiones, & processus.*

Protesta-

9 *Protestatio non trahitur retro, nec operatur, nisi ex tempore, quo fit.*

10 *Stante statuto, quòd maleficia sint denuncianda infra quinque dies, qñ terminus incipiet, si non fuerit declaratus per statutum, an scilicet à die protestationis, vel cõmissi delicti. Item quæ verba requirantur in protestatione. ibid.*

11 *Syndico, qui tenetur denũciare omnia protestata per offensos, si protestatur quis, quòd denunciet omnes iniurias sibi illatas per Petrum, nõ sufficient verba ita generalia, sed opus erit, vt specificet iniuriam cum designatione loci, & temporis.*

12 *Stante statuto, quòd mulier non possit testari, vel minor contrahere sine præsentia agnatorum, vel facta protestatione, ꝙ intersit, sufficient in protestatione generalia verba [quia volo testari, vel volo contrahere] quod verum, nisi statutum requireret maiorem notificationem, & ratio.*

13 *Protestatio sequens an tollat effectum præcedentis protestationis, remissiuè.*

Item per pactum contrarium, an videatur ab ea recessum. nume. 14.

15 *Allodium quid sit.*

16 *In matrimonijs, & sponsalibus verba debent intelligi, & interpretari secundùm communem intellectum verborum.*

§. Sed interdum. ¶Causa pietatis inhibet repetitionem impensæ, etiam in causam fauorabilem, nisi de alio aĩo impẽdentis appareat. In quo vtile est, ꝙ ex eius protestatione apparere possit. ¶Nota istum text. ibi in versic.
1 [plerique] quòd licèt † actus, qui geritur, de iure non præiudicet, vtile tamen est, quòd (ne qua possit oriri dubitatio) pars protestetur, & animum suum declaret. ¶Nota secundò, quòd in contractibus † non est licitum rece-
2 dere à proprio significatu verborum in præiudicium tertij, facit l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. ¶Item allegatur, quòd protestatio † non extendit uires suas vltra sen-
3 sum verborum, de quo per Innoc. in cap. cum M. Ferrariẽsis. extra de constit. & per Ioan. And. in reg. in generali. de reg. iur. lib. 6. ¶In glo. in verbo, oportebit. Est autem hoc vtile in his, quæ possunt dupliciter valere, vel intelligi, & ideo dixit Inno. quòd in responsione, quam reus facit in libello (quæ potest intelligi animo litem contestandi, & animo simpliciter iudicem constituendi) standum est protestationi, vnde si protestatur, quòd non respondet animo litem contestandi, non est facta contestatio, secũdùm eum, qui ista notat in d. c. cum M. Ferrariensis. extra de consti.
4 Et aduerte, quia loquitur hic in voluntate † in dependentibus à voluntate vnius, vt l. diuortio. s̃. de nego. gest. & l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. hęred. quo casu non requiritur partis præsentia, nec est necesse, quòd ei innotescat, quod est secus, si dependeret etiam à voluntate alterius. l. final. §. item si prædixerit. ff. naut. caup. stabul. & de ista protestatione secreta vide Innocen. in ca. bonæ memoriæ. extra de postul. prælat. in glo. super verbo, requisitus. in fine. Et hoc casu, quando pendet à voluntate duorum, non prodest protestatio, nisi aduersarius consentiat, quod in iudicijs præsumitur, quòd consentiat, vt l. fideiussor. in princ. s̃. qui satisd. cogan. secus in extraiudicialibus, secundùm Innocen. in c. Cum a. extra de elect. ¶Ad huius autem materiæ declarationem primò nota, quòd
5 † protestatio non afficit singularem successorem, vt l. 3. §. opus. & ibi notatur. s̃. de alien. iud. mut. caus. fact. ¶Item
6 nota, quòd si protestatio † est iudicialis, requirit expressionem causæ, aliàs est nulla. l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. ibi [causas, quibus strangulatur sigillatim exponat] & aliũ casum singulariter Bart. allegauit in l. fin. C. de edi. Diui Adr. tollen. ¶Dubitatur autem in ista materia, an protestatio requirat scripturam, & præsupposito quòd sic,
7 an possit probari † per testes, gloss. videtur etiam sentire, ꝙ nõ, in l. pen. ante fin. C. depos. & videtur casus in l. fin. C. de neg. gest. ibi [vel sine scriptis] ad idem l. scire autẽ oportet. §. oportet. de excusat. tut. potest bñ dici, ꝙ protestatio, quæ succedit loco actionis, debet fieri in scriptis, vt l. fin. C. de anna. except. sed illa, quæ non succedit loco actionis, regulariter põt fieri sine scriptis, quod vult Bar. in Auth. hanc autem querelam. C. de non num. pecun. potest tamen dici, quòd ibi non sit fallentia; quia & ibi protestatio succedit loco actionis, vel libelli. Et ex his infertur
8 ad denunciationes † syndicorum, vel massariorum in ciuitate; nã debent fieri in scriptis; quia habent vim libelli; nam ad tales denunciationes formantur inquisitiones, & processus. l. ab accusatione. §. nunciationes. ff. ad
9 Turpili. ¶Item adde aliud, quòd † protestatio non trahitur retro, nec operatur, nisi ex tempore, quo fit. l. fin. C. de neg. gest. Et hoc est vtile ad statuta, quòd maleficia de-
10 beant † denunciari. ff. quinque dies, nec declarant, quando incipiãt, quòd incipiãt à die protestationis, & non maleficij commissi. Qualia autem verba in protestatione requirantur, videtur, quòd sufficiant qualibet expressa, vt d. l. fin. iuncta gloss. prima. C. de neg. gest. Bar. dixit quòd si intentio protestantis referatur ad certam speciem, requiruntur verba specialia. l. aut qui aliter, in principio. ff. quod vi, aut clam. secus si vniuersaliter, & simpliciter intendit prohibere; quia tunc sufficiunt generalia. Bal. in l. vt perfectiùs. C. de anna. except. dixit in hoc dubio, quòd vbi protestatio fit viua voce, requirũt verba, sed vbi ĩ scriptis, sufficit, quòd ei detur scriptura, continens protestationem, licèt sibi non legatur, nec mirum, quia sufficit eam affigere ad domum, vt d. l. vt perfectiùs. ¶Ex
11 hoc etiam infertur † ad syndicos, qui tenentur denunciare omnia protestata per offensos; nam si sic quis protestetur, quòd denunciet omnes iniurias ei illatas per Petrum, ꝙ nõ sufficiant ista verba generalia, imò requiritur designatio, & specificatio iniuriæ, vel offensæ cum specificatione loci, & temporis. l. Prætore dixit. in princ. ff. de iniur. ¶Item prædicta faciunt ad statuta, quòd mulier † non
12 possit testari, vel minor contrahere, nisi præsentibus agnatis, vel facta protestatione, quòd intersit; nam sufficerent verba generalia in protestatione [quia volo testari, vel contrahere] nec requiritur alia singularis declaratio voluntatis; quia possum mutare voluntatem, quod intelligo, nisi statutum requireret maiorem notificationem; quia tunc esset ei standum. ¶An autem protestatio † se-
13 quens tollat effectum præcedentis protestationis, vide examinatum per Cin. in l. 1. C. de lit. contest. in sexta quæstione, & Barto. tangit in l. 1. §. pœna. ff. de liber. agnosc. ¶Item an per pactum cõtrariũ videatur ab ea recessum,
14 † dicimus, quòd in pendentibus à sola eius voluntate, nõ videtur recessum, quando actus contrarius immediatè sequitur, aliàs sic. l. ita stipulatus. ff. de verb. obl. l. si finita. in prin. ff. de dam. infec. & l. de die. in prin. s̃. qui satisd. cog. secus si à voluntate vnius, & alterius dependeret. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. ita etiam debet intelligi. c. solicitudinem. extra de appellat. de quo in l. pacta nouissima. C. de pact. & reassumitur latè per Bart. in l. nõ solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nun. ¶In ead. glo. ibi [allodio] de isto verbo tangitur in gl. ĩ l. si familiæ. s̃. famil.
15 ercisc. & appellatur † allodium res propria, quæ à nemine agnoscitur, non tamen excludit superioritatem Principis per iurisdictionem, vt patet in feudis. in titulo. de pace iuram. fir. c. 1 §. ad hæc. & ibi no. Iacob. de Belu. & tangitur

per

per Ioan.And post Hostiens. in c.nimis. extra de iureiur. ¶In eadem glo.ibi in fine, nota hac doctrinam,cui adde,
16 quòd in† sponsalibus, & matrimonijs verba prædictionis,vel protestationis debent intelligi, & interpretari secundùm communem intellectũ verborum.c.ex literis.l.1. extra de sponsal.& ideo si appareat, quòd velit quis probare eo proposito se copulatum mulieri,quòd nolit cum ea stare legitimè,non debet audiri. Ita dicit glo. in c. vt clericus. extra de regular.

Ex §.Iudex, qui.

SVMMAE.

1 *Testator mandans fieri crucem,vel calicem in eius capella, vel in aliqua ecclesia, licèt non declaret,de qua materia conficienda sint intelligitur tñ velle eam confici de argento in honorem Dei.*
2 *Actio fam.ercis.an ita sit priuilegiata,sicut funeraria.*
3 *Infirmus an possit inuitus curari.*
4 *Exequutor testamenti potest officium suum exequi, dato quòd hæres contradicat.*
Item an hæres sit vocandus,remissiuè.

§.Iudex,qui. ¶Modicæ expensæ factæ in sepeliendo defunctum diuitem in eius contum eliam, non debet haberi ratio. Et funerans ex necessitate, quã sibi putabat incumbere,habet solùm vtilem funerariam.h.d. Et vbi pro tali impensa potest alia petere,non datur funeraria. h. d. cum duobus.§§.seq.& facit iste tex. in argumentum, quòd si te-
1 stator † mandet fieri calicem, vel crucem in capella, nec declaret aliter, de qua materia, quòd non debet fieri de vili materia, vt de stagno, vel auricalco, vel simili, sed de argento; quia hoc non esset honor Dei, sed contumelia,arg.hic,& hoc probatur in specie in l.Titia.§. fi.ff. de aur.& argen.leg.¶In text. ibi [ex causa] idest quia iustam causam habuit credendi.l.de ætate § ex causa.ff. de interr.act.nota illam.¶In tex.ibi [& ideo si fam.erciscun.] &c.circa quod potest dubitari, an ista † fam. ercis.
2 sit priuilegiata,sicut funeraria,de qua ff.eod.l.impensa.videtur quòd sic, quasi ista sit subrogata loco illius; ergo eius naturã assumit,arg.l.si eũ.§.qui iniuriarũ.ff.si qs cau. videtur enim ius agendi fundari super eadem causa fauoris.In contrarium facit;quia hic diuersificantur actiones, quod videretur frustratorium,si essent eiusdem naturæ,& effectus,& hoc probari videtur.ff.§.seq.idem Labeo. ibi [& generaliter.] Quod est vtile scire pro modo libelli, in quo notab.medium narrandi,& concludendi percipitur,in qua actione concludatur,licèt nomen actionis non exprimatur,secundùm notata in l. edita. C. de eden. & etiam propter priuilegia tributa funerariæ in d. l. impensa.ff. eod. ¶In tex.ibi [prohibuit] videtur,quòd filius petere non possit,ergo contra facit quod sequitur. ¶Extra nota istum tex. qui videtur facere ad quæstionẽ de soluente pro condemnato in certa quãtitate pecuniæ, quam si non solueret ad diem,debebat caput, vel manus, vel membrum aliud mutilari, vel alia pœna poni in corpus,quòd soluens possit repetere. quam quæstionem vide transumptam per Bart.in l. Stichus. ff. de pecul.lega. Idem in condemnato ciuiliter, de qua vide per Ioan.Andre.in c.laycus.de for.compet.lib.6.in nouell. ¶Item fa
3 cit ad aliam quæst. quæ est, an infirmus † possit inuitus curari,hic enim videtur probari,quòd possit, pro hoc. l. soluendo.ff.de nego. gest. vide de hoc gl. notabilem in c. 1.dist.83.& hoc tenet Specu.in titu.de salar.§. fin. versic. quid si infirmus.¶Nota etiam tex.hic,in versi.[& quid si
4 testator] qui probat, quòd † exequutor potest officium suum exequi,licèt hæres contradicat, an tamen hæres sit vocandus,vide per Bar.in l.alio.ff. de alim. & cibar. leg.

§.Qui mandato. ¶Hæc actio funeraria datur mandanti aliquem funerari,non exequenti mandatum;quia ille habet mandati.Et ex mandato pupilli sine tutoris auctoritate agit impendens contra hæredem, ad quem spectabat funerari, & ẽt cõtra ipsum pupillũ, si hæres esset Contra etiam extraneum mandantem agit mandati,non funeraria. Sine mandato impendens (tanquam vtilia gerens) habet funerariam contra hæredem, etiam ratum non habentem.h.d.in terminis,& in summa.

Ex §.Datur autem.

SVMMAE.

1 *Aduocans partem hæreditatis,& præter cogitatum defuncti tenetur ad partem probabilium expensarum.*

§.Datur autem. ¶Funeraria datur cõtra succedẽtem de iure prætorio,aut ciuili,etiam si sit patronus succedens per contra tabulas.h.d.ad literam cum parua l.seq.¶In tex. ibi [successores] idest vniuersales, pone exemplum in fideicõmissario, cui restituta est hæreditas ex Trebellia-
1 no. ¶Nota hic, quòd † auocans partem hæreditatis, & præter cogitatum defuncti,tenetur ad partem probabiliũ expensarũ,concordat.§.sumptus.qui hic allegatur in glo

Ex l. In eum,ad quem.

SVMMAE.

1 *Impensas funeris statim incumbit viro,licèt ad dotem reddendam dilationem habenti.*

L.In eum,ad quem. ¶Impensa sepulturæ spectare debet ad illum, ad quem res pertinet, & illa tota,quam lucratur,& impensa funeris iudicatur æs alienũ, & nota istum tex. ad statuta,quæ dicunt vir lucretur tertiam,vel dimidiam dotis.¶Nota hic ex l. sed si nõdum.
1 quòd ista † impensa funeris statim incumbit viro, licèt ad dotem reddendam (de qua fieri debet hæc impensa) dilationem habeat hodie,secundùm l.vnicam.§.exactio. C.de rei vxor.act.

Ex l.Neratius.

SVMMAE.

1 *Pactum initum inter partes,ne possit arbiter cogi sententiam dicere,an valet.*
2 *Maritus tempore,quo recepit dotem,licèt totam, & integram promittat restituere in omnem casum, & euentum ipsius dotis restituendæ:poterit tamen vti iusta retentione eius, quod impendit,puta pro impensa funeris vxoris,&c.non obstantibus illis verbis[totam,& integram.]*
Item poterit retinere illam partem, quam lu. ratur ex forma statuti, moriente vxore sine liberis. nume. 3. d.ctis verbis non obstan.

Valet

4 *Valet pactum, quòd à sententia arbitri possit appellari.*
5 *Pacto contrahentium non potest renunciari solemnitati à statuto requisitæ, aliàs pactum non valet.*
Item in donatione remissiuè.
6 *Cõcernentibus publicã vtilitatẽ, nõ possunt partes renunciare.*

L. Neratius. ¶Pactum inter dotantem, & maritum, quòd maritus non conferat in funus vxoris in certa parte dotis retenta, valet quò ad eos, sed non quò ad extraneum funerantem, & paciscens totam dotem sibi restitui: nihilominus ad impensam funeris ipsius mulieris conferre tenetur. h. d. ¶Nota istum text. ibi [quia pactum] &c. quia facit ad plura; al-
1 legatur enim, quòd non valeat † pactũ inter compromittentes, ne arbiter possit cogi sententiam dicere. Alij tamẽ dixere contrarium, quam quæstionem vide examinatam per Guil. in Specul. de arbit. §. sequitur. versi. quid si actio est. ¶Nota. istum text. ibi [conferre eum] iuncta glo. ex
2 quo collige, quòd licèt † maritus tempore, quo recepit dotem, promittat restituere totam, & integram in omnẽ casum, & euentum restituendæ dotis: tamen potest vti iusta retentione eius, quod impendit, vt pro expensa funeris vxoris, &c. Et sic facit, quòd illam partem, † quam lucra-
3 tur ex forma statuti (vxore mortua sine liberis) possit retinere, non obstantibus illis verbis [integram. & totã] quia debent intelligi, quatenus ex forma statuti restitutio fieri debeat, arg. c. Abbate extra de ver. sig. est tamen cautum, quòd in instrumento illa verba debeant poni [salua parte, quam debet lucrari per statutum.] ¶Nota e-
4 tiam tex. in eadem ratione [quia pacto] &c. quòd † à sententia arbitri possit appellari. hoc tenet Cin. in l. 1. C. de arbit. Bart. reassumit latiùs in l. nemo potest. ᵹ. de le
5 ga. 1. ¶Item facit, quòd per pactum † contrahentium nõ possit renunciari solemnitati à statuto requisitæ, aliàs nõ valet, vt hic. quod etiam in donatione tenuit Guil. in l. illud. C. de episc. & cle. & Bart. in l. Modestinus. ᵹ. de don. Idem disputando tenuit Iaco. de Bel. de quo per Bal. in c. 1. §. si quis per 30. si de feud. defunc. contẽ. fuer. in libell.
6 feud. pro quo facit, quia concernentibus † publicam vtilitem non possunt partes renunciare, de quo per Bart. in l. si quis pro eo. ᵹ. de fideiuss.

Ex §. Si maritus.

SVMMAE.

1 *Marito lucrante dotem, non tenetur pater conferre in funus filiæ, nisi in subsidium, quando dos ad talem impensam non sufficeret.*

1 §. si maritus. Pater non tenetur † conferre in funus filiæ, quãdo maritus dotem lucratur, nisi in subsidium, quando dos ad talem impensam non sufficeret. h. d.

Ex §. Cum mater.

SVMMAE.

1 *Impensa funeris primò detrahitur de dote.*

1 §. Cum mater. ¶Impensa † funeris detrahitur de dote primò. hoc dicit, quod declara, vt hic in gl. & ᵹ. cod. in l. Celsus. vbi vide.

Ex l. In patrem.

SVMMAE.

1 *Impensa funeris filij in potestate, spectat ad patrem, secundũ tamen facultatem, & dignitatem.*

1 L. In patrem. Impensa † funeris filij in potestate, spectat ad patrem. h. d. secundum tamen facultatem, & dignitatem. ¶In gl. in fine, dum allegat l. si filius. §. 1. vide quod ibi dicetur.

Ex l. Celsus scribit.

SVMMAE.

1 *Quod lucratur maritus de dote, non est de hæreditate mulieris.*

L. Celsus scribit. ¶Pro rata dotis (quã marit⁹ lucrat̃) & aliorũ bonorum mulieris fit expensa sepulturę ipsius mulieris absq; aliqua deductione legatorũ, vel æris alieni. h. d. cũ quatuor cõtrarijs ll. seq. ¶Nota tex. hic, & ᵹ. eo. in l. pro
1 rata. vbi videtur probari, ꝙ illud, quod † maritus lucrat̃ de dote, nõ sit de hæreditate mulieris, hoc videt̃ gl. sentire, ꝗ allegat istam, & sequentẽ in l. pro hæreditarijs. C. de hæredit. act. & sic maritus non tenetur, vt hæres eius. s. ad debita pro funeraria, & sic tanquam hęres in dote. Est autem hoc vtile pro hoc, quòd talis portio legitimam filij non minuit, vel patris mulieris: sed solùm de residuo detrahitur. Ita probatur hic, & in d. l. sic pro rata.

Ex l. sic pro rata.

SVMMAE.

1 *Si relinquat marito inopi vxor dotes suas, non habebit locum in tali relicto dispositio l. hac edictali. C. de secund. nupti. & ratio.*

L. sic pro rata. ¶Pro vestimentis marito datis (& cõstãte matrimonio in casibus permissis) nõ conuenit ipse funeraria, sed solùm tenetur, in quantum facere potest. h. d. Et pro euidentia præmitte gloss. primam, & circa, quæ allegantur in ea. ¶Nota tex. hic, in versi. [præterea.] per quem quidã ar-
1 guunt, quòd si vxor † relinquat viro inopi dotes suas, in tali relicto non habet locum prouisio l. hac edictali. C. de secund. nupt. quia videtur maritus tutus potius ratione inopiæ, quàm ratione relicti, quamquã videat̃ venire contra prohibitionem illius leg. quod an sit verum, pro nunc non determino. ¶In glo. fin. vbi in legato liberationis venit totum, quod liberatus debebat, licèt soluendo non sit, sed dic, quòd ibi agitur de aliquo liberando, hic de aliquo obligando.

Ex l. Quòd si nulla.

SVMMAE.

1 *Dedecus vxoris est dedecus viri.*
2 *Maritus tenetur alere vxorem, etiam indotatam.*

Bona

5 tut. i quib⁹ tñ cogita. ¶ Extra adde, φ nullũ ius † pśentãdi est acquisibile absq; iure patronatus, sicut est ius eligendi absque iure canonicali. c. scriptũ. extra de elec. & c. cũ ecclesia. extra de caus. posses. & propr. & hæc vr̃ cõis opinio, quã tenet Io. And. in c. querelam. extra de elec. vbi casus, & latè disputat in reg. qđ alicui. de reg. iur. lib. 6. ¶ An tñ

6 tale ius † præsentãdi possit præscribi à parochianis in ecclesia parochiali, vide per Archid. in c. hortamur. dist. 71. & vide Bar. in l. si publicani. j. de publica.

Ex l. si in eo monumento.

SVMMAE.

1 *Locus ad monumentum inchoatus, potest sine alicuius auctoritate perfici, sed iam religiosus effectus non poterit sine pontificali auctoritate refici.*

2 *Ius sepeliendi, an de iure Digest. etiam competeret Imperatori, ita quòd super eo posset ipse quoque prouidere.*

3 *Ius sepeliendi pertinet ad solum Episcopum.*

L. si in eo monumento ¶ Locus ad

1 † monumentum inchoatus, potest sine alicuius auctoritate perfici; sed iã factus religiosus, non potest refici sine auctoritate pontificali. h. d. ¶ In gl. super uerbo. põtifice. isto

2 tñ † iure uidetur, φ hoc incũberet ẽt Imperatori, & super hoc puiderẽ possit. l. sacra. §. 1. s. de rer. diui. & l. hęreditas. hic allegata. in uerbo, principali, uel Pontificali. hodie ui-

3 detur, φ spectet solũ ad solos † Episcopos, ut hic dicit gl. per l. nulli. C. de epis. & cle. & c. nos quidẽ. extra de test. & c. si hæredes. eo. tit. facit qđ dixi. s. in Rub. de relig. & sũpt. fun. nã instructio ecclesiarũ ad eos spectat. extra de cõsec. eccles. vel alt. c. 2. & 3. licèt olim ad solũ Pontificem spectaret. c. de locorũ. cum quatuor. seq. cap. dist. 1. de cõsec.

Finis primæ partis. ff. Vet.

FLORIANI DE S. PETRO I. V. DOCT. BONONIEN. IN SECVNDAM DIGESTI VET. PARTEM COMMENTARIA.

Rep.l.fi.ff.de cōdi. ob cau.

SVMMAE.

1 *Verbum adiectum contra naturam contractus, alterat contractum in aliam speciem, & nu.10.*
2 *Lex debet esse de dubitabili.*
3 *Verbum dare significat dominium, nec necessarium est in venditione.*
4 *Nullum simile est idem.*
5 *In dubio clausula in fine posita, quæ non potest ad omnia referri sine vitio, refertur tantùm ad proximiora.*
6 *Ratio legis declarat dictum, imò dictum restringit, & immutat.*
7 *Pecunia quando datur vt species, indicamus de ipsa idem, quod de specie.*
8 *Quando datur pecunia non numerata tunc, sed in saculo inclusa, licèt dicatur, quòd est talis numeri: nihilominus dicitur data, vt species.*
9 *Venditor speciei non tenetur transferre dominium.*
11 *De natura contractus innominati est, vt transeat dominium rei.*

EPETITVRVS l.fi.ff. de cōdict.ob cau.seruabo ordinē, qui patebit. ĩ. Omissis ergo euidentialibus, & continuatione Rubr. diuido. l. in duas partes; quia primò ponitur thema. & eius solutio. Secundò ponuntur tres illationes ex decisione præcedē ti. Secūda ibi[& ideo]quamuis glo.appellet illas tres illationes, secundùm Ia.Butr. vt patet euidenter in tex. ¶ Et in summa hoc intendit. Ver-
1 bum † adiectum cōtra naturam contractus, alterat cōtractum in aliam speciem.h.d.secundum Ia.Butr. ¶ Vel dic magis ad literam; quia prædictum summarium licet in se sit bonum, ad hanc legem tamen est aliquantulum nimis generale: vnde dic. ¶ Conuentio de danda specie pro pecunia data, alterat contractum venditionis, ita quòd resultet in contractum innominatum; & ideo specie interempta, antequam detur, eius dominio non translato, vel de euictione non promisso, condicitur pecunia, quę est data.h.d.¶ Casum in terminis pone per te, & expone literā; quia satis est clara, excepto, ver.fi.[& rursus] &c.de cuius intellectu dubitatur, vt patebit. ĩ. ¶ Notabilia etiā collige per te, & ex summarijs dictis.ŝ.¶ Oppono primò ex prima glo. super verbo, dares, & forma oppo. altero de
2 duobus modis, & primò sic, † quòd hæc lex non habet dubium, contra.l.quod Labeo.ĩ.ad Carbon.& l.ancillæ.C. de fur.nam nulli videtur esse dubium, quòd hic est cōtractus innominatus, do vt des, vt exprimit tex.in l.naturalis. ĩ.de præsc.verb.solue, vt in glo.quia verbum, dares, hic appositum in personam eius, qui debet speciem traddere (vt ipse cogatur dare) facit dubium: nam cū hic sit ex vna parte quantitas, ex alia species, deberet resultare, & esse ven-
3 ditio: sed verbum † dares, hic alterat, & facit contractum esse innominatum, vt patebit. ĩ.& dixi in summario. & sic lex ista bene fuit facta de casu dubitabili. ¶ Vel forma alio modo oppo.& sic, quòd nulli sit dubium, quòd hic sit venditio, cū ex vna parte sit species, ex alia quantitas, ergo &c. vt statim dixi, & probatur in l.1.ĩ.de rer. perm. & in d.l.naturalis.in princ.ĩ.de præscrip.verb.sol.vt in gl.quæ dicit, ꝙ ex verbo, dares, posito in litera, procedit dubitatio, quasi dicat glo.& bene, quòd ex verbo, dedi, posito in princ. l. procedit dubitatio, quod est planum in casu huius legis, in quo etiam si expressè apponeretur necessitatiuè, vt daretur pecunia, non alteraret contractum, quin esset secūdùm naturam rei, videlicet quantitatis, propter cuius naturam emptor tenetur nummos accipientis facere, vt.l.ex empto. in princ. ĩ.de act.emp. Aut dedi in principio contractus, & formando ipsum ex parte tradentis speciem, alteraret ipsum, vt patebit. ĩ.¶ Secundò oppono ex secunda glo.super verbo, genus. quòd malè dicit text. appellando istud genus contractus; quia imò est species; nam genus est, quod prædicatur de pluribus differētibus specie: species autem, quæ prædicatur de pluribus differētibus numero, vt not.in l.2.§.1.ŝ.si cer.pet.sed cōtractus, do vt des, non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed solùm numero, vt.d.l.naturalis.in princ. ĩ.de pręscri.verb.ergo, &c.sol. vt in glo. quæ fatetur contrariū, & bene dicit in se sumendo genus, & speciem, secundùm Porphirium, vt dixi: sed sumendo secundùm Legistas iux. not. in d.l.2.§.1.ŝ.si cer.pet.tex.stat propriè, & planè: nam in formando tit.quæstionis in hac lege Legislator considerauit, quòd contractus iste, do pecuniam, vt des Stichum, poterat esse emptio.& de hoc probabiliter dubitari poterat, cum ex vna parte esset species, ex altera quantitas, vt dictum est.ŝ. & poterat esse contractus innominatus, do vt des, attentis verbis, & forma contractus; ideo meritò Legislator appellauit hoc genus contractus in themate, in quo nondum erat facta decisio, quis contractus esset iste.¶ Tertiò oppo.ex 3.gl super ver.pro portione, quòd de hoc nullo modo potuerit dubitari, & sic indubitabile sit, quòd contractus iste sit in pro portione emptionis, & venditionis;

venditionis;nam aliquid esse in proportione alterius, hoc est dicere videlicet,ꝙ alio casu posito, quã primo,& aliquo fortè postea contingente, fit idem in secundo, quod in primo, & sic denotat similitudinem quandam,vt in l.si fil.fam.& quod ibi not.s.si cer. pet.† sed nullum simile est
4 idem,vt l.quod Nerua.& ibi not.j.depositi.Iste autem cõtractus indubitanter vel est venditio; quia hic est ex vna parte res,ex altera pretium,vt dictum est. s. & sic non est ei similis,vel in eius proportione:vel est contractus innominatus per se,do vt des,separatus,& distinctus à venditione,& in quo variatur in multis iuris dispositio à cõtractu emptionis, & vẽditionis, vt patet in hac l.& in d.l. naturalis. in prin.j.de præscr.verb.ergo,&c.sol.glo. quæ dicit,quòd hic sumitur aliter verbum,in proportione,quàm sumatur in contrario. ¶ Deinde oppo.& 4.ex glo. super verbo,procliuior sum.in prin. quòd hic obscurè loquatur tex.dicens[in quo procliuior sum] quia. s. prædicauit de duobus,quærendo quis contractus est iste,an emptionis, & venditionis,an verò innominatus, & per hæc verba [in quo procliuior sum]non declaratur,in quo,vel vtro istorũ sit procliuior Legislator decidendo,ergo,&c.cõtra.§.quibus.C.de no.cod.fac.& in Auth. de testam. imperfec. in princ.colla.8.sol.vt in glo.in sui principio,quæ optimè di
5 cit;† nam in dubio clausula in fine posita, quæ non potest ad omnia referri sine vitio, refertur tantùm ad proximiora,vt l.si idem cum eodem.in fi.s.de iur.om.iud. Item & hoc est verum, subdit glo. patet ex eo, quod sequitur in
6 tex.ibi[& ideo] &c.vsque ad fi.l. † nã ratio legis declarat dictũ,imò ratio dictũ restringit, & immutat,vt l.quod dictum est.s.de pact.& l.adigere.§.quamuis.j.de iu. patro. cũ simil.sed rationes,quæ sequũtur in tex. in ver.[& ideo] vsque ad fi.l. quæ sunt tres,declarant id,quod dixit gl.esse verum; quia adaptatur ad contractum innominatum, & non ad emptionem, & venditionem,vt patebit.j.& hoc puto glo.voluisse, dum dicit, & hoc probat tribus rationibus,vt subijcit.Iac.Butrig.dicit,quod in vers.[& ideo]ponuntur tres illationes, quæ sequuntur ex superioribus, & hoc est verum, & de mente tex.vt patet in ipso.¶ Deinde oppo.& 5.ex eadem glo.& nunc intro materiam huius legis, quòd contractus, de quo agimus,non sit contractus innominatus, sed sit venditio,nã hic ex vna parte est quantitas,quæ datur,ex alia est species,ergo &c.vt.d.l.naturalis.§.1.j. de præsc.verb.facit l.1.j.de contrah.empt.& l.1.j. de rer.perm.Solue,vt gloss. sol.altero de duobus modis. Primo secundùm Ioan. quòd hic pecunia fuit data in specie, qd potuit fieri, vt. l. planè.§. 1. ver. sed hoc ita.j.de leg. 1. in contrario verò fuit data in quantitate, hæc solutio in se est vera,& eam tenet glo.in l.venditio.§.
7 1.in glo.pretij.j.de contrahen. empt. & ratio est; † quia quãdo pecunia datur vt species, iudicamus de ipsa idem, quod de specie, vt in d.l.planè.§.1.& l.sed si certos.j. de leg.1.vnde non reperitur esse ex vna parte quantitas,ex altera species,ex quo pecunia est data in specie,ergo nõ est emptio,& venditio,vt.d.l.1.j.de contrahen.empt.& d.l.1. j.de rer.permut.cuius gratia est videndum,quando dicatur pecunia esse data in quantitate,& quando in specie,& si constat de mente contrahentium, quòd noluerunt pecuniam datam esse vt speciem,vel vt quãtitatem,planum est,quòd illa seruatur,arg.l.cõtinuus.§.cum ita.j. de verbor.obligatio.si autem non constat,tunc aut data fuit pecunia ad numerum;& etiam est planum,quòd iudicatur, vt quantitas,& erit venditio,arg.d.l.etiam.j. de contrah. empt.& l.1.j.de rer.perm.& d.l.naturalis.in princ.j. de præscript.ver.aut fuit data in sacculo,& tunc aut nõ est facta mentio numeri,sed simpliciter do tibi pecuniam,quæ est in ipso sacculo,vel in illa arca,& adhuc est planum, ꝙ videtur esse data,vt species,arg.l.dies.§.1.j.deposi.& l.si
8 certos.j.de leg. 1. † Aut fuit facta mentio numeri, puta, do tibi ista cẽtum, quæ sunt in sacculo,vel in arca pro tali re mihi tradenda, & tunc potest probabiliter dubitari; tñ puto, quòd hoc casu, quo agitur solũ de discernendo speciem contractus,videatur esse data vt species, ex quo se retulit dans ad certum corpus, & pecuniam non nunc ratam,arg.d.l.planè.§.1.& l.sed si certos.& l.sed si seruus legatus.§.qui quinque.j.de leg.1.& l.1.§.adeò.in fi.j.de dot. præleg. & l.hæc venditio.§. 1.& quod ibi not.in glo. pretij,quæ est satis not.ad propositum. j.de contrah. emptio.¶ Quia tamẽ sol.prædicta Io.quamuis in se vera sit, est tamen diuinatio,quò ad legem istam scilicet,quòd hic pecunia fuerit data,vt species, ideò transit glo. ad aliam solutionem,quæ fuit Azo.videlicet, ꝙ hic pactum fuit, ꝙ detur species pro pecunia:cum sit contra naturam vendi-
9 tionis,† quòd qui vendit speciem,teneatur dominiũ transferre;quia non tenetur,vt.l.ex empto.in princ.j. de actio. empt. & l. 1. j. de rer. permut. hæc operatur hic contractus, quòd quamuis pecunia fuerit data in quantitate,nõ
10 sit hic contractus venditionis;sed innominatus; † quia pactum ipsum appositum contra naturam contractus venditionis,alterat ipsum,& transfert in aliam speciem, vi-
11 delicet in contractum innominatum,do ut des, de cuius natura est propter significatum uerborum,quòd quis teneatur dominium transferre,ut d.l.naturalis. j. de præscrip.uerb.facit.§.sic itaque. Inst. de act.l. naturalis.j.de præscrip. uer. & l.ubi autem non apparet. in fin. de uerb.oblig. & hæc uult glo. quæ est clara usque ad fin. & hæc est uera,& communis solutio,quam tenẽt communiter Doct.& Iac. But. & Bart. quæ facit casum huius legis esse notabilem,& singularẽ, & secũdum quẽ summat lex. ¶ Vlterius opponitur,& 6.& extra glo.quod pactũ cõtra naturã cõtractus appositũ non alteret cõtractũ,nec transferat in alterã speciem, sed ipsum tantùm informet,& faciat ipsum terminos suos excedere,& sic oppo.d.l.Lutius. & l.dies.§.1.& l.Publia.§. 1. j. depo. Solue, in contrarijs constat de mente contrahentium, quòd uolunt esse unum certum contractum in iure uidelicet depositi, & hoc ex. uerbis ipsorum contrahentium.

§.Arbitrorum.L.societas.

SVMMAE.

1 *Arbitrorum genera quot.*
2 *Arbiter quis sit:quotque, & quibus modis in iure sumatur, vide nu.3.4.6.7.8.& 9.*
5 *Iudex ordinarius potest indubitanter de iure canonico recusari.*
9 *Arbiter,& arbitrator quot,et quibus modis inter se differant, vide latè traditum ab Auctore nume.10.11.12,13.15.16. 21.& 22.*
14 *Arbitramentum est quasi quædam transactio.*
17 *Compromissum factum in aduersarium (tãquam in arbitrium) tenet, qui sit ecclesiastica persona, & fiat de iure ipsius ecclesiæ.*
18 *Res ecclesiasticæ, quæ possidentur à Prælato, non sunt ipsius Prælati,sed ecclesiæ.*
19 *Dominium,& possessionem bonorum ecclesiæ,non dicitur habere Prælatus,sed Christus.*
20 *Deo oblata dicuntur, quæcunque ecclesijs per homines offeruntur.*
23 *Sententiæ arbitri (quæcunque sit) omnino est parendum.*

Sen-

24 *Sententia arbitratoris, si fuerit iniqua, reducitur ad arbitriũ boni viri.*

25 *Cum ad alicuius arbitratoris recurritur arbitrium, in dubio videtur recurri, tanquàm ad arbitriũ boni viri, siue in actu inter viuos, siue in vltima voluntate.*

26 *Quando malè est arbitratum, recurritur ad Iudicem pro emendatione.*

27 *Transactio, nullo dato, non valet.*

28 *Quando super contractu bonæ fidei est iniquè arbitratum, iudicium reductionis erit bonæ fidei.*

29 *Iniquum ipso iure valet, quia si non valeret, actio non oriretur ex eo ad destruendum.*

30 *Arbitrium non præsumitur iniquum, nisi probetur.*

31 *In causa reductionis ad arbitrium boni viri, sufficit de manifesta iniquitate docere.*

32 *Modus articulandi, & probandi iniquitatem in causa reductionis.*

33 *Vt, dictio, vtrùm conditionem, an modum importet.*

34 *Dispositio non redditur conditionalis, licèt verba ipsius dicant aliquid deberi ea conditione, quia verba [ea conditione] exponuntur, idest, eo modo, vel tenore, scilicet vt sic fiat.*

35 *Sententiæ arbitri ex compromisso aditi, si fuerit iniqua, vtrùm, & quando stari debeat, num. 36.*

37 *Persona nominatim expressa, non potest ad arbitrium boni viri recurri. quod tribus in casibus fallit, vt ibid. nu. 38.*

39 *Compromissum si fuerit in arbitratorem super aliquo contractu accessorio, puta quòd vendatur fundus pro mille, pacto apposito, quòd si appareat eum emphyteot. vel tributarium, fiat diminutio pretij arbitrio Gaij, an illo Gaio non arbitrante, poterit recurri ad arbitrium boni viri, nempè iudicis super illo accessorio. remissiuè.*

40 *Iura indistinctè loquentia, quòd omnino stari debeat sententiæ arbitri, nec aliqua peti possit reductio, vel ad alium recursus, quomodo intelligantur.*

41 *Ordinarius ex officio potest facere emendari sententiam arbitri, quæ manifestam contineat iniquitatem.*
Idem si contineat euidentem partis læsionem. nu. 42.

43 *Lex etiam ciuilis præcipit, quòd peccata corrigantur.*

44 *Arbiter, qui seruauit formam compromissi, functus est munere suo, vnde nõ poterit iterum arbitrari, secus si nõ seruauit.*

45 *Sententia quomodo, & quando dicatur nulla, & quando an nullanda.*

46 *Pignora data iniquo arbitratori, an possint retineri pro sententia iudicis reducentis. remissiuè.*

47 *Pignus idem nõ debet videri repetitum in secunda sententia, in qua non vigeat eadem ratio, quæ militabat in prima.*
Item an per arbitratorem poterit retineri, ne tatur ad arbitriũ boni viri, num. 48.

49 *Vir bonus, ad quem recurritur, quis esse dicatur, & an sit iudex.*

50 *Arbiter, vel arbitrator vtrùm erit, qui ex forma compromissi habeat potestatem cognoscendi de iure & de facto, sed pronunciandi de iure tantùm.*

51 *Iudex non potest remittere ordinem iudicij.*

52 *Sententiæ arbitri, an eo casu, quo debeat de iure tantùm pronunciare, sit standum, si fuerit iniquè arbitratus.*

53 *Arbiter, an arbitrator censeatur, in quem dicatur in compromisso fuisse per partes compromissum tanquã in arbitrum, & arbitratorem.*

54 *Si partes simpliciter dicant [eligimus in arbitrum] intelligetur electus, vt arbitrator, nisi ex alijs verbis appareat de contraria intentione.*

55 *Qui cœpit procedere tanquam arbiter, an possit postea redire ad viam arbitratoris. remissiuè.*

56 *Aequitas semper complectenda.*

57 *Facto compromisso in arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem, adiecta pœna, si pronunciat, valet in dubio dictum eius, tanquam arbitratoris, nec poterit reduci.*

58 *Arbitrorum, cæterorumq; iudicantium decreta, non debent esse elusoria, nec in alios transferri.*

59 *Habens potestatem procedendi ex ordinaria, & delegata iurisdictione, potest eligere, quòd in vna parte causæ vtatur ordinaria, in alia delegata.*
Item si credat habere duplicem iurisdictionem, cum unicam tantùm habeat nempè ordinariam, & protestetur se velle ex delegata tantũ procedere, an valeat processus ibi. remissiuè.

60 *Primi arbitri si cœperunt cognoscere tanquam arbitri iuris, postea tertio assumpto, voluerint procedere tanquam arbitratores, nunquid possint?*

61 *Interuentu nouæ personæ an fiat nouum compromissum.*

62 *Ex sententia arbitrorum an oriatur aliqua actio, remissiuè.*

63 *Sententia arbitratoris non dicitur propria sententia, vel arbitrium, sed potius transactio, vnde ex ea non oritur actio, si iuramentum non interuenit.*

64 *Quando super compromisso esset solum nudum pactum ex interuallo appositũ, tunc ex dicto arbitratoris nõ oritur actio, sicut nec ex ipso nudo pacto, sed tantùm exceptio.*

65 *Ex iuramento non oritur actio.*

66 *Sententia arbitratorum non habet paratam exequutionem, & quomodo sit agendum ex ea. nu. 67.*

68 *Arbitramentum non emologatur cursu decem dierum.*

69 *Sententia arbitratoris non potest emologari tacitè, scilicet cursu decem dierum.*

70 *Sententia arbitratoris, quam partes expresè confitentur, parit exceptionem transactionis, vel pacti.*

71 *Intellectus ad l. cum antea. C. de arbit.*

72 *Sententia arbitratoris quo iure peti possit, vt reducatur ad arbitrium boni viri, an officio iudicis, vel actione ex contractu. remissiuè.*

73 *Iudicis officium datur in subsidium, vbi deficit actio, cuius quidem naturam habet.*

74 *Quando petitur reductio ad arbitrium boni viri, quo remedio sit agendum, & quando agatur ex officio iudicis. de quo vide distinctionem ipsius Auctoris.*

75 *Iudex, coram quo poterit peti hæc reductio, vel cuius officium in hoc implorabitur, an erit iudex ipsius appellationis; cum ipsa reductio sit species quædam appellationis. remissiuè.*

76 *Iudicis officium quando imploratur à reo, cui exceptio competit, poterit ista reductio peti coram iudice ipsius rei, licèt non sit iudex ipsius actoris, & ratio.*

77 *Quando tractatur de examinatione testium, scilicet senis, vel valetudinarij, vel alicuius impediti ex aliqua rationabili causa, poterit interim fieri coram eo, qui futurus est iudex illius causæ.*

78 *Iudex ordinarius, ad quem per partes tanquam ad arbitratorem est itum, si fuerit iniquè arbitratus, quis erit competens iudex in causa reductionis, ad quem possit haberi recursus?*

79 *Pars, quæ post latum laudum, pendente causa reductionis coram Vicario Potestatis, interim impetrauit rescriptũ à DD. Antianis, per quod mandatur simpliciter iudici verificato, vt de tota causa cognoscat, si in ipso rescripto nullam fecerit mentionem de reductione, an videatur ipsi renunciasse, ita quòd laudum ipsum remaneat validum, nec possit amplius super reductione procedi.*

80 *Reductio ad arbitrium boni viri infra quantum tempus peti possit.*

81 *Arbitrarium esse dicitur, quod est indeterminatum à iure.*

82 *Reductio ad arbitrium boni viri, siue petatur iure actionis, vel iudicis officio, petitur, vt examinetur aliqua exceptio, seu defensio. remissiuè.*

Decla-

83 *Declaratio l. qui se grauatos. C. de cens. & censit. lib. 11. & quæ specialia habeat.*
84 *Distinctio data per Auctorem circa concordiam opin. Doct. quæ variæ fuerunt circa quantitatem temporis, intra quod possit peti reductio ad arbitrium boni viri. quod latiùs videas per ipsum.*
85 *Reductioni ad arbitrium boni viri, an renunciando quis facto suo, possit ab ea excludi, itaq; non possit amplius illam petere, de qua q. vide latè apud Auctorem.*
86 *Dolo futuro non potest renunciari.*
87 *Arbitrator potest in eius laudo auferre de iure vnius, & dare alteri, dummodo id moderatè fiat.*
88 *Quæ dicatur in iure parua, & quæ magna quantitas, in qua possit pars ab arbitratore lædi.*
89 *Partes in dubio debent esse æquales, ne dicatur iniquè arbitratum.*
90 *Deceptus in 6. parte ex contractu facto per procuratorem ad id speciale mandatum non habentem, poterit implorare remedium l. 2. C. de rescind. vend. scilicet vt pretium suppleatur, vel à contractu discedatur, si aliter contra ipsum procuratorem non posset habere regressum.*
91 *Si dictum fuerit in compromisso, quòd ex nunc partes emologant, quicquid fuerit arbitratum, quomodo intelligantur hæc verba. & quando præiudicet ipsa partium emologatio.*
92 *Sententia arbitratoris an possit emologari tacitè cursu decem dierum. remissiuè.*
93 *Renunciatio facta reductioni arbitrio boni viri per partes, si fuerit iuramento validata, an si postea appareat de vera, & manifesta iniquitate arbitramenti, possit nihilominus (non obstante vinculo iuramenti) peti ipsa reductio per partem læsam.*
94 *Iuramentum interpositum in quibus casibus sit seruandum, et quibus non, videas apud Auctorem de hoc latè disputantẽ. à nu. 93. vsque ad 95. distinguendo, prout ipse distinguit.*
95 *Arbitratori aliquid iniquum mandanti, quod sit contra Deũ, & cuius obseruantia peccatum induceret, non est parendũ, nec iuramentum petentem reductionem obligat ad id seruandum, in quo distinguas secundùm Auctorem.*
96 *Iuramentum non extenditur ad casus, de quibus non est cogitatum.*
97 *Iuramentum præstitum contra publicam iustitiam, honestatem, & bonos mores, non est obligatorium.*
98 *Nulla pronunciatio alicuius iudicantis (quomodocunque ab ea appelletur) potest fieri sine peccato, cum fit dolosè, odio, per gratiam, vel per sordes.*
99 *Iuramento non obstante, potest opponi exceptio doli per debitorem, etiam post biennium propter pecuniam non numeratam.*
100 *Mentiri non cadit in bonum virum, sicut nec iniuriari, fallere, vel decipere.*
101 *Qui iurauit soluere vsuras creditori, peccat si non soluit: dato quòd is, qui recipit sit in dolo, & peccet recipiendo.*
102 *Recipiens iuramentum ab infideli per falsos Deos, & eius fide vtens ad bonum, & licitum, non sociat se peccato illius, qui per Dæmonia iurauit.*
103 *Inducere hominem ad peccandum, nullo modo licet.*
104 *Iniquitas arbitratoris in causa reductionis, an possit detegi solùm ex actitatis coram ipso arbitratore, an verò etiam ex nouis probationibus, circa quod videas, quæ latè tradita sunt ab Auctore in hac materia.*
105 *Qui obtinuit in causa principali, si succumbat in appellatione, ex actis prioris causæ, non euitabit condemnationẽ expensarum, secus si succumbat ex nouis probationibus. nu. 107.*
106 *Error iuris non excusat à condemnatione expensarum.*
108 *Probatio, quæ non est noua, sed iam probati declaratio, nihil noui inducit.*
109 *Testes licèt non possint super eisdem capitulis post didicita testificata produci, tamen iudicis officio possunt ijdem testes repeti, vt obscurum illorum dictum declarent.*
110 *In appellatione ab interloquutoria, oportet doceri de grauamine iudicis à quo.*
111 *Ad probandam intentionem petentis reductionem, in qua oporteat detegi iniquitatem arbitratoris, quid debeat probari.*
112 *In causa reductionis super transactione, non sufficit probari arbitratorem contra iustitiam fuisse arbitratum in totum, vel in partem, sed multa alia quoque probanda sunt, nempè causa, quare quis petebat.*
Item quare conuentus se defendebat.
Item qualitas personarum.
Item si in illo dubio æquum fuisset nil dari, vel totum dari, & multa alia, de quibus nu. 113. & 114.
115 *In transactione quando quis est deceptus, vt eius deceptio deprehendatur, debet inspici non veritas tantùm, sed æstimatio illius dubij euentus litis, & qualitas probationum, quas tunc habebat, non attentis de nouo superuenientibus.*
116 *Arbitrator quando possit testificari de gestis coram se in causa reductionis.*
117 *Iudices an possint produci, vt ferant testimonium de his, quæ coram eis gesta sunt.*
118 *Procurator an possit esse testis contra dominum in causa, quã procurauit. remissiuè.*
119 *Iudex, vel arbiter quando possit esse testis in causa, quam iudicauit, vera traditur ab Auctore distinctio in hoc articulo.*
120 *Iudex non potest fungi duplici officio.*
121 *Iudex debet iudicare secundùm allegata, & probata.*
122 *Testis deponens debet moneri, vt iuret, aliàs si sponte iuret, non valet eius dictum.*
123 *Iudex non potest de iure sibi ipsi iubere.*
124 *L. ob carmen ff. de testi. quomodo intelligatur.*
125 *Testi reddenti testimonium de his, quæ ipse gessit, non creditur, nisi contra se ipsum, quod limitatur, prout nu. 126.*
127 *Conuentus, qui succubuit in causa reductionis, si contra eum per aduersariũ agatur ad pœnam in compromisso positam, si velit euitare pœnam, dicendo laudum iniquum, nunquid hoc poterit?*
128 *Pœna in compromisso apposita, nunquid poterit de iure canonico licitè exigi, sicut posset de iure ciuili.*
129 *Pœnarum species quot, quæ, & quo nomine vnaquæq; ipsarũ appelletur, & licitè possit exigi.*
130 *Pœna dicitur apposita in fraudem vsurarum, quando adijcitur solutioni quantitatis.*
131 *Arbiter quis esse possit, et an quilibet de iure non prohibitus.*
132 *Bannitus nostri temporis an possit esse arbiter. remissiuè.*
133 *Item an excommunicatus. remissiuè.*
134 *Excommunicatus an possit esse arbitrator. remissiuè.*
135 *Compromissum factum in excommunicatum, & eius declaratiò per modum laudi, vel sententiæ nullo modo tenet, si erat publicè excommunicatus. remissiuè.*
136 *Abbas an possit esse arbiter, & in eum possit compromitti, tanquam arbitratorem.*
137 *Item, quid de monacho simplici, vel fratre prædicatore, vel minore, nunquid possit in eos compromitti.*
138 *Compromissum factum in Abbatem alicuius monasterij sub nomine dignitatis, an transeat in successorem in dignitate?*
139 *Collatum in aliquem sub nomine dignitatis, non expirat eius morte, sed transit in successorem in dignitate.*
140 *Testator, cum dicit in testamento [relinquo Priorem talis ecclesiæ, vel Hospitalis exequutorẽ mei testamenti] an exequutio ipsius testamenti transeat per hæc verba in successorem.*

Episcopus

141 *Episcopus est legitimus exequutor testamentorum.*
142 *Exequutio testamenti, quando transeat in successorem in dignitate, distinguitur ab Auctore.*
143 *Exequutio testamenti eo casu, quo transit in successorem in dignitate, dicitur transire, quando talis exequutio sub nomine dignitatis, vel officij est collata in eum, qui dignitatem habet, vel officium iure suo, secus si nomine alicuius.*
144 *Comissio facta Vicario Episcopi sub nomine Vicariatus, non trãsit ad successorem in officio.*
145 *Exquutoris officium an transeat in hæredem, remissiuè.*
146 *Prælatus si super rebus ecclesiæ suæ cõpromittat, an eius morte expiret compromissum.*
147 *Mortuo arbitratore, in quem est compromissum, an eius morte transeat in hæredem ipsum compromissum.*
148 *Si in compromisso dictum sit, quòd transeat in hæredem, an intelligatur de primo tantùm hærede, an etiam de hærede hæredis, remissiuè.*
149 *Arbitrator nunquid possit compelli arbitrari, remissiuè.*
150 *Item an poterit arbitrari diebus feriatis, remissiuè.*
151 *Arbitrator nunquid debeat arbitrari præsentibus, remissiuè.*
152 *Arbitrandi potestas vsque ad quantum tempus duret, ita quòd finito eo tempore, non possit amplius arbitrari, remissiuè.*
153 *Arbitrandi potestas finitur, arbitratore nolente arbitrari.*
154 *Arbitrator quando dicatur nolle arbitrari.*
155 *Arbitramentum quando confertur in tertium, si infra annum non arbitretur, videtur nolle arbitrari.*
156 *Arbitrandi potestas in vltimis voluntatibus vsque ad quantum tempus duret.*
157 *Partes si non notificauerunt arbitratori, quòd arbitrari deberet, & per hoc sit elapsus dies, quid iuris.*
158 *Arbitrator post notificationem sibi factam à partibus, an cogatur arbitrari, remissiuè.*

Rbitrorum. ¶Iste. §. licèt per se allegatus sit, non est tamẽ per se. §. sed pendet à principio huius legis, cuius quidẽ materia (vt patebit inferius) redditur vtilis, & quotidiana, vnde pleniùs attingenda. l. legaui. ꝑ. de lib. legat. pro cuius quidem euidentia, & inferius dicendorũ (ne procedamus in æquiuoco) præmitto primò (quia text. dicit esse duo genera arbitrorum) quòd hoc nomen [arbiter] sumitur pluribus mo-
1 dis. † Quãdoque enim sumitũ pro iudice delegato, & ita sumitur in l. arbitro. & l. si ab arbitro. supra qui satisd. cogã. ¶Quandoque sumitur pro eo, qui subrogatus est in lo-
2 cum iudicis † delegati; & ita sumitur in l. apertissimi. C. de iud. ¶Quandoque sumitur pro eo, qui eligitur ad co-
3 gnoscendum de causa † suspitionis obiectæ iudici, & ita sumitur extra de offi. & potest. iud. deleg. in c. suspitionis. cũ simili. siue sit iudex delegatus, qui recusetur, vt dictis iuribus, siue ordinarius, vt extra de appella. cap. cum speciali. qui ordinarius potest indubitanter iure canonico re
4 cusari, † vt infra. & est expressum, extra de foro compet. in cap. si quis contra clericum, licèt de iure ciuili essent
5 opiniones, de quibus in d. l. apertissimi. † ¶ Quandoque,
6 sumitur arbiter pro iudice ordinario, † ita sumitur C. de postul. in l. quisquis. ¶ Quandoque summitur arbiter pro
7 domino in re sua, † ita sumitur. C. mand. in l. in re mandata. ¶Quandoque sumitur arbiter pro eo, in quem cõ
8 promittitur super contractu, lite, vel controuersia, † & iste est duplicis generis, vt dicit text. hic, de his duobus loquitur text. hic, cuius gratia præmitto, quòd hæc duo in-
9 ter se differunt, † scilicet arbitrator, & arbiter, de qui-
10 bus hic dicitur. Nam arbiter † propriè est, qui habet iudicare de iure, & secundùm ordinem iuris procedere, vt
11 C. de iud. l. rem non nouam. sed arbitrator † assumitur de iure, & de facto, & sup cõtractu, & propterea iuris rigorẽ
12 omittit, & æquitatem sequitur, † infra loc. l. si in lege. dummodo iniquè non arbitretur, vt hic. Et si dicatur, secũdùm hoc non potest dici arbitrator; cum non fuerit assumptus super contractu: sed super lite, respondeo, quòd
13 imò super contractu, scilicet transactionis, qui stricti est iuris, secundùm formam, quam ipse arbitrator accepit. Nam hoc arbitramentum est quasi quædam transactio,
14 † vt in Authen. vt diff. iud. §. primo. ¶ Item in alio differunt; quia in aduersarium principalem (vt in arbitrum)
15 non potest compromitti, † argumen. C. ne quis in sua causa. per totum, iuncta. l. prima. supra de arbit. sed vt in
16 arbitratorem † potest, vt extra de iure iurand. in c. Quintauallis. vbi casus secundùm Innocen. & ibi de hoc (per eũ) videtur casus de iure ciuili. infra de contrah. emptio. in l. hæc venditio. & infra locat. l. si in lege. primo. respon.
¶Quod tamen dixi non posse in aduersariũ, vt in arbitrũ compromitti, intellige, nisi sit persona ecclesiastica, in
17 † quam potest de iure ipsius ecclesiæ cõpromitti, vt probatur de præscrip. in cap. cum olim. & hoc ibi colligit Io. And. vbi hoc dicit cordi tenendum, & ratio huius est, quæ colligitur ex not. per eum de reg. iur. in sexto in cap. possessor. super verbo, præscribit, quod not. per Cin. in l. tertia. C. de dot. promiss. scilicet; quia res non sunt ipsius
18 Prælati, † sed ecclesię, de electi. in cap. tertio. & de donat. cap. secundo. Pro hoc facit; quia dominium, & possessio-
19 nem bonorum ecclesiæ, non dicitur habere Prælatus, † sed CHRISTVS; vnde quæcunque homines offerunt eccle-
20 sijs, dicuntur oblata Deo: † duodecima. quæstio. secunda. cap. nulli liceat. Ita not. plenè Innocen. extra de causa poss. & propriet. in c. j. in gl. secunda. circa prin. ¶Item & in alio differunt; quia sententia arbitri (etiam iniqua) nũ
21 quam potest peti reduci, † supra de arbitr. l. diem profer-
22 te. §. stari. sed sententia arbitratoris † sic, vt hic, quod tamen an sit verum, infra declarabo in quarta opposit. & possent aliæ differentiæ assignari, quas omitto; quia colliguntur ex infra dicendis, & ex not. in dicto. capitu. Quintauallis. & in Specul. de arbit. §. primo. ¶His præmissis, descendo ad §. nostrum, quem iuncto. princi. l. diuido. in partes quinque; quia primò ponit thema, & quæstionẽ, prout factum est in principio legis. secundò ponit. q. prout melius fieri potuit, & debuit. Tertiò distinctionem ponit conferentem ad determinationem quæstionis. Quartò quæstionem determinat. Quintò circa prædicta vnum dubiũ remouet. Secunda ibi [existimo] Tertia ibi [arbitrium] Quarta ibi [l. in proposita] Quinta ibi in l. quod enim. vers. illud. ¶In summa hoc intendit; sententiæ arbitri om
23 nino est parendum † sententia verò arbitratoris (si fue-
24 rit iniqua) reducitur ad arbitriũ boni viri, † hoc dicit.
¶Casum in terminis pone per te.
¶Legas literam. ¶ Notabilia per te collige; quia clara sunt, nempè primò, quòd duo sint genera arbitrorum de quo. s. dixi in euidentialibus. Secundò no. quòd cum ad alicuius arbitratoris arbitriũ reccurritur, in dubio vr̃
25 recurri tanq̃ ad arbitriũ boni viri, † siue in actu inter viuos vt hic, siue etiam in vltima voluntate, vt ꝑ. de leg. 2. l. 1. & ibi no. Tertiò nota, ꝙ si sit male arbitratũ, recurrĩ ad iudi
26 cem pro emendat. † ex quo patet, ꝙ illud arbitramentũ, nõ est propriè transactio, quia tũc (rõne iniquitatis) emẽ

dari non posset, vt l. Lucius. §. fin. ꝟ. ad Trebell. vnde glo.
in dicto §. 1. in Auth. vt differ. iudi. loquitur impropriè,
& largè de transact. in genere, per quam à lite receditur,
non autem de transact. in specie, quod etiam probo; quia
si arbitramentum æquipararetur transacti. simpliciter
sumptæ, sequeretur, quòd arbiter assumpt. super lite,
nunquam poterit in totum absoluere, vel in totum con-
27 demnare; quia transactio (nullo dato) non valet † C. de
transact. l. transact. quod tamen est falsum; æquiparatur
ideò transactioni in genere sumptæ, prout est quædam
conuentio, per quam à lite receditur. ¶ Quartò nota;
quòd quando cõpromittitur in arbitratorē super contra
ctu bonæ fidei, si iniquè est arbitratum, iudicium redu-
28 ctionis est bonæ fidei, vt hic, & in l. vnde si Neruæ. cum
ibi not. ex quo nota, quòd iniquum laudum ipso iure va-
29 let, † aliàs non oriretur actio ex eo contractu ad destruē
dum, si ipso iure non valeret, argu. §. eodem l. si ita coita.
& de contrahen. empt. l. fin. ¶ Quintò nota, quòd arbi-
30 trium non præsumitur iniquum, nisi probetur, † vt. ꝟ. in
d. l. vnde si Neruæ. ¶ Sextò nota, quòd in causa reductio
31 nis sufficit de manifesta iniquitate † doceri, vt in d. l. vn-
de si Neruæ. ¶ Septimò not. casum, quo probatur manife
sta iniquitas, de quo in l. quid enim. quam not. quia per
eam colligere potes modum articulan. & probandi
32 iniquitatem in causa † reductionis, & de his etiam. ꝟ. tan
gam. ¶ His ergò ad declarationem tex. expeditis, descen
do ad apparatum gloss. quem expediam, & declarabo:
demum latiùs intrabo materiā istam. ¶ Oppono primò
ad prin. l. hic innuit, quòd per dictionem, [vt] inducitur
33 conditio; contra imò modus † inducit. ꝟ. de cond. & dem.
l. demonstratio. §. fi. & l. 1. & ibi not. C. de his, quę sub mo
do. Sol. hic ponitur verbum [conditio] impropriè pro mo
do, vt scilicet dicamus [ea conditione] idest eo modo, vel
tenore, & hoc innuit prima glo. huius l. ex qua not. quòd
licèt verba in aliqua dispositione, veluti legati dicant, ali-
quid deberi ea conditione, exponas idest eo modo, vel te-
nore, vt scilicet sic fiat, &c. & hæc dispositio non est con-
34 ditionalis, † facit optimè. ꝟ. de manumiss. test. l. Mæuia.
secundùm Bart. ¶ Opp. 2. ad primam partem huius. §. ꝙ
35 sententiæ arbit. † ex compromisso aditi, non stetur, si sit
iniqua, probat. C. de arbit. in l. arbitrorū. Sol. dic, ꝙ debet
stari, vt hic, & l. diem. §. stari. ꝟ. de arbitr. nisi dolosè arbi-
36 tratus fuerit, † vel dolus interuenerit, quod dic, vt not. in
d. l. arbitrorū. & . ꝟ. de arbit. in l. ita demum. ¶ Opp. 3. ꝙ
37 expressa † nominatim persona, ad arbitrium boni viri re-
curri non possit; quia à persona non est recedendum, l.
si quis arbitratu. ꝟ. de verb. oblig. Sol. dicunt quidā, ꝙ illa
loquitur in cõtractibus stricti iuris, hic in bonæ fidei. Sed
certè hæc sol. non est bona, per not. in l. in proposita. ꝟ. eo.
p l. si ita coita. supra eod. & p l. si libertus. ꝟ. de oper. li
berto. & eò magis, ꝙ sumus hic in iudiciis bonæ fidei, sed
dic idem, si sit stricti iuris. Dic ergo secundùm glo. aut ar
bitrator arbitratur, sed iniquè, & recurritur ad arbitriū
boni viri, vt hic, siue in contractibus bonæ fidei, de quib.
hic, siue stricti iuris, vt d. l. si libert⁹. Aut nō est arbitratus
aliquid, & tunc non valet contractus, nec recurritur ad ar
bitrium boni viri; cum à persona non recedatur, siue in
cõtractibus bonę fidei, vt d. l. si ita coita. & C. de contrah.
empt. l. fin. siue in stricti iur. d. l. si quis arbitratu. de verb.
38 oblig. † Fallit in tribus casibus. f. in dote promissa ad quan
titatem, secundùm quòd tertia persona fuerit arbitrata.
C. de dot. pmiss. l. 3. & l cū post. §. gener. ꝟ. de iur. dot. Se-
cundò fallit in legato. C. cõia. de lega. l. fin. §. sed & si
quis. ¶ Tertiò fallit in venditione serui, si rationes compu
tauerit arbitrio domini. l. hæc venditio. ꝟ. de contrahen.
empt. not. per glo. in d. l. fin. C. de contrahen. empt. & hęc
est sol. glo. hic, & in contrario, & Doct. eam sequuntur cō
muniter, cuius sol. potest esse ratio; quia cum arbitratus
est (licèt iniquè) contractus est perfectus, & ex eo oritur
actio, & obligatio: & sic est materia, cui deseruiat officiū
iudicis in reducendo ad arbitrium boni viri, vt hic, & d.
l. vnde si Neruæ. sed qñ nō est arbitratus, contractus nō
est perfectus, nec ex eo oritur actio & obligatio, meritò
non est, cui officium iudicis deseruiat in reducendo ad ar
39 bitrium boni viri. ¶ Et ex hoc pulchrè infert Bart. † ꝙ si
contractus fuerit perfectus, & cõpromissum fuerit in ar-
bitratorem super aliquo accessorio ipsius contractus, pu
ta, ꝙ vendatur fundus pro mille, pacto apposito, ꝙ si ap-
pareat eum emphyt. vel tributarium, fiat diminutio pre-
tij arbitrio Gaij; nam licèt ille Gaius nunquam arbitra
tus fuerit, poterit recurri ad arbitrium boni viri, scilicet,
iudicis super illo accessorio; quia subest contractus per
fectio, cui officiū iudicis deseruit, & dicit esse casum. ꝟ. de
contrah. empt. in l. suę rei. & l. seq. & l. domū. qd nō nego.
& hoc prosequitur Bar. latiùs in d. l. si quis arbitratu.
¶ Oppono quartò cōtra prædicta, ꝙ indistinctè stari de-
beat tali sententiæ, nec aliqua peti possit reductio, vel ad
alium recursus, vt in princ. huius. §. & ꝟ. de arbit. l. diem.
40 §. stari. Sol. f. ꝙ prædicta loquūtur in † arbitratore: sed cō
traria in arbitro compromissario, cuius sententiæ (etiam
iniquæ) debet stari, vt dicto. §. stari, & post esse ratio diuer
sitatis; quia cum quis compromittit in aliquem, tanquā
in arbitrum, qui non seruet ordinem iuris in iudicando,
contemnit iudicem, ad quem pertinet hæc iurisdictio, &
sic non potest ad eum redire. ꝟ. de arbitr. l. litigatores. in
prin. & hoc est, quod dicit tex. cum glo. in l. 3. §. j. ꝟ. de ar
bit. & ibi glo. quæ incipit, pręcipuè. Sed quando compro
mittitur in aliquem tanquā bonum virum, ita ꝙ ab eius
dicto non recedatur, nec ad iudicem eatur, & cõpromitti
tur tanquā in arbitratorem; tunc cum semper sui natura
fiat super contractu, qui celebratur ex partium conuen-
tione, non ex iudicis auctoritate: meritò iudici nulla fit in
iuria, nec in aliquo contemnit. Ideo in causa reductionis
potest ipse adiri; aliud ergo in arbitratore, & aliud in ar
bitro, & cum hoc omnes Iuristæ transeunt, tam hic, q̃ in
contrariis, & vbique, vbi hoc tangit Bart. idem etiā extra
de elect. in c. causam. Sed sciendum est, ꝙ Host. in c. 2. ex-
tra de arbit. vt refert ibi Io. And. super vltima glo. dicit,
ꝙ si sententia arbitri contineat manifestā iniquitatem, nō
41 est illi standum: Imò ordinarius † ex officio illum faciet
emendari, & hoc innuit litera in d. c. 2. idem si contineat
42 euidentem læsionem partis, † & ratio est; quia tunc conti
neret peccatū, & sic emendandū, nec ei stabitur, d. §. stari
qd nedum repugnat iuri canonico, sed etiā ciuili; qd pro
43 batur; quia etiā lex ciuilis mandat peccata corrigi. † l. nā
hoc natura. ꝟ. de cond. indeb. hoc dictum notandum est;
quia fortè Legistis est hactenus inauditū. Attēde tamē;
quia hoc fortè procederet, si de peccato cōstaret, alias vi
detur standum dicto. §. stari. potest enim arbitriū esse ini
quum re ipsa, & tamen non animo peccandi, nec dolosè
agendi, & ideo vbi de peccato non constat, non videtur re
cedendū à d. §. stari. & ab isto §. ¶ Sed quæro cū glo. quid
si fuerit iniquè arbitratus, an iterum poterit arbitrari?
glo. hic arguit pro, & contra, & nil firmat: sed dic breui-
ter, quòd si arbiter seruauit formam compromissi, fun-
ctus est officio suo: vnde non poterit iterum arbitrari,
44 † secus si formam compromissi non seruauit, vt ꝟ. de ar-
45 bit. l. quid tamen. et Bart. hic. col. 2. Vel dic latiùs, † quòd
aliquando

aliquando sententia dicitur nulla, aliquando annullanda. Primo casu, vel dicitur nulla per errorem iudicis, & dic, vt ff. de arbit. l. 1 diē. Aliquando dicitur nulla propter defectum solemnitatis non seruatæ, & tunc aut erat ordinarius, aut delegatus: si ordinarius aditur ipse idem, & iterum poterit de causa cognoscere, l. si Præses. C. quomodo & quando iud. vbi etiam de hoc. Si delegatus, non aditur ipse, idem. l. si vt proponis. C. illo eodem titu. Aliquando dicitur nulla propter iniquitatem iudicis: & tunc ipse iudex non aditur, sed Superior secundùm Iacob. de Are. in l. absentem. C. de accusat. arg. eius, quod traditur in l. eos. C. de appellat. ¶ Secundo casu principali, quando sententia dicitur annullanda: tunc aut fauore personarum, & idem iudex aditur, l. in causæ. la seconda. §. fin. cum l. seq. ff. de mino. aut propter iniquitatem iudicis: & tunc non aditur ipse idem, sed Superior, d. l. eos. C. de appella. secundùm Iac. Butrig. ¶ Quæro secundò cum eadem glo. vtrùm pignora data iniquo arbitratori, possint retineri
46 pro sententia † iudicis reducentis? Glo. tenet quòd non, per l. 3. in princ. & l. cum apud Sempronium. ff. iudi. sol. Idem Bar. tenuit, idem etiam Iac. But. fortificans rationibus; quia fortior est prorogatio personæ ad personam, quàm temporis ad tempus, probatur (licèt ipse non alleget) extra de offic. deleg. in cap. pen. & prorogatio temporis facit, vt pignora primi temporis non retineantur pro secundo tempore, vt l. Labeo. §. hæc autem clausula. ff. de arbit. ergo multò magis facta prorogatione personæ ad personā non retinentur. Secundò vbi non est eadem ratio in secunda sententia, quæ est in prima, non debet vi-
47 deri idem pignus repetitū, † arg. l. licèt Imperator. ff. de leg. j. & ratio est; quia per primam sententiam non erat prouisum; quia non parit actionem, nisi in casibus. C. de arbit. l. ne arbitris. quia fuit prouidendum per pœnam, vel pignora: sed secunda sententia producit actionem in factum, vt ex ea efficaciùs agatur; ergo non fuit necesse, quòd pignora retineantur pro secunda. idem in pœna; quia intelligeretur repetita, secundùm Iac. But. ¶ Sed nunquid
48 potuerint retineri per arbitratorem, † ne eatur ad arbitrium boni viri? Dic quòd non, arg. d. l. 3. ff. iudi. sol. secundùm Guil. in Spec. de arbit. §. fin. in 4. col. vers. quid si posui me in arbitrio alicuius &c. ¶ Quæro tertiò quis dicatur ille bonus vir, ad quem recurritur? dic, vt in l. fin. C. de contrahen. empt. & hic per Doct. Nec enim omnis, qui reputatur bonus, est bonus: quia potest Diabolum habere sub cappa: & ideò dic, quòd erit iudex, vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. ff. de eo, quod cer. lo. l. quod si Ephesi. & ff. iud. sol. d. l. vir bonus. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. Prætor ait. ff. de procurat. l. sciendum. §. ait Prætor. & hoc voluit etiam glo. & Doct. hic, & per hæc sumus
49 expediti de apparatu. ¶ Descendamus ergo nunc ad materiam; & quia (vt dixi in euidentialibus) differt arbiter ab arbitratore in modo cognoscendi; quia arbiter de iure tantùm, arbitrator verò de facto. Quæro, quid si sit dictum in compromisso, quòd possit cognoscere de iure, & de facto, sed pronunciare tantùm de iure, an erit arbiter,
50 vel arbitrator? † Dic, quòd erit arbiter; nec enim ex modo isto, & potestate cognoscendi alteratur eius qualitas; quia & iudex quandoque cognoscit summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, &c. ff. de offic. proconsul. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. & in Cle. sæpe. de verb. signi. & tamen non desinit esse iudex, etsi dicatur, hoc videtur fal
51 sum; quia ordinem iudicij nō potest remittere † l. secunda. §. sed quia iuramētū. C. de iur. cal. & not. C. de lit. contest. Auth. offerat. extra de off. deleg. in c. in causis. & in d. Cle. sæpe. in vltima glo. & tangitur per Iacob But. C. de episc.

& cler. in Auth. generaliter. responde verū hoc, quādo litigāt corā iudice, qui iurisdictionem habet à superiore; secus si corā arbitro, cui consensu partiū attributa est notio, &
52 hoc dicit Bar. de cōsuetudine seruari. ¶ Iuxta prædicta † quæro eo casu, quo est dictū, quòd debeat pronunciare de iure tātùm, an stari debeat eius sententiæ, si iniquè fuerit arbitratus? Bart. hic primò dicit quòd sic; quia arbiter est, vt dictū est, ergo &c. In contrarium allegāt propter formā compromissi, qua cautum est, vt sententiet de iure: quod non est seruatū, & sic indeterminatum dimittit, dicens, cogitabis. Sed attende; quia idem Bar. in l. diem. §. stari. ff. de arbit. firmat secundam partem, scilicet quòd tali sententiæ non debeat stari. Nec ob. §. stari. quia loquitur, quādo fuit simpliciter cōpromissum: sed in quæstione proposita fuit dictum, quòd pronunciaret de iure, quod non fecit, & sic excessit formā compromissi, quod nō potest, l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arb. & ideo sentētia eius est nulla. & ita refert ibi se consuluisse de facto, quod secundùm eum est multum not. ¶ Quæro, quid si in compromisso dicatur, quòd compromiserunt in eum, tanquam in arbitrum, & arbitrato-
53 rem, nunquid iste censebitur arbiter, vel arbitrator? † dic breuiter, quòd si processit, seruato iuris ordine; iudicabimus de eo, vt de arbitro: sed eo nō seruato, vt de arbitratore; ex modo ergo cognoscēdi de eo iudicabimus, sed non ex modo iudicandi, arg. ff. de iudi. l. j. & quod not. in l. episcopale. C. de episc. aud. hoc firmat clarè Inno. in d. c. Quintauallis. dic etiam, quòd si partes simpliciter dicant [eligimus
54 eum in arbitrū] non intelligetur electus, vt arbitrator, nisi ex aliis verbis appareat de contraria intētione, puta quia dixit, quòd posset procedere, non seruato ordine iudiciario. Item si dicant [eligimus in arbitratorē, vel in bonū virū, qui determinet quæstiones nostras] nō intelligitur electus vt arbiter, nisi ex aliis verbis appareat. & hæc duo ad literā ponit Guil. in Spec. de arb. §. fi. ver. quid si simpliciter eligitur in arbitrū. non tamen allegat Innoc. ¶ Quæro, quid si cœpit procedere (vt arbiter) & vult postea recedere ad
55 viā arbitratoris, vel è cōtra, an hoc possit? † Fertur Dy. tenuisse quòd nō, quasi hi duo modi procedendi sint contrarij, & sic per vnius eorū electionem, alterius insurgat tacita renunciatio, arg. C. de fur. l. j. & ita colligitur ex not. in l. 2. §. sed si alius. ff. quan. appel. sit. vbi per Dy. & etiā ibi sequitur Bar. & in l. si dñm. ff. de furt. remittēs se ad Spe. in tit. de arbit. §. sequitur. i j. col. ver. quid si cōpromissum est in aliquē, &c. & in ver. sed nunquid pōt peti. vbi hoc idem videtur velle. Quidā etiā Can. allegant hoc voluisse Innoc. in d. c. Quintauallis. arg. d. l. j. C. de furt. & extra de appel. c. sollicitudinem. Sed certè nō percipio, quid ibi tetigerit Inno. Host. tamen ibi videt sentire contra, dicendo, quòd si primò processit ordine iuris seruato, deinde sine ordine iuris procedat, melius est dicere, quòd si sñia istius est æqua, illi stādum sit, tanquam sñiæ à d. arbi. latæ: si iniqua, reducatur ad arbitriū boni viri, tanquam dictū istius censeatur dictū arbitratoris, & non arbitri, & isto casu dicimus, quòd præeligamus æquitatem, quod facere debemus; quia oīs iniquitas cedit æquitati. ff. de eo quod cer. lo. l. quod si Ephesi. Item per hæc etiam restringentur lites, extra de rescript. c. nonnulli. facit. ff. si cer. pet. l. quidam existimauerunt. Item vt res potiùs valeat, quàm pereat, extra de verbo. signifi. c. Abbate. facit. ff. de rebus dub. l. quotiens. ita dicit Hostien. in dicto c. Quintauallis. pro quo videtur facere, quod in simili dicit Guil. in Specu. in dicto §. fin. vers. sed pone. sicut quotidie fit, vbi dicit, quòd si compromissum fiat in arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem, &cætera. pœna apposita, si pronunciat, valet in dubio dictum eius, tanquam arbitratoris, nec poterit redu-

ci,arg.š. mand l. qui mutuam . & quia nō itur ad arbi-
tros cā inducendarum, sed dirimendarū litiū,vt š.de arb.
l.quamuis.nec iudicantium decreta debent esse elusoria,
56 præsertim arbitrorum , nec in alios transferri,† l.nō distin
guem'.§.quæsitū.š.arb. ĵ.de reb.dub.l.quotiēs.ĵ.de iud.
l.si Prætor.primo resp.C. de bon. quæ lib. l.cū nō solū §.
vb aūt pueriliis.in fin.& l.fi.ĵ. nequid in loc. pub. habens
aūt potestatē procedendi ex ordinaria, & ex delegata iu-
risdictioine, potest simul ex vtraque procedere , & non
compellitur alteram eligere;si tamen eligat,valet electio,
& illa auctoritate vtetur. Item potest eligere,quòd in vna
57 parte causæ vtatur ordinaria ,in alia delegata. Et quid † si
credat duas habere , cum non habeat nisi ordinariam , &
protestetur se velle tantùm ex delegata procedere,an va-
leat processus ? Hæc omnia vide pulchrè per Innoc. ex-
tra de præscrip.in c.cum ex officio.in gl. not.cui similiter
adde quod tangit etiam Bart in l.multum.de condi.& de
mon.¶Sed circa hoc insurgit dubium,dato quòd non pos
sit ex vno modo procedendi ad alium conuolari , vt dixit
Din vtrùm hoc poterit interuentu nouæ personæ eis asso-
ciatæ ? exemplum pone , quòd primi cœperint cognosce
re,tanquā arbitri iuris, postea assumptus fuerit tertius &
58 voluerint procedere,vt arbitratores,†nunquid hoc pote-
runt ? dubium est , nunquid interuentu nouæ personæ
59 fiat nouum comprom issum.† Circa quod dic,quòd quan
doque tertius assumitur ab ipsis arbitris,vel à iudice : tūc
non est nouum compromissum,nec ille tertius est arbiter:
sed est quidam tertius assumptus ad concordandum eos,
adeo quòd ipse non debet sententiare:sed arbitri cogun-
tur secundùm suum consilium sententiare. l. item si vnus.
§ 1.š.de arb.& ibi no.in gl.2.& clariùs in Spec. de arb. §.
60 fin.versic.sed nunquid ille tertius. Quandoque tertius as-
sumitur à partibus:& tūc satis puto, quòd ille tertius fiat
arbiter,& videtur nouum compromissum,arg.š. de arb.l.
Pedius.in fin. facit.š. de iureiur. l.iusiurandum. & hoc di
cit Bar.verum de iure communi:de lege verò municipa-
li hic tertius assumendus appellaretur arbiter, & tunc est
dicendum,quòd talis sit arbiter , & pronunciare cogatur.
Ita colligitur ex nota.per Bar.in l.si d.minium ĵ.de furt.
quod satis est not. dignum. ¶Quæro , vtrùm ex sententia
61 † arbitrorum oriatur aliqua actio , respondet Inno.† in
62 dicto c Quintaualis.quòd si iuratum fuit,potest pars pete
re per officium iudicis,vt cōdemnatus soluat, si sit æquū;
si verò iniquum , potest ad arbitrium boni viri recurri,
arg.illius c.& ĵ.de reg.iur.l.in personam. & istius nostri.
§.sed si iuramentum non interuenerit:ex sententia talis ar
63 bitratoris non oritur actio, nec propriè dicitur † senten-
tia,vel arbitrium,sed potiùs transactio,vt no.Ioā. Crem.
in Auth.de fid.instrum.§.j colum.9.est tamen vtilis in il-
lo casu hæc arbitratio ; quia si stipulatio interuenerit , ex
illa agetur,vel si nō interuenerit,& fuerit assumptus arbi-
trator super aliquo contractu , puta vt arbitretur de pre-
tio rei venditæ , vel similis rei: tunc agetur actione ex ven
dito,vel ex alio contractu simili sic informata,l.iurisgen-
tium.§.quinimò.š.de pact. & l. petens.C. illo eod.titu.de
pact.aliàs si esset solum nudum pactum ex interuallo ap-
positum:tunc ex dicto arbitratoris non datur actio , sicut
64 nec ex nudo pacto,sed tantùm exceptio,† s si cer. peta.l.
lecta.& d.l.iurisgentium.§.igitur nuda. Ita dicit Inno.Sed
attende.quia Bar.hic dicit,quod in eo,quod Inno.innuit,
quod vbi est iuratu,agitur ex iuraméto,hoc est falsum:qa
65 ex iuramento nō oritur actio,†n.si qui est litis decisoriu,vt
not.de iu.iur.in l.iusiurandum,quod ex cōuentione.& vide
quod no.per eund. Bar. ĵ.de fideiuss.in l.si quis pro eo.sed
iuramentum, quod apponitur in compromisso,est ad con
firmandum contractum. meritò actionem non producit
Et ex hoc dicit ipse,quòd sententia arbitratorum non ha-
66 bet paratam exequutionem , † sed agendū est ex stipula-
tione prædicta,vel ex contractu præambulo impleto per
67 arbitramentum , nō autem incōtinenti† exequi.C.de exe
quut.rei iud. l.nimis propere.& ĵ.de re iud.l. si cū nulla.
licèt secundùm eum Hosti. videatur innuere contrarium
in præalleg.c.Quintauallis.& pro hoc etiam facit;quia ar
68 bitramentum nō emologatur,& etiā cursu decem† dierū.
l.cum antea. C. de arbi.loquitur in arbitro , non in arbi-
tratore,secundùm Innocen.in d c.Quintaualis. Ex quo no
ta,quòd sententia arbitratoris non potest emologari taci
69 tè,† scilicet cursu decem dierum,si tamen partes illam ex
70 pressè† ōsiterētur,parit exceptionē trāsactionis, vel pacti
71 secundum Inn.quod no.pro intellectu† d.l.cum antea.vi-
des ergo quomodo in principali dicto.š. Barto. reprehen
dat Innoc.& Bar.reprehensionē communi ter Doc.sequun
tur,& ita audiui Dom.Fran. de Ramponibus penultimo
anno mei studij,dum solemniter legeret hunc §. hāc opi.
sequi, & alias Bar. opiniones hic positas , quas quasi for-
maliter(vt notabiles) sequebatur. Sed impossibile quodam
modo videtur,nec aliquo pacto verisimile tantum virum,
quātus fuit Inn.errasse de facili, idcirco ꝓ eius saluatione
(rogo te) pondera,quomodo loquatur Innoc. Nam non
dicit Inno.quòd detur actio in factum ex iuramento,vt di
xit Bar.cum diceret,sed quòd propter iuramentum in ar-
bitramento appositum , potest iudicis officium impl ora
ri,quod nō potest,vbi non interuenit,quasi dicat, quod cū
compromissa,& cōuentiones de stando alterius arbitrio
ineantur communiter nudo pacto,vt pulchrè notat,& de-
clarat Bar.in l.ita stipulatus.in quinta parte illius l.ĵ. de
verb.oblig.circa opi.de l.nuda. in fi. & statim dixit Inno.
in fin.eiusdem glo. ita quòd partes non possint compelli
illa seruare,& ista ē ratio;quia nō compellitur arbiter pro
nunciare,nisi sit pœna promissa , timore cuius arbitrio
pareatur.š.de arb per totū.Si verò reperitur ibi aliquod
ligamen,pars potest omnino nō seruare; nimirum ergo,si
non datur remedium parti ad compellendum aliam par-
tem ad seruandum,quod cessat,vbi iuramentum interue-
nit;quia cum per iudicem debeant compelli ad illius ob-
seruationem,ex quo non vergit in dispendiū salutis æter-
næ,extra de iureiur.c.licèt mulieres.& c. cum contingat.
& quia regulariter oē iuramentum est seruandum , quod
seruari non prohibetur,& quia regula de obseruantia iu-
ramēti est tradita sub præcepto affirmatiuo, quod etiam
est iuris naturalis : vnde in sacris literis dicitur [red-
de domino iuramenta tua] ad idem & de iureiuran.cap.
& si Christus.nō est ergo mirū,si potest pars petere aliam
partem compelli ad illius obseruantiam , pro hoc extra
de iu.iur.c.debitores. & hoc est,quod iudicio meo voluit
Inno.& sic intelligendo credo , quòd possit defendi à re-
probat.Bart.quod rogo (si tibi videtur verum , & vtile)
quòd admittas , & inuentori honorem impendas. ¶Quæ
72 ro,quo iure peti possit , quòd sententia arbitratoris † re-
ducatur ad arbitrium boni viri.Quidam, vt Specu.in titu.
de arb.§.sequitur.versi. sed quo iure.& glo. Insti. de con-
trah. emp.§.pretium.in gl.2.videtur dicere hoc peti offi-
cio iudicis. In contrarium facit tex.in l.vnde si Neruę.isto
tit.vbi videtur velle,ꝙ actione ex eo cōtractu,& per cōse
quēs nō ex officio,qd ē subsidiariū.š.de minor.l.1 circa. la
2.hoc idē firmat gl.sꝙ iure actionis petat.ĵ.locati l. si in
lege.i prin.in gl.sup verbo.mīta.i.ꝓ nō facta.&c.Iac.Bu.
dicit dari officium iudicis , quod datur in subsidium , vbi
73 deficit actio,† l.qd.si minor.§.fin.s.de mino.quod officiū
habet naturam actionis , vt d. l. quod si minor. vel dica-
mus,

mus, quòd detur actio in factum ad rescindendum ex æquitate, per l. quotiens. ʃ. de præscript. verb. in gloss. vltima, cum dicit, quòd datur ex æquitate legis, secundùm eum: Doct. ergo variant, quid dicendum? Canonistæ simpliciter transeunt, quòd officio iudicis, sed tu dic perfe-
74 ctius pro opin. concordia, † quòd aut loquimur in contractibus stricti iuris, & tunc officio iudicis agitur. l. si libertus. ʃ. de oper. liber. & ita intelligatur prædicta opin. Aut loquimur in contractu bonæ fidei: & tunc ex eo contractu oritur actio ei, qui vult petere reduci, vt petat actione ex eo contractu, vt hic. Aut actio non oritur ei ex eo contractu, & tunc iudicis officio, exemplum in contractu dotis. Compromissum est in aliquem, vt statueret dotem alicui mulieri, qui statuit, & iniquè; quia mulierem nimis grauauit: certè ex parte mulieris, constante matrimonio, ad repetendum nulla oritur actio, & tunc recurritur ad officium iudicis, argu. d. l. si libertus. quod probo aliter, si mulier conueniret à uiro, vigore talis arbitramenti mulier posset excipere de eius iniquitate, & sic per officium iudicis mercenarium de eius iniquitate cognoscitur; quia regulariter videtur, quòd quilibet habens exceptionem, etiam si non conueniatur, potest iudicis officiũ implorare, ne inquietetur ab aduersario, probatur optimè. C. qui bo. ced. poss. l. l. 3. & ʃ. de fideiuss. l. l. si cõtendat. & ibi est text. secundum vnam lec. gloss. facit l. Aurelius. §. centum. & quod ibi notatur. ʃ. de lib. leg. secũdùm Bar. ¶ Sed quæro, quis erit iudex, coram quo peti poterit hæc
75 reductio, vel cuius officium implorabitur? † dicunt quidam, quòd erit iudex appellationis; quia ista reductio est quædam species appellationis. l. non distinguemus. §. cũ quidam. ŝ. de arbitr. & hoc dicit Bart. quòd communiter tenent aduocati; ipse tamen tenet contra, dicens, quòd imò erit iudex causæ principalis; nam si iure actionis petitur hæc reductio, vt dixi supra in prox. q. non est dubiũ, quòd actor sequitur forum rei, & hoc per reg. generalẽ positam in l. 2. C. de iurisd. omn. iud. quæ reg. procedit, ẽt si imploretur iudicis officiũ, vt l. 2. C. vbi, & apud quẽ. & extra de foro compet. c. cum sit generale. & hoc deberet examinari coram eo, qui esset iudex illius actionis, & hæc probatur opi. per casum d. l. vnde si Neruæ. prout habetur in litera per iudicem bonæ fidei, & ita ego habeo. Idem si petatur per officium iudicis, d. l. 2. C. vbi, & apud quem. dicit tamen aduertendum, quòd quando istud officium iudicis imploratur à reo, cui exceptio competit,
76 † poterit ista reductio peti, coram iudice ipsius rei, licèt non sit iudex ipsius actons, ratio; quia cum ista exceptio nunc examinetur principaliter, quæ aliàs in iudicio (actore agente) examinaretur incidenter, potest examinari coram illo iudice, coram quo actor deberet hanc actionem proponere, nec in hoc actor grauatur; quia sic haberet necesse fateri de iure communi, pro hoc videtur casus supra de transact. in l. cũ hi. §. transactionis alimentorũ. vbi dicitur, quòd ille iudex debet arbitrari super transactione alimentorum, qui esset futurus iudex super lite. Sed quando recurritur ad iudicem, vt ad bonum virum, recurritur, vt arbitretur super transact. ergo, &c. subdit ipse, ꝙ idẽ fortè esset, vbicunq; super aliqua exceptione debet aliquid examinari principaliter, vt cum reus petit ad sui defensionem examinari testes ad æternam rei memoriã. nam fiet examinatio coram iudice rei, qui futurus esset super causa. Ita debet intelligi l. fi. C. de vsur. pup. secundùm vnam lect. & ex hoc apparet, quòd non recurritur ad superiorem arbitratoris, sed ad iud. partium, secundũ ea quæ dixi. Hoc ẽt notant Canonistæ circa intellectũ ad Decret.
77 qm̃ frequenter. in prin. vt lit. non contest. vbi tractatur † de examinatione testium senis, vel valetudinarij, vel alicuius impediti ex aliqua rationabili causa fienda ante lit. contest. ad perpetuam rei memoriam, scilicet quòd debeat, & possit fieri corã eo, qui esset futurus iudex rei in causa illa, & ex his debet patere, quòd non recurritur ad Superiorem arbitratoris, sed ad Iudicem partium: hoc etiam colligitur extra de arbit. in c. exposita. vbi Papa cognoscit de arbitramento lato à Duce Venetorum, qui sibi non suberat, tamen partes sibi suberant, mandans electo, & Abbati Sancti Genonis in irritum reuocari, quicquid per illius Ducis arbitriũ contra sententiam Episcopi Host. Apostolicæ sedis legati, inueniretur esse factum, &c. vt ibi; partes tamen, de quibus ibi, & inter quas quæstio vertebatur, bene suberant ipsi Papæ, & hoc in se satis est not. ¶ Sed circa hoc moueo dubium, pone quòd hic, qui arbitratus est, erat aliàs ordinarius iudex illius causæ, ad quem est itum per partes tanquã ad arbitratorem, quod potest fieri, secundùm communem opi. Iuristarum, de qua per gl. & Doct. supra de arbit. in l. sed & si seruũ. §. si quis iudex. & ẽt Canonistarũ, de quo ꝑ Canonistas extra de arbi. ĩ c. cũ tempore. super prima gl. & 23. q. 8. ĩ c. si quis membrorũ. & 5. q. 3. ĩ c. si primatis. quis erit tunc iudex in causa redu-
78 ctionis, si iniquè iste fuerit arbitratus? † puto posse dici, ꝙ cum isto casu non possit haberi recursus ad ordinariũ illius causæ, quia ipse fuit, qui pronunciauit, sed habebit recursus ad iudicem apostolicum: quia hoc casu respectu cognitionis, & deuolutionis fit quasi quædã species prouocationis, d. l. non distinguemus. §. cũ quidam. ŝ. de arbitr. & hoc casu vr̃ indubitanter procedere cõmunis aduocatorũ op. de qua. ŝ. in prox. q. cogita. ¶ Sed pone (vt pridie de facto hic contigit) ꝙ pẽdente causa reductionis corã Vicario D. Potestatis, pars, quæ reductionẽ petebat, interim impetrauit rescriptum à D D. Antianis, per quod mandat simpliciter iudici verificato, scilicet vt de tota causa cognoscat, non tamen facta aliqua mentione de reductione in rescripto, an hoc ipso videatur pars renunciasse re-
79 ductioni petitæ, † ita quod laudum remaneat validũ, nec amplius possit in causa reductionis procedi, nec de nouo intentari, cogita; quia (vt dixi) de facto viget. ¶ Quæro in-
80 fra quantum tempus pòt peti reductio † ad arbitrium boni viri, ponit Spec. in tit. de arbit. §. sequitur. ver. Sed infra quod tempus. arguit primò hoc esse arbitrarium, tanquã
81 indeterminatum † à iure, argu. extra de offi. deleg. c. de causis. &. ʃ. de iure delib. l. 1. demum refert quosdam dicere, ꝙ vsq; ad 30. annos. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut. quasi hoc sit quoddam ius personale. Alij secundùm eum distinguunt, ꝙ aut in arbitrio est præfixum tẽpus, infra qd̃ aliquid debeat solui, vel fieri: & tunc infra illud tẽpus dẽbet hæc reductio peti. Aut non est præfixũ, & tunc dẽt peti infra quatuor menses, qui dantur condẽnatis à iudice ad soluendũ. ŝ. de arbit. l. si cum dies. & hoc in agen. Nam sẽper excipi poterit. ʃ. de do. except. l. purè. in fi. Tutius tamen putat, ꝙ infra decendium, sicut in appellatione dr̃, quasi hoc sit quædam species appellationis, & in hoc residet. Hãc ẽt opi. refert hic Iac. But. quosdã fuisse sequutos, arg. l. non distinguemus. §. cum quidam. ŝ. de arbi. Sed certè hæc opi. Spec. non est vera; quia siue petatur iure actio-
82 nis, † siue officio iudicis: petitur, vt examinet aliqua exceptio, seu defensio, secundùm quosdam: vnde non erit dubium, tam breui tempore hanc potestatem petendæ reductionis nõ tolli; quia actionibus, vel exceptionibus nõ præscribitur minori tp̃e 30. ann. vt not. glo. in l. querela. C. de fal. Aduerte, quòd ista opi. cõfunditur ex dictis eiusdem met Spec. in titu. de arbitr. §. 1. vers. quid si à tempore, quo cœpi agere, &c. vbi dicit, ꝙ si petita reductione, pars

negligat illam prosequi per annum, quòd ei postea pro sequenti, non poterit opponi lapsus anni, sicut posset in appellatione, extra de appellat. c. cum sit. & c. oblatæ. circa med.& C. de temp.app. Auth. ei, qui.& in corp. vnde sumitur. nec potest secundùm eum dici hæc appellatio, sed attestatio, d.l.non distinguemus.§.cum quidam.& C. eod.l.pen.ver.sin autem, & sic patet. ꝙ sibi ipsi in hoc videtur esse contrarius; quia si non censetur hæc reductio appellatio, quantùm ad tempora futura,& persequutio, vt prox. dixi; ergo nec quantùm ad prima tẽpora.s.ipsius reclamationis, ne eadem res censeatur diuerso iure, contra l. eum, qui ędes.ꝭ.de vsucap.Potest etiam aliter respõderi ad illum.§.cum quidam.secundùm Iac.But.ꝙ ibi loquitur non de appellat.sed de quadam reclamatione, de qua.s̄.qui satisd. cog.in l. arbitro. & C. de relat.l. 1. hæc ergo opi.nullo mõ uera. Alij ergo, vt Mar. de Syllim.simpliciter dix.hanc reductionem peti posse perpetuò, & idẽ (vt audiui)tenent And.de Pis.& Nicol. de Mat. ¶ Alij, vt Iac.But.distinguunt, aut arbit. aditur super lite, & sic est verus arbiter, & non rescinditur, arg.d.l.diẽ.§. stari.quod tamen intellige, vt.s̄.dixi.Aut aditur super cõtractu bonę fidei, & tunc (quia actio durat per 30.annos)vsq; ad illud tempus poterit peti reduci.Alij, vt Bar.dicunt, quòd hæc q.requirit decisionem Principis:tamen de iuris rigore, (secundùm ea, quę scripta sunt in iure)putat, quòd si pars taceat per annum, videatur approbare arbitramentum, & allegat pro hoc casum l. qui grauatos se. C. de cens. & censit. & æquat.lib. 11. vbi dicitur, quòd si aliquis dicat se iniquè æstimatum, & in impositionibus collectæ nimis grauatum, quòd infra annum (postquam sciuit) debet
83 conqueri; postea autem non audiatur. Sed certè illa † l. non multum vrget; nam ibi puto speciale fauore fisci, vt infra illud tempus debeat peti. Nec mirum; quia sic & aliud contingit speciale in illa materia.s.ꝙ hypothecaria, quæ prætenditur contra rem alicui obligatam, tollatur spatio sex mensium, vt patet.C.eo.in l.fi.& ex not.ibi per gl. quæ tamen aliàs sui natura maiori tempore consueuit durare, secundùm l.cũ notissimi.in prin. C.de præscript. 30. vel 40.ann.& ibi not.& sic intelligendo, illa lex potiùs faceret contra eum; quia si ibi est speciale, ergo &c.l. 1.in fi. ꝭ.ad municip.cũ sim. ¶ Quid ergo dicendum? puto, quòd
84 à iure re uera non sit præfixus certus terminus: † tamen pro huiusmodi declaratione, & veritate habenda, puto opin. prædictas in suis casibus veras. Distinguo ergo, si quæratur.ꝭ.quantum tempus possit peti reductio, aut in arbitrio non est promissa pœna de parendo sententię talis arbitratoris, & tunc non puto præfixum d.tempus, nisi secundùm infrascripta. Aut est promissa pœna de parendo, aliàs talis arbitrator iussit aliquid dari, vel fieri infra certum tempus: & tunc fortè potest dici, quòd nisi.ꝭ. illam diem pars cessans implere, fuerit conquesta de iniquitate arbitratoris, quòd committetur pœna, arg.s̄. de arbi.l. si cum dies.§.fin. dato quòd postea velit agere de iniquitate arbitrij: vnde quantùm ad efficaciam huius pœnæ, non poterit vlteriùs de iniquitate agi, licèt respectu principalis negotij possit adhuc, & sic intelligatur, & verificet vna opi.posita.s̄. per Gui.quod tamẽ an sit verũ, cogita; qa nolui modò, cũ statim mihi occurrerit cogitare, & determinatè. Aut certũ tps non adiecit, vel dato ꝙ adiecerit, loquit̃ de reductiõe ipsa respectu principalis negotij: tunc aut ista reductio petitur iure actionis, aut officio iudicis.Si per viam actionis: tunc hæc reductio durat tanto tempore, quanto durat actio: vnde si actio erat perpetua, & hæc perpetua: si temporalis, & hæc temporalis: sed si petitur iudicis officio, tunc aut officio iudicis, quod loco actionis ꝑponitur, & idẽ, vt proximè dixi; quia tanto tempore durat, quanto actio. Aut officio, quod proponitur loco exceptionis, verbi gratia, contra agentẽ contra me ad id, quod in tali arbitramento deuenit, de iniquitate ipsius arbitrij excipio, & peto per ipsum iudicem de eius iniquitate cognosci, & ad arbitrium boni viri reduci; & tunc est idem, quia sicut exceptio sui natura est perpetua.l.purè.in fi.ꝭ.de doli excep.& C. de excep.l. licèt.& ibi not. ita hæc reductio per hunc modum potest perpetuò peti. ¶ Subdit Bar.hic posse dici (& fortè nõ malè)quòd prædicta vera, quando petitur per modum actionis, vel officio iudicis, quod proponitur loco actionis, vel exceptionis:sed quãdo officium iudicis principaliter proponitur, vt in contractibus stricti iuris: & tunc peti debet ista reductio, olim infra annum vtilem, hodie infra quadriennium continuum.C.de tempo. in integrum restit. l. superuacuam differentiam. Et ex his ita ponderatis vide etiam omnes opin. verificari. ¶ Quæro, viso quomodo pars possit excludi à petendo reductionem tacitè, scilicet per temporis cursum, secũdùm prox.d.an possit ex-
85 cludi facto suo, † puta si renunciauit petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, an teneat hæc renunciatio, ita quòd non possit postea reductio peti. Iac.de But. hoc clarè non firmat: videtur tamen dicere, quòd communis opi.sit, quòd renunciari non possit aliquo modo, quò minùs reductio petatur, quandocunq; laudũ ipsum sit iniquum. Alibi tamẽ, vt in l. fi. C.de contrahend.emp. distinguit. Aut dolus interuenit ex laudo arbitri, & illi renunciari non potest; quia hoc esset remittere dolum fu-
86 turum:quod esse non potest, † l.iurisgentiũ. § si paciscar. s̄.de pact. aut interuenit dolus re ipsa, & tunc aut vltra dimidiam iusti pretij, & nihilominus peti potest reductio, non obstãte prædicta renũciatione, arg.l. 2.C.de rescind. vend.aut infra dimidiam iusti pretij, & tunc dicit satis videri sibi durum, quòd huic dolo renunciari non possit. Ita trãsiuit Iac. But.cuius verba nõ refero; qa hoc idẽ approbauit Barto. pro parte, (vt patebit in sequentibus) & pro parte debet limitari, prout notat ipse.ꝭ. per istum tex. Dyn.de hac quæstione tetigit in l.quidam cum filiũ. ꝭ.de verb.oblig. & pleniùs in c.scienti.de reg. iur. lib. 6. Cin.in l.cum antea. C.de arbit.in pen.q. Guil.In l.si vnus. §.illud.s̄.de pact. Guil.in Spec.de arbit. §. fin. ver. Item si compromissum. Innoc. Hosti.& alij Canonistæ de iureiur.in c.Quintauallis.quorum omnium singulariter opin. omitto; quia satis possunt omnium dicta ad concordiam reuocari. Dic ergo secundùm Bar. hic. Aut arbitrator iniquè arbitratur dolo, & circa hoc nihil operatur renunciatio, d.l.si vnus.§. illud. & l. conuenire.ꝭ.de pact. dot. ita loquitur tota disputatio Dyn.in d. c. scienti. Aut sine dolo, & tunc aut est deceptio in magna quantitate, aut in parua: primo casu potest peti reductio, secundo non, arg. s̄.de minor.l.si ex causa.in principio; quia in hac renunciatione inest tacita conditio, nisi immoderatè læderetur, qui renunciat, arg. ꝭ. de verbor. obligat. l. quidam cum filium.& ꝭ.locat.l. quæro. §. inter locatorem.& ita dicit Barto. intelligendam esse gloss.quæ est in l.si de meis.§. recepisse. s̄. de arbitr. quæ dicit, quòd arbiter potest de
87 iure vnius partis auferre, & dare alteri; † quia debet intelligi, scilicet moderatè accipiendo. ¶ Quid autem si esset expressè dictum, quòd etiã immoderatè posset, an teneret talis conuentio, irreclamabiliter patebit ex solut. alterius quæst. qua quarã, quid si in hac renunciatione interuenit iuramentum. Quæ autem ad nostrum propositũ
88 dicetur parua, vel magna quantitas, † dic colligi.ꝭ. eod. ex l. vnde si Neruæ.cum seq.iuncta l. si nõ fuerint.in prin. s̄.eod.

§.eod.scilicet, quòd facta computatione sufficit excessus
in sexta totius. Nã cũ in dubio partes debeát esse æqua-
89 les,† vt. d.l.si nõ fuerint.si mãdat vnã partẽ de toto dari
vni,& alij duas,dicitur iniquè arbitratũ,vtd.l.vnde si Ner
uæ.¶ Nec obstat,quòd vt quantitas dicatur magna,videa
tur requiri excessus vltra dimidiam iusti pretij; quia respõ
det Bar. (& hoc rogo pondera) q illæ leg. loquuntur,quã
do quis lęditur in taxatione pretij facti à se; secus si fiat ab
aliquo;quia tunc sufficit,quòd in sexta parte sit deceptus;
hic est casus.l.vnde si Neruæ.cum se. Et ex hoc infert (sub
dubio fortè tamen) quòd si in contractu facto per procu-
ratorem non habentem ad hoc speciale mandatũ, sit quis
90 deceptus in sexta parte,† si contra procuratorẽ non pos-
set habere recursum , posset implorare remediũ d.l.2.C.
de rescinden.vend.scilicet vt pretium suppleatur,vel à cõ
91 tractu recedatur.Ita dicit Bar.† nõ tamen hoc pręcisè af-
firmat.¶ Sed quid si in compromisso dictum fuit,quòd ex
nunc partes emologant, quicquid fuerit arbitratum. fer-
tur Dy.consuluisse,quòd idem, quod in renũciatione sim
plici, de qua prædixi,vt intelligant emologare, si ęquum
fuerit arbitratũ;vt ergo emologatio præiudicet,debet fie
ri post laudum,secundùm eum,quod intelligitur de emo-
logatione expressa , vt prædixi ; nã sententia arbitratoris
92 non potest emologari tacitè cursu decem dierum , secun-
dùm Inn.in d. c.Quintauallis.& dixi etiã.§.¶ Iuxta pręd
cta(viso de renũciatione simplici , an pars per eam exclu
datur ab hac reductione)quæro,quid si sit iuramento vali
93 data,† vt quia iurauerit stare omni eius arbitrio etiam ini
quo,quantuncunque intulerit damnum alicui ipsorum, &
quòd illud non petent reduci ad arbitrium boni viri. Mo-
dò contingit,quòd arbitramẽtum est re vera iniquum, &
petitur reduci ad arbitrium boni viri,quæritur , an petens
reductionem sit periurus , & an sibi obstet iuramentum ,
vel non.Bar.hic se expedit dicens, quod iuramentum ha-
bet illam conditionem, quam habet pactum præambu-
lum,scilicet de non veniendo contra, si æquum fuerit arbi
tratus,vt dicto.c.Quintauallis.C.de nõ numer.pec.l. fin.
& ĵ.ad mun.l.fi.in princ. & cum hoc transeunt Iuristę cõ-
muniter quantùm ad nostrum propositum, & iuramentũ
generale quomodo, & qualiter sit obligatoriũ,distinguũt
aliqualiter,vt colligetur ex allegatis.ĵ.ante determinatio
nem huius quæstionis.Sed quia hæc quæstio quantùm ad
hunc articulum est magis canonica,quàm ciuilis; idcirco
sciendum est, q Ioan.Cald. Doctor vtriusque iuris famo
sissimus disputauit latè quæstionem istam,cuius determi-
nationem postea sequutus fuit vtriusque iuris Monarcha
Io.And.eius pater adoptiuus,ita colligit ex his, quæ not.
per Io.And.in add.Spec.in tit.de arbitr.§. fin. super ver.
Item quid si in compromissum. & quia hanc determinat.
communiter omnes sequũtur,& quia etiam quæstio hæc
est vtilis,& quotidiana ; idcirco eius solutionem hic inse-
ram cũ allegationibus ad partes.Pro clariori ergo sol. hu
ius quæstionis habenda præmittitur , quòd iura de hac
reductione loquentia videntur aliqualiter diuersa , & sic
ad concordiam reducuntur; aut enim est promissum stari
arbitramento alterius partis eo casu , quo id fieri potest ,
argu.no.§.de arbit.l.pen.& C.de contrahen.emp.l.in ven
dentibus.& tunc ad arbitrium boni viri recurritur,si arbi
trat iniquè,arg.d.l.si libertus. & c. Quintauallis.ĵ.de cõ
trahen.emp.l.hæc venditio.& l.si in lege.in princ. ĵ.loca.
aut est promissum stari arbitramento tertiæ personæ : &
tũc licèt quidã voluerint dicere ad arbitrium boni viri re-
curren.in contractibus bonæ fidei,non stricti iuris:tamen
vt vidistis.§.super glo.& not.in ea.hæc distinctio nõ est bo
na,imo si nihil est arbitratum,non est recedendum à per-
sona,vt iuribus.§.alleg.fallit in tribus casibus.§.nomina-
tis scilicet si sit arbitratus (sed malè) potest peti reductio
indistinctè,vt in hoc.§. ¶ Secundò pręmittitur , quod di-
cũt Iuristę circa iuramẽtũ appositũ super eo,quod videt le
gib' obuiare,dicũt.n.qđ aut iuramẽtũ† interponit,vel adij
94 cit super eo,quod est cõtra ius cõmune,& nõ obligat.l.nõ
dubium.C.de leg.& C. de transact.l.si ex falsis.Aut cõtra
ius speciale , & tunc ; quia id facilius tollitur , quàm ius
commune,bene obligat.C.si aduersus. vend. l.1.& Auth.
sacramẽta puberũ.C.eo.tit.Dy.verò dicit in reg. non est
obligatoriũ.de reg.iur.in 6.q si iuramentum est circa id ,
quod est prohibitum in fauorem , vel priuilegium alicu-
ius partium,in cuius fauorẽ est inducta prohibitio,est ob-
ligatorium,vt in d. Auth.sacramẽta.extra de iureiu. c. cũ
contingat.& de pact.c.quamuis.lib.6.cum simil. sed si sit
prohibitum propter sui turpitudinem,dic, quòd iuramẽ
tũ nil operatur,vt in d.reg. non est obligatorium. & in cõ
cord.Primo membro obst.Decret.significante.de pignor.
& apertiùs quod notatur in Decret. pen. de emp.&
vend.& l.ij. C. de rescind. vend. ¶ Item præmittitur ,
quòd pro indubitato habetur , q si quis iurauit generali-
ter stare arbitrio arbitratoris , potest petere , quòd arbi-
trium quouis modo iniquũ reducatur ad arbitrium bo-
ni viri,nec sibi obstat iuramentum, nec est periurus.quod
videtur expressum in d.l.si libertus.& in Decre.c.veniẽs.
& c.Quintauallis.vbi hoc no.Innoc.& in Spec.in dicto.§.
sed pone . Idem ẽt dicit ipse Innoc. de pœna apposita, q
hoc casu nõ committatur,si contra pactum reductio peta
tur,quod placet Dyn. etiam si specialiter fuit promissum
sub pœna , quod non peteretur , quod plenè prose-
quitur in c. scienti. de reg. iur. lib. 6.vbi finaliter conclu
dit,quòd nemo sani capitis diceret , q arbitratori videa-
tur concedi, quòd iniquè , & cõtra iuris communis pro-
hibitionem pronunciet,siue pronunciare possit.Sed Host.
in Decret.Quintauallis.dicit , q si specialiter , & expres-
sè dictum fuit , quòd arbitrator ius vnius partis in totũ ,
vel in parte possit alteri dare , & quantuncunque iniquè
pronunciet,debeat stari dicto suo , etiam si iuramentũ in-
teruenisset , vel pœna esset promissa , de rigore iuris,pars
non parens,incidet in pœnam alleg.c.si verò.de iur.iur.&
de pact.c.1.& 3.nisi dictum arbitratoris esset cõtra Deũ:
quo casu nullo modo parendum esset,per no. de tempor.
ordin.in c.ad aures.Subdit tamen, quod fortè ex æquita-
te iudex ex officio debet occurrere iniquitati tantæ, quæ
posset esse,pensatis causis,locis,temporibus,& qualitati-
bus personarum,de transac.c.fi.& de arbitr.c.2.Sed Guil.
in Spec.de arbit.§.fi.ver.item, quid si cõpromissum. vide
tur tenere,quòd hoc casu non obliget,alleg.de iur.iur. c.
ad nostram.il 2.& c.quemadmodum . & de foro compet.
c.si diligenti.tum quia est contra bonos mores.l.iurisgẽ-
tium.§.Prætor ait.§.de pact.& d.c.2.quia per illud vide-
tur dolus futurus remitti,contra. l. si vnus. §. illud nulla.
§.de pact. tum etiam quia per id inuitatur quis ad malè
pronunciandum,quod fieri non debet,arg.l.conuenire.ĵ.
de pactis dot.l.cum precario.ĵ.de precar.ĵ.de operis li-
bert.l.si libertus.& .ĵ. loca.l.si in lege.in princ.& dic, q
solutio probat.ĵ.qua.rer.actio.nõ de.in l.1.§.quæ onerã
dæ.refert tamen, quòd quidam dicunt hoc casu valere pa
ctum,sed non simpliciter renunciationem.¶ His sic præ-
missis soluit.q.& dicit indubitatum esse, quòd si arbitra
95 tor † mandauit aliquid iniquum , quod sit contra Deum,
idest cuius obseruantia peccatum induceret, illud non va
leret,nec ad id obligat iuramentum; vnde hoc casu peten
ti reductionem,non obstat iuramentum, nec tunc scilicet,
qui petit,est periurus.22.q.4.c.si aliquid.& c.si quis præ-

uentus.& in Decret.c.Quintanallis. cũ simil. & hoc etiã voluit dicere Host. si autem id, quod mandauit iste arbitrator, de se non est contra Deũ, vel eius obseruantia non inducat, seu acquirat peccatum, sed aliter est iniquum. distinguo, aut iniquitas est tantũ re ipsa, aut dolo arbitratoris, vt qa sic iniquè pronũciauit ex alterius partis odio, vel gratia, vel p sordes. Primo casu putat iuramẽtũ obstare, & per consequẽs ipsum petentem reductionẽ esse periurum, cum hic solùm de præiudicio iurantis agatur, quãtùm ad iura sua, ad quod se potuit (maximè iuramento) obligare sponte, vel ex certa scientia, vt in Decret. cum venissent. de instit. & per rationem Decret. cum contingat. de iur. iur. & Decret. quamuis. de pact. lib. 6. nec fateor hoc casu aliquid induci contra publicam vtilitatem, nec contra bonos mores, vt plenè probant rationes partis primæ, & hoc casu sit verum, quod dicit Host. tractando etiã de pœna. Si verò arbitramentum fuit iniquum ex dolo arbitratoris, vt quia sic iniquè pronũciauit ex alterius partis odio, vel gratia, vel per sordes, tunc dico hunc petentem reductionem non esse periurum, nec obstare sibi prædictũ iuramentum, quod sic probo; quia aut dices, quòd per prædicta verba non includebatur iste casus, scilicet quando dolo arbitrator pronunciaret iniquè: tũc planum est ad talem casum (de quo non fuit dictum; vel cogitatum)
95 non esse extendẽdũ † iuramentum, de iur. iur. c. clericus. de renunc. c. cum inter. P. eum ibi not. per glo. de rescrip. c. fi. de iniur. c. in nostra. & de cler. nõ resid. c. ex parte. cũ sim. Nec est verisimile, q hoc casu se voluerit obligare propter dispendium, & præiudicium salutis, quod isto casu imminet arbitratori, facit de iur. iur. c. ad nostrã. 3. maximè cũ dictus dolus superuenerit, ad hoc de eccle. ædific. c. vlt. de iur. iur. c. petitio. C. de trãsa. l. si ex falsis. ff. ad municip. l. fi. & quod not. 11. q. 3. c. quod prędecessor. in gl. vlt. 31. q. 1. c. illud. in glo. 2. 35. q. 9. c. qđ quis. in gl. fi. & quod no. Io. And. de eo, qui duxit eam, quã pet adult. poll. in c. cũ haberet. super gl. in ver. iuramẽti. Aut p prædicta verba includebatur iste casus scilicet, quòd etiam si dolo arbitratoris, &c. & tunc idem; quia etiã si expresse de huiusmodi dolo futuro fecisset mentionem, iuramentum non
97 fuisset obligatorium; quia hoc casu contra publicam † iustitiam, honestatem, & bonos mores fuisset præstitum, cũ
98 nulla † pronunciatio (quomodocunque, à quocunque, & cuiuscunque nomine appellaretur) possit fieri sine peccato, cũ fit dolosè, odio, per gratiã, vel per sordes. 11. q. 3. c. q rectè. c. quatuor. & c. fi. de arbi. c. 2. & de re iudi. c. 1. lib. 6. Item sic expresse promittendo, videtur se sociare peccato arbitratoris, quod non obligat, ex quo deserit, vt ad bonum redeat. 22. q. 4. c. si ad peccatum. Sed hoc iuramẽtum continet turpitudinem, etiam ex parte iurantis, & sic non contradicit, pro quo facit quod no. Host. de pact. in c. fi. super ver. nulla. facit etiam opin. quæ habet, quòd non
99 obstante iuramẽto † potest opponi exceptio doli per debitorem etiam post biennium propter pecuniam non numeratã, quã tenet. Host. vt plenè not. de solu. in c. vlt. Hoc etiam probo nedum ex mente, sed ex verbis etiam compromissi; quia in themate dicitur, quòd compromiserunt partes in istum, tanquam in bonum virum: sed planũ est, quòd arbitrando dolosè, non fecit, vt bonus vir; vnde Tullius. lib. 3. de officijs, describens bonum virum dicit,
100 quòd in bonum virum non cadit mentiri † emolumenti sui gratia, iniuriari, decipere, vel fallere, facit. 3. q. 7. c. iudicet. ibi [bonus iudex] &c. faciunt iura. s. allegata, quæ dicunt sic pronunciantem, esse malum virum: sed bonus, & malus simul esse non possunt. 32. q. 1. c. cum renunciatur. de pęnit. distinct. 1. §. item Christus ait. ergo sequitur, q ex verbis mens compromittentium fuit, quòd pronunciationi dolosæ non esset standum, & ideo concluditur in d. l. si in lege. quòd irrita est approbatio dolo cõductoris facta. Huic solutioni (quantùm ad alterum membrũ) videtur obstare de iureiur. c. debitores. 2. respon. & sic nota vnum dictum, quòd licet cum peccato, & per conse-
101 quens dolosè vsurarius recipiat vsuras, † tamen is, qui iurauit, tenetur soluere propter iuramentum, ne incidat in periurium. Nec dolus alterius sibi prodesset, & hoc propter solùm vinculum iuramẽti, in his maximè, quæ propriũ, & singulare ius alicuius cõtinẽt. sol. multiplex; quia ille, qui soluit, postea repetere poterit, vt ibi patet; sed hæc reductionis petitio comparatur illi repetitioni (non obstante iuramento) & sic facit pro. Vel dic, quòd verba, & mens iurantis non excludunt dolum vsurarij: sed hic excludunt dolum arbitratoris: saltem propter illud verbum [& bonum virum] vnde nota, quòd non licet inducere aliquem ad mutuãdum sub vsuris: sed ab eo, qui paratus est facere, & recipere vsuras, bene licet accipere mutuum sub vsuris propter pium opus, vel indifferens, vt plenè no. per Host. Inno. & Ioan. And. de vsur. in c. super eo. sicut in illo, q incidit in latrones, cui licet manifestare bona, quæ habet, ne occidatur ab eis, & tamẽ prædones (illa diripiendo) peccant, & de hoc habetur in Hist. 41.
102 q. sicut dicit Augustinus, q recipiens † iuramentũ ab infideli per falsos Deos, & eius fide vtens ad bonum, & licitum, non peccato illius se sociat; qui per Dæmonia iurauit. 22. q. 1. c. mouet te. vnde vtimur. quandoque peccato
103 alterius ad bonum, sed inducere † hominem ad peccandũ, nullo modo licet. 22. q. 5. c. ille. in casu autem huius quęstionis non est arbitrator deputatus ad dolosè arbitrandum; quia imò solùm cõpromissum est huius occasione; vnde bene patet, quod non est simile ei, quod est dictũ de solutione vsurarum, quod no. imò concordat veritate inspecta. Et ex ijs dicit, quòd studiosus facilius, quæ videnẽ contraria, potest reducere ad concordiam. Ita in hac quęstione concludit Io. Calda. Hanc conclusionem (vt dixi) communiter sequũtur Doct. scilicet, quòd et iuramẽtum non arctet in casu, quo dolus interueniat, pro qua dicebat Dom. & præceptor meus, dum legeret, quòd erat casus in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. secundùm vnum modũ legendi tex. ibi dum dicit [maximè ne querimonia] &c. intelligendo, quòd ibi non sit ratio prædictorum: sed sit mens disposita, quasi amplians dictum, vt sit sensus, quòd iuramentum præstitum vi, vel metu fuerit extortũ, videlicet vt de illa violẽtia nõ cõqueratur &c. sed quia hæc opi. satis est. s. fundata; ideo non plus insisto circa eam. ¶ Sed iuxta prædicta, viso quomodo, & quãdo possit peti reductio, quæro, an in hac causa reductionis iniquitas arbitratoris possit detegi ex actitatis solùm
104 coram ipso arbitratore, † an verò etiam ex nouis probationibus. Et omissis allegationib' dicit Bar. quòd si in hac causa reductionis oportet dolũ detegi secũdùm dicta supra duabus prox. qq. tunc ex antiquis tm, & corã, eo probari oportet, & hoc põt fieri, non ex nouis; nã tunc eorũ, quæ de nouo probata sunt, caderet in eo probabilis ignorantia; quia non debuerat diuinare, ext. de eccles. benef. c. scilicet. patet ergo, quòd illorum respectu non potest in eo deprehendi dolus, qui venit, & cadit demum in scientẽ, qui ex animo venit. l. 1. s. de dolo. & not. ff. quib. ex cau. in possess. eat. l. Fulcinius. §. quid sit aũt latitare. Et hoc verum, nisi forte facto eius factum esset, ne tales probationes coram eo fierent, arg. in simili. ff. de euictio. l. si dictũ. sed pro hoc facit, quod dici consueuit in simili, quòd li-
105 cet is, qui † obtinuit in principali, si succumbat in appellatione

tione ex actis nouis prioris causæ; tamen venit condem-
106 nandus in expensis, eò quòd fuit in errore iuris,† qui non
excusat à condemnatione expensarum: si tamen succum-
107 bat ex nouiter ,pbatis† in causa appellationis:tūc nō; qa re
spectu nouarum probationum sunt in errore probabili;vn
de euitabit condemnationem expensarū, secundùm Ho
stien.& Inno.de dolo,& contu.in c.fin.& Io.And.in gl. or
dinaria in reg. ignorantia. de regu. iuris. lib. 6. quod est
no. pro intellectu glo. quam circa hoc puto vnicam de iu
re ciuili,quæ est in l.generaliter. §. sinautem non ritè.su-
per ver. dispendij.C.de reb.cred.& iur.iur.sed si non appa
ret in hac causa reductionis dolum arbitratoris argui,sed
solum iniquitatem re ipsa: tunc poterit hoc fieri etiam ex
nouis probationibus,arg.eius, quod dicitur in causa ap-
pellationis,in l.eos.C.de appel.& in l.per hanc.C.de tēp.
appell. Et quod dixi de nouis probationibus,intelligo , ꝙ
omnino fiant de nouo:secus autem,si modò vellem proba
re (fortè per testes) id , quod probatum fuit coram arbi-
tro,de quo fortè non apparet;quia de tali probatione nul
la fuit scriptura confecta, cum arbitrator non seruet ordi
nem iuris;hæc enim nō est noua probatio,sed iam proba-
108 ti declaratio;ergo nil noui inducit,† arg. ff.de acquir. rer.
dom.l.adeo.§.cum quis.& 1.q.1.c.sunt quidā.ergo etiam
ex tali probatione possit dol' arbitratoris argui. pro hoc
facit,quod no.extra de test.in c.cū clamor. vbi licet testes
non possint super eisdem capitulis post dicta testifica-
109 ta † produci:ex officio tamen iudicis tantum possunt etiā
ijdem testes repeti,vt dictum suum declarēt, quod obscu
rè deposuerunt,nec videntur de nouo deponere , vt ibi .
Pro principali dicto scilicet, quod dolus detegatur solum
ex antiquis probationibus, facit; quia in appellatione ab
interlocutoria oportet doceri de grauamine iudicis à
110 quo,& tamen hæc probatio non potest fieri,nisi ex primis
actis tantùm. Ita no.ff.de minor. in l. ait Prætor. §. per-
mittitur . quod est hodie expressum in Clem appellanti.
de appell. ¶ Quæro demum in hac causa reductionis ,
in qua oportet detegi iniquitatem arbitratoris , quid de-
beat probari ad fundandum intentionem petentis hanc
111 reductionem. Dic† breuiter, secūdùm Bart.quòd duplici-
ter officiū arbitratoris assumi potest. Vno modo super con
tractu,& tunc,quid oporteat probari,notatur in l.quid.n.
in fi.nam si personæ sunt æquales , partes societatis debēt
esse æquales.Sed si inter psonas sit disparitas,vel varietas;
quia vnus ponit plus operæ,pecuniæ , vel industriæ : tunc
partes possunt esse inæquales,etiā arbitrio boni viri,&hoc
voluit tex.ibi in d.l.quid enim.in fin. in vers. illud potest,
oportebit ergo hanc paritatem probari , ex qua appa-
rebit arbitramentum iniquum, & hoc satis clarum.¶Po-
test & secūdo modo assumi arbitrator super lite , vt super
eo, de quo est lis iam mota ; quo casu videtur assumptus
super cōtractu transactionis ineūdo super lite illa,secundū
quod ipse arbitrator declarauerit,vt dixi.ff.in euidētialib'.
tunc dicit Bar.quòd habemus legem clarè hoc terminātē
ff. l. cum hi. in prin. & §. vult igitur.cum. §.fin.ff. de tran-
sact.vbi dicitur , quòd lex voluit , quòd iudex ordinarius
esset bonus vir,qui arbitraretur super transac.alimētorū,
vt autem rectè arbitretur,declarat d.§.vult igitur.scilicet,
ꝙ cognoscat de causa qua peruenit ad transac.de modo,
quantùm hinc inde sit dandum,vel retinendum,& de per
sonis transigentium . ff. cuius vitæ sint hi,quibus alimenta
112 relicta sunt. Ex his ergo dicit in practica, quòd coram iu
dice cognoscente de causa reductionis, non sufficit proba
re arbitratorem contra iustitiam arbitratum in totum ,
vel in partem;quia non assumitur ad hoc,vt secundùm iu
stitiam iudicet:sed vt in transactione interueniat : sed de-
bet probari causa, quare quis petebat, item quare conuen
tus se defendebat,item qualitas personarum,item si in illo
dubio æquū fuisset nil dari,vel totū dari,& in hoc æstime-
113 tur modus,quo arbitrator debuit condemnare,† vt dicta.
l.cum hi. § modus. imò & dubius euentus litis , & quid
114 potuisset expendere,debebit æstimari,† pro quo facit, qđ
not.in l.Lucius.§.fi. ff. ad Trebell. vbi in simili not. quòd
quando quis est deceptus in transactione, vt hæc deceptio
115 deprehendatur,debet inspici non veritas † tantùm:sed esti
matio illius dubij euentus litis,& qualitas probationum ,
quas tunc habebat,non attentis de nouo superuenientibus.
C.de transact. l. sub prætextu.& pro hoc vltimo facit, qđ
dixi.ff.prox.q.¶Iuxta prædicta quæro, quando examina-
116 tur æquitas , vel iniquitas, nunquid arbitratores † possint
ferre testimonium de his,quę coram eis acta sunt. Bar.hic
se expedit dicēs. ꝙ si ipsi inuestigauerint de facto,possunt ,
& eis credit,si duo sunt,vt extra de elect.c.cum dilecti. de
quo remittit se ad no.per Inno.extra de arbi.in c. 2. & cū
hoc transit.Sed aduerte(vt latiùs attingamus) quia potest
occurrere quotidie;sciendū est ergo,quòd gl.C. de arbit.
l.ne in arbitris.in glo.quæ incipit. nam vox. in hoc dubio
tenet,quòd sic,& ibi Cin. ponit circa hoc notabilia verba
Iac. de Are. ibi et Iac.de But. tetigit,dicens esse glo.con-
tra hoc extra de testib in c.cū à nobis.in glo.3.de hoc In-
noc.de procur.in c.in nostra.in glo.circa fin.simpliciter di
cit iudices posse vocari , vt ferant testimonium de his ,
117 † quæ acta sunt coram eis,de qua tangit etiam. in d. c. 2.
extra de arbit.in glo.& ita per gratiam.& de elect.in c.cū
dilecti.in glo illis enim non creditur , & ibi videt tenere,
quòd possint esse testes, si de illorum laudo agatur , dicēs
ibi per id aliquos tenere idem de procur. contra Dominū
118 etiam in causa , quam procurauit. † Sed illa iura loquun-
tur in defectu probat. vt vtrobique not. secundùm Ioan.
And. In hoc tamen scilicet de procuratore nō insisto;quia
nil ad nostrum propositum,sed remitto ad no.ff. de testi.
in l.vltima. ff.de iur.fisci.in l. deferre.per Cin.C. de testib.
in l.quoniam liberi.& extra de testibus.c. vltimo. lib. 6.
De hoc etiam principali proposito tangitur aliquid de
accusat. in c. inter dilectos. §. præterea. in d. c. vltimo,
ext. de testib.lib.6.& plenè etiā 2.q.6. in c.statutū. Quid
ergo cōcludendum,nunquid sola remissione erimus con-
tenti more Canonistarū,qui (vt plurimùm se remittentes)
per remissiones suas dubia quasicuncta , vel plurima sal-
tem indiscussa, & indeterminata relinquūt.certè nequaq;.
Dic ergo,& latiùs,quàm Iac. de Are. si quæris, nunquid
119 iudex,vel arbiter possit esse testis in causa,aut vult esse te
stis super principali negotio, aut super actis gestis.Primo
casu aut officium eius erat finitum, aut non erat fini-
tum : si erat finitum, aut per eius sententiam defini-
tiuam, & amplius non potest esse testis idoneus, arg.
C. de appella. l. eos. quia præsumptio est, quòd sem-
per vellet suā sententiam ratam habere,hoc probatur in di
cto.c.statutum.2.q.6.aut aliter non erat finitum:tūc pote
rit esse testis super principali negotio,siue lis sit contest. si
ue non , dūmodo testes fuerint ante coram eo producti ,
de hoc extra de testibus.c.de testibus. & de accus.c. cum
dilecti.& l. 1.ff. de testibus.secus si ante eius dispositionē
fuissent testes corā eo producti;quia tūc(cum de causa co
gnouit) nō est ampli' idoneus testis, scilicet sup ipso prin
cipali negotio, super quo etiam potuisset testificari. At e
ius officium non est finitum : tunc non potest esse testis ,
120 quia non potest † fungi duplici officio,arg.C.de postul. l.
121 quisquis. item quia secundùm allegata,& probata † de-
bet iudicare.l.illicitas.§.veritas.ff.de off.Præs.3.q.7.c.iu-
122 dicet.item quia testis debet moneri, vt iuret † alias si te-

stis

ftis spõte iurat,nõ valet eius dictũ,l. 3.in princ.& ibi not.
123 ff.de iur.iur. sed iudex de iure non põt sibi ipsi iubere, † l.
pen.ff.de arbit.Secundo casu principali, quando inducitur,vt testis,super actis gestis: tunc aut facit hoc iudex, vt
iudex,& ei non creditur,vt d.l ne in arbitris.in fi.C.de ar
bit.& quod ibi no. quod intellige,nisi quatenus appareat
legitimis documentis,facit C.de relation.l. 1. tex. est expressus.de probat.in c.quoniã contra falsam. Aut hoc facit,vt testis:& tunc aut de habitis coram se, & ei creditur
vt vni testi,ext.de elec.c. cum dilectus.ita potest intelligi.
124 l.ob carmen.§.itẽ senatus.† ff.de testi.aut inducitur vt testis,vt ipse reddat testimonium de his, quæ ipse gessit, &
125 tunc † non potest,nisi contra eum testificari,arg. extra de
arb.c.2.& no.glo.in dicto.c.statutum.2.q. 6. hoc verum,
126 nisi vellet testificari ad declarãdũ,vel interpretãdũ † verbũ
dubium,vel ambiguum à se probatum,& sic vellet declarare animi sui intentionem,quæ sub verbis laudi,vel sententiæ posset includi;quia tunc auditur,arg. de appel.l.ab
exequutore.& eius,quod no.gl.in d.l.ne in arbitris.in gl.
nam vox.circa principium.C.de arbi.pro hoc etiam,quia
de opposito nõ cauetur lege, arg. ff.de testibus.l.1.Et per
hoc credo hunc passum satis plenè expeditum. Hæc autẽ
ex omnium verbis collegi,& maximè Ioan.de Cald.in d.
c.statutũ.2.q. 6.& alijs quàm pluribus addit.vt ex prædictis tibi clarè patere potest. ¶ Quæro viso,quòd potest peti arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri,& qualiter,pone,quòd pars,quæ hanc reductionem petijt, succubuit,& aduersarius,qui fuit absolutus, agit contra illum,
qui reductionem petijt, ad pœnam in compromisso positam:conuentus modò vult probare,quòd non incidit in
pœnam hoc prætextu; quia arbitramentum fuit iniquum,
127 nunquid hoc poterit facere? † Fertur Dy.cõsuluisse,quòd
sic,in l. qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verbo. obliga. vbi
videtur casus,quòd licèt sentẽtia fuerit iniqua: tamẽ facit
ad pœnam agi posse;quia per eum declaratur ventum contra cõuentionem,& hoc secundùm lecturam ibi positam,
quòd ibi fuerit malè iudicatum, & de hoc facit ibi Bart.
maximum festum circa istam lecturam.Sed si bene consideres,per hoc non habetur solutio nostri quæsiti, saltẽ plena; ideo dic,aut iudex absoluit cõuentum causa expressa;
quia scilicet arbitramentum non erat iniquũ:& tunc non
poterit probare iniquum in q. pœnæ,vt dicto.§. duo fratres. ff.de verb. obli. & ibi videtur casus, quòd licèt sentẽtia fuerit iniqua:tamẽ facit ad pœnam agi posse; quia per
eam declaratur ventum contra conuentionem,& hoc secũdùm lecturam ibi positã,scilicet, quòd ibi fuerat malè iudicatum,& de hoc facit ibi Bar. magnum festum. Aut iudex absoluit,expressa causa quia non probatum iniquũ,
aut simpliciter absoluit, nulla causa expressa : & tunc præsumitur in dubio absoluisse ex eo; quia non erat probatũ
iniquum ; & sic in isto casu in causa petitionis pœnæ poterit probari iniquum:hęc probantur,& colligũtur ex no.in
l.Iulianus verum debitorem. circa primam lect. maximè
per Bar.ff.de condic.indeb. ¶ Iuxta hoc moueo dubium :
pone, ꝙ pœna est in cõpromisso apposita contra non parentem arbitrio,nunquid hæc pœna commissa licitè peti,
128 & exigi poterit,etiam de iure canonico? † quia de iure ciuili nulli dubium est,casus videtur,quòd sic extra de arbi.
in c dilecti.ad fin. vbi mandat arbitriũ seruari per pęnam
in cõpromisso appositam ;ergo videtur permittere illius
pœnæ exactionem.hæc firmat clarè Innoc. ext.de pœn.in
c. suam. ad fin. vbi clarè dicit, ꝙ pęna imposita ex partium cõuentione,exigitur tota,etiam si talis pęna interesse excedat: subdit tamen ibi,quòd hoc verum,dummodo
intentio sit recta;quia pœna apponitur, vt placitis parea-
tur,& non ad vsuras,vel lucrum,vt in dicta Decre.dilecti.
secus si esset apposita in fraudem vsurarum, quod præsumitur secundùm eum, si creditor ante consueuerat dare
ad vsuras. ff. de vsu. l. qui semissa. vel singulis annis, vel
mẽsibus pęna committi dicatur.C.de vsur. Auth.ad hæc.
similiter dicitur ibi de pœna à iudice imposita, allegat.
23. dist. c. quãquã. quantùm ad pœnam compromissi,
quòd licitè petatur,tenet Host.in dicto.c.dilecti.cuius dictum ibi refert Io.And.super vlt. gl. Dicit tamen ipse Hostien.circa hoc aliquantulum latiùs, quòd pœnarum sex
129 sunt † species,alia est canonica,vel legalis,& hanc põt exigere licitè, etiã ecclesia per iura ibi allegata . Alia cõsuetudinaria,& idẽ,de qua de offi. ord.in c.dilectus.Alia est
contumaciam puniens, & idem, dummodo iudex præsit
tribunali.ff.de iud.l.2.in fi.vel sit delegatus Papæ.de offi.
deleg.c.de causis.Alia est iudicialis,& idẽ. de dolo,& cõtum.c.finem.& de elect.c. cum dilecti. Alia est conuẽtionalis,& hanc dicit posse exigi, quatenus interest,nisi apponatur in fraudem vsurarũ . Dicit tamẽ, quòd in omnibus prædictis clericus non debet sic exigere,sicut laycus,
& allegat de pœn. c. suam. ita dicit Host.Dicitur autem
130 † apposita in fraudem vsurarum, secundùm Ioan.And.
ibi, quando adijcitur solutioni quantitatis, secundum
no.in l.cum allegas.C.de vsur.& ideo in stipul.vel cõtractibus hodie hæc pœna adijcitur facto, puta de præstando tot pignora,&c.secundũ practicam Iac.de But. quam
etiam sequitur Bar.in l.rogasti.§.si tibi.ff. si certum peta.
quod non videtur placere Io.Andr. sed remittit se ad no.
per eũ in Spe.de oblig.§.1.ver.ad primũ,ita remittit se in
dicto.c.cum dilecti.vbi de hoc tangit. ¶ Post hæc moueo
aliqua dubia generalia, de quibus tamen breuitatis gratia pro maiori parte remittã. ¶ Quæro igitur primò,quis
131 possit esse arbiter,† dic, quod quilibet potest, nisi appareat prohibitus, qui autẽ sint prohibiti? vide per Guil. in
Specul. de arbitr.§.potest esse.per totum. ¶ Quid de ban
132 nito † nostri temporis,an possit esse arbiter,vide in Specu.
de arbitr.§.differt. vers. quid de bannito nostri temporis.
& ad illum vers.remittit etiam se Ioan.And. extra de iudi.in c.ad probandum. ¶ Quid de excommunicato.Bart.
133 tangit. ff.ad Trebell.in l.ex facto.§.si quis rogat⁹.& Guil.
tenet,quòd non potest esse arbiter, de quo vide per eum
in Spec.de arbit.in §.potest esse arbiter.ver.item excõmunicatus.& in §. differt.vers.Item secũdùm eum. Sed nun-
134 quid arbitrator? † dicit Io.And. se vidisse pluries dubitari,in d.Decre.ad probãdũ: propter quod hanc quæstionẽ
posuit,quam plenè sequitur super reg.dolo facit.de regu.
iuris.lib.6.vbi finaliter cõcludit,quòd nec compromissũ,
nec eius declaratio per modum laudi, vel sententiæ vllo
135 modo tenet, † si erat publicè excommunicatus, quod no.
per glo.in Clem. 1.de sepul.super ver.publicè.vbi vide.
¶ Quid de Abbate, vtrum in eum possit compromitti?
136 † Guil.dicit,quòd (vt in arbitratorem) potest in Spec. de
arbit.§.fin.ver.sed quæro diligẽter.an verò vt in arbitriũ,
& ibi ponit opi.& in ver.sequẽti not. ¶ Quid de monacho
137 simplici,† vel de fratre prædicatore, vel minore,vtrum in
138 eos possit cõpromitti? ¶ Sed iuxta proximè dicta,pone,ꝙ
in Abbatẽ ẽ factũ cõpromissum sub nomine dignitatis,an
trãseat in successorẽ in dignitate? dices tu immediatè, ꝙ
139 sic;quia † vbi quid in aliquẽ confertur sub nomine dignitatis,illud non expirat eius morte : sed transit in successorẽ
in dignitate.l.annua.§. Attia. ff.de ann.leg.extra de offi.
deleg. c.quoniam Abbas.cum simil. in contrarium videtur casus. in l.qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupill. vbi dispositio hæreditatis pupilli in alium collata
sub appellatiuo nomine [quisque mihi hæres erit] &c.
non

non verificatur in eo, in quo non cadat affectio, licèt nomine appellatiuo succedat; quia per aliū hæres efficiatur. Ita videtur in proposito nostro; nam sicut compromissum sui natura non transit in heredem, l. diem proferre. §. 1. ff. de arb. sic nec i successorem in dignitate, arg. d. §. hæc verba. Posset tamen dici, quòd nihil facit; quia ibi nomen appellatiuum fuit per testatorem inductum; quia tunc videtur verificari debere etiam in successore, arg. iurium inductorum pro prima parte. Attende tamē, quòd hæc secūda pars, quòd non transeat in successorem in dignitate, videtur placuisse Bar. in d. §. hæc verba. mouetur, quia hoc casu cōmittitur simpliciter actus arbitramenti in compromisso, non aliqua iurisdictio, & sic non debet in successorem transire, per no. pulchrè per Inno. ext. de offi. deleg. in c. vltimo. & per hoc patet, quòd non obstat d. Decret. quoniam Abbas. & alia iura; quia loquuntur, quando aliqua iurisdictio confertur, vel committitur, quo casu successor in dignitate hoc videtur posse perficere, quod videtur conclusiuè esse de mente Inno. ¶ Et per hoc infertur ad aliud multùm vtile, & quotidianum. s. de exequutore testamentario relicto sub nomine dignitatis, puta cum dicit testator [relinquo exequutorem meum Priorem talis Ecclesiæ, vel Hospitalis] vtrùm (illo mortuo) transeat hæc
140 exequutio in successorē? † Et ex prædictis videtur dicendum, quòd non. contrarium tamen communiter obseruatur, & dicit Barto. contrarium magis in isto de iure, quàm in præcedenti. Nam cum testator dat dispositioni suæ exequutorem, iste datur in locum exequutoris legitimi, hoc
141 est Episcopi: † qui est legitimus exequutor, l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. sicut ergo illi legitimè defertur exequutio sub nomine dignitatis, itaq; quicunque reperietur esse Episcopus illius loci tempore distributionis fiendæ, ius distribuēdi hēbit, d. l. nulli. & d. l. si quis ad declinandam. Ita etiā huic videatur deferri sub nomine dignitatis, & sic magis habetur respectus ad locum, & dignitatem, quàm ad personam. Ita videtur concludere ibi Bar. in d. §. hæc verba. licèt non ita clarè, pro hoc induco text. in simili, vbi videtur casus, in Auth. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. col. ix. Sed attende rogo; quia hoc vtile, & quotidianum, sic transire non possum. Dic ergo
142 latiùs, aut hæc exequutio est in aliquem collata sub expressione nominis proprij, aut sub expressione appellatiui, aut vtriusque. Primo casu indubitanter exequutio non transit in successorem, imò illius morte expirat, quasi videatur fuisse merè personalis, arg. eorum, quæ no. ff. de iudic. in l. 2. & pleniùs extra de offic. deleg. in cap. quoniam Abbas. Secundo casu, quando sub nomine appel. tantùm, puta [relinquo exequutorem Priorem talis ecclesiæ] &c. tunc procedit quod dixit Bartol. s. quòd transeat in successorem. Tertio casu, quando sub vtroque, tunc subdistingue, aut præcedit proprium, & idem quod sub proprio tātùm: aut appellatiuum, & idem, quod sub appellatiuo tantùm, argu. ff. de stip. ser. l. si communis seruus. & quod dixi, quòd quando sub appellatiuo nomine dignitatis, quòd trāseat in successorem, intelligo sanè, nisi ratione cōiunctionis, vel propinquitatis illius, in quem hæc exequutio fuerit collata, præsumatur collata affectione personæ; quia tunc non transiret in successorem etiam in dignitate ad hoc 12. quæstio. 3. c. Pontifices. & extra de test. cap. requisisti. Ita hæc limitat pulchrè Ioa. And. extra de testam. in c. religiosus. lib. sexto. in glo. pen. Item in casu, quo dixi in successorem in dignitate transire, hoc intelligo verū, quando talis exequutio sub nomine dignitatis, vel officij
143 est collata in eum, qui dignitatem habet, † vel officium iure suo: secus si nomine alicuius, vt est Vicarius, Legatus, vel similis; vt quia dicit, testator [relinquo Vicarium Episcopi, vel Potestatis exequutorē huius meæ voluntatis] nam tunc licèt sub nomine dignitatis: non tamen transiret in successorem, tex. optimè probat in l. quod Principi. cum l. sequen. ff. de leg. secundo. quod est not. maximè per causidicos; quia per hoc terminatur, quòd commissio facta Vicario Episcopi sub nomine vicariatus, nō trāseat ad
144 successorem in officio: quod est notandum propter no. in Clem. etsi principalis. de rescriptis. Idem etiā in Vica. Potestatis, vel alterius, pro hoc etiam patet ibi, quæ sit ratio d. l. quod Principi. & l. seq. de quo ibi consueuit multum dubitari: sed vera est ratio, quæ patet ex prædictis, & quā sequitur Bar. Nec obstat prædictis d. §. & hoc verò iubemus. in Authen. ut nulli iud. quia respondeo, vt not. s. de iuris. om. iud. in l. & quia. ¶ Nūquid tamē hoc officium e-
145 xequutoris transeat in hæredem. † Cin. in l. id, quod pauperibus. C. de Episco. & cle. remittit se ad not. per Dyn. in l. alimenta. in princ. ff. de alim. & cib. legat. Quod Bart. examinat in l. à filio. i prin. e. tit. vbi et plures remissiones per eum Ioan. And. tangit in d. c. 2. de testa. lib. 6. in gloss. super verbo, mortuo. ¶ Quid si Prælatus compromittat su-
146 per rebus ecclesiæ suæ, an eius morte expiret compromissum? vide in Specu. de arbit. §. finitur. circa princ. versic. quid si Prælatus. ¶ Quid si arbitrator sit mortuus, nūquid
148 transeat ad hæredem? † vide Cin. C. de contrahen. emp. in l. fin. in 8. quæst. & Bar. tangit in l. si stipulatus illud, aut illud. ff. de verb. oblig. ¶ Item si in compromisso sit dictum de hærede, an intelligatur de primo tantùm, an etiam de
148 hærede hæredis, † vide in Spec. in dicto. § finitur. versi. sed vbi sit mentio de hærede. ¶ Item nunquid arbitrator pos-
149 sit compelli † arbitrari, vide Ci. in d. l. fi. in 5. q. & Bar. in l. 1. ff. de leg. secundo. & plenè in Specu. § fin. versi. sed nunquid arbitrator. ¶ Nunquid autem arbitrator pronun-
150 ciare poterit diebus feriatis, † vide in Spec. § fin. versic. sed nunquid amicabilis compositor. & ibi videtur tenere, quòd sic, quasi hæc sit quædam transactio, ergo & cæ. de ferijs. l. fin. in versic. transac. Item est quædam pax, ext. de ferijs. c. 1. & ibi sequitur Guil. ¶ Sed nunquid debeat arbitrari præsentibus partibus. Cin. videtur tenere, quòd
151 sic, † in l. fin. supra alleg. in 6. quæstio. De arbitratore loquor; quia de arbitro nullū dubium, supra de arbi. l. diē. §. si quis litigatorum. hoc pleniùs examinat Bartol. in dicta. l. si quis arbitratu. ibi tamen videtur idem concludere, quod Cin. ¶ Sed vsque ad quantum tempus duret hæc potestas arbitrandi, ita quod si non arbitretur, non possit
152 postea arbitrari? In arbitro. † tangit in glo. s. de arbit. l. sed si compromissum. & Cin. tangit in l. properādum. §. sinautem in medio. in fine illius. §. C. de iudi. tangitur per Bar. (remissiuè tamen) in l. multa. in prin. ff. de cōdi. & demon. & Guil. etiam tangit in Specu. de arbit. in §. differt. circa fin. versi. Item vt ff. trienniū. Bar. latius quantū ad arbitratorem, in d. l. si quis arbitratu. & dicit, quòd talis potestas
153 finitur eo nolente arbitrari, † l. si merces. in princ. ff. locati, & Insti. de cōtrah. emp. i §. pretium. ¶ Sed quando dica
154 tur nolle † arbitrari, est dubiū. Circa quod est dicendum, quod cum arbitramentum confertur in aliquem ex contrah. in casu permisso: tunc si consistit circa ea, quæ sunt de substātialibus contractus, vt circa ipsam rem: tunc debet arbitrari. ff. quadraginta dies, l. quod si nolit. §. si quid ita venierit. ff. de ædil. edic. Sed si circa aliqua extrinseca; tunc poterit arbitrari, quamprimum poterit. ff. de contrah. empt. l. hæc venditio. facit. ff. de cond. & demon. l. hæc conditio. Si verò tale arbitramentum conferatur in tertium: tunc si. ff.
155 annum nō arbitretur, videtur † nolle arbitrari. C. cōia. de leg. l. fi. §. sed & si quis, nec hoc respectu ibi est speciale fauore

nore vltimæ voluntatis; sed specialitas est ibi in eo, quòd
receditur à persona, illo non arbitrante, contra regulam.
d.l.si quis arbitratu.& C.de contrah.empt.l.fin. cum sim.
item & in alio est speciale; quia licèt in contractibus talia
verba [arbitrio talis] &c.faciant conditionē, & eo nō ar-
bitrante, contractus sit nullus.l.fin.C.de contrah.empt.&
d.l si quis arbitratu.tamen in vltimis voluntatibus talia
verba non faciunt conditionem, l.1.in fin. ȷ̃.de lega. 2. &
ideo eo non arbitrāte, receditur à persona, & in hoc est fa
uor vltimæ voluntatis, & hoc in contractibus. ¶ In vltimis
156 autem voluntatibus vsque ad quātum tempus duret † po
testas arbitrādi, vide plenè no. in l. 1. ȷ̃. de leg. 2. ¶ Quid
autem si partes non notificauerunt arbitratori, & sic dies
157 sit elapsus, † dic, quòd per hoc partes negligentes viden-
tur recessisse ab eius arbitrio, arg.d.l.fin.§. sed & si quis.
C.communia de leg.& arg.eius, quod dicitur de negligen
te per annum præsētare literas delegato.extra de rescrip.
in c.plerūque.fac.C. de prescrip. 30.ann.l.si qs emp.§.sed
& si quis.C.de temp. & rep.appel.Auth.ei, qui. & ext. de
appel.c.oblatę.& ȷ̃.de succes.edict.l.1.§. largius. ¶ An au
tem arbitrator post notificationem sibi factam, cogatur ar
bitrari, no.in d.l. 1. ȷ̃.de leg.2.vbi de hoc per glo.Dyn. &
Doct.ibi vide, & hic sit finis. Laus Altissimo Creatori.

Rub. De vsuris.

S V M M Æ.

1 *Vsura dicitur prouenire ex re,*
Et dicitur prohibita, etiam iure ciuili.nu. 2.
Et iure canonico.nu. 3.
4 *Creditor vniuersitatis, an posit mutuare, vt propter illud eui-*
tet solutionem collectarum.
5 *Vsura prohibetur vniuersitati, sicut & singularibus.*

N glo.Rub.ibi [quæ.l.ex pecunia] & sic
1 no. † quòd vsura dicitur ex re pro uenire.
Idē no.glo.s̃.de procur.in l.quod procu-
rator ex re. Sed certè non videtur ex re:
sed propter rem, per casum de verbo.sig.
l.vsura pecuniæ. In pensione autem dic,
quòd illa dicitur prouenire ex re. Ita dicit gl.no. in l.liber
homo. ȷ̃.de verb.oblig. Istud sufficit circa istam glo. ¶ Et
in ead.glo.ibi [vsura pecuniæ] supple.s̃. de rei vend.l.si na
uis.vbi melior est casus de fructibus. ¶ In fi.gl.circa Rub.
2 ¶ Pro euidentia totius tituli aduerte, † quòd vsura dicitur
prohibita, etiam ciuili iure, vt patet in Auth.de eccles.titu.
§. 1. vbi Imperator dicit seruandas regulas sanctorum
quatuor conciliorum.sunt autem prohibitæ in Niceno cō
cilio, vt patet.47.di.c.quoniam multi.& de hoc per gl.&
3 Doct.in Auth.ad hæc.C.eo. ¶ † Canonico autem iure cla
rum est, ꝙ regulariter prohibentur, fallit in casibus nota-
tis extra eo.in c.conquestus. & generaliter vbicunq; vsura
petitur, vt interesse: quo casu etiā iure ciuili licitè petitur,
facit.l.2.C.eo.in glo.& c.salubriter.extra eo. Et circa hoc
vide omnino Io.And.de regu.iur.in c.peccatum.in 6.vbi
tangit, quæ sunt causa prohibēdæ. Prohibebantur autem,
& in veteri testamento. Ezechielis. 18. & Deuteronomij.
22.ibi [non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam]
& in nouo scilicet prohibet̃.patet Lucæ.vi ibi [mutuū dan
tes, nihil lucri inde sperantes] trāsumptiuè in c. cōsuluit.
extra eo.titu. Et aduerte, quod illud verbum [fratri tuo]
pōderāt Hæbrei, per quod cōiuncto c.ab illo. 14.q.4.vbi
dicit̃, ab illo potes exigere vsuras, cui meritò nocere desi-
deras, tex.est Ambrosij.quia cum sint nobis hostes, & no
bis desiderent nocere.propter varietatem sectæ, à nobis li
citè vsuras exigunt. Sed contra eos est, quod in veteri testa
mento legitur. Deuteronomij. 28.ibi [fœneraberis genti
bus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.] Et illud c.ab
illo legitur negatiuè. q.d. sicut nulli debes nocere, sic à
nullo petere vsuras, & de hoc aliquid in Cle. 1.in glo. pen.
eo.tit.& p Io.And.extra eo.in c.conquestus.& Inn. ¶ Item
a aduerte; quia propter id; quia euangelium [a] dicit [nihil
lucri inde sperantes] quidam dixerunt secus, si damnum
4 vellet euitare. † Vnde creditor vniuersitatis posset mutua
re, vt propter illud euitaret solutionem collectarū. & hāc
opi.refert Guil. in Spec.eo.tit.§.fi. Sed Io.And.extra eo. ī
c.consuluit. pro concordia dicit distinguendum inter cer-
ta, & incerta; quia si certa, non sit permissum: si incerta, sic.
5 ¶ Aduerte etiam, † quòd sicut vsura est prohibita singu-
laribus, ita etiā & vniuersitati, probatur ext.eo.in c. con-
questus. ex quo arguit ibi Alanus contra ciuitates Italiæ,
quæ vsuras accipiunt nomine ciuitatis.& idē tenuit Vin.
eo.tit.c.Ray.in summa.de pen.titu.de vsur.in penul. col.
ver.quid de communitate. ¶ Quæ autem fuit causa prohi
bititiua vsurarū, vide p Inn. ext.eo.sup Rub.Host.eo.tit.
in c.2. & ratio; quia tanta esset dulcedo vsuræ, quòd nil
aliud fieret, & destruerentur culturæ agrorum. ¶ Adde
in cambijs (quæ quotidie fiunt) glo.no. quæ sentit ea lici-
ta, in l.3. C.de exerci. ¶ Item adde de mercatoribus, qui
vendunt plus æquo, & iusto pretio, an tale lucrum licitè
posint hæredibus dimittere, & per Inno.qui sentit, quòd
sic.extra de immu.eccle.in c.quia plerique.quod no. quia
b tale lucrum [b] cum sagacitate quæsitum, bono viro non
cōuenit, vt no.de regu.iur.in l.semper in coniunctionibus.

ADDITIONES.

a ¶ Quia euangelium. Adde, quòd etiā de iure diuino, Alex.
in cons.143.incip. Circa primum dubium. & est primum.
cons.2.vol.circa princ.vide Spec.in tit.de lega.§. nūc bre
uiter.vide Alex.in cons. 249.incip. Pro inuestigatione. in
c.1.vol. per to.cons.
b ¶ Tale lucrum. Adde ad hanc practicabilem materiam,
vt lucrum dicatur licitum, quid requiratur, Paul. de Cast.
in cons.incip. Viso instrumēto.in princ.& quando lucrum
cessans posit peti, etiam de iure canonico, vide Pet. de
Ancha.in consilio.144.incip. Quæstio, quæ vertitur. Pano.
in cons.65.incip.visis compromisso, & laudo.Saly. in Au
then.ad hæc. C.de vsur.Panor.in c.P.& G. de offi. deleg.
in prin.& in c.cū venerabilis.de exce.in 4.col.ver. Aduer
te, an vsura. Fely.in d.c.cum venerabilis.in vers.dum dicit
Abb.quòd etiam de iure canonico.col.2.ponit Bald.in l.
rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.vide tamen ad maiorem intel
lectum huius materiæ Host.Ioan. And.in c.salubriter.de
vsur.& Pan.in c.si.eo.tit.

Ex l. Cum iudicio.

S V M M Æ.

1 *Vsuræ veniunt in contractibus bonæ fidei.*
2 *Lex loquens in dubio de consuetudine, semper est intelligenda*
de præscripta.
3 *Lex, quæ vigebat tempore contractus celebrati, debet attendi*
in decisorijs.
4 *Vsuræ non possunt permitti per statutum.*
5 *Consuetudo contractus, in quo verba facta sunt, est inspiciēda.*
6 *Locus, & tempus sunt inseparabilia ab actu.*

L. Cum iudicio.

¶ In iudicijs bo-
næ fidei veniunt
vsuræ

vsuræ ex mora à iudice prætaxandæ secundùm regionis consuetudinem. hoc dicit ista prima particula. In iudicium, hoc verbum multis modis sumitur, vt not. Io. Mona. de iudi. super Rub in 6. & Io. An ponit de regu. iur. in
1 c. in iudicijs. eod. li. ¶ Not. † quòd in contractibus bonæ fidei veniunt vsuræ. ¶ Not. ex tex. attendi consuetudinem loci contractus, & non iudicij, quod tamen intellige, vt dicam super glo. & hoc verum in decisiuis, vt hic, & s. de euic. l. si fundus. vbi casus: secus in concernentibus ordinationem causæ, in quibus locus tantùm iudicij attenditur. ff. de testib. l. 3. §. fin. & ibi etiam dicam, & de hoc. C. quemadmodum test. ape. l. 2. & hoc quando est quæstio ex contractu, si verò ex delicto, dic attendi consuetudinem loci delicti. C. vbi de cri. agi opor. Au. h. qua in prouincia. & ff. de extraordi. cri. l. saccularij. §. sunt quædã. & l. 2. C. de noxa. ¶ Sed si ius descendat ex libertate, vel seruitute rei, de qua agitur, tunc inspicitur consuetudo, & statutum loci, in quo res est. Casus est not. ff. de admin. tut. in l. si sine hærede. §. Lutius. & de cen. l. forma. & C. de
2 ædif. priua. l. an in totum. ¶ Adde, † quòd lex loquens de consuetudine, in dubio videtur semper intelligenda de præscripta, allegatur ad hoc pro singulari. extra de elec. c. Cumana. sed vide concordantias. extra de præben. in c.
3 cum beneficio. in 6. ¶ Adde etiam prædictis, † quod in decisorijs debet attendi lex, quæ vigebat tempore contractus celebrati, licèt ex illo contractu non esset orta actio, sed postea sit orta post nouam legem conditam, probatur. C. de rei vx. actio. in l. 1. in fi. qui tex. subtiliter intuenti hæc probat: licèt prima facie contrarium. ¶ Item
4 no. ex isto tex. in fin. † quòd vsuræ per statutum permitti non possunt, & ideò statutum, & cæt. ¶ In gloss. 1. in ver. in iudicio. ibi [nisi in legat. & fideicommis.] quæ dicuntur habere instar bonæ fidei. C. in quibus causis in integ. rest. non est nec. l. in minorum. sunt tamen stricti iuris. aliàs. s. de in litem iur. ¶ Eadem gloss. in fin. ibi [non placet] quia imò in legatis, & fideicommissis veniunt à tempore moræ, vt plenè not. C. de vsu. & fruc. leg. l. 1. & ff. eod. l. in fideicommissi. ¶ In gloss. magna ad fin. vbi etiam not. à quo tempore veniant fructus in talibus legatis. ¶ In fin. secundæ gloss. ibi [actionum] quæ his versibus continentur.

Empti, conducti, mandati, depositiq;.
Pignora, ercifcunda, communi, pro socioq;.
Dotis, & hæredis, tutelæ, commoda gestor.
Ista bonæ fidei sunt, stricti cætera iuris.

¶ In gloss. 3. in fin. ibi [soluenda] dic, nec obstat. s. titul.
5 2. l. si fundus. † vbi inspicitur consuetudo contractus, in quo verba facta sunt, non in quo debet fieri solutio; quia ibi in illis, quæ veniunt ex consuetudine, eo ipso, quòd contractus est celebratus: secus si in his, quæ veniunt propter moram adhibitam circa ea, quæ veniunt in contractu; quia tunc inspicitur consuetudo loci, vbi debet fieri solutio; quia ibi contracta est mora. & ita loquitur hic sm̃ Bar. qui remittit ad no. in l. cunctos populos. C. de sac. sanc. eccl. ¶ Tu autem dic clarius & breuius, quòd aut consuetudo, vel statutum respicit formam contrahendi, aut debendi, aut petendi, aut exigendi. ¶ Primo casu, aut illa forma respicit actum, aut personam. Si actum, quia statutum disponit, quòd omnis contractus, & vltima voluntas teneat cum duobus testibus, dic tunc inspici locum
6 contractus, vel testamenti conditi. † Nam sicut in tempore inspicitur locus cõtractus: sic & in loco; locus enim, & tempus sunt inseparabilia ab actu, facit. C. de testam. l. fina. & quod nota. Doct. in l. 1. C. quæ sit lon. consuetud. Si concernit habilitatem personarum; vt quia dicit statutum, quòd minor non possit contrahere sine præsentia consanguineorum: tunc tale statutum afficit personam, vnde tanquam affecta non potest contrahere, nisi ista solemnitate seruata. ¶ Secundo casu principali, quando statutum respicit obligationem: tunc inspicitur locus contractus, idest pactionis; quia ibi obligatio sumit fundamentum, vbi sumpsit principium, d. l. si fundus. sup. de euic. Et iõ licèt dicatur quis cõtrahere in loco destinatæ solutionis, vt l. cõtraxisse. ff. de act. & obl. tñ hoc attenta fictione; verè n. ibi contrahitur, vbi verba, & negotium inter partes perficitur: & sic ibi debebit solui gabella ex forma statuti. Ita sentit gloss. nota. in l. eum, qui. §. 1. s. de de constit. pe. ¶ Tertio casu principali, dic inspici locum iudicij. l. 4. in fin. infr. de test. & C. quemad. test. ape. l. 2. & dixi. supr. textum. ¶ Quarto, & vltimo casu, quando lex respicit formam exigedi, inspicitur locus, vbi fit exequutio, vnde si statuto cauetur hic, quòd minor nõ possit capi pro debito. alibi tamen poterit capi. ¶ Hæc omnia intellige in iurisdictione contentiosa; in voluntaria enim semper inspicitur locus, vbi decretum iudicis interponitur. C. de emanc. libe. l. 1.

Ex §. Socius.

SVMMAE.

1 *Priuilegio qualiter quis excludatur.*
2 *Inuaserit, verbum sonat in inuitum.*
3 *Vsuræ currunt re ipsa in casu.*
4 *Recurrendum quando sit ad suffragium cautionis.*
5 *Iudex an possit se intromittere de vsuris post sententiam currendis, condemnando. & num. 7.*
6 *Iudex potest ex causa propter paupertatem minorare pœnam.*
8 *Prouisio de præsenti nihil proficit, nisi fiat pro futuris.*
9 *Iudex potest condemnare, etiam lite contestata, vbi ius superuenit ex causa de præterito.*

§. Socius. ¶ In actione pro socio re ipsa (etiã sine mora) veniunt vsuræ pecuniæ, quam alter ex socijs in vsus suos conuertit, & tractus futuri temporis non spectat ad iudicẽ. hoc dicit. ¶ Vel sic. De eo, quod in iudicio non clauditur, sed post sententiam
1 emergit, iudex iudicare non potest. hoc dicit. ¶ † Not. 1. vnũ priuileg. si, qđ societati attributum est, & aliud, scilicet vt non conueniatur socius, nisi inquantum facere potest. infr. de re ind. l. sunt qui in id. & s. pro so. l. verum. in princ. ab isto tamen priuilegio excluditur per negationem, scilicet si neget se socium. supr. pro soc. l. si vnus. §. fina. & de re iudi. l. sed hoc ita. §. fina. Similiter. infr. de fideiuss. l. si dubitetur. §. 1. in fideiussore. & supr. quod cum eo. l. sed & si ex parte. §. 1. in filiofamilias conuen-
2 tõ, & cæt. ¶ † Secundò nota. hoc verbum, inuaserit, quod sonat in inuitum, & arguit iniustitiam occupantis. C. vnde vi. l. si quis in tantam. & tamen not. quòd hic non includit vitium furti, etiam si in vsus suos conuertat, ut patet hic. & hoc operatur in dubio ratio, & eius communionis in re. sup. pro soc. l. meritò. quod tamen intellige, ut
3 ibi. & eod. tit. l. rei communis. ¶ † Tertiò not. casum, quo re ipsa vsuræ currant: quod contingit fauore ipsius societatis, & mutuæ fraternitatis inter socios debitæ. d. l. uerum. Sic & aliàs contingit fauore minoris ætatis. C.

in qui.cau.in inte.resti. l. in minorum. & de actio. empt.
4 l. curabit. ¶ Item no.ex isto tex. † quòd vbi aliter potest
esse consultum, non est recurrendum ad mendicatum suf
fragium cautionis. & ad hoc iste tex. alleg. & maximè per
Butr. ¶ Item not. ad finem, quòd tractus futuri temporis
&cæt. de quo. ĩ. latè super gloss. ¶ Not. tamen ad intel
ligentiam huius regulæ, quòd per statutum potest quis
excommunicari, si aliquid fecerit in futurum. de constit.
c. vt animarum. §. statuto. lib. 6. & hoc tenet Ioan. And.
de senten. excom. in c. Romana. in 6. quod videtur not. at
tento maximè, quòd nemo potest excommunicari per sẽ
tentiam ex futura culpa. ¶ Adde aliud, quòd & iudex
potest condemnare in expensis factis, & fiendis, & etiam
tenet Ioan. And. in d. c. Romana. & videtur casus extra de
procu. in c. auditis. vbi Inno. & gloss. hic tenent. ¶ In gloss.
imò. videtur, quòd non, vt supra. in fin. vel dic, quòd
hic petuntur ex dolo, ibi ex mora. ¶ In gloss. fi. quæ in-
cipit. q. d. nihil. ibi [sol. hic officio] &c. Dic, ꝙ hæc solutio
declaratur. ĩ. ante fin. huius gloss. Sed certè diuinationẽ,
& restrictionem continere videtur ad illam literam, ideò
aliter soluitur, vt sequitur. ¶ In ead. gloss. ibi [sed & alijs
modis potest ibi poni casus] vel dic aliter ad contrarium,
quòd ibi cauebatur actionis iure, & petebatur cautio, &
sic ex iure, quod est de præsenti: & ideò cautio petitur
hic; quia nullum ius erat de præsenti. q. d. ibi iure actio-
nis, hic iudicis officio. Præterea hic statim poterat sor-
tem exigere, ibi non secundùm Butr. Et idem videtur
tenere Bart. qui dicit, quòd ideo iudex hic se non intro-
mittit; quia in potestate actoris erat facere, ne in futurum
debeatur, ibi secus. Et hanc solutionem probat hic text.
secundùm eum. ¶ Sed certè hæc sol. & ratio Bartol.
non videtur tuta; nam secundùm eum staretur, quòd
iudex saltem posset se intromittere de vsuris currendis
post sententiam: sed illo tempore non est, quid impute-
tur obtinenti in causa, cur non exigit, si fecit quicquid po
tuit, & attamen hoc est falsum; quia pro nullo tempore
post sententiam potest se in sententia intromittere, vt pa-
tebit hic. Quare potest aliter dici, secundùm Goffred.
extra de procurat. in c. auditis. scilicet quòd illud, quod
hic dicitur, quòd tractus futuri temporis, &cæt. sit verũ,
quantum ad hoc, vt statim detur exactio. Vel secundùm
Innoc. in d. c. potest aliter responderi, videlicet quòd il-
lud, quod hic dicitur, locum habet in vsuris, quæ sunt
odiosæ: aliàs benè prouidet iudex in futurum, facit quod
no. extra de homic. in c. Prælatis. in 6. ¶ Vel secundũ eun
dem Innoc. potest dici, quòd tractus futuri temporis,
&cæt. scilicet vbi obligatio non subest: secus si obligatio
subsit, vt d. c. auditis. & sic posset intelligi. d. l. 1. ¶ Sed
certè ex prædictis omnibus non apparet clara responsio,
5 nec etiam tuta esset ad d. l. 1. Dic ergo, † quòd ibi iu-
dex se non intromittit de vsuris post sententiam curren-
dis, condemnando: sed solùm statuendo modum vsurarũ
in earum cursu. & hoc facere potest, licèt enim de iure
centesimæ debeantur, vt d. l. fina. C. de vsu. re. iu. tamen
æquitate suadente, & iusta causa potest minorem modũ
statuere; cum enim vsurę debeantur, vt pęna, vt probatur.
6 s̃. de nego. ge. in l. qui sine. † potest iudex ex causa illam pę
nam minorare propter paupertatem, vel aliam similẽ cau
sam, secundùm notata in simili. in l. si Posidoniũ. & ĩ l. &
si seuerior. C. de his, qui nota. infa. &. sup. eo. titu. in l. quid
ergo. §. pœna grauior. & l. auxilium. de mino. ex hoc col-
lige pulchrum, & nouum intellectum ad d. l. 1. ¶ In ead.
gloss. ibi circa fin. ibi [speciale in prædictis.] Dic hæc nõ
placet; quia non apparet in eis ratio specialitatis, quini-
mo hoc dicere, est refugium miserorum. vulg. l. filiũ, quẽ
habentem. C. fam. erc. ideò gl. soluit alibi. ¶ Ea. gl. ibi [de
bentur] dic, ꝙ actionem non præsupponit. de acti. empt.
l. qui per collusionem. &. ĩ. de au. & ar. leg. l. Quintus. Sed
certè si ponderentur omnia prædicta, non videtur plenè
declaratum, an & quando tractus futuri temporis spectat
ad iudicem, dic ergo, ponderãdo omnes casus possibiles.
7 ¶ † Quãdoque enim nec obligatio, nec actio est præsens,
nec oriri speratur: & hoc casu nullũ dubium, ꝙ in tali con
tractu iudex se non interponit; quia sine actione pars ex-
periri non potest l. quoties. §. item si in speciali. ĩ. de ad-
mi. tut. & l. si pupilli. §. videamus. s̃. de nego. ge. ¶ Quan-
doque. n. obligatio, & actio est præsens: sed sola exequu-
tio differtur, tunc potest agi, & iudex se interponit; differ-
tur tamen exequutio vsq; ad diei euentum l. in lege Aqui-
lia. s̃. ad leg. Aqui. ĩ. de fur. l. qui tabulas. & l. quidã tabu-
larum. & de ta. exhi. l. locum. §. condemnatio. ¶ Quãdoq;
obligatio, & actio est præsens; quia verè nunc aliquid de-
betur: nisi tamen pro futuro prouideatur, præsens proui-
sio non affert victori plenum commodum: tunc futuri tem
poris tractus spectat ad iudicem. Exemplum in agẽte, vti
possidetis, contra turbantem; nihil. n. prodesset sententia,
nisi iudex pro futuro tempore silentium imponeret; põt
ergo hoc facere, ext. de prob. c. licèt causam. no. C. vti pos
si. in l. 1. ¶ Itẽ pone exemplum in agente, ne eius luminib⁹
officiatur, in quo etiam est necessaria prouisio pro futu-
ro. s̃. de serui. l. si seruitus. & si ser. vendi. l. egi. & l. harum.
Et idem dicit in omnibus casibus, in quibus hoc continge
8 re posset, † quòd prouisio de præsenti nil prodesset, ni-
si & pro futuro fieret; nam tunc illud futurum venit
quasi per viam cuiusdam necessariæ consequentiæ: vnde
eadem durat potestas, quæ in principali, facit quod nota.
Innoc. de offic. deleg. in c. 1. ¶ Quandoque aliquid de-
betur de præsenti, & eius occasione aliquid potest de-
beri in futurum iure obligationis, vt differat ab alijs ca-
sibus. s̃. positis. Et in istis dic tractum futuri tempo-
ris spectare ad iudicem. Exemplum in vsuris, & stipu-
lationibus deductis, quæ non cucurrerunt: certè possunt
in iudicium deduci ratione sortis, & vsurarum, quæ de
præsenti debentur, casus est, secundùm vnam lectu. in
l. 1. C. de iudi. Exemplum etiam pone in alimentis, &
alijs annuis præstationibus, vel in stipulatione annua,
in qua statim dicitur actio nata pro omnibus annis, li-
cèt per tempora sit diuisa præstatio. l. Stichum. §. stipu-
latio. ĩ. de verb. oblig. & de dona. l. senatus. in fin. Et hoc
statutum est, ne quis compellatur singulis annis de iure
suo protestari. C. de præscript. 30. vel 40. anno. l. 2. &. ĩ.
eo. l. cũ de in rem verso. no. per gl. s̃. de iud. ĩ l. non quem-
admodum. per Inno. extra. de procura. in c. auditis. & de
sepul. in c. nostra. & Cin. C. de fideicom. in l. 1. & Bart. in
l. ita stipulatus. de verb. oblig. ¶ Quandoque aliquid de-
betur de præsenti, & in futurum deberi potest ex natura
actionis propositę, & sic solùm officio iudicis. In isto casu
dic, ꝙ iudex se intromittit pro tempore, quod currit, pen-
dente iudicio. l. ædiles. §. item sciẽdum. ĩ. de ædil. edi. sed
non de currendo post sententiam. Cum enim iudicium sit
finitum, & causa per sententiam terminata. ĩ. de re iud. l.
1. mercenarium officium ampliùs non potest deseruire, &
ita intelligatur ista l. quæ loquitur in vsuris ex mora cur-
rentibus in iudicio bonæ fidei, & solo iudicis officio, vt
hic dicit gloss. secus si posset in iudicium deduci, etiam
actionis iure. Exemplum in fructibus, & accessioni-
bus naturalibus; tunc enim iudex posset se intromitte-
re (etiam de tempore post sententiam) vnde posset con-
demnare

demnare conuentum ad reſtitutionem rei cum fructibus perceptis, & percipiendis, facit quod nota. Cin. in l. cum propria. C. ſi quis alte. vel ſibi. & Inno. extra de dona. in c. cum inter dilecti. & de reſt. ſpo. in c. cum ad ſedem. Nec ob. gloſſ. quæ huic deciſioni videtur contraria, in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ſ. de rei vendi. Quia poſſet reſponderi, quòd illi fructus in iudicio reali veniunt officio iudicis, non iure actionis, vt ibi, & illo eod. titu. Litem ſi verberatum. in fin. cum ſeq. Quandoque nil debetur de præſenti, ſed deberi ſperatur in aduentu conditionis, vel diei: & clarum eſt, ꝙ iudex nil poteſt; quia non poteſt agi ĩ. de verbor. ſignificat. l. cedere diem. & de verb. obli. l. interdum. & l. ita ſtipulatus. vbi per Bart. Quandoque, & vltimò nil de præſenti debetur: ſed in conteſtatione deberi ſperatur, tunc poteſt agi. ĩ. de verbor. obligat. l. ſi Titius. & l. ſi decem cum petiero. & C. de contrahen. & com
9 mit. ſtip. l. magnam. ¶ Vnum not. vltimò, † quòd vbi etiam lite conteſt. ius ſuperuenit ex cauſa de præterito; tunc etiam ex eadem inſtantia iudex poteſt condemnare, caſus eſt notabilis in l. ſi rem. in §. fin. ſ. de pign. actio. & idem ſi ſuperueniat ſimplex facultas dirigendæ actionis. ſ. de rei vendi. l. ſi autem. §. 1. & ad exhibendum. l. tigni.

Ex §. Papinianus.

SVMMAE.

1 *Debitor purus regulariter non conſtituitur in mora ſine interpellatione.*
2 *Eccleſia, & reſpublica æquiparantur pupillo.*
3 *Obligatus qualiter excuſetur à pœna legali.*
4 *Inhibitio, vel ſequeſtrum excuſat obligatum non ſoluentem à commiſsione pœnæ.*
5 *Debitor liberatur ipſo iure ex conſignatione pecuniæ debitæ.*

§. Papinianus. ¶ In actione tutelæ tanquam bonæ fidei veniũt vſuræ re ipſa: poteſt tamen tutor pecuniam debitam offerendo, & deponendo, vſurarum incommodum euitare. hoc dicit text. ¶ In text. ibi [pro fauore pupillorum] dic quorum fauore multa à iure ſunt ſtatuta, inter quæ eſt vnum notabile extra literam, ſcilicet quòd fingitur eorũ fauore ſtipulatio facta, vbi non interuenit. Secundum, ꝙ tacens (etiam de cuius agitur præiudicio) contra regulas habeatur pro conſentiente, caſus eſt fin. de vtroque in l.
1 cum oſtendimus. §. fin. ĩ. de fideiuſ. tut. ¶ Not. † quòd licèt regulariter debitor ſaltem purus non conſtituatur in mora ſine interpellatione, vt l. quod te. ſ. ſi cert. pet. & ĩ. de verb. oblig. l. ex legati cauſa. tamen hoc fallit minoris fauore, vt hic, & l. in minorum. hic alleg. Et hoc ponde
2 ro; † quia idem videtur in eccleſia, & Republica, quæ pupillo æquiparantur. C. de ſac. ſanct. eccl. l. fi. 23. q. 4. in c. quid ergo. 1. di. c. ius publicũ. C. qui. ex cau. ma. l. Reſpublica. & quod ibi not. facit quod no. C. de rei vend. in l. ſi vt proponis. &. C. ſi quis alteri. vel ſibi. l. 1. & extra de in integ. reſt. c. 1. & c. auditis. qđ no. pro eccleſijs, vel ciuitatibus habẽtibus iura, quæ habẽt adminiſtratores ſuos, ad quos de bonis eccleſiæ, vel ciuitatis aliquid perueniſſet. ¶ Itẽ not. ex. verſ. [planè] ꝙ licèt quis nõ poſsit compelli regulariter agere, vt. C. vt ne. inui. in rub. & nigro. niſi in
3 caſibus ibi not. † tamen à iure prouidetur obligato, vt ſe excuſet à pœna legali contra eum committenda, ſcilicet quòd offerat, deponat, & conſignet, vt hic, & per hoc impeditur curſus vſurarum, vt hic, & in leg. hic alleg. in glo. Et hoc videtur plenum remedium, vbi debitum totum eſt liquidum. Si autem ſit dubium ſolùm pro parte, exemplum poteſt poni hic, non enim poteſt clarè conſtare, quantum ſit in reliquis, donec ſit ſolidata, & calculata ratio adminiſtrationis: & tunc dic, quòd ad impediendum curſum vſurarum, vel commiſsionem pœnæ ſufficit partem liquidam offerre cum oblatione ſatiſdationis idoneę de reliqua ſoluenda, cũ liquidata fuerint. Caſus eſt ſing. hoc probãs. ĩ. de ſta. lib. in l. ſtatuliber rationũ. quem no. ad multa. ¶ Et ex hoc not. notabilem modum practican
4 di hanc l. & ſimiles. ſic in ſimili † inhibitio, vel ſequeſtrũ excuſat obligatum non ſoluentẽ à commiſsione pœnæ,
5 caſus eſt not. in l. fin. ſ. de leg. commiſ. ¶ Item no. caſum, in quo requiritur obſignatio, & depoſitio, & quæ ſit ratio. ĩ. dicam ſuper gloſſ. An autem per talem conſignationẽ, & depoſitionem ſit pupillus creditor factus dominus huius pecuniæ. gloſſ. ſentit, quòd ſic, ſaltem vtiliter. C. eo. l. acceptam. de quo ibi per Cin. in vlt. quæſt. ¶ In gloſſ. eſt ergo. in princ. ibi [neceſſaria obligatio] dic, quòd fiat congruo loco, & tempore. ĩ. de ſolut. l. creditor. ¶ In ead. ibi [depoſito] dic, non ergo ſufficit ſimplex oblatio, & hoc videtur ex eo; quia curſus vſurarum hic iam erat inchoatus: ſecus ſi nondũ eſſet inchoatus; quia tunc ſola oblatio ſufficeret ad impediendum curſum inchoari. Caſus eſt C. eo. in l. ſi per te. & in l. ſi ex pretio. ſecundùm vnum intellectũ. & ĩ. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Seiæ. ſic etiã ſufficit ſimplex oblatio ad euitationem pœnę. ſ. de arbi. l. Celſus. & l. traiectitiæ. ĩ. de act. & obli. ¶ Quare autem ſola oblatio ſufficiat ad purgandum moram quò ad interitũ. l. ſi ſeruum. §. fin. ĩ. de verb. obligat. & non quò ad impediendum curſum vſurarum, vide per glo. & Doct. in d. l. acceptam. C. eod. Et adde not. caſum circa hoc ſecũdùm varias lect. in l. ſi debitor. infr. de ſolu. & quod no. in l. qui
5 decem. in prin. eod. tit. ¶ In gloſſ. fin. incip. ipſo iure. † No. ergo, ꝙ p cõſignationẽ pecuniæ debitæ liberatur debitor ipſo iure, & idem tenet clarè gloſſ. in l. 1. §. ſi pecuniam in ſacculo. ſ. depoſ. hic alleg. & in l. obſignatione. C. de ſolu. vbi de hoc videtur caſus in oppoſitum, ſcilicet quòd ſolùm ope exceptionis, facit d. l. acceptam. in fin. & ibi gloſſ. non fieret. ſed primam opin. quòd ipſo iure, tenet Iac. de Are. & Cin. pro qua etiã videtur caſus. ſ. manda. in l. qui mutuam. §. 1. vbi etiam glo.

Ex l. Vulgo.

SVMMAE.

1 *Acceſsiones à quo tempore veniant. & nu. 2.*
3 *Intereſſe extrinſecum venit in nummis.*

L. Vulgo. ¶ In actionibus ſtricti iuris veniunt vſuræ à tempore litis conteſtatæ, & omnis acceſsio naturalis. hoc dicit. ¶ In glo. fin. ibi [ſi fundus. & §. interdũ.] circa hanc materiam acceſsionum vide pleniorem gloſſ. quæ ſit in corpore iuris, in l. in
1 hac. ſ. de triti. † Tu autem pleniùs conclude; quia aut quæritur de acceſsionibus ciuilibus, vt vſuris, aut naturalibus, vt fructibus, & partubus. Si de ciuilibus, dic, quòd in contractibus ſtricti iuris non veniunt citra vinculum ſtipulationis. C. eod. l. 3. fallit, vbi quantitas debetur ex vltima uoluntate; quia tunc ueniunt ex mora, ut ĩ. de leg.

s.l.si quis seruo.& l.Titia Seio.§.vsuras. illo eod.titul. & 6 not.in l.1.C.de vsu. & fru le † In contractibus verò bonæ fidei veniunt à tempore moræ.ij.eod l.mora.§.in bonæ fidei. Si de naturalibus, vt fructibus,& cæt.dic,quod si veniunt iure actionis, inspicitur tempus obligationis contractæ.s.de condict inde.l.in summa.§.ci,qui.& l.indebiti. in princ. Si iudicis officio: tunc in contractibus bonæ fidei veniunt à tempore moræ, vt d.§. in bonæ fidei. Idem in stricti iuris, qui sapiunt naturam bonæ fidei.C.in qui. cau. l. in minorum. Si in stricti iuris merè, idest qui non sapiunt naturam bonæ fidei,dic,quòd si peto,quod est, vel fuit meum,fructus veniunt à tempore moræ. De primo,qñ meũ est,est tex.s.de rei vend.i l.Iulianus scribit si homine. De secundo.ij.in l.videamus. §. 1. & se. eo.tit.Si peto id, quod non est, nec fuit meum:tunc à tempore contestatæ litis.l.cum fundus.in princ.s. si cert. pet. & d.§.si actionem.& hic.quæ verba not. pro vera conclusione omnium.¶In ead.gloss.ibi [sed nunquid] ista quæstio hic,secundùm Bart.non benè adaptatur ad tex. quia text.loquitur in actione stricti iuris: quæstio verò formatur in actionibus bonæ fidei. ¶ In ead. gloss.in fin. ibi [l. 3 nummis] q. d. quòd huius pœnæ habetur ratio; † quia cum in nummis non veniat intrinsecum interesse, meritò debet venire extrinsecum,arg.illius leg.

Ex l. In fideicommissi.

SVMMAE.

1 *In mora nunquam dicitur esse quis,nisi post declarationem,& sententiam iudicis.*

2 *Tempus quadrimestre an habeat locum, vbi species certa petitur actione personali.*

3 *Titulus excusat à fructibus percipiendis.*

4 *Hæres non tenetur restituere aliquas actiones quæsitas ex aliquibus rebus hæreditarijs, vel earum accessione.*

5 *Fructus quando percipiuntur ex prouisione testatoris,semper imputantur in quartam.*

Et quid de illis, qui veniunt post mortem testatoris. numero. 7.

6 *Vsuræ veniunt à tempore moræ.*

L.In fideicommissi, ¶Pro euidentia præmitte, quòd principium huius l. legitur duobus modis. Vno modo in fructibus perceptis, & iste intellectus ponitur.ij.in gloss.mag.post princ. in versic. licèt quidam dicant. Alio modo in fructibus percipiendis. & hic intellectus verior est, secundùm gloss.& Doct. & hoc intendit, secundùm istum modum.¶Condemnatus in actione personali, tenetur de fructibus perceptis,& percipiendis post quadrimestre tempus:ante verò non tenetur,si mora non præcessit.hoc dicit. Et primò ponitur Imperatoris rescriptum. Secundò id interpretatur. Tertiò illud ostendit. Secunda ibi [quod decretum] tertia ibi [in his.] ¶Not. primò text.ibi[tam & si non facile]etiam quem multum facit notare Bart.forte habuit respectum ad vrbanitatem. l. quidam Iberus. de ser. vrb. præd. ¶Secundò nota, ibi 1 [sed puta leg. Falcidiæ] † quòd in non liquidis nunquã dicitur quis esse in mora, nisi post declarationem,& sententiam iudicis. quod est not.facit.s.de pig.act.l.si conuenerit.& adde omnino quod dixi.s. l.1.§.Papinianus.qui-2 bus adde istum text. Item nota tertiò, † quòd vbi species certa petitur actione personali,locum habet tempus quadrimestre,cuius contrarium sentit gl.in l.si cum exceptione.§. quatenus. in gloss. super ver. intra tempora.s quod met. cau.& hoc tene pro vero.licèt aliquæ gloss.varient,de quo Cin.in l.fina.C. de exe. rei iu. ¶ Item nota, quòd hic eod. versic.videtur casus, quòd ratione partis, quæ indebitè petitur, reus non dicatur esse in mora, si contradicat. Nam hic hæres opponebat Falcidiam imminere, & per hoc dicitur hic, quòd in totum non est in mora. Sed contrarium verum per casum de legat. secundo.in l.qui solidũ.in princ. vbi tenet Bartol. tangit etiam ij.de exc.rei iudi. in l. si quis cum totam. ¶ Nec obstat iste text. quia respondet, quòd ista exceptio, cum dico Falcidiam imminere, potest esse, quòd totum fideicommissum absorbeat, ita quòd nil debebitur.l.1.§.hæc verba.infr.si cui plus, quàm per leg.Falcid.& d.l.qui solidũ. &.ij.de verb.signifi.l.si pupillus.§.fina.vbi notanter deciditur, quòd petens centum, licèt non habeat ius, nisi in quinquaginta, saltem in parte continuò constituit aduersarium in mora. Et sic patet, quòd ratione partis, quæ indebitè petatur, non est licitum negare totum, licèt quidam contra.de quo omnino vide per Bartol.in l.1. §. stipulanti.ij.de verb.obligat. quod nota ad statuta, & ad multa. ¶In gloss.1. ibi [secundùm Azonem.] circa hæc vide glo. in l.fi.C.de exequu.rei iudi.& alia.11.q.3.in c. cum apud. vbi & Archid. tenet, & de offic. deleg. in c. querenti, ¶In gloss. quæ incipit. à tempore primæ sententiæ.in fin.not.gloss. quòd noua actio nunquam fit per sententiam ad incommodum actoris: cui adde aliam.ij. de exce.rei iudi.l.duobus. ¶In gloss.mag. ibi [licèt quidam dicant] &cæt. pro quorum opinione facit; quia hæres habet titulum, & sic debet excusari à percipiendis. C.de rei vend. l.si fundum.sed hoc est falsum; quia dominium rectà via transit ad legatarium,& licèt transeat: tamen legatarius habet actionem ex testamento, quæ est bonæ fidei. Et sic tenetur ex tempore moræ,& si est stricti iuris, tenetur post litem contestatam.infr. §. proxim.
3 † Et quòd titulus excuset à percipiendis, est verum in conuento rei vendi. secus in conuento personali, vt hic, secundùm Bartol. ¶ Vel responde aliter, secundùm Butr. quòd titulus non habetur, cum dominium transiuit in legatarium. ¶In ead.gloss. ibi [l.ita tamen.§.sed si.] aduerte tamen quia, quòd ibi dicitur, tales fructus spectare ad fideicommissarium, est verum, si hæres postea coactus hæreditatem adiuit: secus si sponte, & ita est casus not.ibi coniuncto.§.præced.ibi. ¶In ead. glo. ibi [§. sed & in huiusmodi] vnum nota, quòd sicut tales fructus naturales, & industriales hæres lucratur, nec fi-
4 deicommissario restituit, vt ibi;ita † etiam nec restituere tenetur aliquas actiones quæsitas ex aliquibus rebus hæreditarijs, vel earum accessione,casus est nota.in ead. l. postulante. ante fin. in versic. sed cum hæreditarios. ¶In ead. gloss. ibi [hæredem autem intellige] dic quòd ad casum nostrum. ¶In ead.ibi [l.in fideicommissaria.] Et ibi plena gloss. de hoc; quia tamen non est in omnibus perfecta, & materia satis est vtilis, & prolixa, pro clariori intelligentia sic conclude. Aut queritur in debita iure naturæ. Aut in Trebellianica. Si in debita iure naturæ, dic, quòd licèt olim fructus imputarentur in illam, secundùm not.in l.Papinianus.§.si conditioni.s. de inoff. test.& l.iubemus.hic alleg. Hodie tamen non imputant: per l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.test. Si loquimur in Trebellianica, dic, quòd si fructus erant sati tempore mortis defuncti, sed postea fuerunt percepti: tunc communi-

municantur, & diuiduntur cum alijs bonis l. in lege Falcidia placuit. ꝟ. ad leg. Falci. Et ratio est; quia, ex quo separati non erant, censentur portio bonorum hæreditatis; ergo, &c. scilicet diuiduntur. Sed si non erant tunc sati, si fuerunt percepti ante aditam hæreditatē, dic, vt in l. ita tamen. §. si seruum. ꝟ. ad Trebel. & s. tetigi cum gloss. vnde ego transeo. Sed si fuerunt percepti post, considera quatuor casus; quia aut sunt percepti iudicio testatoris. Aut negligentia non petentis. Aut mora non soluentis. Aut alio modo. ¶Primo casu in liberis primi grad' dic, quòd non computantur, sed eos lucrantur, d. l. iubemus. In alijs verò dic, quòd imputant, & si quid superest, lucrantur, d. l. in fideicommissaria. & l. mulier. §. alia causa. & l. ex asse. ꝟ. ad Trebell. Et hoc verum est, si sint de parentibus primi gradus. l. filius familias ad l. Falc. ꝟ. vel de descendentibus non primi gradus. Ratio est, quia in eis nil nouatur, per d. l. iubemus. vt ibi patet, ad fi. ¶Secundo casu, quando sunt percepti negligentia non petentis: tunc dic, quòd si fideicommissarius fuit negligens in petenda restitutione verbali, & reali: tunc non computat, neque restituit, vt l. mulier. §. hæres. ad Treb. Sed si fuit diligēs in verbali, negligens tamen in reali: tunc dic fructus dodrantis restituendos. ꝟ. eod. l. Herennius. Ratio diuisionis; quia per verbalem restitutionem dominium rerum transiuit in fideicommissarium. ꝟ. ad Treb. l. facta. in princ. ¶Tertio casu principali, quando mora non soluentis, tunc dic, quòd in quartā hæres computat illos, & superfluum restituit, d. l. in fideicommissaria. 2. respon. quod habet locum, etiam in liberis primi gradus; quia eo casu, quo sunt in mora, nil est innouatum. ¶Quarto & vltimo casu, quando sūt percepti alio modo, quàm aliquo de prędictis: tunc dic, quòd hæres illos lucratur, nec in quartam imputat: casus est in d. l. mulier. §. si hæres. à sensu contrario. ꝟ. ad Treb.
5 ¶Vnum not. & adde prædictis, † quòd quando fructus percipiuntur ex prouisione testatoris, sicut sunt vsuræ in stipulatum deductæ per eum, vel etiam pensiones ex contractu locationis debitæ, quòd illi semper imputantur in
a quartam, a & superabundantes restituuntur, casus est. ꝟ. ad Trebel. l. Balista. & l. seq. ¶Similiter & alio casu imputantur in quartam fructus percepti per grauatum de restituendo hæreditatem cum verbo geminato; vt quia dixit testator [quicquid ad te peruenerit, vel quantumcunque pecunia ad te peruenerit] casus est no. in d. l. Balista. ¶In ead. glo. ad fi. pro perfecta horum intelligentia conclude
6 pleniùs. † Aut enim quæritur, cum veniunt vsuræ, & dic, quòd à tempore moræ, ante non, l. 1. C. de vsu. & fru. leg. & l. Titia à Seio. §. vsuras. ꝟ. de leg. 2. Aut quæritur, quādo fructus veniant: & tunc dic, quòd si legatum est vniuersale, fructus veniunt à die, qua legantur quasi augmentum, & pars rei legatæ. ꝟ. eod. l. equis. la secunda. 2. responso. & de lega. 2. l. peculium. Sed si legatum est singulare: tunc attendendum, an sit legata res aliena, an propria. Si aliena, tunc aut quæritur de fructibus perceptis ante moram hæredis, & dico, quòd non veniunt, l. quæsitum. §. si mihi seruus. de leg. 1. vbi bonus casus. Aut quæritur de perceptis post moram, & tenetur, l. equis. 1. resp. ꝟ. eod. & not. ꝟ. eo. l. Herennius. aliàs incipit. l. fructus. Si verò legauit rem propriam: tunc distinguit perceptos à percipiendis. Nam si loquimur in percipiendis: tunc aut à petitore, aut à possessore. Si de percipiendis à possessore, veniunt à tempore litis contestatæ. C. de vsu. & fru. lega. l. fina. Si à petitore, à tempore moræ. l. apud Iulia. §. 1. ꝟ. de leg. 1. Sed si quæratur de perceptis, aut post aditam hæreditatem, & veniunt à tempore aditæ hæreditatis. infr. eodem l. Herennius. Aut ante aditam hæreditatem: & tunc si de perceptis in vita testatoris, nullo modo illi debentur,
7 d. l. quæsitum. §. si mihi seruus. ꝟ. de leg. primo. † Sed si loquimur de perceptis post mortem testatoris, in hoc gloss. variant; nam glo. infr. eo in d. l. Herennius. videtur velle, quòd non debeantur, sed alibi. de legat. secundo. in l. quod seruus. tenet, quòd quęrantur hæreditati: tamen veniant restituendi legatario. Primam opin. tenuit Pet. in l. fina. C. de vsu. & fru. legat. per l. si tibi homo. §. cum seruus. ꝟ. de leg. primo. & per d. l. quod seruus. quasi velit, quòd dominium verè non sit legatario quæsitum. ¶Nec obstat secundùm eum l. à Titio. infr. de fur. quia ibi de quadam fictione, & ex necessitate iuris, non legatarij fauore. Sed certè d. gloss. possunt concordari, vt colligitur ex quadam additione Dyn. in d. §. cum seruus. vt dicamus, quòd si hæres fuit in mora adeundi: tunc fructus ante moram percepti quæruntur hæreditati, d. l. quod seruus. sed post moram quæsiti veniunt restituendi, vt ibi dicit gloss. & probatur per l. si vsusfructus legatus. s. de vsufruc. Sed si non fuit in mora adeundi: tunc non veniunt restituendi, vt in l. sup. alleg. Et prædicta procedunt in legato simplici, & puro: sed si legatum esset in diem, vel conditionale: tunc in fructibus perceptis post diem, vel conditionis euentum, distingue, vt. s. Sed in perceptis ante diem, vel conditionis euentum, illi nullo modo sunt restituendi. d. l. quod seruus. & l. emptor. in fin. mag. glo. de rei vend. s. & hoc communiter tenetur. licèt glo. notet contrarium in l. fina. §. sinautem sub conditione. C. communia de legat. ¶Vnum nota quòd vbi dixi fructus restituendos, intellige verum, nisi ipsos perceperit bona fide: quo casu de consumptis non tenetur, l. quæsitum. infr. de acquir. re. domin. extantes verò (licèt bona fide perceperit) tenetur restituere, vt notat. per glo. in l. item veniunt s. de petit. hæred. Quod est verum, nisi tanto tempore possederit, quòd eos vsuceperit, vt notat sing. gloss. quæ non est alibi, in l. 4. §. fructus. ꝟ. de vsucap. quam pro Deo benè not.

ADDITIO.

a ¶Adde, nunquid fructus computentur in Trebellianicam, Paul. de Castr. in consil. 188. in 2. volum. versic. super vltimo quæsito de fructibus. incip. Quia dubia. ponit Bal. in l. ab eo. C. de fideicom.

Ex §. In his quoque.

SVMMAE.

1 *In actione stricti iuris, & non arbitraria consideratur tempus litis contestatæ.*

1 §. In his quoque. ¶In † actione stricti iuris, & non arbitraria consideratur tempus litis contest. hoc dicit. Et loquitur quò ad accessiones, & alia hic. ¶Et ad declarationem huius. §. vide omnino quod dixi. s. eod. in l. vulgo. & secundùm ibi not. intelligitur ille. §. siue pars. ¶In fin. gloss. mag. & hæc secunda videtur melior, & vtilior, attento maximè, quòd præcedens ratio sit eadem in vtroque casu. Prima tamen bona in se, & nullum scrupulum habet.

Ex §.Non nunquam.

S V M M AE.

1 *Onus iniunctum grauato de reſtituendo quicquid ex bonis defuncti ſupererit, quid importet.*
2 *Fructus percepti iudicio teſtatoris, reſtituuntur fideicommiſſario in caſu, ceſſante mora.*
3 *Grauatus de reſtituendo, ſi nihil conſumpſit: nihilominus eius hæres non tenebitur, niſi ad quartam reſtituendam.*
4 *Teſtator ſi promiſit hæredi rem legatam, vel per fideicommiſſum relictam obligare pro neceſſitatibus ſuis, & hæres ex neceſſaria cauſa obligauit illam, non poteſt legatarius, vel fideicommiſſarius cogere hæredem ad luendum.*

§.Non nunquam. ¶ Iſte. §. communiter legitur,
& intelligitur in rogato reſtituere quicquid in hæreditate
ſupererit, & hunc intellectum ſentit hic Butri. & Bar. hic.
& vbicunque ipſum. §. alleg. & ſecundùm hunc intellectũ.
h.d. ¶ Rogatus reſtituere quicquid ex hęreditate ſupe-
rerit, intelligitur rogatus de fructibus reſtituendis. h.d. ſe
cundùm vnum intellectum communem. Sed certè hic mo
dus legendi non videtur conuenire huic tex. quinimò &
ſecundùm eum iſte. §. habet difficilia contraria, de qui-
bus. ȷ. faciam mentionem ſuper vlti. glo. Quare puto, ꝙ
iſte tex. aliter debeat intelligi, ꝓut litera ſonat. ſ. in graua-
to, vel rogato de reſtituendo, quicquid de bonis ſupererit.
Et ſecundũ iſtum intellectum ceſſabunt fortia contraria,
1 ſecundùm quem hoc intendit in ſumma. ¶ † Onus iniũ-
ctum grauato de reſtituendo, quicquid ex bonis defuncti
ſupererit, importat onus reſtituendorum fructuum. hoc d.
iſte. §. not. ſecundùm hunc modum. ¶ No. ibi. [vt enim
ea, quæ] quòd diminuta bona fide, non venit (etiam in
vniuerſali fideicommiſſo) quicquid ex bonis &c. facit. ȷ.
ad Treb. l. Titius rogatus. & quod ibi no. & ſupra de pe-
ti. hæred. l. ſed & ſi lege. §. quod autem. ¶ Secundò be-
ne no. ibi [ſi pro modo cæterorum, quorum bonorum]
2 &c. † quòd ceſſante mora, fructus percepti, iudicio teſta-
toris reſtituuntur fideicommiſſario, quod eſt mirabile, ſe
cundùm Butr. quia eſt contra regulam. ¶ In glo. 1. ad fin.
ibi [in Auth. de reſti.] tranſſumptiuè habetur in Auth. cõ-
tra cũ rogatus. C. ad Treb. vbi vide enumeratos quatuor
caſus, quibus hæc quarta minui poteſt: quos tamen limi-
tat ibi no. gloſſ. niſi iam diſsipaſſet totum dodrantem, de
quo ibi vide in vlti. gloſſ. ¶ Vnum etiam no. quòd ibi glo.
3 decidit, † quòd ſi grauatus de reſtituendo forma, de qua
hic, & ibi, nil conſumpſit, quòd nihilominus eius hæres nõ
tenebitur, niſi ad quartam reſtituendam: & dodrantem re
tinere poterit, quod quidam, vt Mar. Sill. videtur tenuiſſe,
ne ſua diligentia videatur ſibi damnoſa. C. de condi. inſer.
l. fi. ¶ Sed contrarium puto verum de iure, quòd imò to-
tum debeat reſtitui, per d. l. Titius rogatus. & l. ſed ſi lege
hic alleg. Quibus patet, quòd totum reſtituit. Nec obſtat
diſpoſitio illius Auth. & tex. in cor. per quam reſeruatio
coarctatur ad quartam; quia in fauorem fideicõmiſſarij
tantũ hoc inductum fuit, ꝙ teneatur reſeruare quartam,
quam ante poterat bona fide conſumere; non ergo debet
retorqueri in eius læſionem, & ſic ſicut totum non conſum
ptum reſtituebat, ſic & hodie. ¶ Adde prædictis vnũ no.
4 † quòd ſi teſtator promiſiſſet hęredi rem legatam, vel per
fideicõmiſſum relictam obligare pro neceſsitatibus ſuis,
& hæres ex neceſsitate eam obligauit, illam nõ poteſt le-
gatarius, vel fideicommiſſarius cogere hæredẽ ad luendũ.
caſus eſt in l. deducta. §. fi. ad Trebel. quẽ no. facit in arg.
ſupra de vſufru. & ea re. quæ vſu conſu. l. tribus ¶ In glo. 1.
de eo, quod. ibi [ſed videtur contra] ſubaudi ad illud, quod
glo. proxi. dixit, non ad text. ¶ In eadem glo. in fin. Sol.
vt ibi no. ¶ In glo. ſcilicet teſtatoris. ibi [verbũ quicquid]
quod hic ponitur. Dic, quòd licèt hoc verbum, quicquid,
ſit adiectũ, nõ tñ videntur fructus in reſtitutione venire. ȷ.
ad Treb. l. hæredes mei. in prin. & d. l. in fideicommiſſa-
ria. in prin. ¶ Quare pro intelligentia horum iurium,
dic, quòd quandoque quis grauatur reſtituere, quicquid
ex hæreditate ſupererit: & tunc fructus non veniunt reſti-
tuendi; quia nunquam fuerunt hæreditatis, d. l. in fideicõ-
miſſaria. in prin. & illo eodem titu. l. deducta. in prin.
¶ Quandoque quis grauatur reſtituere, quicquid ex hę-
reditate, bonisue meis ſupererit: tunc ſimiliter dic fructus
in reſtitutione non venire, dato quòd ſit adiectum verbũ,
bonorum; nam inſpicitur verbum illud [hæreditatis] ge-
nerale, quod præcedit, tex. eſt in d. l. hæredes mei. in prin.
ȷ. ad Treb. ¶ Quandoq; quis eſt grauatus reſtituere, quic
quid ex bonis ſupererit: & tunc fructus veniunt reſtituen-
di; quia fuerunt ex bonis, caſus eſt no. hic. ¶ Et ex hoc col
lige nouum modum legendi iſtum text. & communem
modum, quo legitur, non procedere. ¶ Aduerte tamen, ꝙ
prædicta ſunt intelligenda in fructibus perceptis per hæ-
redem poſt aditam hæreditatẽ. Secus ergo videtur, ſi eos
inueniſſet in hæreditate aditionis tẽpore à defuncto for
tè, vel etiam ab ipſa hęreditate dudum perceptos; nam ta
les videntur omnino reſtituendi. Ita ſentit gl. de leg. 3. i l.
qđ his verbis. in prin. & ȷ. ad Treb. ſ l. Baliſta. facit tex. eo.
titu. in l. ita tamen. §. 1. in fi. ¶ In eadem gl. ibi. [hoc de ri
gore] ſecundùm hoc hæc corrigeret illam, & ſic non bo-
na. ¶ In eadem gloſſ. ibi. in fine ipſius. Bart. in contrario
aliter ſoluit, ſcilicet ꝙ hic dilatio fuit appoſita gratia fidei
commiſſarij, ibi gratia hæredis: & remittit de hoc ad l. Ba
liſta. & l. fideicommiſſaria. in quibus tamẽ nihil de hoc
dicit. Sed hæc ſolutio diuinat, licèt poſſet conuenire §.
ſeq. Præterea per eam nõ videtur benè ſatisfieri cõtrario;
vnde aliter fortè poſſet ſolui. ſcilicet ꝙ hoc operetẽ verbũ,
ex hæreditate, ibi appoſitum. Et ſic illa concordat cum l.
hæredes mei. in prin. ſupra alleg. & dato ꝙ ſubijciãtur ibi
[boniſue meis] illa verba non veniunt ad augẽdum, quod
prius de hæreditate dixerat: vnde de ea ſola (tanquã priùs
nominata) videtẽ teſtator ſenſiſſe; meritò ergo fructus non
veniunt, ſicut nec venirent, ſi de ſola hæreditate eſſet facta
mentio, d. l. in fideicommiſſaria. in prin. & l. deducta. §.
pe. Cogita, quia noua ſolu. eſt ad illum tex.

Ex §. Cum Pollidius.

S V M M AE.

1 *Fructus percepti iudicio teſtatoris, etiam nulla præcedente mora ipſius grauati reſtituuntur fideicommiſſario in caſu.*
2 *Exequutor (etiam mixtus) non retinet commodum medij temporis, quando tempus eſt appoſitum fauore legatarij, ſeu honorati.*
3 *Promiſsio ſpecifica in quibuſdam inducit prohibitionem in cęteris.*
4 *Emphyteota, vel feudatarius an poſsit ſoluere eodem tempore pro decem, vel viginti annis, inuito domino.*
5 *Recipere debens bladum, vinum, vel ſimilia ad tempus, non cogitur illud recipere ante tempus.*
6 *Cauſa diſpoſitioni adiecta, quid operetur.*

§.Cum Pollidius. ¶ Dilatio inſerta diſpoſitioni cauſa
honorati,

honorati,non grauati, facit in restitutionem venire fruct' medij temporis, & qui iubetur aliquid deducere, reliqua
1 omnia videtur iussus restituere.h.d.¶† No.primò hic casum, quo fructus percepti iudicio testatoris (etiam nulla præcedente mora ipsius grauati) restituuntur fideicommissario,sic,& s.§. proxi. vbi etiam dixi ratione ex se de-
2 prehendi.¶Secùdò no.† quòd exequutor (etiam mixtus) non retinet commodum medij temporis,quando tempus est appositũ fauore legatarij,seu honorati. quod not.ad l.
3 si quis Titio.& quod ibi no. ff.de leg. 2.¶Tertiò not. † quod specifica promissio in quibusdam,in cæteris prohibitionẽ inducit, facit. ff. de iudi. l. cum Prætor. & l.maritus. C. de procu. ¶Item no. attendi,cuius fauore in dispositione sit apposita dilatio,& sic alleg. iste tex.ad quæstionem debitoris, qui recipit pecuniam mutuum ad tempus, puta sub vsuris ad annum,an ante annum posit pecuniam restituere,vel futurum cursum vsurarum inhibeat,de qua tãgitur per gl.ff.si cer.peta. in l.qui pecuniã.& ibi per Guil. Bu.& Bar.aliquid pleniùs per gl.& Bar.in l.qui Romæ. in prin.ff.de verb.obli.Et secundùm hoc facit etiã ad no.in l. ex his verbis.C. quando dies lega.ce.& l.Seius Saturnin'. ff.ad Trebel.Item etiã secundùm hoc videtur iste §. face-
4 re ad quæst.† an emphyteota,vel feudatarius posit solue re eodem tempore pro 10.vel. 20.annis, inuito domino, itaque videatur eius fauore dilatio soluendi sic apposita de anno in annum, ad hoc facit de leg.2.l.si ita relictum. §.Pegasus.& de annu.leg.l.eum,qui. aliàs incip. Iabolenus. Et pro hac parte videtur tex. apertus in l. stipulatio ista.§.inter certam.ff.de verb.oblig.¶Sed contrarium terminat Guil.de Cu.in l.plures apochas. C. de fi. instru. & mouetur;quia quando plus includit in se aliquid, vel includere potest,non potest plus debitor soluere, creditore inuito. Item si interest creditoris ex eo; quia probatio iuris sui reddetur difficilior,tex. est not. in d. l. plures apo-
5 chas.Ex quo infertur,† quòd debens recipere vinum,bladum,vel similia ad tempus non cogitur illud recipere ante tempus,sicut nec aliud, quod cursu temporis deteriorari posset. Huic adde Cin.qui in effectu videtur idem cócludere,in l.2.C.de iu.emph.in vlt.q.¶No.etiam ex isto tex. quòd ratio auget legatum quandoque,casus est hic sic, & quandoque diminuit.ff.de leg. 2.l.cum pater. §. dulcissimis.sic & quandoque legatum constituit.ff.de rei vend. l.
6 emptor.in fin.¶† Quid autem in causa dispositioni adiecta: dic, quòd adiectio certæ causæ non minuit pactum, vel relictum certæ quantitatis, text. est not. ff. mandat. in l.creditor.§.si inter.& de ali.& ciba.lega.in l.Lucius.& ff.ad Trebell.in l.Lucius.§.hæredũ.per quæ iura determinauit Oldr. quòd si testator reliquit mille pro dote mulieri, & mulier nupsit pro quingentis: nihilominus debet habere mille ab hæredibus testatoris. Dyn. tamen hic videtur sensisse contrarium, de quo vide post eum per Bartol. de lega.2.in l. Lucius. ibi. ¶In gloss.1.[consanguinitati] an autem posit intestato filio prouidere de tutore,dic,quod si filio non instituto prouideat,non tenet datio ipso iure;quia filium non habet in potestate.l.4. hic alleg. sed confirmari debet per iudicem cum inquisitione.l.vlt. in fin. ff. qui pe. tu. Requiritur tamen modica inquisitio, quando filium instituit, aliàs autem maior requiritur.Ita no.in l.4.hic alleg.& l.iure.C.de testa.tu.

Ex §. si auro,vel argento.

SVMMAE.

1 *Testator, quando iubet bona vendi per commissarios,& pretium dari pauperibus, pauperes intelliguntur legatarij pretij,non rei vendendæ.*

2 *Desiderium petentis debet esse ita iustificatum,quòd in eius petitione non erubescat.*

§.Si auro,vel argento.

¶Species nõ recipit vsuram.ad hoc alleg.Butri.¶Vel sic.In debito specierum vsuræ non veniunt, nisi per venditionem species sint in pecunia redigendæ. h. d. ¶No. quod materiæ argenteæ vsura dicitur deberi, vbicunque ipsa materia debuit destrui,& eius pretium in debitum conuerti, aliàs in specie nõ veniret vsura,hoc probat iste tex. Et sic præbet no.
1 argum. † quòd quando testator iubet per commissarios bona vendi,& pretium dari pauperibus,pauperes intelliguntur esse legatarij pretij,non rei vendendæ, facit. C. de secun nup.l.hac edictali.§.his illud.adiungimus,quod est vtile multum,& maximè si ex forma statuti,vel constitutionis loci de re immobili in practicam collecta, deberetur decima, vel alia portio alicui pio loco.¶Item not.
2 morale tex.ad fi.ex quo morale collige, quòd † desideriũ petentis debet esse ita iustificatum,quòd in eius petitione non erubescat.

Ex l. si stipulatus.

SVMMAE.

1 *Dedit,verbum in contractibus emptionis nihil operatur*

2 *Verba apposita in contractu,quæ secundùm illius naturam nõ possunt propriè stare,impropriantur, vt trahãtur ad naturã contractus,cui inserta sunt.*

3 *Verba simpliciter prolata debent intelligi secundùm naturam contr. ctus,cui inseruntur.*

4 *Fructus percepti post litem contestatam, an veniant vt interesse.*

5 *Fructus petuntur officio iudicis.*

L. Si stipulatus sit.

¶Promissio rem dari, & vacuam possesioné tradi,includit fructus, & partus ancillæ,& licèt in cõtractu venditionis sit appositum verbum, dari,tamen intelligitur,idest tradi,secundùm naturam cõtractus.h.d.¶Vel sic.Licèt in stipulatione rem dari, non veniant fructus:si tamen simul immisceantur,rem dari,& vacuam possessionem tradi,fructuum ratio habetur:si tamen contractus venditionis præcesit, secundùm illum iudicatur.h.d.no.¶Et diuiditur;quia primò ponit quæstio. quia nullo præcedente contractu,interuenit stipulatio, rẽ dari, vacuamque possessionem tradi, quã soluit vsque ad ver.[an idẽ de partu.]¶Secùdò format quæstionem eo casu, quo interposita fuit prædicta stipulatio, & non soluit ibi:sed arguit ad quęstionem à partibus separatis,nõ vnitis,sed quæstionem postea soluit.in fi.& hoc vsque ibi[verùm si emptor].¶Tertiò format quæstionem,quando pręcedente contractu venditionis,interuenit stipulatio,vsque ibi [sed tamen] ibi respondet secundæ quæstioni.ff.forma
1 tæ.¶No.mirabilem tex.† quia licèt in contractibus emptionis dicatur,talis dedit,vendidit, & tradidit: tamen illud verbũ,dedit,nihil operatur,tex.est hic,& ad hoc ista.l. vtiliter alleg.in l.fi.ff.de cond.ob cau.¶Ex quo no. secun
2 dò,† quòd verba apposita in contractu, quæ secundùm illius naturam non possunt propriè stare,impropriantur,vt trahantur ad naturam contractus, cui inserta sunt, facit. ff.de serui.l.si tam angusti.& de præscri.ver. l. insulam.de

vsufru.l.Proculus,& l.si tibi pecuniam donassem ꝭ.si cer. peta.cum si.¶ Aduerte tamen propter prędicta, quòd vbi in contractu reperiuntur inserta illa verba [talis dedit, vẽdidit,& tradidit] important traditionem ipsius rei, quando instrumentum est confectum in re, vel in præsentia rei, aliàs (re absente) important licentiam de ingrediendo; & sic ingrediens non incurret pœnam.l.si ex stipulatione.ꝭ. de acqui.possess. Casus est no. secundum intellectum Iac. de Are.in l.prędia.ꝭ.de acqui. possess. de quo ibi per Bar. & per Cin.in l.1. §.fi.C.de acqui. possess. ¶ Item not. hãc
3 l.per quam deciditur, † quòd si in contractu emphiteotico reperiantur inserta illa verba, quòd emphyteota possit vendere sua melioramenta:non tamen poterit vendere illo irrequisito, quasi ista verba similiter prolata debeant intelligi secundùm naturam contractus, cui inferuntur, & hoc tenuit Guil.in Spec.de loca.§.nũc aliqua. vers. 93.ad quod faciũt infra,& superius alleg. ¶ In gl.1.ibi[respõdeo adiectio] no.quòd quę non prosunt singula, vnita iuuant. ¶ In ea.glo.in fi.pro sol.dicunt quidam,quòd hoc est speciale.Sed tu dic secundùm Doct.But.& Bar.ꝙ verum est, ꝙ dari,includit possessionem tradi, sed non vacuam. l. si fundum.ꝭ.de fun.do. & pro hoc cessant omnia contraria hic formata. ¶ In glo. scilicet vacuamq́ue possessionem. in fi.ibi [vel sol.vt ibi] & melius scilicet; quia ibi fuit stipulatus solùm vacuam possessionem tradi, hic plus; quia etiam dari scilicet stipulatus fuit: sed contra hoc facit scilicet,quòd vbi tradi tantũ stipulatus est, veniunt fruct⁹.ꝭ. de act.emp.l.1.Sed pro sol.dic,quòd vbi tradi est in obli-
2 gatione, veniunt fructus à tẽpore litis contestatæ:vbi autem nõ tradi,tunc veniunt,vt interesse, etiam ante litẽ contestatam,vt ibi,non vt fructus,vt hic secundùm Butr.¶ In
4 glo.scilicet † quod nõ dixi de fructibus. in fi. dic, & hoc casu debent venire fructus postea percepti,non ante,vt.ꝭ. in ver. [si tamen]qui debet hic cõiungi cum ver.verũ.¶ In glo.tantùm. quia dixit tradi,ibi [appellat] dic,& hoc procedit,prout intelligit ibi in obligationibus facti,habet tamen plures lecturas,de quo per Bar.in l.filius. §.fi.de ver. obliga.¶ Vltimò,quò ad illud principium, pro verificatione iurium omnium hic allegatorum,si dubitetur,qualiter, & quando in stipulatione rem dari, vel tradi veniant fructus,dic aut in obligatione est dari tantùm: tunc si ex contractu stricti iuris,non veniunt fructus,nisi à tempore litis contestatę,vt.ꝭ.eo.l.videamus.§. si actionem. habetur tamen ratio quanti plurimi fuit à tempore moræ. ꝭ. si cert.pet.l.vinum.& de triti. l. in hac. Sed si est contractus bonæ fidei:tunc veniũt fructus à tempore moræ.ꝭ.de act. emp.l.Iulianus.§.si fructibus.vbi casus.ꝭ.eo.l.videamus. §.si ex causa.¶ Aut in obligatione est tradi tantùm : tunc non veniũt,vt fructus,sed vt interesse,& sic à tempore moræ.ꝭ.de act.emp.l.1.& de verbo.obliga.l.si fundum certo die.Aut vtrunque est in obligatione, scilicet rem dari, & vacuam possessionem tradi : tunc attende; quia aut præcessit contractus emptionis, & veniunt fructus à tempore litis contestatæ; quia cum stipulatio veniat ad subrogationem primæ,non potest comprehendere fructus,nisi à tempore litis contestatæ,vt fructus, veniunt tamen in actione ex empto,vt interesse,vt hic.& ꝭ.de act.emp.l.3.§.1.Sed si nullus cõtractus præcessit:tũc veniũt à tempore morę, vt fructus.est autem vtile scire,an veniant,vt fructus, vel vt interesse;quia quando veniunt, vt fructus, veniunt omnes,quos percepit possessor,licèt eos non percepisset petitor.l.cum hæreditas.ꝭ.de peti.hære. Sed si veniunt,vt interesse,non veniunt nisi quos percepturus fuisset,si rem habuisset;quia interesse est damnum emergens,& lucrũ cessans.ꝭ.de act emp.l.1.& hanc didici à Butri. practicam.

5 ¶ † Item est vtilitas in modo practicandi;quia fructus officio iudicis petuntur.ꝭ.eo.l.videamus.§.ex causa.Sed interesse venit iure obligationis.l. stipulationes nõ diuidũt. ver. Celsus.ꝭ.de verb.oblig. Erit ergo aduertendũ in forma libelli, & hic no. quia per ista intelligis gloss. d. §. ex causa. & l. in conuentionibus. in fin. de verbor. oblig. hic allega.

ADDITIO.

a ¶ Litis contestatæ. Adde nunquid re perempta,post litis contest.fructus rei peti possint.Panor.in c.pe. de exce. in 3.col.ver.neque possent petere.& in c.de prudentia.in fi. de don.inter vi. & vxo. Fel.in c.pe.de excep.in 5.col.ver. ad illud de petitione. Et quando principaliter,vel accessoriè peti possint,vide Pan.in d c.pen.de excep.

Ex §. Si post contractam.

SVMMAE.

1 *Stipulatio interposita super contractu,non assumit omnino naturam illius.& nu. 2.*
3 *Nouatio non fit hodie,nisi vbi fiebat olim de iure Digest.*
4 *Obligatio prima nouatur saltem ope exceptionis, quando quis iussu creditoris promittit alteri pecuniam debitam.*

§.Si post contractam.

¶ Quicquid nõ nouatſ,in pristina figura retinetur,ad hoc allegatur. ¶ Vel sic,& plenius. Stipulatio subiecta cõtractui emptionis animo nouandi, non impedit actionem ex eo contractu competere ad id, quod stipulatio non complectebatur. h. d.
1 ¶ † No.hic stipulationem interpositam super contractu, non assumere omnino illius naturam,facit l. 3.§.1.ꝭ. de act.empt.& sic videtur facere contra no.per gl.in l.si quis cum aliter.de ver.oblig.& l.2.C. de rescin. ven. quod hic tamen aliter non declaro. Aduerte tamen, quòd glo. hic videtur sentire,quòd ista stipulatio coarctetur, & restringatur ex expressa voluntate contrahentium, secundùm quam glo.etiam hic tex. loquitur, quando stipulatio fuit
2 interposita animo nouandi, & hoc constat. ¶ † Sed quid in dubio,quãdo in stipulationẽ deducitur, qđ debebatur ex alia causa præambula, an iure isto præsumebatur animo nouandi interposita, vel non.in quo articulo gloss. & Doct.multum variant,gl.tangit.in §.præterea. Insti. qui. mo.tol.ob.& in l.1.ꝭ.de nouatio.& in l.fi.C de nou.vbi ꝑ Cin.& But.per Bar. de verb.oblig.in l.qui vsumfru. & de prætorijs stip.l. Valerianus.& per D.Ang.in l.1.C.de iudicijs.¶ Ex omnium autem dictis potest concludi, quòd iure isto Digest. si secunda promissio continet per omnia idem,quod prima,& est identitas personarum; quia inter easdem: & tunc secunda nihil operatur, attento maximè propter non interesse nõ valere, probatur de ver. obliga. in l. qui bis.glo.tamen ibi, & eo.tit.l.qui vsumfructum.& in d.l. Valerianus.de præto.stip. sensit vtranque de iure validam, sed secundam inualidari per exceptionis obiectum: sed primum videtur tutius, per d. l. qui bis. Sed si secunda promissio continebat omnino aliud, quàm prima: tunc nouatio non fiebat, etiam iure isto; nam hoc casu solam obligationem non tolleret, ergo nec promissio debet nouationẽ inducere,videtur casus.ꝭ. de noua.in l.fundũ Cornelianũ.facit de ver. ob.l. scire debem⁹. propter diuersitatem enim rei est alia stipulatio diuersa, vt ibi, ergo primam non nouat. Sed si secunda promissio cõtinet minus:tunc scire clarũ est;quia iure isto nõ fiebat

noua-

nouatio. ꝟ. de noua. l. si pupillus. §. qui actú. & ꝟ. de verb. obli. l. qui vsumfructum. Multò minus ergo hodie fieret, per l. fi. C. de noua. talis ergo promissio secúda nulla; neu trius enim contrahentium interest eam valere: non stipulatoris, & hoc patet: nec promissoris; quia per eam non liberat à residuo: si verò continet minus loco, causa, vel alia qualitate; vt quia prima continebat fideiussores, vel pignora, secunda non. Vel prima habebat de iure exequutioné paratam, non secunda. Vel etiam primæ tribuebatur priuilegium, quod non secundæ: tunc olim præsumebatur nouatio, licèt secus ecótra propter interesse creditoris, cuius conditio propter secundam efficiebatur melior, vel ratione temporis. l. cú stipulatus sim mihi à Proculo. ꝟ. de ver. ob. vel ratione loci, vel alterius qualitatis. Ita collige ex notatis in l. 4 § si ex conuentione. ꝟ. de re iu. sed si secunda promissio continet plus re: tunc olim iure Digest. fiebat nouatio ipso iure. d. l. qui vsumfructum. & d. l. si pupillus. §. qui actum. Et ideò hodie, licèt non fiat ipso iure; quia non est actum: fit tamen exceptionis ope, vt notat gl. in l. 2. ꝟ. de noua. & in l. fi. C. de noua. Vnú adde notádum in hac materia secúdùm D. Ang. vbi. s. quòd licèt de antiquissima iuris prudentia interuétus nouæ personæ se obligantis ad idem, ad quod prima obligatio erat contracta, induceret nouationem, vt. d. §. præterea. vbi. s. & d. l. fi. tamen de iure Digest. non inducebatur, sine interuenerit, vt fideiussor absque obligatione principali, vt l. si ita fuero stipulatus. in prin. & l. si Stichum. §. idem ait Celsus. de noua. & d. §. si ex côuentione. siue simpliciter promiserat, nec appareat, quomodo se obligauit. d. l. si Stichum. §. fi. ver. ꝙ enim. siue obligauerit se tanquam correus debendi. l. 3. ꝟ. de duobus reis. sed si tenoua esset debitori cautionem, & fideiussorem præstitisset, quem primò non præstiterat: tunc iure Digest. fiebat nouatio, no. glo. in d. §. si ex conuentione. quod intellige scilicet ope exceptionis, & tacitè, nó expresse, vt dictum est. Adde etiam, & aliud, quod dicitur,
3 no. † quòd vbicunque olim non fiebat nouatio de iure Digest. nisi ageretur expresse, ita nec hodie fiet: & sic prima obligatio non tolletur, nec ipso iure, nec ope exceptionis, tex. est in l. aliam. ꝟ. de noua. Et ex hoc no. limitationem illarum glo. quæ dicunt, quòd hodie si fiat tacitè, sufficit, ꝙ exceptio oriatur. Ita no. glo. in l. 2. ꝟ. de noua. & in l. fi. C. de noua. quia illud verum, vbi tacita olim sufficiebat, & ipso iure primam tollebat, quod est no. ¶ Adde etiam prę
4 dictis, † quòd vbi creditoris iussu quis alteri promittit pecuniam debitam, prima ei⁹ obligatio nouatur saltem exceptionis ope. Ita dixit Bar. sub dubio tamen fortè, & nó decisiuè, in l. delegare. ꝟ. de noua. quod est multùm notabile; quia est quotidianus casus, quo quotidie mercatores, & campsores vtuntur adinuicem. Cum enim pecuniam quis mihi debet, iussu meo promisit creditori meo, & consuetudo seruatur, vt debitoré illú amplius molestare non possim, quasi mihi satisfactú sit per illam promissionem factam creditori meo. Dixit tamen D. Ang. hoc procedere potius de consuetudine, quàm de iure, vbi ergo super hoc non vigeret côsuetudo, dixit, quòd contrarium iudicari deberet de iure, allegat casum de noua. in l. Stichú. §. fin. & eo. tit. i l. si is, cui. & i l. à te. sed nihil faciút hæc duo iura, licèt primum sic aliquantulum.

Ex l. Generaliter.

S V M M AE.

1 *Bona fides quid operetur in contractibus.*

L. Generaliter.

¶ Præstationes non perceptas, sed percipiendas contra bonos mores, bonæ fidei iudicium nô admittit. h. d. Et per hoc cessat contrarium formatum. in gl.
1 ¶ † No. exuberantiam bonæ fidei, quæ versatur in ipsis côtractibus, & iudici potestatem latam tribuit, vt Insti. de act. §. in bonæ fidei. nec extenditur ad quærenda inhoneste ex re debita: secus tamen esset in iá quæsitis, vt hic in gl. quam vide. ¶ In glo. 1 ibi [l. & ancillarum] & illa iura sunt notanda ad cômodum agentis contra possessoré, qui ét præter debitú ex re cômodú aliquod pcepisset, qđ no. contra eos, qui condemnantur ad restitutionem, & resignationem castrorum, Fortilitiorum, & similiú.

Ex l. Cum de in rē verso.

S V M M AE.

1 *Actio de in rem verso, & de peculio, non sunt propriè actiones.*
2 *Tabellio, qui apparet longo tempore tabellionatum exercuisse, & honores (vt tabellio) percepisse an præsumatur tabellio.*
3 *Tabellio, an quis probetur per ostensionem matriculæ.*
4 *Præsumptio fit pro eo, qui est in quasi possessione eius, quod competit de iure communi.*
5 *Excommunicatus, qui communi opinione habebatur pro non excommunicato, si conferat beneficium ecclesiasticum, vel eligat ad illud, an talis collatio, vel electio valeat.*
6 *Imperium merum non potest præscribi.*
7 *In casu. l. cú post. §. gener. ꝟ. de iur. dot. et l. si cui. ꝟ. de ann. leg. secundùm communiter Doct. duplex est fauor, nempe alimentorum, & vltimæ voluntati.*
8 *Iudicium fit idem per identitatem rationis.*
9 *Fauor alimentorum, dotis, vel alterius piæ causæ, quid operetur.*
10 *Seruitus probatur constituta propter longæuum vsum patientia factum aduersario.*
11 *Titulus quando non præsumatur ex longa consuetudine.*

L. Cum de in rem verso.

¶ Si allego solemnem obligationé, & probo diuturná præstationem, illa diuturna præstatio iuris præsumptione probat illam solemnem obligationem, vt ex ea veniat debitor condemnandus. h. d. Bu. ¶ Vel sic. Ex diuturna præstatione vsurarum, præsumitur contracta obligatio, & super vsuris, & super sorte, quatenus est necesse ad illam prę stationem redigendam in præstádi necessitatem. h. d. Bar. Et communiter duo facit secundùm communem vsum legendi; nam primò decidit, quòd ex diuturna præstatione vsurarum præsumitur promissio vsurarum. Secundò, ꝙ ex diuturna præstatione vsurarum præsumitur promissio sortis. Pone casum, secundùm istum communem modum.
1 Præmitte, † ꝙ hæc actio de in ré verso, & de peculio non propriè sunt actiones: sed quædam adiectiones, vt not. in Rub. ꝟ. de pecu. ¶ Alij tamen uidentur istam. l. aliter legisse, uidelicet, ꝙ hæc diuturna præstatio probet solú qualitatem obligationis contractæ, non ipsam obligationem, & secundùm hunc intellectum. h. d. ¶ Per diuturnam præstationem non probatur obligationem contractam ex titulo allegato per actorem: sed solùm qualitas obligationis contractæ. h. d. secundùm D. Angel. in l. si certis annis. quando ipsam repetijt, quando iuit Paduá; dicebat enim, quòd hic agebatur de in rem uerso côtra hæredes patris, uel domini; nec ipsi excipiebant, quòd obligatio contracta

cta per filium, vel seruum non esset efficax: sed solú negabatur qualitas obligationis scilicet; quia negabatur in ré versum; probata ergo diuturna præstatione vsurarum facta per patrem, vel dominum, probatur qualitas in rem versionis; nam integras vsuras soluerant, & nõ sorté, quaten' vires patrimonij patiebantur. Nec obstat huic. §. Imperator. qui statim sequitur, vbi videtur probari, quòd etiam vna sola præstatio vsurarum trahatur ad necessitatem sortis, & sic videtur probare obligationem contractam; quia respondeo, quòd hoc cõtingit; quia ibi illa pręstatio habebat annexam confessionem debiti discretam; quia dicebat causa dotis: vnde qui soluebat, confitebatur debitum dotis, ad quod contrahédum sufficit nudum pactum. l. ad exactionem. C. de dotis promis. Ex quo concludebat in isto. §. Imperator. esse casum singularem, quòd vna sola præstatio habens secum debiti confessionem discretam annexam, & trahitur ad necessitatem futurarum, siue præstationem. de quo tamen latiùs per eundem in repe. d. l. si certis annis. quod est valde notabile. ¶ Ex isto tex. no. quæ colliguntur ex prædictis. ¶ Item no. hunc tex.
2 qui facit, † quòd tabellio, qui apparet longo tempore tabellionatum exercuisse, & honores, (vt tabellio) percepisse, præsumitur tabellio, nec fidem aliter habet facere de tabellionatu. An autem sufficiat eum docere, quòd sit in quasi possessione tabellionatus, vide. ĩ. de decuri. l. Herénnius. & quod ibi per Bar. & Inn. de fi. instru. in c. 1. & Guil. in Spec. de instru. edi §. restat. ver. & scias, quòd tabellionis officium. & hanc. q. disputauit. Ioa. And. quam ibi in-
3 terseruit. ¶ Ibi etiã ponit, † quid erit in tabellione priuato, qui postea instrumenta confecit, & an si reperiatur descriptus in matricula, per ostensionem matriculæ probetur tabellio. Credatis, quòd non, nisi concurrentibus alijs adminiculis, & hæc est veritas: cui adde, quod instrumenta non vitiãtur, si eius priuatio, vel infamia prius velata postea detegatur, glo. est multùm no. vel fortè singularis in Auth. de tabel. in §. penul. in glo. hic alleg. & verè nullam aliam scio; ideò dico singularem. Idem si erat publica: sed non in eo loco; quia alibi depositus, vel condemnatus de falso, hic confecit instrumentum, vbi ignorabatur. Ita colligo ex notatis per Io. And. in simili. extra de ordi. ab Episcopo. in c. 1. in additionibus incipit. Dixit Vincẽtius. qđ
4 est notandum. ¶ Item adde, † quòd præsumitur pro eo, q est in quasi possessione eius, quod competit de iure communi: secus si allegaretur quasi possessio alicui' iuris specialis, vel priuilegij, vel alteri', vel simplex exigendi facultas pedagij; nam tunc per eam non præsumitur pro eo, nisi probet se talem, vt notabiliter tenuit Pet. & post eũ Cin. C. de fi. instru. in l. si solénibus. & probatur de priui. in c. cũ persona. in 6. vbi casus. Et per hoc de facto obtinui, quòd in accusatione instituta per conductorem Datij vini, non sufficeret eum probare, quòd esset in quasi possessione exi-
5 gendi datium, nisi vere probaret conductionem. ¶ † Item hæc faciunt ad quæstionem de excommunicato, qui communi opinione habebatur pro non excommunicato, & ecclesiasticum beneficium contulit, vel elegit ad illud, vel rescriptum impetrauit de prædictis, an de iure valeat. quã q. disputauit Io. Cal. quæ incipit. Excõmunicatus. qui cõmuni opinione habebatur pro non excommunicato, &c. ¶ Item no. hanc. l. per quam quidam dicunt, quod si quis alleget concessum sibi pedagium a Principe, & diuturnam exactionem probat, quod sufficit. Sed certe hæc. l. nihil facit, secundum Butri. quia hic allegatur contra soluentem actus eius diuturnus, quod in pedagio non est; non enim est dare diuturnitatem, cum vnus transit hodie, alter cras. & sic aut ergo ista præstatio facit obligationem personalem transsumptiuè, & hoc non potest esse; quia negligentia soluentium non debet alijs præiudicare, qui nunquam soluerunt: Aut dices, quòd inducat obligationem realẽ, quasi præscripserit contra ciuitatem, in cuius territorio collegit pedagium, & sic locus est affectus, quod probatur allegando concessionem, & probando diuturnam exactionẽ, & hoc modo sentit Iac. de Butri. posse dictum eorum procedere per hanc. l. quasi iste percipiens hoc pedagium, dicatur consuetudinem præscripsisse, arg. s̃. communia prædio. l. venditor. §. si constat. Fortius ergo multò iuuaretur, si hic, qui agit, allegaret præstationẽ tanti temporis, cuius contrarium memoria non extaret. ĩ. de proba. l. si arbiter.
6 facit quod. ĩ. dicam super gloss. ¶ Item not. hanc. l. † cum enim merum Imperium non possit præscribi; quia cõsuetudo non plus tribuit, quam lex. s̃. de legi. l. de quibus. in fi. sed lex municipalis non potest dare Imperium merũ; ergo nec consuetudo, licèt iurisdictionem posset cõcedere consuetudo. Per hanc ergo. l. allegabit ciuitas merum imperium concessum á Principe, & probabit longum vsum, qui sufficit, secundum Butri. qui tamen subdit, quòd hodie omnes ciuitates Italiæ ex pace Constantiæ habent merum Imperium. ¶ In gl. secunda. s. decẽnio. ibi [sed ibi speciale fauore alimentorum.] Sed contra hanc solu. videtur facere hæc. l. in fi. quæ loquitur in causa dotis, quæ digna videtur eodem fauore, quo & causa alimentorum. l. cum post. §. gener. ĩ. de iu. do. & de an. leg. l. si cui. Quare Doct.
7 communiter dicũt, † quòd ibi est duplex fauor, scilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis, facit. l. alimentis. C. de transac. & s̃. eo. l. cum hi. §. 1. Et idem dixit Bart. in causa dotis, si dos diceretur deberi ex testamento imperfecto, quòd sufficeret præstatio vsurarum trium annorum. scilicet ad dictam obligationem confirmandam. Ita sentit Bar. hic, & latiùs in quæstione, quam disputauit, quæ incipit. Quædam mulier habens magnum patrimonium, &c. vbi decidit, an ex sola patientia videaĩ dos constitui. ¶ Sed
8 adde prædictis, † quòd per identitatem rationis idem videtur iudicandum, concurrente hoc duplici fauore. Exemplum in legato relicto in refectionem pontium, & viarũ, d. l. si cui annuũ. ĩ. de ann. lega. & de lega. 2. l. cum quidá. vel in legato relicto in redemptionem captiuorum, vel alteri pio loco. C. de dona. l. si quis pro redemptione. vbi casus. & de Epis. & cle. l. si quis ad declinandam. & l. nulli. Secus ergo videtur, vbi cessaret ratio fauoris, vel pietatis. Exemplum sume in alimentis relictis diuiti, in quibus nulla videtur versari pietas, probatur. C. de sacrosan. eccles. in l. illud. Cũ enim cesset ratio legis, & dispositio. s̃. de iure patronat'. l. adigere. §. quamuis. & de pact. l. quod dictũ. Nec obstat de transactio. l. cum hi. §. nihil interest. vbi in alimentis (etiam diuiti relictis) declaratur non posse transigi, inconsulto Prætore; quia potest dici illud esse ex extensione legis in casu illo, quod in proposito non reperitur. ¶ Item etiam non obstat, quòd diues potest effici pauper; quia hoc non debet attendi. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ĩ.
9 de ver. obli. ¶ Aduerte tñ, † ꝙ fauor alimentorũ, vel dotis, vel alterius piæ causæ, de qbus p̃dictum est, põt operari, qñ volũtas est minus ꝑfecta ratione solẽnitatis omissæ, puta ĩ testibus, &c. quæ nõ impedit ortũ naturalis obligationis. C. de iur. & facti igno. l. si post diuisionem. & l. cum quis. & ibi plenè not. & i l. 1. s̃. de cõdit. indeb. & sic talia legata debentur in foro conscientiæ, probatur. C. de fideicomm. in l. 2. & hoc tenuit Bar. in lib. 1. minoricarũ. secus autem, quando voluntas fuisset imperfecta, vel inhabilitate testãtis, vel imperfectione voluntatis; tunc enim primo casu lex resisteret potentiæ scilicet testandi, & sic nulla oriretur obligatio etiam naturalis. ĩ. de fideius. l. cum lex. s̃. de cõditio.

di.inde.l.ſi non ſortem. ¶In ſecundo caſu talem volunta
tem imperfectam lex non appellat voluntatem; hãc enim
pro non voluntate habet.ꝭ.de teſta.l.ſi is,qui.¶In ea.glo.
ibi [biennio tantùm] dic diuinat ibi, præterea prolixitas
tẽporis nõ eſt modus inducendę obligationis.l.obligatio-
nũ ferè.§.placet.ꝭ.de actio.& obliga.¶In ea.gl. ibi [alij
dicunt, quòd hic non extabat] &c. hæc etiam non bona',
imò eſt contra tex.iſtum,vbi non fit mentio niſi de longo
tempore,non de longiſsimo: in ſe tamen (extra iſtum ca-
ſum) vera eſt,vt.ꝭ.dicam.¶In ea. glo.ibi [vel ibi nudum
pactum] hæc vera ad contrarium,& dum dicit[hic autem
dubium]declara;nam reus hic negabat:actor verò ad fun
dandam intentionem propoſitam allegabat pręſtationem
diuturnam, & hæc eſt communis ſolutio.¶In ea.gloſſ.ibi
[l. obligationũ ferè.§. placet] adde,& dic clariùs,quòd ſi
fundat quis intentionem ſuam ex ſolo curſu temporis,cu-
ius contrarij memoria non exiſtit:& tunc capio illam ſol.
de qua.ſ̃.dicebã.tũc.n.hoc ſufficit.l.1.in fi.ꝭ.de aqua plu.
ar.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua quoti.& æſti.extra
de præſcrip.c.1.in fi.in 6. & ibi de plus petitionibus, &c.
Sed ſi fundat intentionẽ ſuã ex curſu minoris tẽporis:tunc
aut ad inducendam obligationem,& dic,quòd illa nõ in-
ducitur.Ita l.creditor.& l. operis,& d.§.placet.legitur,&
C.de præſcri.lon.tempo.quę pro liber.cõp.l.ſi.Aut ad in-
ducendam liberationem:tunc attende,quòd ſi ius commu
ne reſiſtit,nunquam inducitur liberatio.l.comperit.C. de
præſcrip.trig.vel quad.an.& d.c.1.Sed ſi non reſiſtat:tunc
ex ſolo curſu tẽporis inducitur liberatio. Dixit tamẽ Bar.
hoc contingere ſecundùm diuerſas naturas actionum.
Nam quædã tolluntur in minori tempore.Quædam maio
ri.l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcri.30.vel.40.anno.& l.cũ
ſex.ꝭ.de ædil.edi.& no.ꝭ.de diuer.& tempo.præſcri.l.1.
& hic eſt ille articulus, qui non habet aliquid agere, niſi
quando allegatur temporis curſus.¶In ead.glo. ibi [aut
ex nudo,& tunc idẽ,quod in primo,vt.d.l.ſi certis annis.]
¶Tu autem dic latiùs,& clariùs.Aut titulus pręcedens eſt
inualidus fauore præſtantis: & tũc ex ſequẽti præſtatione
confirmatur,Auth.ſed cũ teſtator.C.ad l.Falc.& l.Papin.
& C.ſi maior fact.rat.hab.l.2.&.ſ.de iniuſt.teſt.l.filio pte
rito.& ſ̃.de inoff.teſt.l.pen.in fin.& l.fin.quod intellige,ſi
præſtans eſt talis conditionis, quòd poſsit renunciare fa-
uori ſuo,aliàs ſecus,arg.ꝭ.de noua.l. doli. ¶Aut titulus
eſt inualidus odio eius,cui præſtatur, & tunc idem; quia
inhabilitas tituli confirmatur.ſ̃.ad Mac.l.ſed Iulianus.§.
fi.& C.de non nu.pecu.l.cum fidẽ. quod intellige, ſi præ-
ſtans põt ſibi præiudicare,vt.d.l.ſed Iulianus.§.fi. Aduer-
te tamen,quod Pet.intelligit. d. l. cum fidem. vbi titulus
erat validus ipſo iure: ſed poterat eneruari ꝑ exceptionẽ,
vnde ſoluendo ſcienter, videtur exceptioni ſuæ renuncia-
re.Ita dixit Pet.& Cin.in d.l.ſi certis annis.¶Aut titulus
eſt inualidus auctoritate iuris publici,puta propter ſolem
nitatis defectum;vel quia ius ei non aſsiſtit:tunc aduerte;
quia quandoque agitur de obligatione inducenda, quan-
doque de liberatione. ¶Primo caſu ſi verſatur fauor ali-
mentorum,& vltimę volũtatis,vel alterius ſimilis propter
ea,quæ.ſ̃.dixi:tunc per præſtationem trium annorum con
firmatur.l.1.C.de fideicomm.de quo.ſ̃.dixi. ¶Sed ſi iſte
fauor non verſetur:tunc nulla præſtatione cõfirmatur.d.l.
ſi certis annis.& ibi no.Quod intellige verũ,quãtũ ad fu-
turam præſtationẽ;tunc.n. in iam ſoluto omnino præiudi
cat.C.de teſta.l.non dubium.¶Secundo caſu,quando agi
tur de inducẽda liberatione;tunc.n.illa liberatio poterat
induci ſolo curſu temporis,per ſequentem præſtationem
patientiæ per curſum medij temporis præcedens titulus
inualidus confirmatur.ſ̃.de adop.l.poſt mortis.coniuncta
l.1.& quod ibi no.C.de patri.pote. ¶Sed ſi ſolo curſu tẽ
poris non poſſet induci,vt quia ius commune reſiſtit prę-
ſcribenti,vt in caſu.l.comperit.C.de pręſcri.trig.vel quad.
an.tu dic,quòd ſi titulus inhabilis deriuat ab eo,qui con-
tra ius commune poterat diſpenſare, confirmatur per ſe-
quentem patientiam quadraginta annorum.l.ſi.C.de fun
do patrimo.li.11.ſecus autem ſi titulus inhabilis proce-
deret ab alio;tunc nunquam confirmatur. d.c.primo. de
præſcrip. in 6.& d.l.comperit.facit etiam,quod no.de re-
ſti.ſpo. in c. ad decimas. eo. li. vbi quando ius commune
reſiſtit præſcriptioni,&c.de quo.ꝭ.in alio articulo faciam
mentionem.¶In ead.glo. ibi [præiudicium fit,vt hic] &
hoc communiter tenent Doc.quod declara,vt.ſ̃.dixi.¶In
ead.gl.ibi.[C.de fideicomm.l.1.]declara hanc,vt.ſ̃. dixi.
¶In ead.glo.circa fi.ibi [& in decimis] hoc intellige, niſi
ius commune reſiſtat.d.c.1.de præſcrip.in 6.& de reſtitu.
ſpo.c.ad decimas.eo.lib.& ibi no.¶In ead.glo. ibi [præ-
ſtationibus ſecundùm Io.] vtrùm autem pro perſonalibꝰ
præſtationibꝰ ſit dare iudicium poſſeſſorium,tangitur ex-
tra de elec.in c. querelã.& per Pe.& Cin.in d.l.ſi certis an
nis.vbi latiùs per d.Ang.¶In ead.glo.ibi [quę non habẽt
cauſam continuã] no.gl.& idem no.ſ̃.de ſerui.in l.ſeruitu
tes prædiorũ.la.3.& i l.1.in fi.ꝭ.de aqua plu.ar.hic alleg.
ſed contrarium no.in d l.ſi certis annis.vbi Cin.tangit. in
8.q.& concludit poſt Vltramontanos,quòd ad probandũ
ſeruitutem conſtitutam,non ſufficit ſola probatio vſus lõ
a gi temporis, a nec obſtat iſta.l. quæ dicit, quòd per lon-
gęuam præſtationem probatur ſcilicet titulus præcedens;
quia loquitur in faciente; ſecus ergo in patiente, vt. in q.
præpoſita.¶Sed Doctor.communiter tenent glo.ſcilicet,
10 † quòd propter longęuum vſum patientiæ aduerſario fa-
ctum probetur ſeruitus cõſtituta,per l.ſi filius.C.de peti.
hære.& ꝭ.de acqu.hær.l.qui in aliena.§.1.quæ iura loquũ
tur in patiente.& hanc opi.tenet Butri.& Bar.hic, & in d.
l.1.§.fin.in prædicta.q. quam diſputauit incip. Quædam
mulier habens magnum patrimonium,&c. ¶Vnum not.
quòd etiam tenendo,quod glo.dixerunt,quòd ex diutur-
na præſtatione præſumatur titulus, & obligatio allegata,
11 † hoc verum, niſi ex qualitate ſoluentis inſurgeret potius
præſumptio cuiuſdam liberalitatis. Exemplum pone in
ruſtico, qui annis ſingulis longo tempore portaſſet capo-
nes nobili,& hoc ſentit Pe.in d.l.ſi certis annis. & eſt glo.
ordinaria,quæ ſic videtur decidere.ſ̃.de offi.Proconſul. &
leg.in l.ſolent.in fi.¶Idem dicit Inn.in alio,& exemplum
ponit in eo,qui ſingulis annis longo tempore Epiſcopum
viſitantem prouinciã recepit in domo ſua; eſt enim præſũ
ptio,quòd potius ex curioſitate quadam fecerit,quàm ex
cauſa alicuius obligationis præambulæ, quæ per Epiſco-
pum allegetur,vt.in c.cum eccleſia Sutrina.extra de cau-
ſa poſ.& propri.& ibi not. ¶Adde etiam prædictis aliam
ſingularem glo.dicentem,quòd illud, quod operatur diu
turna præſtatio,operatur vnica promiſsio à ſciente facta,
Ita tenet gl.in l.2.C.de do. promiſ. ¶Adde & aliam in l.
pen.C.cõmuni diui.quæ probat non ſolũ ex diuturna præ
ſtationẽ præſumi titulum allegatum:ſed etiam ex diutur
na patiẽtia, quã Doct.cõmuniter tenent,licèt Pet.ibi not.
contrarium,& Cin. ſequitur eum.& hoc videtur procede-
re,quãdo patientia eſt mutua,vt ibi,quæ habet in ſe quo-
dammodo quandam præſtationem admixtam,arg.C. de
inoffi.teſt.l.ſi pater puellæ.& de tranſa.l. de fideicommiſ-
ſo.Secus ergo videtur, vbi non eſt mutua patientia; quia
tunc per eam non probatur titulus,de fur.l.qui vas.§.veta
re.niſi in obligato dare, vel tradere.ſ̃. de rei ven. l. quædã
mulier.quam glo.no.& l.2.C.de acqui.poſſ.Et hanc limi
tationem videtur ſuccinctè ſenſiſſe Bar.in d. q. Quædam
mulier.

mulier ad fi. licèt non ita declaret. ¶In ead. gl. in fi. ipsius. facit. C. de præscrip. lon. tempo. quæ pro libe. comp. l. fi. & adde Innocen. qui sentit seruitutes personales non quæri solo tempore, de censi. c. peruenit. alibi videtur dicere, quod potest quæri tempore, vt si quis teneatur facere seruitium, de præs rip. c. si diligenti. Et per hoc sit expedita gloss. illa magna.

ADDITIO.

2 ¶Longi temporis. Adde, qualiter acquiratur illud ius seruitutis, & quasi possessio per vsum longi temporis, Alex. in cons. 142. incip. Consideratis diligenter. in primo volu. quasi per totum cons.

L. Debitor. ¶Oblatio, consignatio, & depositio sortis impedit cursum vsurarum inchoatum: sed si pecunia deposita deposito subducatur, idest recuperetur, reintegratur vsurarū cur-
1 sus. hoc dicit. ¶† Not. casum, quo non sufficit simplex oblatio, & hoc ideò est; quia vsura iam erat cœpta, aliàs sola oblatio sufficeret, vt impediret inchoandam. C. eod. l. si per te. & dixi. s. eod. in l. 1. §. fi. vbi vide, & propter hoc scies euadere contrarium in positione casus. ¶Item not. ibi [consignauit] hic in tex. qui videtur facere, quòd sufficiat debitorem offerre marsupium in iudicio cum pecunia absque enumeratione pecuniæ, clarius videtur hic probari in Authen. vt exactio. instante dotis. &c. §. 2. coll. 7. vbi dicitur, quod debet offerre in marsupio, vel in folle. l. cum seruus. de conditio. & demonstra. secundùm Cin. vbi follis aliter exponitur: sed idem est, ad idē facit. l. cum seruus j. de cond. & demon. j. quod intellige, dummodo constare possit, quanta sit pecunia in folle reposita; vt quia fortè testes, & notarius viderunt eam numerari, aliàs licèt probaretur oblatum marsupium cum pecunia, nil probaretur, si ignoraretur quantitas, facit. l. 1. §. si cista. s. depositi. debet ergo offerri numerata coram testibus, & postea in bursa reponi. Ita debet intelligi. l. acceptam. C. eo. & hæc. l. cum simili. Et ita sentit Barto. in d. l. cum seruus. quod not. & adde, quod dixi. s. eod. in l. 1. §. fin.

Ex l. Equis.

SVMMAE.

1 *In legato equarum post hæredis moram venit fætus, & etiam partus.*

1 L. Equis. ¶In † legato equarum post hęredis moram venit fetus, vt fructus & etiam fætus, idest partus. hoc dicit. Et istam. l. intellige, & declara secundùm notata. j. eo. in l. equis, & quod latiùs dixi. s. eod. in l. in fideicommissi. in princi. vbi vide omnino.

Ex l. Pecuniæ.

SVMMAE.

1 *Vtile non vitiatur per inutile in his, quæ separabilia sunt.*
2 *Indiuiduum quot modis quid dicatur.*

1 L. Pecuniæ. ¶ Vtile † per inutile non vitiatur in his, quæ separabilia sunt, ad hoc allegatur quotidie. ¶Probibita est conuētio vltra legitimum modū vsurarum. ¶In glo. nō tenere. in fin. ibi. [l. græcè. §. illud] dic, quòd gloss. in contrario dicit, quòd illa lex loquitur in alio casu, quàm ista, quasi dicat, quòd hæc lex loquitur in diuiduis, & separabilibus, ibi in indiuiduis, & inseparabilibus, & hoc tenuit ibi Ia. de Are. & Dy. quod quibusdam non placuit, dicentibus, quòd & ibi loquitur in separabilibus; quia in
2 pecunia. Sed pro conclusione dic, † quòd indiuiduū dicitur altero de quatuor modis, secundùm Butri. Quādoque ratione naturæ eius, quod in contractu deducitur. Exemplum in stipulatione seruitutis. l. 2. §. 1. & l. eadem. §. Cato. de verb. obli. Quandoq; ratione volūtatis cōtrahentiū. s. de arbi. l. Pedius. aliàs, parui. §. 1. Quādoque ratione dependētię, vel accessionis, & principale, & accessoriū. de peculio legato. l. 1. j. vbi sume exemplum. Quādoque ratione formæ, vt in §. illud. hic alleg. licèt enim in obligatione versetur quid diuiduum: tamen vbi forma obligationi data non est seruata, tota obligatio vitiatur, vt ibi. Et ex his collige vnam breuem doctrinam huius Broccardi, an vtile per inutile, &c. de quo per Dyn. extra de regul. iur. in c. vtile. in 6. per Cin. C. de dona. l. sancimus. per Butri. & Guiliel. de Cun. in l. certi condictio. §. quoniam. s. si cert. peta. & per Bartol. aliquid. in d. §. illud.

Ex §. Vsurarum stipulatio.

SVMMAE.

1 *Dies interpellat pro homine in obligatione etiam odiosa.*
2 *Vsura dicitur quicquid adijcitur sorti.*
3 *Contrahētes non possunt pœnā inserere, vbi principale est prohibitum.*
4 *Terminus non labitur ei, qui nō habet iudicem, coram quo possit comparere.*

§. Vsurarum stipulatio. ¶ Si pœna quantitati adijcitur, non valet stipulatio: sed si vberiorem vsuram stipuletur, si intra diem pecunia soluta non fuerit, valet vsque ad legitimam, nec videtur in mora, qui non habuit, cui solueret. Hoc dicit. & notanter in hoc
1 vltimo. ¶Nota primò, † quòd in obligatione (etiam odiosa) dies interpellat pro homine, & in mora constituit, concordat. l. magnam. hic allegata. ¶Secundò not. hunc tex. per quem dicit Butri. reprobari op. dicentium, quòd si pœna adijciatur quantitati, quod valet vsque ad legitimam vsuram; nam si hoc esset verum, non esset tunc differentia, an pœna apponeretur quantitati, an vberior vsura: quo casu valet tantùm vsque ad legitimam, & tamen subtiliter intuenti patet, quòd hæc lex vult facere diffe-
2 rentiam. Huic adde regulariter, quòd † quicquid sorti adijcitur, vsura est siue in facto, siue in datione consistat 14. q. 4. c. plerique. extra eo. c. consuluit, & c. conquestus. Quod intellige, quando adijcitur ad augmentum præstationis: secus si ad augmentum cautionis, vt est pactum de præsentandis pignoribus, quo multùm hic vtimur: vel de dando fideiussores, vel de debito in iudicio confitendo ad petitionem creditoris; nam tale pactum valet, & possunt ei contrahentes pœnam inserere, secundùm Bu. & Bart. in l. rogasti. §. si tibi. s. si cert. petat. & ita seruat consuetudo, & hæc veritas, licèt Cin. contra sentiant in l. cum allegas. in vltim. quæstio. C. eod. &

adde

addehic, quod tangit Bartol. in l.cum seruus.. ꝟ.de condit.& dem. ¶ Vnum nota. † quòd ubi principale esset
3 improbatum, non possunt contrahentes illi pœnam inserere. Casus est not.in l.Seius,& Augerius. ꝟ.ad l.Falc. puta statutum prohibet ciuem cum forense contrahere, &cæt. licèt inseratur pœna de non contraueniendo, non valet. Item nota hic in versic. [si tamen]quòd defectus, & carentia actoris,& creditoris excludit, vel impedit mo ram rei,& debitoris, facit ad not.s̄. de consti pecu.in l.itê illa. vbi not. dixit Bartol.ꝙ ex lapsu diei non constituitur reus in mora, vt quia actor non venit ad locum rei,ex noua interpellatione constituitur in mora perinde, ac si obligatio esset sine die contracta. Et per hoc aliàs de facto dixi, quòd si pœna instrumenti est remissa ex forma statuti, quæ erat commissa ex lapsu diei, quòd debitor potest ex interpellatione de nouo in moram constitui, & sic de facto obtinui hic. Not.etiam bonum text. probantem,
4 quòd terminus non labatur ei, qui non habet iudicem, coram quo posit comparere.

Ex l. Partum.

SVMMAE.

1 *Expensæ iam factæ non veniunt, nisi petantur.*
2 *Libellus generalis sine specificatione quantitatis, procedit in accessorijs.*

L.Partum. ¶Partus editus post litem cõtestatam,venit officio iudicis. sed ante editus ita demum venit in iudicio, si petatur. hoc dicit. ¶ Vel sic, & notabiliùs. Accessiones ante lit. contest. perceptæ non veniunt sine libello: sed perceptæ post litem contestatam veniunt; licèt de eis non sit in libello expressum.hoc dicit. ¶ Et hanc l.not.per quam fundatur communis practica aduocatorum, qui in libello dicunt[& petit expensas factas, & de fiẽdis protestatur.]
1 †Expensæ enim iam factæ non venirent, nisi peteret, vt hic. ¶ Item not. ex hac l.differentiam inter percepta ante lit.cont.vel postea quò ad petitiones. facit.ꝟ. de dam. inf.l.si quis mixtum.§.iudex, & quod not.Innoc.de restitut.spol.in c.grauis.& ibi allegatur iste text.¶ Et † adde,
2 quòd circa illa accessoria procedit libellus generalis sine specificatione quantitatis, vt peto fundum cum fructibus,vel domum cum suppellectilibus. Ita not.Innoc. de restitut.spol.in c. cum ad sedem. Circa quod vide etiam quod notat.Cin.in l.cum propria.C.si quis alteri,vel sibi. & ad materiam l.vide quod dixi.s̄.eod.in l. in fideicommissi.vbi plenè.

Ex l.Caius.

SVMMAE.

1 *Ius quæritur Reipublicæ sine cessione ex contractu massarij communis.*
2 *Massarius communis si faciat vltra quàm debeat in aliquibus, & in alijs minùs, quàm debeat, ista non compensantur adinuicem.*
3 *Cessio an sit necessaria in stipulatione facta à notario.*
4 *Notarius præsumitur stipulatus, vt publica persona.*
5 *Tabellio an possit singulari verbis in absentem prolatis.*
6 *Tabellio si stipulatur sibi recipienti vice, & nomine alterius, & ille non ratificet, an ex hac stipulatione posit tabellio agere.*

L.Caius. ¶Not.legem notabilem ad omnes contractus,qui fiunt quotidie nomine ciuitatis. Idem in vniuersitate,& aliorum,& hoc intendit.¶ Non fit compensatio damni contingentis Reipublicæ ex negligentia, vel curatoris cum lucro eidem.s.ciuitati obuenienti per legem: sed si obueniat ex administratione procuratoris, aut totum reijcitur, aut totum approbatur.hoc dicit. Et ponit principaliter duos casus.Prim9 est, quando Caius stipulationem non prouiderat. Secundus,quando prouiderat.secunda.ibi[quòd si seruus]põt tamen dici, quòd tertio loco subdatur extensio quædam,
1 ibi [eadem ferè] in fi.¶ Not.ex ista l. † quòd ex contractu Massarij Communis quæritur ius Reipublicæ sine cessione. Et idem videtur in omnibus Officialibus publicis,Auth.vt sin.prohibitio.debi.vel credit.matres.§.quia verò.& ibi not.C. de episc. & cler.Auth. generaliter.& in corpore de litigio §.ad excludendas.vnde illa sumitur.& de his qui conuens. & recon.§.1.transumptiuè in Authen. libellum.C.de lit.contest.& C. quando mulier offi. tuto. fun.potest. Auth.matri, & auiæ.& in corpore vnde sumitur.s.de hæreditate ab intesta.§.ex his.&.ꝟ.de magi.conue.l.1.§. exigere.&.s̄. de in ius vo. l. cum pro quo.& tenementi illum casum,facit etiam l.fi.s̄. quod cuiusque vniu. ¶Quid autẽ in notario.ꝟ.tangan. ¶Item no.hic casum,
2 quòd si Massarius Communis facit vltra, quàm debeat in aliquibus, & in alijs minus,quàm debeat,ista non compensantur ad inuicem, imò punitur de excusione non facta. ¶Item no.hunc tex.in vers.[quòd si seruus.]qui probat per tabellionem nobis actionem acquiri,de quo tangitur per Guil.s̄. de adopt.in l.non aliter.per Bartol. rem pup. sal.fore.in l.non quasi.per Innoc.de conuer.coniug. in c.dudum.& per Ioan. And.in c.quãquam.de vsur.in 6. vbi videtur post Innoc. concludere, quòd hoc non procedat,nisi in prætorijs,& iudicialibus, non in conuentionalibus;quia omnes leges,de hoc loquentes,loquunt in prætorijs, & iudicialibus.Bart.tamen sentit contrarium in d. l.non quasi.s. ꝙ idem sit in omnibus. & idem dicit Guil. de Cu.per hunc tex. vbi patet idem in quocunque publicum officium gerente,& per hoc adducũt rationem; quia si diceremus, quòd notarius non posset quærere, nisi in iudicialibus,& prætorijs, non esset differentia inter tabellionem,& priuatam personam.l.penul.s̄.si quis cautio.& hanc partẽ tenuit Cyn.in d.l. non quasi. ¶ Consuluit tamen Bartol.in d.l.non quasi.quòd si tabelliò est præsens, quòd ab eo petat cessio.l.possessio.§.& si possessio. ꝟ.de acquir.possess.& de fur.l.si quis vxori.§.si fugitiuum. ad quam faciendam compelli poterit, arg.s̄.man. l. idemq; §.si cui. eo autem non reperto, sine dubio competit vtilis sine cessione,secundùm eum,argum.s̄. de instit.l.1..in
3 fin.cum lim.¶ Sed †ꝙ ista cessio non sit necessaria (quicquid dixerit Bart.)facit; quia si notarius dirigat verba in partem:tunc in ipso notario non confirmatur cõtractus; ergo non videtur, quòd posit iura cedere, siue verba cõferantur in ipsum notarium pro parte (puta mihi nomine talis) adhuc non videtur posse cedere duabus rationibus. Prima, quia adhibetur, vt minister, non vt sibi ius quæratur. Secunda, quia ille potest cedere iura,qui à principio acquirit ius agendi: sed notarius non est huiusmodi; ergo in eo non habet locum cessio. Item in eo non videretur actio residere, & sic subtilitate iuris attenta, videtur reperiri vtilis sine directa, ergo remedium cessionis non est necessarium. In quo tamen cogita. Prædicta intellige procedere, quando notarius est stipulatus, vt publica persona, aliàs ex stipulatione eius alte-
4 ri non quæreretur; † præsumitur autem stipulatus, vt

administratores tenebantur fœnerari, hodie videntur teneri ad locādum pecuniam ad honestū quæstum, arg. extra de dona. inter vir. & vxor. c. per vestras. Et hoc dixit notanter Bar. in tutoribus. in l. Diuus Seuerus. ꝟ. ad leg. Fal. ¶ In gloss. secus si suos. in fin. quod declara, vt dixi. s. circa
3 tex. ¶ Vltimò not. istum tex. qui quotidie allegatur † attendi consuetudinem patrisfamilias, vel contrahentis. quod facit ad præsumendū instrumenta confecta in frau-
a dem a vsurarum, vel confecta de duplo veræ sortis, si hoc semel consueuerat. Ita allegatur per Inno. & Canonistas extra de pigno. c. illo vos. & de iureiuran. c. cū nostram.
4 cum si. ¶ Item † secundum hoc facit ad quæstionem de equo in pascuis dimisso, quòd licèt sit ibi deperditus, vel deuastatus, non teneatur commodatarius, gestor, custos, vel similes, si dominus hoc facere consueuerat, ad hoc. s. de neg. gest. l. si negotia. vbi de hac qstione not. per gl. de qua tangitur per Cin. in l. nemo. de epi. audi. & per Guil. in Spec. de loca. §. postquam. vers. quid si tibi locaui boues, &c. Et hoc est verum, si alij de illo loco, vel contrata hoc communiter faciebant; tūc enim excusatur, arg. l. pignus. C. de pig. act. & s. de ædili. edic. l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. secus si dominus hoc fatuè faciebat, cum nullus alius diligens hoc fecisset; tunc enim pro hoc nō excusaretur, arg. s. dep. l. quod Nerua. vbi lata culpa dolo æquiparatur, &c. licèt enim in proprijs culpa culpetur: tamen in alienis punitur. l. etiam. §. licèt. ꝟ. solu. mat. & hæc videtur esse communis conclusio, quam in paucis recitaui. Adde tamen, quod notauit Cin. in d. l. pignus. C. de pigno. acti.

ADDITIO.

a ¶ In fraudem. Adde, quando quis potest dicere contractū esse factum in fraudem, vel dicere esse fictum, vel simulatum, Paul. de Castr. in consil. 58. in 2. volum. Et quando dicatur vsurarius, vide eundem in consil. 102. in primo volum. per tot. consil. Sed quis contractus dicatur simulatus, & quo pacto ipsum allegans, probare, & concludere habeat, vide Alex. in consil. 111. incip. Viso superiore. in 3. volum. quasi per totum cons. Et nunquid talis sit ipso iure nullus, vide eundem Alex. consi. 153. incip. Viso processu. in 5. volum. & in consil. 119. incip. Visis narratis. in 3. volum.

Ex l. Paulus.

SVMMAE.

1 *Mora in restituendo fideicommissum rei singularis, facit venire etiam partum ancillæ, quæ erat aliena, non testatoris.*

1 **L. Paulus.** ¶ Mora in restituendo fideicommissum rei singularis, facit venire etiam partum ancillæ, quæ erat aliena, non testatoris. h. d. ¶ In fi. glo. 1. sic ergo, vt omnia contraria tollantur, intellige istud principium in fideicommisso rei singularis, & in ancilla, quæ erat aliena testatoris, & per hoc cessant contraria allegata. ꝟ. §. 1. Et adde quod ibi statim dicam. fuit etiam & hoc principiū allegatum. s. eo. in l. in fideicōmisso. & si sic nō intelligat, faceret nos prima frōte mussare.

Ex §. Hæres rogatus.

SVMMAE.

1 *Exceptionis virtus, & natura non facit includi in dispositione, quod aliàs secundùm naturam dispositionis includebatur.*
2 *Fructus, & redditus propriè loquendo, differunt.*

§. Hæres rogatus. ¶ Appellatione redditus (licèt impropriè) continetur partus, ad hoc allegat Butr. ¶ Vel sic. Exceptio redditūum dispositioni inserta, idest testamento, vel vltimæ voluntati, dispositionem illam non ampliat in fructibus medio tempore perceptis iudicio testatoris.
1 hoc dicit notabiliter. ¶ Not. † quòd virtus, & natura exceptionis non facit in dispositione includi, quod aliàs secundùm naturam dispositionis nō includebatur. quod videtur bene notabile, & facit ad multa, maximè attenta litera in l. testamentis. de regu. iur. vbi in testamentis fit larga interpretatio, &cæt. quod est vtile ad multa. ¶ Item
2 not. † quòd propriè loquendo, aliud est fructus, aliud est redditus. & de hoc not. s. de cōd. inde. l. si vrbana. & facit ad not. per Guil. in Spec. de lo. §. 1. in vers. pen. facit ēt ad reseruationem fructuum beneficiorum primi anni, de qua habetur extra de præscrip. in c. si propter tua debita. in 6. ¶ Item facit ad conceptionem libelli, & in petitione eorum fructuum facit. s. de rei vend. l. si nauis. De significato huius verbi, redditus, & an legans redditum, videatur legare vsumfructum, vide tex. s. vsufr. quemadmodum caueat. l. idem est. & ꝟ. de an. lega. l. liberto. §. 1. & de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. in prin. ¶ In gl. quo non continetur. in fin. ibi [l. in pecudum] dic, quòd hic impropriè appellatione redditus continetur partus, vt. s. dixi allegando istum text. hoc autem contingit duplici ratione. prima deriuante à dispositione testatoris, qui redditum excipiendo ad commodum grauati, videtur etiam partum excepisse. Secunda ex dispositione legis, quæ, cum sit rogatus restituere post mortem ea, quæ interim percepit, iudicio testatoris percepit; & ideo non debet restituere. Vel aliter dic, quòd non retinetur ideo partus hic; quia continetur appellatione redditus; sed quia perceptus fuit ante moram hæredis; & ista est satis formalis responsio cum præced. conformis. Et hæc not. ad intellectū l. deducta. §. hæreditatis. ad Trebell. & quod ibi nota. infr.

Ex §. Neratius.

SVMMAE.

1 *Dominium rei alienæ, vel hæredis legatæ non transit in legatarium à die mortis, vel aditæ hæreditatis.*
2 *Grauatus quando deprehenditur in mora, tenetur de fructibus in vniuersali, & in particulari fideicommisso.*

§. Neratius. ¶ Idem vult, quod precedēs, ideò summatus est. ¶ In gloss. hoc in eo casu. ibi [cum extranei, vel hæredis.]
1 † Nota ergo rei alienæ, vel etiam hæredis legatæ dominium non trāsire in legatarium à die mortis, vel aditæ hæreditatis, & sic not. limitationem ad l. à Titio. infr. de fur. & de leg. 1. l. si tibi homo. §. cum seruus. de quo in l. 2. C. communia de leg. & vide bonā glo. in l. Papinianus. s. de serui. & tex. est. ꝟ. de leg. 2. in l. vnum ex familia. §. si rem. & quod dicetur. ꝟ. eo. l. Herennius. ¶ In ead. glo. in fin. ex prædictis ergo omnibus pro intelligentia totius l. conclu
2 de, † quòd vbi grauatus in mora deprehenditur: tunc tenetur de fructibus, & vniuersali, & particulari fideicōmisso: secus vbi in eo nulla mora; quia tunc non tenet, nec in vniuersali, nec singulari. Aduertendum tñ est, ꝙ differentia

ferentia inter vniuersale, & particulare quò ad hoc; quia vniuersalia veniunt, vt ipsum principale, tanquam augmẽtum hæreditatis. sed in singulari veniunt, vt simplex accessio. ¶ Item ex prædictis est etiam differentia, an legẽt res testatoris: & tunc veniunt fructus à tempore mortis, & dominium in fideicommissarium transumptiuè. An verò aliena: & tunc est differentia inter vniuersalia, quæ veniunt à tempore mortis, & singularia, quæ veniũt à tẽpore moræ. Adde tamen circa istos fructus omnino quod dixi.s̄.in l.in fideicommissi.in prin.& in §.1.

Ex l.Neq;eorum fructuũ.

S V M M AE.

1 *Possessor nõ tenet ad usuras fructuũ, qui ueniũt iudicis officio.*

L.Neq; eorum fructuum.

1 ¶ Possessor † non tenetur ad vsuras fructuum, qui veniunt iudicis officio, & officium non debet deseruire officio. Ita allegatur.h.d.

Ex L. Liberalitatis.

S V M M AE.

1 *Vsuræ liberaliter oblatæ Reipublicæ verbaliter, non realiter, non possunt exigi.*

1 **L.Liberalitatis.** ¶ Vsuræ † liberaliter oblatæ Reipublicæ verbaliter, non realiter, non possunt exigi.h.d. ¶ Pro euidẽtia pręmitte casum l.1.de pollicita.hic alle. ¶ In gl. nisi ex mora. in fin. primam solu.hic positam tenet gloss. in cõtrario, quæ verior videtur, nec hic, nec ibi aliquid dicitur, ꝙ posset hic trahi, quod habetur in l. iurisgentium. §.nuda pactio.s̄. de pact.

Ex §.Cum vsuræ.

S V M M AE.

1 *Fauor personæ venditoris non facit vsuras currentes ratione moræ venire ante commissam moram.*

§.Cum vsuræ. ¶ Emptor nunquam est in mora, prius quam ei sit tradita possessio rei venditę.h.d. Regularis est casus, &
1 no.& aliter dicam in notabili. ¶ Item not.ex isto tex. † ꝙ etiam fauor personæ venditoris non facit vsuras currentes ratione moræ, venire ante commissam moram, & iste est casus bene notabilis, ad quæ facit.s̄.de rescind. vend. l. fundus, qui.

Ex l.Cum quidam.

S V M M AE.

1 *Tunc, dictio denotat temporis extremitatem.*
2 *Statutum obscurum, & ambiguum requirit necessariam interpretationem.*
3 *Verba statutorum prouisionis, vel constitutionis ambigua, semper debent interpretari, & reduci ad ius commune.*
4 *Interpretatio fit latissima in indulgentijs.*

L.Cum quidam. ¶ Dictio, ex tũc, relata ad principium contractus, non operatur ex principio ipsius con-
1 tractus, sed ex principio nascentis moræ.h.d. † & not. hic de ista dictione, tunc, quæ de sui natura notat temporis extremitatẽ, vt patet. j.de cõd. & demon.in l.4.& de vsufru.leg.i l.uxor.sed si adijcerẽtur alia uerba, puta ex nũc, prout ex tunc, & econtra, ista uerba comprehendunt extremitatem utriusq; temporis, & interstitias.i.mediationes inter vtrunq; extremorum, ut no.glo.in l.1 .C.de codicil. j.de uer.obl.in l.si ita stipulatus fuero, si Titius.per Ioa. And.in cle.1.de iure patro.per Inno. de appel.in c. præterea.& per Arch.de præben.in c.dudũ.post prin.in 6.super uer.ex tunc.quod etiam probat Cle.1.de conces.præben.ubi etiã de hoc, & de elect.in c.quã sit periculosum.& c.cupientes. 1.responso circa finem in 6.cum cõcord.ibi, quod no.quia talia verba quotidie contractibus inseruntur. ¶ Secundò no.iniquitatẽ contractus reduci ad æquũ,
2 sic &. j.l.placuit. ¶ Tertiò not. † ꝙ statutum obscurum, & ambiguum requirit necessariam interpretationẽ. Appellatur autem talis interpretatio declaratiua, quam etiam statuta recipiunt secundùm Doct.in l.omnes populi.s̄.de
3 iust.& iur.& i l.2.C. de noxa. Adde tamen, † quòd uerba statutorum, prouisionis, uel constitutionis ambigua, semper debent interpretari, & reduci ad ius commune, ut probat tex, extra de consuet.i c.cũ dilectus.& C. de noxa.i l. 2.facit etiam extra de fide instr.c.inter dilectos.Sic & forma cõuentionis dubiæ. Casus uidetur not.in l.curatores. §.fin. j.de admi.re.ad ci.perti. quem proh Deo no. Idem dixit Inno. in rep.extra de rescript.in c. causam, quæ. ibi dixit ambigua uerba in rescriptis apposita, interpretanda secundùm ius commune.C.de inoffi.test.l.si quando. in prin.&. j.de confir.tuto.l. 1. In priuilegijs autem uidetur secus, extra de decimis c. ad audientiam. extra de priuil. etc.c.ex ore.& extra de dona.c.pastoralis. ¶ Idẽ in benefi
4 cijs, scilicet, quod dixi nunc proximè, † quæ licèt sint ampliãda in præiudicium concedentis.s̄.de consti.pñ.l.fin. non tamen in præiudicium tertij.l.1.§.meritò.&.§.si quis à Pricipe. j.ne quid in lo.pu.&. j.de mili.te.l.in fraudem. in prin.& de emanci.libe.l. nec auus. In indulgentijs verò latissima fit interpretatio.extra de priuil.c.porrò.vbi no. ¶ Itẽ no.ex isto tex.arg.ꝙ obscura verba consilij sunt declaranda per consultorem, vel per iudicem, sicut & obscurum dictum testis, extra de testi.c.cum clamor. & c. cum tu.& per Bar.in l.inter stipulantem.§.si stipulante.de verbo.obli. j.vbi semper contra probare debentem, fit interpretatio.extra de proba.per tot.

§. Diuus pius, ¶ Qui ex amicitia longo tempore vsuras nõ petijt, postea petere prohibetur.h.d. Et sic ex amicitia aliquid præsumitur, l. Procula. j.de proba.in casu tamen illo multa concurrunt, & parentelæ, & longi temporis, &c.
1 aliàs declarabo. ¶ † Nota ex solo cursu temporis induci præsumptum animum remittendi.& sic facit ad.q.quam retuli.s̄.eo.i l.qui semisses.in prin.de qua tãgitur in Spec. de censi.§.fin.per Dy.& Bart.i.l.si prius.in prin. de aqua plu.arc. Et secundũ hoc faceret iste tex.in arg.ꝙ qui lõgo tẽpore distulisset dotẽ restituere, censeatur hoc fecisse aio adeundi hæreditatẽ sibi delatã, vel filio.quod Bar.alibi tenuit ẽt si per annũ tñ.Ita sentit ipse in l.gerit. j. de acqui. hære.vbi per eum.Adde tamen circa prædicta, quod statim dicam post gl. ¶ In glo.s.triennij.ibi [triennij.] Et hæc fuit opi.Azo.qui hoc dixit de triennio, per casum l.1.C. de fideicommis.secundùm Cin. ¶ In ead, glo.ibi [vel quin

quæ annorum] sed Cin. in l. aduersus. C. eod. dicit hoc arbitrio iudicis relinquendum, tanquam indeterminatū, ar. ℱ. de iu. de lib. l. 1. &. ℱ. de effracto. l. 1. §. expilatores subdit tamen Pet. sensisse, quòd debeat arbitrari secundùm iuris formā, quæ traditur in l. si fideicommissa §. Aristo. ℱ. qui, & à qui. Tu autem dic ad minus requiri tractum 10. annorum, per tex. hic dicentem [longi temporis] ar. eius, quod not. C. de præscript. long. tem. super Rub. Inst. de vsucap. in princ. & fortè hoc sensit Petr. dum allegauit d. §. Aristo. ¶ Aduerte tamē, ꝙ But. hic refert Hu. intellexisse hunc text. quando expressum fuit aliquod signum remittendarum vsurarum, vt quia dum vellem soluere, dixit [ego non reciperem vsuras à te] aliàs autem dixit, ꝙ non posset procedere, ꝙ tam modico tempore toleretur actio personalis pro vsuris sola taciturnitate: vel dixit hic esse speciale vsurarum odium, quod not. ad id, quod dixi. ſ. eo. in l. qui semisses.

§. In tacito fideicommisso.

SVMMAE.

1 *Commodum quando alicui aufertur (velut indigno) applicatur fisco. & nu. 4.*
2 *Hæres interrogatus cum iuramento in iudicio, an cogatur respondere.*
3 *Fideicommissum tacitum probatur per confessionem.*

§. In tacito fideicōmisso.

¶ Quod aufertur ab indigno, applicatur fisco etiam cum vsurarum cōmodo. h. d. ¶ Vel magis ad literam. Accommodans tacitè fidem de restituendo non capaci, priuatur omni commodo, velut indignus, quod fisco applicatur, ēt cum commodo accessionū. h. d. ¶ Pro euidentia præmitte, quod habetur in l. intelligere. §. 1. & §. palam. ℱ. de iure
1 fisci. ¶ No. † ꝙ vbicunque commodum alicui aufertur, velut indigno, fisco applicatur, sic. ſ. in l. Papinianus. §. meminisse. ſ. de inoffi. test. vbi litera. quod verū est, nisi fauore alterius hoc contingeret; tunc enim hoc ablatum applicatur illi, cuius fauore iste reputatur indignus. C. de leg. l. penult. de quo vide quod not. in l. 1. C. de his, quib. vt indig. ¶ In tex. ibi [hæredi auferēdū.] Sed quia huius taciti
2 fideicōmissi difficilis est probatio, † quæro, an de hoc interrogatus hæres in iudicio cum iuramento, respondere cogatur. Exemplum pone in grauato de restituendo illis, quibus ei videbitur: qui reperit distribuisse quasi omnia bona in filium defuncti spurium, & per hoc arguitur tacitè accommodasse fidem de restituendo non capaci: & super hoc fiunt positiones, quibus petitur, quòd cum iuramento respondeat, an eis respondere teneatur: & videtur quòd non, quasi talis positio dicatur crimen continere, & talibus quis non arctatur de iure respondere, vt no. glo. in l. qui iurasset. §. si pater. ſ. de iureiuran. & l. si à te. in princ. ℱ. de excep. rei iudi. In oppositum facit. ſ. de noxa. l. quotiens. §. Prætor. & de rei ven. l. qui petitorio. In quibus patet quem compelli respondere, an possideat, vel dolo desierit possidere. Ad idem. ſ. de offi. asses. l. 1. coniuncta gl. super verbo, postulatur. vbi quis interrogatur de sua turpitudine. Item ad hoc facit; quia compellitur respondere, an deliquerit. ℱ. re. amo. l. Marcellus. §. 1. &. ℱ. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege. ſ. de iureiu. l. 3. §. 1. pro hoc etiā facit l. non intelligitur. §. tacita. ℱ. de iur. fi. & ibi glo. hoc videtur decidere super verbo, probationib⁹. quam signa-
3 bis. † quę dicit vnum modum probandi tacitum fideicōmissum esse per confessionem; ergo patet interrogationē posse fieri, & ad hoc adduco. Pro hoc etiā facit doct. Canonistarum dicentium, ꝙ teneretur quis respondere positionibus, quæ fiunt in criminibus impedientibus retentionem beneficij. Ita tenuit Guil. in Spec. in ti. de posi. §. 7. ver. 19. & Inn. extra de elect. in c. dudum. & de accu. in c. inquisitionis. Sed in proposito tale crimen taciti fideicommissi impedit retētionem beneficij, idest commodi; quia talis grauatus (si hoc commisit) priuatur omni commodo hæreditatis, & tenetur ad fructus, & ad vsuras, vt hic. & C. de his, qui. vt indi. l. 1. & ℱ. de his, quæ vt indig. l. eū, qui tacitum fideicommissum. & ita cōclusiuè tenuit Bar. consulendo: cuius consilium incipit. Ceccus de Spoleto. Nec obstant notata per gl. in d. §. si pater. cum si. nā ibi ideo interrogatus respondere non cogitur, quia examinaretur iam decisum per iuramentum, vti sententiam, quod iudex pati nō debet. ſ. de iureiu. l. si duo patroni. §. idē Iu
4 lianus. ¶ Vnum nota iuxta prædicta, † quòd exceptionē indignitatis ad priuandum quem hæreditate, vt deuoluatur ad fiscum, nō potest tertius opponere: sed solus fiscus, ad quem commodum spectat. gl. est singularis in l. his cō sequēter. §. 1. ſ. fam. erc. per quam gl. terminauit Richar. Mal. ꝙ si testator instituit filium spurium propinqui, vel cognati defuncti, nō possūt aliquid obijcere spurio, nec iure actionis, si ipse possideat. s. bona, & hęreditatē, nec iure exceptionis, si fortè ipsi possideant; nā solū fiscus est ille, qui pōt ei controuersiā mouere, per illā gl. quā bene not.

Ex §. Si pupillo.

SVMMAE.

1 *Non dicitur esse in mora, qui non habet, cui soluat.*
2 *Minor non restituitur ad lucrum, quod facere potuisset cum alterius delicto.*
3 *Attendi debet illud, quod est principalis causa dispositionis.*

1 **§. Si pupillo.** ¶ Non dicitur esse in † mora, qui nō habet, cui soluat: & minor non restituitur aduersus cessationem moræ aduersarij. h. d. no. in secūda saltē parte. ¶ Vel Sic. Vsuræ nō petuntur propter lucrū: sed ex contumacia non soluentis, qua cessante, vsuræ ipsæ nō currunt. h. d. magis fortè ad
2 tex. ¶ Not. † hic minorem non restitui ad lucrum, quod facere potuisset cū alterius delicto, quod est vtile ad id, quod habetur in l. ait Prætor. §. fi. ſ. de mino. vbi etiā pōt restitui aduersus lucrum omissum. ¶ Not. ex fi. quòd at-
3 tendi debet id, quod † est principalis causa dispositionis, sic. ſ. de cond. inde. l. qui exceptione. & l. qui leuandæ. cū si. ſ. ad leg. Rod. de iac. & sic facit ad id, quod not. Inn. ex de in integ. rest. in c. coram. circa princ. mag. gloss. vbi dicit, ꝙ licèt ecclesia debeat restitui aduersus terminū peremptoriū, super quo sit ēt ꝓnunciatū, vt ibi: si tū iniusta interloquutoria fieret in aliqua causa ecclesiæ, vtq; nō admitterentur eius exceptiones excōicationis, vel de falsi suggestione, & huiusmodi declinatoriæ iudicij, & maximè quæ inducuntur in odium aduersarij, non fauore petentis restitutionem, & non appellaret (quod potest. ℱ. 10. dies) nō potest postea restitui cōtra eas interloquutorias, arg. optimo sumpto ex isto tex. secundùm eū; quia inducitur quasi pro decisione, & hoc ea ratione; quia restitutio non datur nisi læso; vt quia aliquid admittat, vel quærere omittat. ſ. de mino. l. nō omnia. sed qui tales exceptiones proponūt,

nil consequuntur, etiam si obtineant; remanent enim naturaliter, & ciuiliter obligati, si obtineant, sicut si succumbant: & ideò non læduntur, & sic nec sunt restituendi: de quo ibi latiùs per eundem. ¶ In gl. quasi dicat nihil. &c. ibi [licèt hic in pupillo] hoc declara, vt no. in §. item inuiti. Inst. de cura. & in l. qui habent. §. si pupillus. ff. de tut.

Ex §. Ex locato.

S V M M AE.

1 *In contractibus bonæ fidei non veniunt vsuræ, nisi ex mora, & nisi aliud conuentum sit.*

1 §. Ex locato. ¶ In contractibus bonæ fidei non † veniunt vsuræ, nisi ex mora, & nisi aliud conueniunt. h. d. ¶ Vel sic. Ex solo pacto incontinenti apposito propter naturam contractuũ bonæ fidei, veniunt vsuræ secundùm formam illius pacti, quæ aliàs non venirent, nisi à tẽpore moræ. h. d. hæc pars, quæ clara est. ¶ In glo. vt si conuenitur. in fi. Et sic not. sm hanc decisionem, quòd dies adiecta obligationi principali, quæ dicitur interpellare pro homine, & in mora constituere, l. magnã. C. de cõtrahẽ. & commit. stip. hoc operatur, nedum respectu obligationis principalis: sed accessoriè. hoc vult no. hic glo. cum iuribus hic alleg.

Ex §. Fiscus.

S V M M AE.

1 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato, non habet priuilegium passiuè: sed actiuè habet pro tempore post successionẽ.*

1 §. Fiscus. ¶ Debet legi cum seq. §. & h. dicit. † Priuilegiatus succedens non priuilegiato, non habet priuilegium passiuè: sed actiuè habet pro tempore post successionem. h. d. no. cum seq. §. ¶ Pro euidentia præmitto vnum, quod tex. iste decidit. ¶ In gl. no. ergo. in fi. ibi [§. aditio.] Sol. vt no. ff. de reg. iur. in l. hæredẽ. vbi bona gl. & vide quod no. Dyn. extra de reg. iur. in c. si quis in ius alterius successerit. in 6. & adde casum in l. 1. & 2. C. de hære. & act. ven. & quod Dy. ponit, & post eum refert Bart. in l. si maritus. in princ. ff. solu. matri.

Ex §. Eos, qui.

S V M M AE.

1 *Administratoribus Reipublicæ imputari non potest, si operarij, inter quos distribuerunt pecuniam Reipublicæ, ante francatam pecuniam aufugerunt, nisi participes ipsius fraudis inueniantur.*

1 §. Eos, qui. ¶ Contra † administratorem, vel curatorem operum ciuitatis pro pecunia Reipublicę apud eos remanente, currit vsura re ipsa. h. d. ¶ Not. hunc casum, maximè in ver. sed in ea. Ex quo videtur posse argui pro his, qui quotidie deputanẽ per Cõe super executione alicuius operis publici, qui pecuniam distribuunt inter diuersos operarios; vt licet aliqui ex illis malè se habeãt, vel aufugiãt ante francatã illã pecuniã, de hoc nil posse imputari ipsis administratorib᷑, n si in eis inueniatur participiũ fraudis, vt probat hic text. notabiliter.

Ex §. Si dies.

S V M M AE.

1 *Testator si mandauit depingi figuram beatę Virginis in Dei honorem, vel altare, vel capellam construi, vel hospitale ædificari, & terminus non est ab eo positus, Episcopus debet præfigere hæredibus terminum, infra quem illud expediant.*

2 *In relictis ad pias causas, potest arctari quis nedum per iudicem ecclesiasticum, sed etiam per secularem.*

3 *Quantitas indeterminata non vitiat in legatis pijs.*

4 *Hęreditatis aditio non est necessaria in relictis ad pias causas.*

5 *Grauatus statuam, vel imaginem in aliquo loco ponere, an liberetur ab hoc onere, alio quocunque ponente.*

§. Si dies. ¶ Si facto demãdato à defuncto, non sit præfixum tempus, tenentur hæredes ad exequendum infra tempus à Preside præfigẽdum, aliàs tenentur ad vsuras. h. d. ¶ Et no. pulchrum casum, per quẽ videtur decisũ, † quòd si testator mandauit pingi figuram beatæ Virginis in Dei honorem, vel altare, vel capellã construi, vel hospitale ædificari, & sim. & termin᷑ non est ab eo positus, quòd Episcopus debet hæredibus præfigere terminum, infra quem hæc expediantur, imò & in tali relicto (& hoc est extra literã) potest Episcopus se intromittere, ẽt nemine petente, vt no. Guil. in Spec. de test.

2 §. in primis. ver. pone nullus. ¶ Et notãdũ est, † quòd in talib᷑ relictis ad pias causas arctari potest quis nedũ per ecclesiasticum iudicem: sed ẽt per sæcularẽ: & vterq; habet temporalem iurisdictionẽ in laycos, probat. ff. de pe. hære. in l. hæreditas. §. fin. vbi casus no. facit quod no. Inn. extra de test. in c. nos quidẽ. & Arch. 11. q. 1. in c. Siluester. dicitur autẽ ad piam causam relictum quicquid pro anima relinquit, vt no. de leg. 2. in l. si quis Titio. & C. de Epi. & cle. in l. id quod pauperibus. & idẽ est in eo, quod relinquitur pro incertis

3 ablatis, vt no. de priuil. in c. 1. ¶ Itẽ † in talibus relictis indeterminata quãtitas expendenda in illis, non vitiat, siue versetur publicus fauor, siue religionis. ff. de leg. 2. l. quidã in testamento. & ita potest ẽt hic dici, & ita audeo dicere, per quæ arguitur validitas legati relicti in redemptionẽ captiuorum, vel pro maritandis damicellis, & si non expressa

4 quantitate. ¶ † Item (quod plus est) in talibus relictis concernentibus fauorem piæ causæ, non vr ad eorum confirmationẽ necessaria aditio hæreditatis. quod Bart. tenuit in l. eam, quam. C. de fideicõ. & in l. 1. C. de sac. sanc. eccl. in ipsius repetitione, licèt in lectura eius l. aliter videatur sentire; quia consuluit bona alicui adijci debere cã taliũ legatorum conseruandorũ. & idẽ vr sensisse in l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. de quo vide plenè per Guil. & Ioa. An. in Spec. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed pone. & scripsi plenè in q. mea, quæ incipit. Gifredus. sub qua respondet D. Io. de Imo. subtilissimus legum Doct. ¶ Adde prædictis pro declaratione huius tex. quòd si istæ statuæ, vel imagines, vel simile quid relictum nõ possent imponi in loco à defuncto statuto: non per hoc annihilatur legatũ, nec hæres quantitatem impendendã, lucrifacit: sed debet in similem causam in alio loco conuerti. Casus est not. in l. legato. ff. de vsuf. leg. per quam fuit consultum, quòd si testator relinquit altare in certo loco ecclesiæ construendum, & ibi construi non possit (puta mandato Superioris, vel loci inhabilitate) quòd construi debet in alio loco illius ecclesiæ, facit ad prædicta quod no. Inn. extra de test. in c. nos qui-

5 dẽ. ¶ Vltimò posset addi de † grauato statuam, vel imaginẽ ponere, vel quid simile facere, an ab hoc onere liberet, alio quocunque ponente, de quo vide, quod not. Bart. in l. cum seruus. ff. de verbor. oblig. & hic punctum facio in l. euictis. exclusiuè.

ADDI-

ADDITIO.

a ¶Necessaria aditio. Adde, quòd etiã legata relicta ad pias causas non debentur ante aditã hæreditatem. Alex. in cons. 354. incip. Statutis accuratè. versi. pro hoc etiam Bar. in 2. vol. Et an talia sint taliter priuilegiata, quòd non patiantur diminutionem Falcidiæ, vide Paul. de Castr. in cons. 212. versi. primum est. circa prin. in 1. vol. cons.

Ex l. Euictis agris.

SVMMAE.

1 *Ablatiui absolutè positi, inducunt conditionem.*

L. Euictis agris. ¶ Conuentio de pretio certo tempore retento à vẽditore, facit vsuras currere sine alia inter pellatione. h. d. ad tex. ¶Vel sic. † Ablatiui absolutè positi inducunt conditionem, ad hoc alle. & concordat. ȷ. de condi. & demon. l. à testatore. ¶No. ex glo. 1. in fin. dic, & per hanc. l. dicũt quidam, quòd solus euẽtus conditionis, qui constituit in mora, facit vsuras venire. Contrariũ communiter tenetur; quia euentus eiusdem conditionis non potest obligationem purificare, & in mora constituere, arg. de sol. l. ratum. & in l. quod dicim⁹. & hoc tenet Butri. ȷ. eod. in l. mora. vbi allegat hanc. l. Bar. ȷ. de verb. ob. in l. quotiens in diem. Cin. C. in quibus causis. in integr. restitutio. non est nec. l. in minorum. & Guiliel. in l. quod te. s. si cer. peta.

Ex §. Post traditam.

SVMMAE.

1 *Fortior est ratio quasi moræ, quàm vera mora.*

§. Post traditam. ¶Incertitudo successionis non excusat debitorem à cursu vsurarum venientium ex quasi mora, hoc ipso, quòd percipit fructus rei. h. d. ¶In glo. idem erit. ibi [in quasi mora] quæ committitur hoc ipso, quòd insequitur fructus rei: vnde statim tenetur ad vsuram, etiã
1 si non fuerit, cui soluerit, & secundùm hoc not. † quòd fortior est ratio quasi moræ, quàm veræ moræ, & aduerte, quòd hoc casu talis vsura (etiam de iure canonico) videtur permissa; quia videtur interesse peti, & hoc firmat gloss. in l. 2. C. eo. facit quod gloss. etiam not. s. pro soc. i l. sociũ, qui in eũ. & extra eo. in c. conquestus. de qua tetigi. s. eod. super Rub.

Ex l. Videamus.

SVMMAE.

1 *Commodum quodcunque, & interesse, largo sumpto vocabulo, potest appellari fructus.*
2 *Colonus promittens domino certam quantitatem fructuum, an poterit deducere impensam de fructibus.*
3 *Differentia inter fructus, & redditus. & an appellatione redditus partus etiam contineatur.*

L. Videamus. ¶ Vbi fit mentio de fructibus, intelligitur in rebus, ex quibus fructus percipitur, ita potest allegari. Et tria facit. Primò. n. ponit̃ quæstio vsque ibi. [quid enim.] Secũdo ponit̃ dubitationis ratio vsq; ibi. [quid igitur] Tertiò ponitur quæstionis solutio, & ista. l. directò concernit secundam partem Rubr. s. de fructibus, &c. ¶Not. ex isto
1 tex. † quòd largo sumpto vocabulo, omne cõmodum, & interesse potest appellari fructus: appellatur autem propriè fructus, quod superest, deducta impensa. ȷ. solut. mat. l. fructus. & ibi no. Quod Ia. de Are. limitat verũ, si à lege ꝓferat̃, vt ibi: fallit tñ in decimis. ex̃ de decimis. c. tua nos. vbi licèt à lege proferat̃: non tamẽ, &c. secus si ab homine
a a. Ex quo dixit terminari, quòd † si colon⁹ promittat Do
2 mino certam partem fructuum, non poterit de fructibus impensam deducere; quia hoc verbum, fructus, ab homine profertur. facit in argu. pro soc. l. cum duobus. §. si inchoanda. Sed aduerte; quia quando hoc verbum, fructus, profertur ab homine, videtur attendi, an referatur ad fructus pendentes: & tunc intelligatur de integris, nulla facta deductione. s. de vsu. l. si pendentes. in princ. & l. quotiens. §. si colonus. licèt glo. videatur aliud dicere in l. Iulianus. §. si fructibus. s. de act. emp. & ȷ. de iu. fi. l. fi. in fin. ¶Sed si referatur ad colligendos: tunc intelligatur, deducta impensa. ȷ. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. Et prædicta vera, quando verbum, fructus, indeterminatè profertur, secus si determinatè, vt, 10. corbes frumenti, vel vini ex illo: tunc enim non habet locum hæc distinctio. Si ergò statutum dicat de corbe frumenti, vel vini tantùm solui, non deducentur impensæ: secus si diceret de fructibus, vt patet ex præ-
3 dictis. ¶ Differẽtia † aũt inter fructus, & redditus vide per Archi. 13. q. 1. in c. fi. & extra de elec. i c. gñrali. in 6. vbi per Io. An. etiam aliquid; nam appellatione redditus etiã partus continetur.

ADDITIO.

a ¶Secus si ab homine. Adde si in alicuius hominis dispositione facta fuerit mentio de fructibus integris, nunquid debeat intelligi absque impensarum deductione, Alex. in cons. 133. incip. Super quæsitis. in 5. vol.

Ex l. Vsuras.

SVMMAE.

1 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur.*

L. Vsuras. ¶ Inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat. Hoc dicit. ¶Vel sic
1 † Vtile per inutile in separalibus nõ vitiat̃, de quo omnino vide, quod dixi. s. eo. in l. pecuniæ. in princip. & hic nihil aliud dicam.

Ex l. Sciendum.

SVMMAE.

1 *Mora non committitur per absentem ex causa necessaria.*
2 *Soluentis interest posse fieri fidem de solutione.*
3 *Testimonium amicorum est optimum.*

L. Sciendum. ¶Iusta dilatio excusat à mora. ad hoc allega. ¶No. hanc l. vbi videtur casus, quòd etiam in obligatione quantitatis difficultas excuset quem ab obligatione ratione moræ committendæ, quod videtur contra opinionem communem not. s. si cer. pet. in l. quod te. de quo dicã. ȷ. eo. in l. mora. & hoc verũ in cõtractibus, vt hic: secus

in iudicijs. ſ. ſi quis cau. l. 2. licèt gloſſ. ibi dicat in iudi-
cijs ſpeciale, & malè. ſecundùm Butri. qui eam reprehen-
1 dit per hunc tex. Item no. in l. ſed & ſi reipublicæ. † quòd
per abſentem ex cauſa neceſſaria mora non committitur,
& ſic nec videtur poſſe committi pęna: per quod dixit Pe.
quòd euentus diei obligationis pœnalis contingens poſt
mortem debitoris non facit contra eum pœnam commit-
ti, quando deceſsit non præuiſus, per l. iſtam: ſecus ſi de-
ceſsit pręuiſus; quia tunc bene poteſt committi, & ita limi
tat l. ad diem. & quod ibi no. ƒ. de verb. obli. & hoc dictũ
Pe. retulit Cin. in l. 1. in 11. q. C. de iur. emphi. Alij dicunt,
quòd prædicta, & hæc l. procedunt, quando pœna venit
committenda ex mora: ſecus ſi ex pacto ſine aliquo hære
dis facto; tunc enim committitur ex curſu diei in illo de-
bitore mortuo: & hæc differentia colligitur ex notatis per
glo. in l. ſi cum militaribus. C. de teſti. mili. Et hoc ſequi-
tur Bar. in d. l. ad diẽ. & eo. ti. in l. cum filius. §. in hac. ¶ In
2 glo. 1. no. ergo, † quòd intereſt ſoluentis poſſe de ſolutio-
ne fidem facere, ſic dicitur intereſſe creditoris poſſe de de
bito fidẽ fieri. & hac ratione deciditur, quòd poteſt de-
bitor arctari ad faciendum creditori inſtrumẽtum de de-
bito. Ita dicit glo. no. in l. 2. in princ. ƒ. ſol. ma. Quod intel
ligo, quando de debito conſtabat per teſtes, vel ſaltem de-
bitor confitetur illud, facit. l. 2. §. idem Varus. ƒ. de aqua
plu. arc. aliàs ſi debitũ negaret, nec de illo aliqua appare
ret probatio, ſecus eſſet; quia nõ compelleretur, arg. C. de
teſti. l. nimis graue. & quod dixi, quòd compellitur ad fa-
ciendum inſtrumẽtum, habet locum, etiam ſi iam factum
foret amiſſum, vt no. glo. in l. chirographis. ƒ. de adm. tut.
Et ſi nolit debitor eo caſu, quo tenetur, hoc inſtrumentũ
facere, tenetur ad intereſſe, caſus eſt no. ſecundùm vnã lec.
ƒ. de verb. obli. in l. ex ea parte, quẽ no. vbi Bar. facit men
tionẽ de prædicta. in l. 2. ƒ. ſol. mat. ¶ Secundò no. ex hac
3 glo. relata ad tex. † optimum eſſe teſtimonium amicorũ.
¶ In glo. vt interſit. ibi [vt interſit ſolutioni] not. ergo ex
iſto text. coniuncta hac gloſſ. in princip. quòd obligatus
ad ſoluendum non tenetur ſoluere, niſi adhibitis teſtibus,
& tabulario.

Ex l. Si quis ſolutioni.

SVMMAE.

1 *Non videtur eſſe in mora, qui habet iuſtam cauſam litigandi.*

L. Si quis ſolutioni ¶ Non vi
detur eſſe
1 in mora, † qui iuſtam habet cauſam litigandi. h. d. iſtud
prin. & per hoc tollitur contrarium hic. in glo. formatum.
Sic ergo no. quòd iuſta cauſa ſolutionis differendæ ex-
cludit à perſona obligati moram: & facit iſte tex. ad no. in
l. vtique. cum ſe. in princip. ſ. de rei vendi. & ſ. de peti. hæ-
re. in l. illud.

Ex §. Cum reus.

SVMMAE.

1 *Mora rei an noceat fideiuſſori.*
2 *Mora rei principalis licèt dicatur obligationem perpetuare, etiam contra fideiuſſorem, verum tamen eſt quò ad hoc, vt poſt interitum fideiuſſor teneatur, non vt perpetua fiat obligatio.*

§. Cum reus, ¶ Mora rei principalis
nocet tantum fideiuſſori.
h. d. hæc eſt vna regula, quæ probat̃ per l. mora. ƒ. de ver.
oblig. No. ergo regulã iſtam, quòd mora principalis, &c.
concordat. l. mora. hic alleg. hoc autem videtur verum,
niſi mora creditoris præceſſerit quò ad fideiuſſorem, ca-
ſus eſt ſingularis, ſecundùm Dyn. & Bart. in d. l. mo-
ra. 2. reſponſo. ¶ Sed certè ille tex. poſſet & aliter intelligi,
ſcilicet quòd non obſtante mora creditoris, fideiuſſor te-
neatur de interitu propter moram rei ſequentem; quia ta
mẽ fideiuſſor ante obtulerat, ſuccurritur ſibi ſcilicet fide-
iuſſori beneficio reſtitutionis in integrum ex clauſula ge-
1 nerali. ¶ Item aduerte; quia quod dicitur, † quòd mora
rei fideiuſſori nocet, &c. videtur verum, ſi eſt certum prin-
cipalẽ non poſſe conueniri, vel ẽ renũciatum beneficio de
fideiuſſoribus, in Auth. præſente. C. de fideiuſ. aliàs hodie
non videtur fideiuſſor poſſe in mora conſtitui ante excuſ-
ſionem principalis. Ita dixit no. Bar. in alio loco in l. ſi ſer
uum. §. nunc videamus. ƒ. de ver. oblig. facit, quod eo. tit.
not. ƒ. in l. decẽ. & in l. fi. ſ. ſi cer. pet. & ſecundùm hoc ille.
§. hodie eſſet correctus hoc reſpectu. Quod tamen ad illũ
tex. non puto verum; nam Auth. præſente. & ſimilia iura vi
dentur loqui, quando mora eſt commiſſa in omittendo:
ſecus ſi in committendo; vt quia ante moram principalis
ſpeciẽ debitã interimat: quo caſu de dolo tenet̃. ſ. de dolo.
l. ſi fideiuſſor. & d. §. nunc videamus. Et idem videtur, etiã
ſi poſt moram principalis occidat; nam occidendo impe-
diuit ipſum poſſe offerre rem debitam. Præterea hoc caſu
ſi principalis excuteretur, habet regreſſum contra fideiuſ-
ſorem occidentem, quod non eſt in caſu dictæ Auth. prę-
ſente. & ſic his caſibus videtur, quòd ille. §. remaneat in
2 correctus. in quo tamen cogita. Adde prædictis, † quòd li
cèt dicatur mora rei principalis obligationem perpetua-
re, etiam contra fideiuſſorem: hoc tñ eſt verum quò ad
hoc, vt poſt interitum fideiuſſor teneatur, non vt perpetua
fiat obligatio, quaſi interrupta præſcriptio contra fideiuſ-
ſorem. gl. eſt ſingularis, & menti tenenda in l. cum quis. §.
ſi quis pro reo. in fi. vltimę gl. magnæ. ƒ. de ſol. Quod tamẽ
videtur etiã ſenſiſſe gl. in d. l. ſi ſeruũ. §. de illo. ƒ. de verb.
obli. quæ incipit. Quantùm ad hoc, &c.

Ex §. Mora videtur.

SVMMAE.

1 *Interpellatio geſtoris an poſsit conſtituere debitorẽ in mora. Et quid de facta à procuratore ad lites. nu. 2.*

1 **§. Mora videtur.** ¶ † Interpellatio
procuratoris, qui
eſſet geſtor negotiorum, conſtituit debitorem in mora. h.
d. Sic ergo per interpellationẽ geſtoris conſtituitur debi-
tor in mora. Item vbi ex parte debitoris requiritur nuda
ceſſatio; tunc ibi conſtituitur etiam in mora per inter-
pellationẽ geſtoris. l. prohibere. in prin. ƒ. quod vi, aut clã.
quæ tertia eſt in ordine. ¶ Quod limito verum quantùm
ad hoc, vt debitor ad modum de interitu teneatur: ſed nõ
quò ad hoc, vt incurrat pœnam; quia nec in procuratore
hoc poſſet facere, niſi mandatum oſtendat. l. ſi quis inficia
tus. ſ. depo. Et idem videtur dicendum in geſtore, ſi nege-
tur geſtor per eand. l. Item quando interpellatio extraiu-
dicialis non poteſt conſtituere in mora, ſed requiritur iudi
cialis geſtor, non conſtituit in mora; quia rem in iudicio
non poteſt deducere. l. ſi pupilli. §. videamus. ſ. de negoc.
geſt. & l. ſed ſi poſſeſſor. ſ. de pe. hęre. Sed certè nõ videtur,
2 † quòd interpellatio geſtoris conſtituere poſsit debitorẽ
in mora (quicquid dicat hæc litera) nam geſtori ſolui po-
teſt.

test.l.verò.circa fi.ȷ.de solu.ȷ.huius timore quidam dixerunt.§.húc debere intelligi in eo cui posset solui,vt in tutore,curatore,& si. Quod dictum posset esse in se verum:sed damnat hic, & nimis hanc literam restringit. Quapropter dixit Pe.quòd interpellatio gestoris constituit debitorem in mora ratihabitione sequuta, vt hic, quod etiã destruit istum tex.vbi ratihabitionis nulla fit mentio. Quare Bar. dixit,quòd si gestor interpellat debitorem, vt sibi gestori soluat,non valet talis interpellatio,vt dictis.leg. quia nec ei solui potest,vt dixi: sed si interpellat pro domino solui: tunc si debitor,& creditor sunt eiusdem fori, valet eadem interpellatio, vt hic.Sed si alterius fori,non constituit talis interpellatio debitorẽ ipsũ in mora;quia ipse interpellanti nõ potest soluere,nec ad domũ creditoris isto casu tenetur ire. vt.ṡ. de constitu. pec. l. item illa. quod no. ad intellectum, & limitationem huius.§.
2 ¶ Ex prędictis† idem videtur dicendum in procuratore ad lites:cui solui non potest,vt eius interpellatio facta debitori, qui non est eiusdẽ fori,cuius est creditor, non constituat eum in mora; quia non est,cui soluat. Contrarium tamen videtur verius de iure; quia moram committit ex eo; quia elegit sine causa viam litigij.ȷ.de verb.obli.l.nemo.§.1. debuit enim protestari,quòd erat paratus soluere,non litigare. dixit tamẽ Bar.hoc casu(sub dubio fortè) quòd lata sentẽtia,finietur illa mora,l.qui Romæ.§.pe.ȷ.de verb.obli.Sed contra cũ in hoc vltimo facit; quia secundùm hoc plus nocebit minor mora,quàm maior,quod est absurdum.Item condẽnatio ꝓderit reo,& nocebit actori,cõtra l.euidẽter.ȷ. de excep.rei iud.Item & actoris conditio per sententiam efficitur deterior,cõtra l.nõ solet.ȷ.de re.iur.& C.de iud.l.1. & de vsu.rei iud.l.fi.ȷ.de nou.l.aliã.& de exce.rei iud.l.cũ mater.§.hoc iure.cum simi.

Ex l.Qui scit fundum.

SVMMAE.

1 *Fructus,qui percipiuntur ex re communi,sunt communes.*
2 *Quasi possessio quomodo quæratur in incorporalibus.*
3 *Decima an sit soluenda de palea.*

L. Qui scit fundum. ¶ Fructus ex semine non quæruntur:sed iure fundi,& corporis existentis in dominio,vel possessione cum bona fide,vel in vsufructu.h.d.vsque ad §.bonæ fidei. legam tamẽ vobis per partes.
1 ¶ Vel sic. Fructus,† qui percipiuntur ex re communi, sunt cõmunes,ad hoc allegatur prima pars,& in hoc congruit,& diuiditur in duas partes. Primò loquitur in sciente alienum pro parte.Secundò in sciente alienum in totũ. Secunda ibi [& quemadmodum] No. ibi [non iure seminis,sed iure soli] &c.& ȷ.in §.proxi.ibi [quoniam in percipiendis]&c.pro quo arguunt quotidie practici, quòd si aliquis probet se iustè fructus pcepisse ex fundo aliquo, videtur per hoc probatum, quòd illũ fundum possideat, licèt aliàs dicatur difficilis probatio possessionũ,vt no.ȷ. de verb.obli.ĩ l.stipulatio ista.§.ei,qui. Ad prædicta facit.
2 ȷ.de sol.l.Titia. vbi de hoc.† Quomodo autem quæratur quasi possessio in incorporalibus,& sic quomodo probeẽ, vide plenè per Inno. extra de resti.spo.in c.literis. Itẽ qñ, & ex quibus quæratur quasi possessio excommunicandi, & priuandi, & per idem. c.il. 3.Item quomodo,& quando quæratur quasi possessio iurisdictionis, & qui actus,& quales requirantur. Item quomodo perdatur,vide not. in glo.p Inno.de cap.mona.in c.cũ dilectus.¶No.hunc tex. qui quò ad acquisitionem fructuum, dicit ponderari ius soli,non seminis.Et sic videtur facere pro dicto Canonistarum dicentium,decimas deberi de fructibus, etiã semine nõ deducto,de quo est casus ex de decimis.ĩ c.tua nobis.
3 ¶†Cõsueuit autẽ dubitari,an de palea decima debeatur, quod puto;quia est in fructu.ṡ.qui.mo.vsufr.ami.l.si fructuarius messem.

Ex §.In alieno.

SVMMAE.

1 *Domini appellatione non continetur bonæ fidei possessor propriè, & strictè sumpto vocabulo.*
2 *Fructuarius non facit fructus suos,donec sint positi in horreis, à quocunque sint percepti.*

§. In alieno. ¶ Possessor bonæ fidei facit fructus suos à quocunque separentur, fructuarius non, nisi ipse percipiat, vel alius eius nomine.h.d.Et primò quæstio.Secundò,ibi [respondi] ponitur responsio cũ argumento à simili. Tertiò,ibi [& ideo] ponitur ex prædictis quædam illatio. Quartò ibi[porrò] arguit de domino ad bonæ fidei possessorem. Quintò, & vltimò ibi[præterea]arguit à minori. ¶ Nota regulam ibi [quoniam in percipiẽdis fructibus]&c. quæ alibi melior non reperit,& facit ad id,quod statim dixi.ṡ. in princ.l.cui adde,quod dixi.ṡ.eo.ĩ l.videamus.vbi vide.
1 ¶In glo.pœnæ.in fi.quasi dicat,† quòd propriè,& strictè sumpto vocabulo, appellatione domini non continetur possessor bonæ fidei,vt ibi: sed largo modo sumpto, possessor bonæ fidei æquipollet domino,vt hic & in cõtrario. ¶In glo. vt.ṡ.de vsufruc.l.si fur.ibi [vel dic scilicet ita, ꝙ
2 idonea]&c. Secundum hoc ergo no. † quòd licèt fructus sint percepti quomodocunque,siue per alium,fructuarius non facit eos suos:donec sint in horreis reducti. Idem no.glo.de rei ven. ĩ l.ex diuerso.in princ. in gl. mag. circa prin.& l.si vsufr.messem.hic alleg.in fi.glo.secundùm vnã lect. glo. sed tu dic pro conclusione veritatis hoc non esse necessarium, quòd sint in horreis reducti; sed sufficit fructuario, quòd sint à solo separati à se, vel ab alio nomine suo: sed in bonæ fidei possessore sufficit à quocunque perceptos,& cuiuscunque nomine.& ita no.in d.l.vsufructuarius.in fi.primæ glo. Et hæc communis opi. Idem Bar.de Saly.in l.si pater.C.de vsufru.vbi plenè.¶In glos. etiam à furibus.ibi.[§.is,ad quem] intellige,vt.ṡ.de vsuf. l.defuncta.& ibi declara.¶In glo.idem in colono.hoc sanè intellige,dummodo per eum sit merces soluta, vel aliter per dominum de mercede fides habita,vt dicit glo. in l.si seruus.la 2. §. locaui.ȷ. de fur. Ex qua collige talem doct.quòd vbicunque in contractu interuenit merces,nũquam ex illo contractu potest resultare cõmoditas acquisitionis fructuum;donec fuerit merces soluta,vel de ea fides habita,quod no.ad §.venditæ.Insti.de re.diui. & ad l. quod vendidi.ṡ.de contrah.emp.

Ex §. Bonæ fidei emptor.

SVMMAE.

1 *Scientia superueniens rei alienæ non impedit, quò minus possessor faciat (percipiendo) fructus suos.*
2 *Mala fides non nocet in vniuersalibus, si conuentus habet titulum.*

§. Bonæ fidei emptor.

¶ Ad hoc, vt possessor faciat fruct⁹ suos, sufficit eũ ab initio habuisse bonam fidem, licèt ex postfacto habuerit scientiã rei alie
1 næ.h.d.¶ Vel breuius in modũ allegandi.† Superueniens rei alienæ sciẽtia non impedit, quò minus possessor faciat (percipiendo) fructus suos.h.d.¶ In gloss.ergo. no. quòd bonæ fidei possessor.ibi[illud]quod intellige, & declara, vt dicam.j.eo.in l.mora.¶ In ead. ibi[sit autem malæ fidei]vt de fructibus teneatur, vt est casus.j.eo.in l.videamus.§.in actione.cum si.¶ In ea.gl.ibi [pręscriptio interrumpatur] intellige de odiosa,& mixta.C.de rei ven.l.mora.& ibi no.& in l.vsucapione.de diuer.& tẽpo.præscrip. ¶ In ea.glo.ibi [de rigore, econtra] soluit Iaco. de Ra. in contrario; quia tamen legum correctio debet euitari, aliter soluitur, vt sequitur.¶ In ead.glo. ibi [vel potest dicere] hanc tenet Tho.de Forma. tamen, quia videtur resistere aliqualiter illi tex.ideo aliter soluitur,& tertiò, vt sequitur.¶ In ead.glo.ibi [vel decennij] hanc tenet Dy.& Cin. in additionibus in contrario.¶ In ead.gl.[iudicis officio] vnum no.quòd huic officio præscribitur triennio. Ita not. glo.singu.in l.sequitur.§.fructus.j.de vsucap. quam bene no.¶ In fi.eiusdem glo. ibi. [l. certum] vel quartò potest aliter solui, scilicet quòd id, quod in contrario dicitur, opponendo, non ponendo dicit.& ita soluit glo.in contrario. & l. ex diuerso.in princ.in glo.mag.s̃.de rei vend.¶ In ea.
2 glo.ibi [in pe.hære.] dic meliùs, † quòd etiam in vniuersalibus mala fides non nocet, si conuentus habebat titulum, aliàs secus. Ita no.glo. & meliùs in d.§. de eo autem. & ibi Ia.Bu.tenet.& est veritas.

Ex §. Nam & seruus.

SVMMAE.

1 *In acquisitione facienda per seruum possessum ex re possessoris, vel opera sua, sufficit possessorem ab initio habuisse bonã fidem.*

2 *In præscriptione longi temporis vitium testatoris nocet hæredi non habenti aliunde titulum, quàm à testatore: secus si habeat proprium tit. aliunde.*

§. Nam & seruus.

¶ Idem vult, quod pars præ
1 cedens.¶ Vel sic.† In acquisitione faciẽda per seruũ possessum ex re possessoris, vel opera sua, sufficit possessorem ab initio habuisse bonam fidem.h.d.¶ In glo. vt. C.de rei
2 ven.in fi.vnum adde, † quòd in præscriptione longi temporis vitium testatoris nocet hæredi non habenti aliunde titulum, quàm à testatore: secus si habeat proprium titulum aliunde, tex.est singularis,& no.in l.an vitium.§.ex facto.j.de diuer.& tempo.præscri.& nõ est alibi;& ideo singulariter no.in materia præscriptionum.

Ex l. Venationem.

SVMMAE.

1 *Quod ex venatione percipitur, non videtur esse in fructu fundi, nisi eius fructus in venatione consistat.*

1 L. Venationem. ¶ Quod † ex venatione percipit, non videtur esse in fructu fundi, nisi eius fructus in venatione consistat.

Ex l. Cum patrisa.

SVMMAE.

1 *Mora licèt sit delictum: tamen transit ad hæredem, & appellatur transmissibilis.*

L. Cum patrisa.

¶ Mora semel cũ defuncto cõmissa, facit vsuram currere perpetuò, etiam cum hærede. h. d. ¶ Vel sic. Mora transit ad hæredem, & mora appellatur
1 transmissibilis, ad hoc allegatur. ¶ † Not. ergo moram transmitti,& est mirum; quia mora est delictum, vt not.s̃. si cer.pe.i l.quod te.& de verb.obli.i l. si ex legati causa.& j.eo.in l.mora. Sed quia est cũ defuncto cõmissa, eius effectus durat:& porrigitur ad hæredem, facit quod no.in l.1. C.ex delic. defun.

Ex l. In pecudum.

SVMMAE.

1 *Hominum gratia omnia sunt inuenta.*

2 *Homo dicitur pretiosissima creaturarum.*

L. In pecudum.

¶ Fętus non est fructus,& ideò non quæritur directò bonæ fidei possessori, nisi aliud appareat ex volunte testantis.h.d.tex.& glo. & cessant omnia contraria.¶ No. hunc tex.in fi. quem notanter allegat Ia. Bu. quòd causa,& causatum non sit idem.¶ Secũdò no. quòd
1 omnia hominum † gratia inuẽta sunt; vnde dicit Tullius. 1.de offi.[Scire debemus, quæ terra gignuntur, ad vsum hominum creari, homines etiam gratia hominum generatos, vt inter se alij alijs pdesse possint.] Alibi autem dici-
2 tur † homo pretiosissima creaturarum.s̃. de ædil. edic. l. iustissimè.in prin.& ibi glo. Pronaque cũ spectent,&c. Ouidius metamorphoseos primo.¶ In gl.non autem.ad fi. Tu dic aliter,& meliùs, vt ibi dixi.

Ex l. Placuit.

SVMMAE.

1 *Quod fit vltra debitum modum, ad modum reducitur.*

1 L. Placuit. ¶ Vtile per inutile nõ vitiatur. ad hoc alle. ¶ Vel sic. Id, † qđ fit vltra debitum modum, ad modum reducitur. h. d. vidistis.s̃.eo in l.pecuniæ.¶ In gl.hoc verũ.ibi[aut]de quo dic vt dixi.s̃.eo.in Rub.¶ In ea.gl.ibi. [s̃.eo.l.pecuniæ.]& hoc declara, per id, quod ibi dixi, qđ hic etiam posset repeti.

Ex l. Etiam.

SVMMAE.

1 *Ex nudo pacto debentur vsuræ ciuitati.*

1 L. Etiam. ¶ Ex nudo † pacto debentur vsuræ ciuitati.h.d.Et no. hanc.l.quę videt facere pro opi. Vltramon.de qua no.s̃.de pac.in l.iurisgentium.§.quinimò.vbi reprobant glo.dicentem, quòd quædam pacta vestiuntur legis auxilio; hoc enim (secundum eos) non videtur verum; nam lex fauet alicui pacto nudo

nudo: non tamē propterea vestit illud, sed bene potest agi ex illo pacto, licèt nudo, casus est hic, secundùm eos. Sed But. & alij dicunt ibi contra, quòd imò. l. vestit pactum, vt patet. C. de re. perm. l. l. ex placito. & ff. de pac. l. l. legitima.
8 Et, ideo dic, † q aliquádo lex fauet pacto respectu ipsius pacti: & tunc ipsum vestit, & ex ipso vestimento agitur, & est commune vestimentum, vbicunque lex fauet pacto, vt pacto, vt. d. l. ex placito, & d. l. legitima. & hoc casu debet intelligi doctri. glo. in d. §. quinimò. Aliquando lex non fa uet pacto, nec ipsum vestit: sed tamen contemplatione ip sius pacti actionem producit: & tunc pactum remanet nu dum, & agitur ex lege. C. de dona. l. si quis argentum. Aliquando lex fauet pacto, nō contemplatione pacti, sed personæ, vel rei: tunc non vestit pactum, & tamen ex ipso etiā nudo agit, & casus est hic, & C. eo. in l. frumenti. & ita tenuit But. Quod etiam tenuit Bart. in l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius.

L. Quod in stipulatione.

SVMMAE.

1 *Stipulatio continens incertam quantitatem vsurarum, non cōmittitur.*
2 *Incertitudo in fauorabilibus licèt quandoque non vitiet, in his tamen, in quæ odiosa sunt, semper inducit vitium.*

L. Quod in stipulatione.

1 ¶Stipulatio continens incertam† quantitatem vsurarum, non committitur. h. d. ¶Vel sic. Adiectio incerta non te-
2 net, nec aliquid operatur. h. d. ¶No. † quòd licèt in fauorabilibus incertitudo quandoque non vitiet: in his tamen semper inducit vitium, quæ odiosa sunt, vt hic coniuncta gloss.

Ex l. Mora.

SVMMA

1 *Mora, nomen sumitur multis modis.*
2 *Definitio non cadit commoda in his, quæ ex qualitate facti variantur.*
3 *Verba enunciatiua quid importent in contractibus.*
4 *Denunciatio facta seruo debitoris, non constituit eum in mora.*
5 *Diei euentus constituit quem in mora.*
6 *Mora quando committatur. Et quid requiratur. nu. 7.*
8 *Difficultas quando impediat moram.*
9 *Fructus veniunt à tempore moræ, quando peto, quod est meum.*
10 *Fur, & morosus æquiparantur.*

L. Mora. ¶Mora regulariter non committit sine interpellatione vera, vel ficta p diei appositæ lapsum, vel per litis cōtestationē: & si interpellatio est facta, cui nō dēt, vel vbi nō dēt, mora nō cōmittitur, nisi interpellatio legitimè repetat, nec fit per respectum ad rem: sed ad personam. h. d. Et pro euidentia
1 præmitte, † quòd hoc nomen, mora, sumitur multis modis. Nam quandoque pro habitatione. C. de incolis. l. 2. li. 10. Quandoque pro quacūque dilatione, & tractu tempo ris, vt magna mora est de festo Natalis vsque ad festum Paschæ. Ita sumitur. C. de tempo. appell. in Auth. sed & his. Quandoque strictiùs sumitur pro dilatione pœnali: & sic prout mora sonat in delictum, & isto modo sumitur hic. hui' autem moræ hoc modo sumptæ' plures sunt species, de quibus hic in gl. ¶In tex. ibi [nō ex re] idest eo ipso, quòd tu es debitor, ego creditor. ¶Ibi [rescripsit] confirmans prædicta. ¶Ibi [nulla] idest lege noua. ¶Ibi [quæstionē] scilicet lege veteri. ¶Ibi [domino] scilicet absen-
2 ti. ¶† Nota, quòd in his, quæ ex qualitate facti variantur, & sic variabilia iudicantur, nō cadit commoda definitio. ¶Secundò no. ibi [si interpellatus] in prin. & ff. ibi in fin. [repetendi debiti instantia] &c. per quem videtur decidi, quòd mora committatur demum per dispositionem, non enunciationem. vnde non sufficit, quòd creditor dicat debitori, ego indigeo fortiter illa pecunia, vt videatur debi-
2 tor interpellatus; † quia talia verba enunciatiua in con-
3 tractibus nihil important, nisi esset talis persona, cui propter reuerentiam sic loqueretur creditor, arg. ff. de fur. l. pe. & qua. rerum actio nō datur. l. 1. §. 1. Et hoc tenuit Pe. in l. in minorum. C. in qui. cau. vt ibi refert Guil. in 7. q. sed contrarium tenuit Iac. de Ra. quem Barto. sequitur in l. si quis mihi bona. §. pater filium. ff. de acquir. hære. ¶Item
4 no. † quòd denunciatio facta seruo debitoris, non constituit eum in mora. Item si procuratori debitoris denuncietur, si non habet generale mādatum cum libera, argu. ff. de tribu. l. procuratoris. in prin. & not. per Dy. in simili. ff. de ope. no. nun. in l. de pupillo. §. nunciationē. in glo. quæ incipit. hoc ita si fabri, &c. & ibi i additionibus, & hāc partē etiam tenuit Cin. in d. l. in minorum. in 2. q. ¶Item not. tex. hic [omissa esset repetendi] &c. propè finē, qui requirit nouam interpellationem domini reuersi: quādo fuit facta absenti: videtur autem hæc instantia remissa, si creditor à debitore recepit res aliquas pignori, vel etiam vt eas pignoret apud alium, & ita tenuit Ia. de Ra. & Pe. & inducunt in arg. ff. de pac. l. qui in futurum. quod & Cin. sequitur in d. l. in minorum. 8. q. ¶In glo. 2. quæ incipit. sed quis dicitur. ibi [respondeo, potest dici debitor] &c. Vnū no. quòd si fit debitor interpellatus, pone hic Bon. vt soluat Florentiæ, vbi constituit se soluturum, videtur ritè interpellatus, secundùm Pet. & Cin. in d. l. in minorum. in 4. q. ¶In ead. ibi [subaudi, & tempore] &c. ¶Ibi. [l. si soluturus] potest etiam & interpellatio fieri die feriato, vt debitor soluat die non feriato, secundùm Pe. & Cin. in d. q. ¶In glo. magna. ibi [cum quis maior, circa prin.] Innuit ergo minorem non posse interpellari, & in hoc malè, secun Doct. quia etiā minor cū tutoris auctoritate interpellari potest. ff. de verb. obli. l. sed & si stipulatus. & hoc tenet Cin. & Doct. ¶In ea. glo. ibi. [§. pupillo.] Sol. ibi potest in mora constitui interueniente tutore, sine eo non, & ita est intelligenda ista gloss. secundùm Butri. ¶In ead. ibi [per
5 diei appositæ lapsum.] No. ergo, † quòd euentus diei cō stituit quem in mora: secus autem est in euentu conditionis, qui cum purificet obligationem, est iniquum, quòd eo puncto, quo quis obligatur, constituatur in mora. ff. de so lu. l. quod diximus. & ff. de consti. pec. l. promissor Stichi. §. 1. pro hoc etiam; quia euentus diei ideo constituit; quia debitor est certus se debere, & diem venire, & ideo debitor se debuit præmunire, & facere se promptum ad tūc soluendū. ff. de verb. oblig. l. centesimis. Sed hoc cessat in debitore conditionali; quia ignorat conditionem euenire, & se futurum debitorem. Item quia, cum vt plurimum cō ditio impleatur, debitore ignorante, non debet eius euentus in mora constituere; quia tunc nescit se debere. ff. si cer. pe. l. quod te. Nō ob. l. quotiēs in diem. ff. de verb. obli. quòd ibi dies euenit, & tamen intellige, quòd per interpellationem contracta est mora: quæ tamen interpellatio in obligatione in diem fit per cursum diei. Item nec obstat. ff. eod. l. euictis. vbi etiam aliquid dixi de hoc; quia ibi re ipsa

ipsa mora contrahitur, secundùm Bar. Vel ibi fuit apposita dies ad solutionem fiendam, secundùm Butri. qui de hoc articulo tangit, de quo per Guil. in l. quod te. & Ci. in prædicta. l. in minorum. in 7. q. & Bar. in d. l. quotiens in diem. ¶ In ead. ibi [vel per litis contestationem] innuit ergo glo. quòd sine interpellatione non contrahatur mora: quod non est verum, vt. d. l. in minorum. secundùm Ci. ibi: sed certè hæc glo. loquitur de communi mora. ¶ In ead. ibi [cum intelligat se debere.] Innuit ergo, quòd mora cõmittatur in debitore tantùm. Sed Vltramontani contra; quia ex parte creditoris potest committi. ſ. de peri. & commo. rei ven. l. illud. & ſ. manda. l. si hominem. quod & Ci. sequitur. ideo aliter moram definiunt, vt statim dicã.
6 Nam Ia. de Ra. & Pet. dicunt aliter definiendam, † & sic mora est, cum quis legitimè interpellatus, vel pro interpellato habitus cum intelligit, vel intelligere debet se debere: nec est omissa debiti repetẽdi instantia, si sine causa solutionem, vel restitutionem, vel receptionem distulit. Posset tamen secundùm Modernos aliter definiri. Mora est debiti soluendi, vel crediti recipiendi à iure improbata, & punita dilatio. Committitur autem hæc mora ex parte debitoris, quando debitor adultæ ætatis sciens, & scire debens se debere interpellatus legitimè id, quod debet, sine iusta causa distulit, aliàs differt soluere. Dicunt autem de ætate adulta propter pupillum, qui solus interpellatus non constituitur in mora. d. l. si ex legati causa. & sequen. & de regu. iur. l. nulla mora. & tetigi etiam. ſ. Requiritur autem, quòd sciat, vel scire debeat propter casum. l. quod te. ſ. si cer. petatur. Et quando dicatur scire, ibi no. in
7 glo. fi. † Item requiritur interpellatio legitima; quia debet esse facta congruo loco, & tempore, vt hic in 2. gloss. Aduerte tamen, quòd hæc congruitas loci, & temporis requiritur in interpellatione, quam facere debet creditor, vt in debito puro: secus in debito in diem; quia dies interpellat, & constituit in mora, siue fuerit expressus. ĵ. de ver. obli. l. quotiẽs ad diem, & de act. & obli. l. traiectitiæ. §. de illo. & l. magnam. hic alle. siue tacitè à lege subintellectus præter partium conuentionem. C. de iur. emphy. l. 2. & de loc. c. potuit. & no. gloss. in l. mora. ĵ. solut. matr. hoc tamen, quod dixi de interpellatione diei, intellige verum: quando debitor tenetur portare debitum ad domum creditoris, aliter non, quod quando sit, dic, vt plenè not. ſ. de consti. pe. in l. item illa. in prin. ¶ In ead. ibi [sine causa distulit] vt quia bene potuit soluere, aliàs difficultas excusat debitorem ab obligatione committenda ratione moræ. ſ. eod. l. sciendum. Et per hoc reprobatur quorundam opi. ſ. si cer. pet. in l. qđ te. & sic sentit indistinctè difficulta
8 tem impedire moram. † Circa quod dixi, quòd si in obligatione est factum indistinctè, difficultas impedit morã, l. si vehenda. §. pe. ſ. ad leg. Rod. de ia. & l. 2. §. frater. ĵ. de col. bo. etiam si fuerit iurata. extra de iureiu. c. breui. Sed si in obligatione est datio: tũc si debetur species, difficultas impedit moram. d. l. quod te. & de leg. 1. l. cum seruus. & l. cum res. in prin. secus si quantitas debeatur; nam licèt debitor nunquam possit pecuniam debitam congregare: tamen in mora constituitur. ĵ. de verb. obli. l. continuus. §. illud. Nam si debitorem nõ excusat casus, vt. l. incendium. C. si cer. pe. multò minùs difficultas. & hãc partem tenuit Bar. in d. l. quod te. Sed certè non videtur differentia inter obligationem speciei, & quantitatis. ¶ Primò, quia in obligatione dandi speciem, difficultas impedit; ergo & in obligatione dandi quantitatem per identitatem rationis; ergo, &c. ĵ. de verb. obli. l. à Titio. & ad l. Aquil. l. illud. ¶ Secundò pro hoc inducitur; quia cui non congruit denitio, nec denitum. l. 1. §. dolum. ſ. de dolo. sed definitio moræ non videtur continere non volenti soluere quãtitatem; quia mora est (vt dictum est) delictum culpabile, quæ mora non potest imputari non volenti soluere. ¶ Tertiò pro hac parte adducitur casus. l. diuortio facto. 2. respon. ſ. de neg. gest. ¶ Quartò videtur facere. l. Thais. §. 1. ĵ. de fideicomm. liber. sic inducendo; quia ibi quantitatẽ tenetur soluere hæres pro liberando pignore, licèt Bar. dixerit, quòd factum luitionis ibi erat in obligatione respectu seruorum: sed de hoc non videtur curandum, cum luitio sit facienda per solutionem quantitatis, qua facta (vt antecedens) sequitur luitio, & consequens. Quintò pro hoc inducitur glo. in l. vinum. in prima sol. ad l. fi. ſ. de tritica. ¶ Sextò pro hoc facit. ſ. eod. l. sciendum. vbi videtur casus inducta. ſ. per Butri. ¶ Septimò pro hoc videtur casus extra de electio. i. c. cupiẽtes. §. si verò discordia. & §. se. 2. responso. in 6. Ad contraria autem, hoc tenendo, respõde, quòd difficultas obligationem iam contractam nõ vitiat, d. l. continuus. & l. incendium. sed contrahendam, vel augendam ex mora bene impedit, vt hic in glo. & no. in d. l. qđ te. ¶ Nec ob. de verb. obli. l. in illa stipulatione. vbi difficultas non impedit pœnalem stipullationem committi; quia ibi erat committenda, non ex mora: sed ex solo conditionis euẽtu; & ideo, conditione veniente, committitur: licèt nulla mora præcesserit, sic & alia est differentia, an pœnalis stipulatio vsurarum committatur propter moram, an ex stipulatione propter stipulationem, vt l. lecta. §. fi. ſ. si cer. peta. vbi casus. ¶ Prædicta autem intelligo, quando difficultas aderat tempore obligationis, vel postea interuenit sine eius dolo, vel lata culpa: aliàs secus. Ita no. in d. l. quod te. vbi hoc dixi. ¶ In ead. in fi. 2. partis, ante ibi [tertium habet effectum] in stricti enim iuris iudicijs nõ veniũt citra stipulationis vinculum. C. eo. l. quamuis. sed in bonæ fidei veniunt ex stipulatione, & ex pacto. ſ. deposi. l. Lutius. & ex mora, vt hic, & ex quasi mora. ſ. eo. l. 2. §. 1. secũdùm Butri. in his verbis. ¶ In ea. ante vers.
9 quartum habet. In hoc membro dic latius, † quòd si peto quod est meum, veniunt fructus à tempore moræ. l. videamus. §. si possessionem. hic alleg. & ſ. de rei ven. l. Iul. scribit. vbi casus directò. Sed si peto, quod non est meum, sed fuit: tunc aut fructus veniunt iure actionis, & considerat tempus obligationis contractæ. l. debiti. 1. responso. ſ. de cõd. indeb. & l. in summa. §. ei, qui. & ibi no. eo. tit. & ĵ. eo. l. videamus. in prin. Aut veniunt fructus officio iudicis: tunc à tempore moræ. ĵ. eo. l. videamus. vbi casus. Sed si peto, quod nec est, nec fuit meum: tunc dic, quòd si agatur actione stricti iuris: tunc veniunt à tempore litis contest. l. cum fundus. in princ. ſ. si cer. pet. & d. l. videamus. §. actionem. Sed si agatur actione bonæ fidei: tunc à tempore moræ. l. 3. §. in hac. ſ. cõmo. & d. l. videamus. §. ex causa. & hæc verba no. quia per ea declaratur, quod glo. tangit. i. d. l. qđ te. & l. in hac. ſ. de triti. ¶ In ea. ibi [ipse depositarius tenetur.] Circa hunc articulum dic, quòd si loquimur in reali, procedit, quod sequitur in glo. sed si in personali, de qua loquuntur iura hic allegata in ista prima parte glo. dic. Aut in actione descendente ex delicto, & non adhibetur illa distinctio, an esset eodẽ modo peritura penes actorẽ, vel non. l. 1. §. rectissimè. & l. meritò. ĵ. de vi, & vi ar. & l. 1. C. quod me. causa. & C. de fur. l. subtracto. fallit in l. si cũ exceptione. §. quòd si homo. ſ. quod me. cau. ex eo, quod ibi tenebatur ad triplum. Aut loquimur in obligatione personali descendente ex contractu, vel quasi, & in hoc sunt opi. de quibus per gloss. in d. l. quod te. Communis opi. est cum glo. hic, & ibi, quòd non adhibea
10 tur illa distinctio: & per istam opi. adducitur; † quia fur, & morosus æquiparantur. l. in re furtiua. §. pe. ſ. de cond. fur. &

& l.inter ſtipulantẽ.§.pe.ꝭ.de verb.ob.Sed fur ſemp,& in diſtinctè tenẽ,l.in re furtiua.ff.de cõd.fur.& l.1.C.quod me.can.& l. ſubtracto.C. de fur. Guil. de Cu.tñ aliter in d.l.quod te.& Vltram. quos Cy.refert in l.i minorũ.in 9.q.C.in quib.cau.in integ. reſti. de quo Bart. tangit in d.l. quod nemo.ꝭ.de verb.ob.§.1.¶ In ead.ibi.[l. itẽ ſi verbe ratum]poteſt eſſe ratio; quia conuentus rei vendicatione, non eſt obligatus,vt Inſt.de actio.§.1.dic tamen in hoc articulo plenius. Aut poſſeſſor fuit omni tempore bonæ fidei : & tunc indiſtinctè de interitu non tenetur.ſ. de peti. hæred. l. illud.& l.videndum. vbi caſus . Aut fuit omni tempore malæ fidei,& indiſtinctè tenetur,vt ibidẽ probatur. Aut non fuit omni tempore malę fidei;quia ab initio habuit bonam fidem : & tunc diſtinguitur,an habuit iuſtã cauſam litigandi,vel non,vt hic in glo.& pleniùs in d. l.ſi verberatũ.¶ In ead.glo.ibi[l.fi.§.præterea.C de iu.dot.] Sed poteſt dici ſecundùm Butr. ad illã, quòd ibi appoſita eſt dies legalis,quæ interpellat pro homine, & ſic nõ ponit caſum ſpecialẽ,imò regulare,ſic no. ad intellectum illius leg.¶ In ead.in fi.totius. In hoc vltimo latiùs cõclude,aut ſtipulatio interponitur animo nouandi, aut non. Primo caſu,aut fuit actum tacitè,vel expreſsè, ꝙ effectus præcedentis moræ non tollaẽ,&non tollitur,caſus eſt no. in l.eum,qui.§.fi.ꝭ.de verb.obl.ſecũdùm quartã lect.quã ibi tenuit Dy. Aut nihil fuit actum,& tunc dic,ꝙ ſi ſecũda ſtipulatio fuit pura,prima mora tollitur.l.parui.hic alleg. ſed ſi fuit conditionalis:tunc aut res præſens : & tollitur effectus præcedentis moræ.l.quotiens.ver.vnde Marcellus.ꝭ.de noua.ꝭ. vbi bonus caſus ad hoc.& de ſolu.l.q de cem.§.idem reſpõſum.hic alleg. Aut nõ erat res præſens: & tunc nõ tollitur,caſus eſt in dicta l.eum,qui.§.fin.ꝭ. de verb. oblig.ſecundùm vnam lect.¶ Secũdo caſu, quando ſtipulatio interponitur non animo nouandi, dic , quòd ſi res eſt pręſens,tollitur præcedens mora,aliàs nõ , dicta l. qui decem.§.1.ſecundum lect.gloſſ.in l.parui.quam Doctò.communiter ſequuntur,& Bar.tenet in d. l.eum ,qui. §.fin. ¶ In gloſſ. dando.quæ eſt fi.in hoc prin.no.ex ea,ꝙ ſufficit ſemel interpellari,vel offerri.pro hoc videtur text. de leg.2. in l.Titia Seio.§.1.& quod vi aut clã.l.3.§.1.& de oper.nou.nunc.l. cum procurator. §.1 .In oppoſitum, ſcilicet quòd ſæpius fieri debeat,videtur tex. in l. qui Romæ.§.cohæredes.& §.Seia.ꝭ.de verb.obli.ibi [ſæpius teſtato.]& ſ.mand.l.mandato Titij.§.ille.& de mino.l.Aemilius.in princ.& ſ.de pigno.actio.l.ſi cõuenerit.la 1.Sed prima pars verior per iſtam gl & iura.ſ.alleg. ¶ Nec obſtat.§.cohæredes.& ſim.iura. quia denotant facti accidentiã,fallit in caſu dictæ.l.ſi cõuenerit. quæ ponit caſum ſpecialem.Nec ob. etiam. §. Seio. vbi vide per Bart. qui hoc approbat.

ADDITIO.

a ¶ Debitor interpellatus. Adde, quando,& in quibus caſibus requiratur vna interpellatio,Alexand.in conſil. 80. incip.Stantibus his.in 4.vol.per totũ conſil.

Ex.§. Bonæ fidei.

SVMMAE.

1 *Pater licèt conueniatur actione bonæ fidei nomine filij: tamen propter ſuam moram non conuenitur ad inſtar fideiuſſoris, licèt de interitu teneatur ex ſua mora.*

1 L. Bonæ fidei. ¶ Licèt pater † conueniatur actione bonæ fidei nomine filij : tamen propter ſuam moram non conuenitur ad vſuras ad inſtar fideiuſſoris , licèt de interitu teneatur ex ſua mora . hoc dicit ſecundùm verum intellectum. Et pro euidentia huius partis præmitte,quòd legitur , & not. in l.cum filius. in princip. inf. de verbor. oblig. ¶ In gloſſ. 5.ibi. [in l. cum filius. in princip.] In quibus autem pater æquipararetur fideiuſſori,& in quibus eius obligatio differat ab obligatione fideiuſſoria ,vide no.per Dy.& Bar.in d.l.cum filius.

Ex .§. Sed ſi duo rei.

SVMMAE.

1 *Mora vnius rei an præiudicet alteri , ſi non ſunt ſocij.*
2 *Debitor interſiciens rem debitam,an ſit ſemper in mora.*

.§. Sed ſi duo rei. ¶ Mora vnius ex conreis non nocet alteri, quò ad obligationem augendam. h. d. ſed quò ad perpetuandam ſic , l. mora. ꝭ. de verb. oblig. & ita dicit
1 But.& per hoc ſoluo vnum eius contrariũ hic,vel ſic.† Mora vnius rei non præiudicat alteri , ſi non ſunt ſocij,& fideiuſſor interimens ſpeciem debitam , poſt eius moram tantùm tenetur vtili actione.hoc dicit, tam in primo,quã in ſecundo reſpon. ſecundùm verum intellectũ. ¶ In glo. imò videtur ꝙ ſic.ibi.[ſecundùm Io.] dicuntur aũt ſocij, quando actum eſt inter eos,ꝙ omne commodum,& incõmodum ſit cõmune.ꝭ.ad l.Fal.l.in lege Falcidia. & hanc ſol.videtur firmare gloſſ.in l. in condemnatione. §. 2. de regul. iur & Dyn.in dicta l.mora. de reg.iur.in 6.& Bar. eam firmat in contrario.tenete ergo iſtam , quòd fiat diuerſitas,ſint ſocij,an nõ.¶ In gloſſ.fin.in fin.conclude ergo prædicta : quia aut fideiuſſor interficit poſt vtriuſque moram , vel ſaltem rei principalis : tunc tenetur directa , d.l. mora.primo reſponſo . & l. ſeruum. §.nunc videamus. eodem titul.& hic in fin. gloſſ.Aut interfecit ante moram principalis , poſt moram tamen ipſius fideiuſſoris : & tunc tenetur vtili, d. l. mora. in fin. & hic in fin. vbi caſus . Aut ante moram vtriuſque , & tunc(quia actio non ſupereſt) datur de dolo , d.l. ſi fideiuſſor. & hæc eſt vera , & communis concluſio , quam gloſſ. ſentiunt hic, & ibi, & quã Bar.& Dyn. in d. l.mora . ¶ Nec obſt.prædictis,ſi dicatur,quòd non poſsit ſequi ante moram interitus,cũ ſemper occidẽdo ſit in mora,d l.ſi ſeruũ. 2.reſp.ꝭ.de ver.ob. q̃a rñde,vt ſẽtit gl.in cõtrario,ꝙ iſtud procedit in principali:ſecus in fideiuſſore.Bart. tñ fatetur hoc poſſe procedere ſm̃ iura hodierna,ſm̃ quę prius conueniri debet reus principalis,vt in Auth.præſente.C.de fideiuſſ.& in corpore vnde ſumitur. Sed ſecũdùm iſta tẽpora, ſecundùm quę fideiuſſor ante poterat cõueniri, dic,quòd non videtur ratio differentiæ inter principalem,& fideiuſſorẽ.Ideo Ia.de Are.& Old.dicunt,quòd in l.fideiuſſor.erat debitor in diem:ante tñ diẽ nõ põt in vera mora cõſtitui, d.l.cum filius.ꝭ.de ver.ob.in fi.Sic nec in ficta,ſcilicet occidendo ante diem;cũ in actu interficiendi conditio non purificetur,vel dies,ſub qua debeatur,&ideò datur de dolo.Nec ob.l.eũ,q.§.fi.ſecundũ vnã lect.ꝭ.de verb.obl.q̃a ibi in primo actu interficiendi purificabatur obligatio in
2 terfectoris. Et ex his conclude,ꝙ quãdoq; debitor interficit rem debitam, poſtquam ceſsit, & venit dies obligationis,& ſemper eſt in mora,d.l.ſi ſeruum.in prin.& l.mo

ra.in fi.de verb.obl.Quandoq; occidit ante diem:& tunc, si in actu interficiendi non purificatur conditio, seu dies: non est in mora interficiendo;& ideo de dolo couenitur. Quandoque in ipso actu interficiendi purificatur præcedens obligatio: & tunc occidendo, constituitur in mora. d.l.eum,qui.§.fi.& hoc et sequitur Bar.in d.l.mora.

Ex l. Si bene.

SVMMAE.

1 *Officiales publici quid agere debeant circa exactionem pecuniæ publicæ.*

2 *Officiali licèt sit tributa potestas exigendi, non tamen per hoc debet esse nimis acerbus, & rigorosus in exigendo, debitorē statim in carcerem detrudens, fustigans, vel alio inconuenienti modo eum affligens.*

3 *Officiali publico imputandum est, si collocet pecunias penes minùs idoneum sine pignore, vel fideiussoribus idoneis.*

L.Si bene. ¶Pecunia publica bene collocata, remoueri nō debet, maximè quando commodum parit: alia verò exigi potest ciuiliter tantùm.h.d.& magis moralis est, quàm subtilis. vnde no.
1 verba literæ.¶No.hāc l. primò in eo, qđ monet † officiales publicos, quid agere debeant circa exactionem pecu
2 niæ publicæ.¶Secūdò no.† ꝙ licèt officiali sit tributa potestas exigendi: non tamen debet esse nimis acerbus, vel contumeliosus:& sic patet, ꝙ non debet statim debitorē in carcerem detrudere, fustigare, vel alio modo inconuenienter affligere, quem casum multùm no. contra exacto-
3 res.¶Tertio no. imputari † officiali publico deputato ad pecunias collocandas, si eas locet penes minus idoneum, vel sine pignore, vel fideiussoribus idoneis.

Ex l. Vsurę.

SVMMAE.

1 *Vsuræ, & fructus non differunt, quantum ad contractum bonæ fidei, quia vtrunque venit à tempore moræ.*

1 L.Vsurę. ¶Quantum† ad contractum bonæ fidei nō differunt vsuræ à fructibus; quia vtrunque venit à tempore moræ.h.d. Et hæc est vera conclusio,& adde quod dixi in l.in fideicōmissi. in princ. ꝭ.eod.¶In gl.1.in fi.de quo dic,& vide.ꝭ.eo.in l.mora.in princ.vbi not.& no.de trit.l.in hac.ꝭ.

Ex l. Lite contestata.

SVMMAE.

1 *Vsuræ veniunt à tempore litis contestatæ.*
Item & quando veniant à tempore moræ, & etiam obligationis contractæ. num. 2.

1 L.Lite contestata. ¶Vsuræ† veniunt à tēpore litis contestatæ.h.d.¶In glo.1. ibi [secus in contractibus stricti iuris] hæc vera, quam firmat glo. Cin. & Butr. in l.pecuniæ.hic alleg. vbi glo. dicit hoc esse notandum. ¶In ead.ibi [indebiti.] Aduerte tamen; quia si veniunt
2 † iure actionis, vt in casu d. l. pecuniæ. veniunt nedum à tempore moræ, sed et obligationis contractæ, vt ibi.& co. tit.l.in summa.§. ei qui. Sed vbi veniūt officio iudicis, (qđ est regulare) tunc veniunt à tempore contestatæ litis tantùm, l. si fundus. in princ.ꝭ.si cert. pet.& l.videamus.§.si actionem.ꝭ.eo.ti.vbi etiam de hoc,& dixi ꝭ.eo.in l.mora.in prin.vbi latiùs de hoc.

Ex l. Pręediorum.

SVMMAE.

1 *Pensio indicatur in fructu, & acquisitio ex re.*

1 L.Prædiorum. Pēsio† indicatur in fructu. ad hoc alleg. facit l. vsus pecuniæ.hic alleg. & iudicatur acquisitio ex re, vt dicit glo.not.in l.liber homo.in prin.ꝭ.de verb.obl.& extra de vsu.in c.quamquā.in 6.quod est vtile ad l.quod procurator ex re.ꝭ.de procur.

Ex l. Et in contraria.

SVMMAE.

1 *Domini interesse dicitur non pati venditionem, neque missione bonorum.*

2 *Vbi à lege dicuntur venire vsuræ, nec ab ea taxantur, in dubio intelligitur de his, quæ in regione frequentantur, & in dubio de minoribus.*

L. Et in contraria. ¶In actione negotiorū gestorum contraria, quæ gestori datur, veniunt vsuræ, vt vsuræ, & etiam vt interesse.h. d. Ex hac l.not.ꝙ dicitur inte-
1 resse † domini non pati venditionem, neque missionem
2 bonorum. ¶ Secundò not.† ꝙ vbi à lege dicuntur vsuræ venire, nec taxantur per eam, in dubio intelligitur de his, quæ in regione frequentantur, & in dubio de minoribus. ꝭ.de adm.tut.l.tutor, qui repertorium.§. ex cæteris.facit supra.eod.l.1.in princ. & quod ibi not.

Ex l. Videamus.

SVMMAE.

1 *Actio Fauiana cui detur, & cui Pauliana.*

2 *Restitutio, verbum importat restitutionem plenariam.*

L.Videamus. ¶Fructus rei traditæ pro matrimonio contrahēdo, eo non contracto, cōdicuntur, similiter & fructus indebitè soluti.i.rei i debitè solutę, vel cā mortis donati.i.rei donatio,& eorum, quæ per Fauianam à patrono reuocatur. vel per Paulianam à creditoribus, vel rei per metū extortæ.h.d.vsque ad.§.si actionem.¶Vel sic. Si peto, quod nō est, sed fuit meum: si fructus veniunt iure actionis, veniūt nedum à tempore moræ: sed etiam obligationis cōtractę. Sed si veniunt officio: tunc à tempore moræ tantū.h.d. Et ideò facit secundùm But. quia primò loquitur, quādo peto, qđ fuit meum actione personali, vsq; ibi [in Fauiana] ibi, qñ peto, qđ fuit quasi meū.¶In tex. ibi [in Fauiana]
1 † quę soli patrono datur ad reuocandū alienata, per l.libertum in fraudem sui. ¶Ibi [Pauliana] quæ dat credito ri tantū, de quo plena glo. in l.1.ꝭ.si quid in fraudē cred. Not.ꝙ dixi in secundo summario.¶Secundò no.in.§. Fa
2 uiana.† ꝙ verbum, restituere, importat restitutionē plenariā, concor. de verb.sig.l.fi.& alia iura hic in glo. allegata.

quod

quod est vtile ad diuersas dispositiões, quibus hoc verbũ insertum reperitur. ¶ In glo. etiam ante litem contestatam. ibi [in alijs non est] hoc intellige saluo interdicto, quod vi aut clam, vt probatur in l. semper. §. in hoc interdicto. ÿ. quod vi, aut clam. & per glossam in l. 1. §. ex die hic alleg. & est casus. ÿ. ead. l. §. interdicto.

Ex §. Si actionem.

SVMMAE.

1 *Si peto quod non est, neque fuit meum, in actione stricti iuris veniunt fructus à tempore litis contestatæ tantùm, in bonæ fidei verò veniunt à tempore moræ.*

1 §. Si actionem. ¶ Si peto, † quod nõ est, neque fuit meum: tunc in actione stricti iuris veniunt fructus à tempore contestatæ litis tãntùm: sed in bonæ fidei veniũt à tempore moræ. h. d. Et hoc probatur. ÿ. per multa exempla in effectu vsque ad. §. si dos. ¶ No. hic in vers. si possessionem naturalem. verbum, ex quo patet simplicẽ detentionem, quæ est penes depositarium, vel commodatarium, vt l. licèt. §. rei. ȝ. depositi. & l. rei cõmodatæ. ȝ. commo. appellari naturalem: & sic videtur facere contra eos, qui dicunt detentionem esse vnam speciem tertiam; nam videtur probari, quòd idem sit, de quo in l. 1. ÿ. de acqu. poss. ¶ In gl. 1. in fin. Quidam habent hic quædam verba relata à Bar. per viam distinctionis ad conclusionem eorum, quæ hic glo. tangit. Tu autem declara latiùs, & clariùs per id, qđ scripsi. ȝ. eo. in l. si stipulatus. quod hic repete. ¶ In gl. vt. ÿ. solu. matri. ibi [l. de diuisione] & l. si ante. in fin. ¶ In glo. nullus enim. ibi [sol. matr. l. fructus] hoc verum, nisi sumptum faciendo, delinquatur; quia tunc non est locus deductioni impensarum, & ȝ. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. olina. quod. not. contra regulam istam.

Ex §. Si dos.

SVMMAE.

1 *In legato dotis veniunt fructus ante nuptias percepti.*

1 §. Si dos. ¶ In legato dotis † veniunt fructus ante nuptias percepti. h. d. ¶ In glo. fin. Circa hoc vide omnino. ÿ. de leg. 2. l. Mæuio. §. fin. & quod ibi not. secundùm quæ intelligi debet, & practicari iste text.

Ex l. Equis.

SVMMAE.

1 *Accessiones, & fœtus quando veniant in legatis, vel fideicommissis, remissiuè.*

L. Equis. ¶ In legato alienarum equarum, non testatoris, venit etiam fœtus post moram hęredis: sed in legato equitij venit. s. fœtus ẽt sine aliqua mora. h. d. tex. & glo. in veritate. ¶ In text. ibi [accedunt]. s. quasi augmentum, & pars rei legatæ, vt hic, & ÿ. de leg. 2. l. peculium. De hoc tamen. s. an, & quando
1 tales † accessiones, & fœtus veniant in legatis, vel fideicõmissis, vide quod latè dixi. ȝ. eod. in l. in fideicom. in prin. in magna distincti. quæ etiam fuit vtilis ad casum l. Herẽnius. ÿ. eod. vt ibi dicam.

Ex l. In eum diem.

SVMMAE.

1 *Creditor postquam pignora distraxit, tenetur ad vsuras illius pretij, quod debitum excedit.*

L. In eum diem. ¶ Legitur duobus modis hic in glo.
1 & hoc intendit. Postquam † creditor pignora distraxit, tenetur ad vsuras illius pretij, quod debitum excedit. h. d. secundùm 1. lect. vel ad vsuras tantæ sortis, quantũ est pretium: quod inde percepit debitor, non tenetur. h. d. secundùm secundam. quælibet est bona, & notabilis.

Ex l. Tutor.

SVMMAE.

1 *Appellatio quando dicitur frustratoria.*
2 *Obtinens in principali, si succumbat in causa appellationis, an debeat condemnari in expensis.*

L. Tutor. ¶ Pendente appellatione frustratoria, non impeditur vsurarum cursus. h. d. sic ergo no. casum, quo interpositio appellationis non impedit condemnatoriam super accessionibus. Est autem vtile, quòd hæc condemnatoria sequatur; nam illo condemnato, poterunt vsuræ peti vtili. i. efficaci actione iudicati, vel in factum. ÿ. de re. iur. l. fin. sed ante condẽnationẽ peterẽt officio iudicis, vt ibi no. vnde si in condemnationem deductæ non fuissent, postea peti non possent. C. de pos. l. 4 In glo. ab appellatione. ibi [C. de vsur. rei iudi. l. 2.] vbi à die confirmationis scientiæ tantùm currunt. Sed dic, ꝙ ibi de centesimis vsuris tantùm loquitur: hic autem de his, quæ currebant extra naturam contractus, vel pro primo contractu. & ita intelligitur gloss. in l. fin. de re iudi. & Bart. ibidem. ¶ In ead. ibi [l. fi. ÿ. de re iud.] vbi etiam primi contractus non currunt vsuræ. ¶ In ead. glo. ad fi. ibi [in idem recidit]. s. quia frustratoriè fuit appellatum: sed contra hoc facit. ÿ. de appel. l. negotiorũ. in princ. prout verbum, bona fide, ibi positum determinat verbum, appellarunt. Sed responde, quòd licèt sit frustatoriè appellatum; quia errauit in iure: tamen est bonæ fidei, vt l. sed si lege. §. si re. ȝ. de peti. hær. secundùm Bart.
1 † Dicitur aut frustratoria appellatio eo ipso, quòd appellans succubuit, secundùm glo. in d. l. fi. Sed Pet. tenuit contra in l. 1. C. de aduoca. diuer. iud. & l. 3. C. de calum. Sed tu dic meliùs, vbi de frustratione nihil apparet, quòd si in causa appellationis feratur sentẽtia ex eisdem actis, quæ fuerunt facta in prima: tunc dicitur appellans esse in errore iuris: & sic frustratoriè appellasse, arg. l. liberorum. §. notantur. ȝ. de his, qui no. infa. secus si ex nouis probationibus. Ita not. gl. & Ioan. And. de reg. iur. in c. ignorantia.
2 in 6. Et ex his collige sol. dubij quotidiani, † an is, qui obtinuit in principali, si succumbat in causa appellationis, debeat condemnari in expensis, de quo vide vnicam gloss. & notabilem de iure ciuili in l. generaliter. §. sin autem non ritè. C. de rebus cred. super verbo, dispendij. quæ tamen communiter non tenetur. Sed concluditur per prædicta, an ex his actis, vel nouis, per not. in dicta reg. ignorantia. quæ originaliter fuit Innoc. & Host. de do o. & contum. c. fina.

Ex §. Lutius.

SVMMAE.

1 *Creditor non tenetur inuitus admittere particularem solutionem.*

§. Lutius. ¶Per obsignationem partis debiti factam creditori, totum debitũ parato suscipere, non impeditur cursus vsurarum, etiam totius debiti.nisi de restituenda etiam parte fuit conuentum h.d. Et allegatur vulgariter iste tex.quòd † creditor non teneatur inuitus admittere solutionem particularẽ; ratio est, quia particularis solutio non minima incommoda habet l.planè.vbi tex.s̄.fam.erc.¶In gl. 1.ibi [in totũ confitebatur, ibi non] hæc vera secundùm gloss.etiam in contrario.& Insti. qui.mod.tol. oblig.§. sicut.sed secundũ hoc videtur debitor, & mendax melioris conditionis, si expediret negare volenti soluere partem tantùm,& secũdùm hoc aperietur via malitijs,contra id,quod habetur.s̄. de rei vend.in l.in fundo.& l. 1. de eo, quod cert. lo.& de noxa.in l. non solùm.& qđ vi aut clam.l.seruus. sed respõde,ꝙ illud, quod hic dicitur,& in d.l.quidam.s. quòd partem confessam,&c. cogatur recipere,debet intelligi, cũ debitum non est liquidum, nec manifestum:aliàs videtur secus,arg.s̄.de compen.l.fi.&.s̄.ad exhi.l.3.§.ibidem.posset tamen & aliter solui contrarium de l. quidam.s. quòd dicamus illam loqui de æquitate,vt ibi sensit glo.in 2.sol. quæ & ibi placuit Butri.quia tex.ibi dicit[humaniùs]reliqua dic,vt in d.l.quidam.

Ex §.Ab Aulo Augerio.

SVMMAE.

1 *Conuentio de incertis vsuris, non obligat.*

1 §.Ab Aulo Augerio. ¶†Conuētio de vsuris incertis non obligat.h.d. & not.hunc tex.quia facit ad not.in l.2.§.fi.s̄.si cer.pet.¶In glo.1.ibi[quid in stipulatione] dic, vt ibi posset signari cõtrarium ibi formatũ.

L. Herenius Modestinus.

SVMMAE.

1 *Fructus percepti ante aditam hæreditatem,& post mortem testatoris,an debeantur legatario, vel fideicommissario.*
Et quid de perceptis in vita testatoris.nu. 2.

L.Herenius Modestinus.

¶Fructus post aditam hæreditatem percepti ex re per fideicommissum relicta, debentur fideicommissario, licèt antequam dies fideicom.cederet,maior pars anni præterierit.h.d.Limitatur per hunc tex.l.diuortio.j. sol.mat. & l.si tibi homo.§. cum seruus.de leg.1.vbi dominus effect⁹ est fideicõmissarius ab adita hæreditate,ideo meritò dicimus fructus, & dominium ad eum tanquam dominum spectare. ¶Ex glo.post aditam hæreditatem.ibi[nõ
1 à die mortis] no. † ꝙ fructus percepti ante aditam hæreditatem,& post mortem testatoris,non debentur legatario,vel fideicommissario:& hoc ex glo. ista.sed contra videtur sentire gl. l. qđ seruus.j.de leg.2.vbi dicit,ꝙ talis fructus quæruntur hæreditati: sed veniunt legatario restituendi.& hanc partem tenuit Pet.in l.fin.C. de vsu.& fru. leg.vbi Ci.refert,per casum l.si tibi homo.§.cũ seruus.j. de leg.1.& per d.l.quod seruus. ¶Nec ob.secundũ eũ.l.à Titio.quia ibi de quadam fictione,& iuris necessitate.nõ legatarij fauore.s. procedit,quod ibi dicitur.Sed istæ glo. possunt concordari,vt attendatur, an hæres fuerit in mora adeundi: & tunc fructus ante morã percepti quæruntur hæreditati d.l.quod seruus.sed post morã quæsiti veniunt restituendi,vt ibi glo. & probatur per l. vsufructus legatus.s̄.de vsufru.an verò non fuerit in mora adeundi,& tũc non veniunt restituendi, vt hac glo.& ita põt colligi ex no
2 tatis per Dyn. in d.§. cum seruus.in additionibus. † De perceptis aũt in vita testatoris,clarũ est, quòd nullo modo debentur.l.quæsitum.§.si mihi seruus.de leg.1.Et circa hanc materiam fructuum, vide quod scripsi.s̄.eo. in l. in fideicom.in vltima distinctione,& magna gl. ¶In ead. ibi [l.diuortio]dic,ꝙ ibi diuiduntur fructus pro rata temporis, quo durauit matrimonium:sed dic, ꝙ ibi est ratio; quia maritus lucratur fructus propter onera matrimonij.C.de iure dot.l.pro oneribus.vnde cessante onere, debet cessare lucrum.

L.Herenius Modest. la 2.

SVMMAE.

1 *Cessa actione ad principale debitum, videtur etiam cessa ad vsuras,& ad alia accessoria talis debiti.*

L.Herenius Modestinus.

¶Habens causam à fisco, per cessionem actionis agere potest ad vsuras: quarum petitio fisco iam competierat (etiam iure speciali) non aũt pro futuro tempore.h.d.no. casum. & pro euidentia præmitte casum.l. cum quidam. §.fiscus.s̄.eo. Et not.istum casum, qui videtur probare, ꝙ
1 † cessa actione ad debitum principale, videtur cessa etiã ad vsuras,& ad alia accessoria talis debiti.

Ex l. Pœnam.

SVMMAE.

1 *Non potest quis (etiam sub nomine pœnæ)stipulari vltra legitimum vsurarum modum.*

1 L.Pœnam. ¶Non†potest quis(etiam sub nomine pœnæ) stipulari vltra legitimum vsurarum modum. hoc dicit. Et not.hanc l. quæ facit ad not.in l.rogasti.§.si tibi.s̄.si cert.pet.& quod ibi per But.circa quod vide quod dixi.s̄.eo. in l.pecuniæ. §.1.& ibi scripsi.¶Ex glo.vnica. ibi [præsumitur.quia solutum sit.] Circa hoc vide, quod not.s̄.eod.in l. semisses. §.fin.vbi scripsi.

Ex l. Fructus.

SVMMAE.

1 *Pomum appellatur fructus naturalis.Et quid veniat pomi appellatione.*
2 *Possessor bonæ fidei,non lucratur fructus naturales.*

L.Fructus.

L. Fructus. ¶Vir, vel uxor percipiens fructus ex re sibi ab alio donata, in qua putauit donationem tenere, facit illos suos, si sint industriales: sed si sint naturales, non: sicut nec alius bonæ fidei possessor. h.d. cum gl. comprehendendo omnē veritatem l. ¶Nota † pomum appellari naturalem fructū, sicut ligna, & alia natura nascentia. ¶Aduerte tamē; quia appellatione pomi omnes fructus cōtinentur, vt patet de ff. de ver. sig. in l. qui fundū. ¶Secundò not. tex. qui videt probare, qui dicantur fructus industriales & ho tamen clarius dicam super vltima glo. ¶Tertiò not. regulam, ad
2 quam ista l. quotidie allegatur, † quòd possessor bonæ fidei non lucratur fructus naturales. de quo not. ēt hic in vltima gl. ¶Ex gl. 1. in fi. dic, q licet prima videat tutior: tñ ē & secūda bona, vnde cōiunge eas simul, nam si donatio est facta de re aliena, cape secundam: si fuit donantis, cape primam. ¶In glo. no. naturales fructus. in fi. hæc solu. etiam approbatur in contrario. &. s. de rei ven. in l. ex diuerso. dicimus autem fructus industriales, qui non sunt in vsu ex sola præparatione naturæ, sed hominis, vt est vinū, & oleum, & similia. probatur. s. de rei ven. in l. si eius fundi. vbi casus. & idem videtur dicendum in ceruisia, licēt conficiatur ex fructibus, puta ex pomis, & alijs; nam factum hominis requiritur in eius confectione; ergo, & cæt. dicta l. si eius. quia industrialis est.

Ex l. Quod in fructus.

SVMMAE.

1 *Impensum in percipiendis fructibus, minuit illorum restitutionem.*

1 L. Quod in fructus. ¶Impensum † in percipiendis fructibus, minuit illorum restitutionem. h.d. Nec mirum; quia talis impensa iudicatur necessaria omnino, & sic omnino deducitur. s. fam. erc. l. fundus. quod tamen notanter limita, vt. s. eod. l. videamus. §. penult. super glo. super verbo. deductione.

Ex §. Paratum.

SVMMAE.

1 *Non videtur esse in mora, qui iustam causam habet litigandi.*

1 §. Paratum. ¶Non videtur † esse in mora, qui iustam causam habet litigandi. h.d. Quod declara, vt dixi. s. eo. in l. si quis solutionem in princ.

Ex l. Maritus.

SVMMAE.

1 *In potestate hæredis non est retardare commodum acquisitionis fructuum per obiectum suæ exceptionis, quam indistinctè opponat, vel opposuerit.*

L. Maritus. ¶Si propter exceptionem falsi testamenti obiectam, legatario impedita sit legati petitio: & postea apparet testamentum non esse falsum, fructus legatario debentur. h.d.
1 in effectu. ¶Nota † ergo non esse in potestate hæredis retardare commodum acquisitionis fructuum per obiectū suæ exceptionis: quā indistinctè opponat, vel opposuerit. Simile notatū fuit. s. eo. in l. tutor. in princ. & s. de re iudi l. negociorum. vbi habetis de frustratoriè appellante.

Ex l. Fructus.

SVMMAE.

1 *In generali obligatione bonorum (quæ sui natura trahitur & ad futura) venit etiam ipsum ius vsusfructus.*

L. Fructus. ¶Breuissima facultas obligādæ rei, dicitur esse in fructu, vel habens ius vtendi, & fruendi, potest illud obligare. h.
1 d. Ex gl. in fi. & hoc not. quia secundùm hoc patet, † q in generali obligatione bonorum (quæ sui natura trahitur ēt ad futura. C. quæ res pig. obli. poss. l. fi.) venit etiam ipsum ius vsusfructus, & sic commoditas vtendi, & fruendi.

Rub. De nautico fœnore.

SVMMAE.

1 *Pecunia, quæ datur nautis traijcienda, vel transuehenda, quæ dicatur, & cur nautica, siue traiectitia nuncupetur.*

Ro euidentia totius huius tituli præmitte, q pecunia, quæ dat nautis traijcienda, vel trāsuehenda, nautica dicitur, vel quia nautis detur, vel traiectitia; qa
1 traijcitur. i. transportatur: † datur autē periculo creditoris, vt hic, & in l. 1. & C. eod. l. 1. & l. fi. & ff. eod. l. periculi. ¶Sed hoc habet locum nauigio suscepto, vel postquam nauem nauigare conuenerit. ff. eo. l. 3. quod est verum, nisi debitori possit aliquid imputari; vt quia legem. i. formam conuentionalem nauigij non seruauit, vel quia transportauit merces prohibitas; tunc enim non ex maritimæ tempestatis discrimine: sed ex auaritia, vel audacia debitoris periculum accidit. vnde sibi debet imputari, C. eod. l. 3. propter periculū autem, quod suscipiebat in se creditor, permittebatur ei de iure ciuili stipulari vsuras centesimas. C. de vsur. l. eos. Sed quamuis in hoc contractu nautico periculum pecuniæ generaliter respiciat creditorem: creditor tamen ex hoc non excusatur à pacto vsurarū. tex. est extra de vsur. in c. nauiganti. 1. responso. & sic hodie iste titulus correctus est.

Ex l. Traiectitia.

SVMMAE.

1 *Quæ dicatur pecunia traiectitia.*
2 *Argumentatio ab etymologia vocabuli licita, & valida est in iure.*

1 L. Traiectitia. ¶Illa † dicitur pecunia traiectitia, quæ trans mare vehitur periculo creditoris: sicut & res ex ea comparatæ, creditoris periculo transportantur. hoc dicit. ¶Licita est argumentatio ab etymologia vocabuli, & valida in iure, quod patet; quia traiectitiā appellat, si traijci

 tur,

tur,& vbi non traijcitur,non est traiectitia. de hoc autem vide.s.si cert.pet.l.2.§.appellata.& per Bart.in l.1.ff.de tut.& l.1.in princ.de acquir.poss.

Ex l. Labeo.

SVMMAE.

1 *Denunciatio quando est de substantia,nō sufficit sola sentētia.*
2 *Venditor an teneatur denunciare emptori litem motam.*

L. Labeo. ¶Vbi non superest persona,quæ interpellari possit, debet creditor hoc protestari, quod habet vim petitionis.h. d. ¶Et nota hunc tex.ad eos, qui non valent appellare propter iudicis metum, vel eius absentiam, vel aliam iustam causam,nam protestari debēt, &c. quod non possunt,facit.l.2. C.de his,qui per me.iudi.non ap.& extra de appel.c.vlt. Et no.quod tex.hic dicit,hoc haberi pro petitione,quod sum mè notatur.¶Ex glo.denunciabit.in fin.ibi[arg.contra] dic scilicet ad id, quod dicitur denunciationem esse necessariam. Sed solue,vt no.per Dyn.de reg.iur.in c.eum, qui incertus. in 6. † quod vbi denunciatio est de substantia,
1 non sufficit simplex scientia. l. denunciasse. ff. de adul. sed vbi sola scientia est de substantia, non denunciatio: tunc simplex scientia sufficit.s.de act. empt.l.1. in fin. & de ædil.edic.l.1.§.si intelligatur.in dubio dicit præsumendum scientiam potius, quā denunciationem esse de substātia. & isto casu loquitur,sm̄ eum dicta reg.eum,qui certus.sed Bar.in d.l. denunciasse. sentit in casu dubij inspicienda verba leg. Nam denunciatio quandoq; fit, vt solū sciat,quo casu sufficit scientia. Quandoq; denunciatio fit non solùm, vt sciat:sed etiam, vt aliquid de nouo fiat: & isto casu non sufficit scientia:sed requiritur denunciatio,
2 d.l.denunciasse.† Et ex hoc collige, quod non sufficit venditorem scire litem motam emptori, nisi & ei denuncietur; quia fit non solùm ad effectum scientiæ:sed etiam, vt veniat ad defendendum.quod est vtile ad id, quod glo.tangit in l.emptori. C. de euic. de quo etiam aliquid ibi per Cin.& Dy. in dicta reg.eum,qui certus. An autem in hac denunciatione requiratur scriptura,videtur tex.quòd sic, in Cle.causam.extra de electio.

Ex l.In nautica.

SVMMAE.

1 *Periculum pecuniæ nauticæ spectat ad creditorem à die inchoati nauigij.*

1 L.In nautica. ¶Periculū pecuniæ nauticæ † spectat ad creditorem à die inchoati nauigij.h.d. Et de ista faciebam mentionem.s.eod.in Rub.in his,quæ præmittebam ad declarationem tituli.

Ex l. Nihil interest.

SVMMAE.

1 *Cessante causa priuilegij, cessat priuilegium.*

L.Nihil interest. ¶A quo tempore periculum pecuniæ traiectitiæ ad creditorē nō spectauit, vel spectare desijt: non potest deberi vsura maior legitima.h.d. ¶In tex.ibi. [maius legitima vsura]pōt intelligi.i. maior centesima, quę ēt maior,sm̄ istas leg.promitti poterat, vt probatur. C.de vsu.in l.eos.§.in traiectitij.vbi casus, & ita videtur conuenire tex. Vel secundò potest intelligi secundùm iura noua,quod loquatur de vsura maiore legitima.i.de centesima,quæ æquiualet sorti in anno. ¶ Not. ergo, quod causa permittens stipulari, maior erat periculo, qđ imminebat creditori:quo cessante,cessat effectus ipsius prouisionis le-
1 galis: & ideò pōt allegari,quod cessante † causa priuilegij, cessat priuilegiū,vt probat ff.de leg.2.l.Titia Seio.§.vsuras.vbi casus regularis,qui quotidie allegatur.

Ex §. Nec pignora.

SVMMAE.

1 *Ad extorsionem improbatam à lege non potest deueniri sub aliquo colore.*

§.Nec pignora. ¶Nō potest creditor vsurā pro singulis diebus,vel operis serui missi gratia pecuniæ traiectitiæ stipulando,maiorē centesima stipulari.h.d. cū seq. Et sic not.
1 † quod sub aliquo colore nō potest deueniri ad extorsionem improbatam à lege, & secundùm hoc posset facere, imò faceret ad quæst.de prohibito vendere mensuram vini, vltra certam quantitatem,nolente eam vendere,nisi & quid aliud secum vendat,propter quod reperitur vinum maiori pretio venditum,idem in simili,de qua per Bart.C. mā da.in l.ab Anastasio.

Ex l. Periculi.

SVMMAE.

1 *Casus, in quo inducuntur duo specialia.*

L.Periculi. ¶Summā huius collige ex his, quę dixi.s.eo.super Rub.¶ Vel dic sic. Si creditor recipiat in se periculum pecuniæ mutuatæ, si aliqua conditio non existat,& ea existente,paciscatur ad ipsum reddi cum vsura centesima, valet ad instar pecuniæ nauticæ. & hoc casu venit vsura etiam nudo pacto.h. d. Sic ergo not. per hanc l.induci duo specialia.
1 † vnum, quòd ex nudo pacto in contractibus stricti iuris debeatur vsura:& in hoc concor.ff.eod.l. in quibusdam. Aliud est,quòd debitor generis liberatur interim,contra reg.l.incendium.C.si cert. pet. Quod tamen intellige, vt declaraui.s.eod.super Rub.& allegatur hæc l.ad hoc,in l. quod te.s.si cer.pet. & l.si ex legati causa.ff.de verb.obli.

Ex l. Fœnerator.

SVMMAE.

1 *Obligatione principali dissoluta,dissoluitur & obligatio accessoria pignorum.*

L.Fœnerator. ¶Perempta pecunia traiectitia intra diem, intra quam creditor periculum in se susceperat, perijt periculo ipsius creditoris: & ideò dissoluit ius obligationis creditori quæsitum, etiā in alijs rebus non pereuntibus, quasi
1 defecerit stipulationis conditio. ¶No.ergo,† quod dissoluta principali obligatione, dissoluitur & obligatio accessoria pignorum,facit.C.de remis.pigno.l. intelligere,

Ex l. In quibuſdam.

SVMMAE.

1 *In mutuo pecuniæ nauticæ veniunt vſuræ, etiam ex nudo pacto.*

1 L. In quibuſdam. ¶In mutuo † pecuniæ nauticę, veniunt vſuræ etiam ex nudo pacto. h. d. concor. ſ. eo. l. periculi. in fi. & ſic patet hic vnum ſpeciale contra reg. l. quã uis. C. de vſur. vt etiam dixi in d. l. periculi.

Ex l. Seruius ait.

SVMMAE.

1 *Vſura appellatur pœna.*
2 *Creditore nolente recipere debitum, debitor non dicitur in mora.*

L. Seruius ait. ¶Si ſtat per creditorẽ, quò min' ad diem ſtatutum pecuniam recipiat, non poteſt petere vſuras conuẽtas in caſu, quo in ſolutione ceſſaretur. h. d. No. vſuram ap
1 pellari † pœnam, concor. ſ. de neg. geſt. l. qui ſine. & ĵ. l. 1. & hoc eſt vtile ad materiam. l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau.
2 & l. ſi inſulã. ĵ. de verb. obli. ¶Secundò no. † quòd vbi creditor non vult debitum recipere, non dicitur debitor in mora. ¶In gl. vt. ſ. de pigno. ibi [no. ergo caſum, quo ſola oblatio] circa hoc vide, quod dixi. ſ. tit. 1. in l. 1. §. fi.

Ex l. Si traiectitiæ.

SVMMAE.

1 *Moram non committit iuſtam habens cauſam ignorantiæ.*
2 *Reſtitutio conceditur ex iuſta cauſa ignorantiæ.*

L. Si traiectitiæ. ¶Licèt tẽpore ſoluendæ, vel reſtituendæ pecuniæ traiectitiæ non ſuperſit perſona, quæ ſoluere poſſit: tamen pœna conuenta committitur. h. d. Et not. caſum hic, quòd habens iuſtam ignorantiæ cauſam, dicitur committere morã. Ita probatur hic, & in l. ad diẽ. ĵ. de verbo. oblig. & ſic videtur caſus contra no. ſ. ſi cert. peta. in l. quod te. & ibi tex. Sed poteſt reſpõderi, ſcilicet vt dicam',
1 † quòd habens iuſtam cauſam ignorantiæ, non committit moram, vt in contrario. & ĵ. vt in poſſ. lega. in l. is, cui. §. ceſſatum, & hoc prout mora eſt delictum culpabile: & ſic culpam includit, vt in contrario no. Sed pœna conuentionalis, quæ non principaliter eſt mora: ſed ex euentu cõditionis venit committenda, bene committitur, dato ꝙ debitor non ſit in culpa, vt hic, & d. l. ad diem, & eo. titu. l.
2 in illa. ¶Vnum tamen nota, † quòd licet pœna committatur, vt dictum eſt: tamen ex iuſta ignorantiæ cauſa conceditur reſtitutio ex clauſula generali, vt no. gloſſ. de regu. iur. qui in alterius. & per Dyn. extra de regul. iur. in c. qui in ius alterius ſuccedit. in 6. ¶Vnum adde, quòd vbi obligatio venit committenda ex mora euentus diei, vel termini appoſiti ſolutioni, non conſtituit debitorem in mora, ſi creditor non venit ad locum ſolutioni deſtinatum caſus eſt no. ſ. de conſti. pecu. in ĵ. item in prin. circa, quod vide, quod ibi no.

Rub. De probationibus, & præſumptionibus.

SVMMAE.

1 *Probatio, quid ſit, & vnde dicatur. nu. 2.*
3 *Præſumptio iuris, quæ dicatur. Et quæ iuris, & de iure. nume. 5.*
Et quæ temeraria. nu. 7.
4 *Præſumptio cauſatur à multis.*
6 *Fictio, quid dicatur.*
8 *Probatio ſemiplena quæ dicatur.*
9 *Indicium, quid dicatur.*
10 *Indicium quodlibet debet probari per duos teſtes.*
11 *Indicari poteſt ex pluribus præſumptionibus.*
12 *Sententia magis eſt temperanda, cum iudicatur ex indicijs, quã quando ex certa probatione.*

PRo declaratione primæ partis Rub. quia vt teſtatur Tullius officiorum. 1. Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re, inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit illud, de quo diſputet. Ideo primò, quid ſit probatio, videbim'
1 † & dic, ꝙ probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio, ſecundùm Azo. & Accur. C. eo. in Rub. hanc etiam poſuit Damaſius Canoniſta in ſummis ſuis, vt refert Io. And. Sed huic definitioni obſtat de verb. ſigni. c. forus. §. cauſa. vbi dicit, cauſa aut argumento, aut probatione conſtat. Argumentum nunquam tabulis dat probationem, ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatẽ. vnde dictum eſt argumẽtũ, quaſi ſit argutè inuentum; quia ad propoſitum, probatio autem teſtibus, & fide tabularum conſtat: vnde licèt hæc definitio locum habeat in his, quæ probantur per inſtantiam diſputandi: non tamen habet locum in his, quæ in iudicio probantur; quia illa probantur per teſtes, vel inſtrumenta. & plerunque per pręſumptionem, & indicia: vnde dic, quòd probatio eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtrumenta, & plerunque per indicia, & præſumptiones oſtenſio. Plerunque ideo dixi; quia, & ſi in cauſis pecuniarijs, & ciuilibus pręſumptiones, & indicia probẽt. C. de fide inſtru. l. ſicut. & extra de præſumpt. per totum Ita vt per eas, ſi certæ fuerint, violenter ad ſententiam procedatur. 32. q. 1. c. dixit dominus. extra de præſump. c. literis. vbi exempla. & ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. filiũ. non tamen in criminalibus ſufficiunt ad condemnatoriã; in eis enim non proceditur ad pœnam ex præſumptionibus. ĵ. de pœnis. l. abſentem. & extra de præſump. c. literas. niſi eſſent indicia luce clariora. C. eo. l. ſciant. Vel tertiò dic, quòd probatio eſt arguta rei demonſtratio, arguta ideſt concludens per neceſſarium argumentum, extra eo. c. in pręſentia. & C. eo. l. ad probationem. Ad hoc facit quod no. ſ. de of. procu. Cæſa. l. fi. vbi debet dictum à ratio
2 ne differre, & ibi glo. ſingularis. † Dicitur autem probatio à probè, aduerbio, ſecundùm glo. C. eo. in Rub. quia probè facit, qui probat, quod intendit; nam per hoc pęnas nõ probantium euitant. Item in petitione à ſe facta obtinẽt. ¶Pro declaratione autem ſecundæ partis Rubricæ, dum
3 dicit [de præſumptionibus] † dic latiùs, quàm glo. hic dicat, quòd quædam eſt præſumptio iuris tãtùm. Exemplũ, ĵ. eo. l. cum de indebito. & l. ſi chirographũ. & 32. q. 1. c. dixit dominus. & 27. q. 1. c. nec aliqua. vbi ſi vir diu cohabitauit vxori, præſumitur ab eo cognita: & contra talem præſumptionem probatio admittitur. ll. ſ. alleg. & extra

4 de proba. c. proposuisti. † Et hæc præsumptio causatur à multis. Quandoque enim à natura. C. de codi. l. nec codicillos. vbi quilibet præsumitur sanæ mentis. Item cum exhæredo filium, propter rationem naturalem præsumitur, quòd iniustè, & sic contra me; ideò hæredibus incumbit necessitas probandi exhæredationem iustè factam. C. de lib. præte. vel exhære. Auth. non licet. & Auth. ex causa. Quãdoque causat ab homine, vel à loco. š. quod met. cau. l. n. in prin. & C. de his, qui per me. iudi. non app. l. 1. Vel cum præsumitur contra aliquem propter malam famam, & contra hanc etiam admittitur probatio, vt prędictis. ll. extra de spon. c. cum in tua. 2. q. 5. c. presbyter. & c. si mala fama. Quandoque causatur à facto præterito circa futura, vt qui olim bonus, &c. l. nõ omnis. §. à Barbaris. ĵ. de re mili. & qui olim mal', &c. š. de senato. l. Cassius. & qui semel calumniatur, semper præsumitur calumniari. ĵ. de accu. l. si cui. §. eisdẽ. extra de præsump. c. mandato. & c. scribam. vbi de hoc articulo pleni'. & per Archi. 44. di. c. nullis. Quandoque causatur à facto subsequenti circa præterita, vt si aliqui fuerunt accusati de adulterio, quod excludebat prætextu affinitatis, & proximitatis: si postea in matrimonium cõuenerint, manifestè deprehenditur facinus, de quo fuerunt accusati, ita quòd ex primis probationib', quæ validæ remanent, condemnatur reus. C. de adul. l. si quis adulter ij. facit. ĵ. eo. l. non est. & š. ad Macedo. l. sed & Iulianus. §. interdum. & talibus præsumptionibus statur, donec contrarium probetur: vna tamen præsumptio tollit aliam. l. Diuus. š. de in integ. resti. & d. l. fi. quod me. cau. extra de spon. c. is, qui. vbi glo. & d. l. si qui. C. de adul.

5 ¶ † Est & alia præsumptio iuris, & de iure. Exemplum. C. ad Velle. l. mulier. & de rei vxo. ac. l. 1. in prin. Item exẽplum in arrogato, qui semper videtur stipulatus quartam de bonis arrogatoris, si emancipetur. š. de adop. l. si arrogatur. Item pone casum in matrimonio præsumpto, extra de spon. c. is, qui. de materia præsumpti vide bonã glo. similẽ. 11. q. 1. in c. si qui clericorum. extra qui matri. accu. pos. i c. insuper. de spon. i c. ad id, quod. & d' iudæis. i c. vlt. & 54. di. in c. fraternitatẽ. vbi vide de hoc mẽbro. Et cõtra hanc præsumptionem non admittitur probatio, vt dictis iuribus, quod intellige, nisi per confessionem partis, vt no. C. de dona. ante nup. Auth. sed iam necesse. & in corpore vnde sumitur. & ibi per Cin. de æquali. dotium. §. illud. vbi glo. singu. & probatur extra de tempo. ordi. in c. cũ

6 dilectus. & de ætate, & quali. i c. vlt. ¶ † Est & alia præsumptio, quam fictionẽ appellamus, & ista non admittit probationem in contrarium, & in hoc conuenit cum præsumptione iuris, & de iure. Differt autem ab ea; quia præsumptio iuris & de iure, fit sub dubio: fictio autem super certo, & contra veritatem, vt captus ab hostibus, qui redijt,

7 fingatur nunquam fuisse captum. ¶ † Est & alia præsumptio, quæ potest appellari temeraria, quam quidam appellant suspicionem, & huic non debet stari. C. de accu. l.

8 fi. ¶ † Est & probatio semiplena, quę fit per vnum testem, vel priuatam scripturam: & huic non statur, nisi alijs adminiculis adiuuetur. C. eo. l. instrumenta. vel iuramentum deferatur. l. admonendi. š. de iureiur. & extra de iureiur.

9 c. vlt. ¶ † Est & indiciũ, qđ nõ est præsumptio, sed adminiculũ præsumptionis, sm Bar. & Cin. C. eo. i l. siue possidetus. vbi aliquid tangunt de hac materia, & hæc indicia ex pluribus insurgere possunt in ciuilibus. ¶ In criminalib' autem, quid faciat sufficiẽs indicium, vide tactum per Ia. Bu. C. de custo. & exhibi. reo. in l. si quis in eo. & p Cin. in l.

10 fi. C. de quęstio. & per Bar. in l. fi. ĵ. de qõ. Adde tñ † quodlibet indicium debere probari per duos testes. glo. est no. C. familiæ. l. fi. & per Inn. extra de simo. in c. licet. adeò quòd confessio extorta in tormentis, & etiam in ea si sit perseueratum. & licèt etiam non subsit idẽ timor tormẽtorum: tamen indicijs non præcedẽtibus, nulla est, de quo

11 ĵ. eod. l. Quintus. Adde etiam prædictis, † quòd ex pluribus præsumptionibus potest iudicari, secundùm Inno. extra de pigno. in c. illo vos. Item ex pluribus adminiculis, ex. de succes. ab inte. c. cum dilectis. Item ex pluribus arg. ĵ. tit. 1. l. 3. §. eiusdẽ. & alibi dicit glo. not. q etiam duę præsumptiones possunt facere plenã probationem cum alijs indicijs. l. 2. §. 1. ĵ. de excu. tu. quod intelligo verũ in causa ciuili, secus autem in criminali, nisi fortè essent indicia vehementia, vt ibi videtur sentire Dyn. ¶ Vltimò no. pro do-

12 ctrina circa prædicta, † quòd magis est temperanda sententia, cum iudicatur ex indicijs, quàm quando ex certa probatione, extra de præsumptio. c. quia verisimile. per Innocen.

Ex l. Quotiens.

SVMMAE.

1 *Qualitates non præsumuntur.*

2 *Priuilegiati, vt tales, an gaudeant priuilegio eorũ, qui propriè sunt tales.*

3 *Statuta extenduntur ad casum, qui idem est priuilegio.*

4 *Gentis nomen, verificatur in quatuor personis.*

5 *Matrimonium an probetur per instrumentum dotis.*

6 *Filiationis probatio facta cum vno, an faciat ius quò ad omnes.*

L. Quotiens. ¶ Qualitas personæ inhęrens debet à proponente probari. Ita potest allegari, & no. ¶ Vel sic. Allegans originem, debet illam probare. h. d. ¶ In tex. ibi [cum] scilicet, qui dicit se esse de aliquo genere, vel gente. ¶ Not. ergo, quòd si dicam me de aliqua agnatione, vt succedam, vel si ago contra aliquem, tanquam nobilem, & de domo

1 Comitum, vel militari, &c. debeo hoc probare; † nã tales qualitates non præsumuntur, facit. ĵ. de ven. in pos. mittẽ. l. 1. §. si ea. Sic & si dicat quis se procuratorem esse: licèt in actis contineat talis procurator: non tamen per hoc probatur, quòd sit ita, nisi probetur procuratoriũ, & idem in iudice delegato: secus in ordinario, pro quo præsumitur. Ita no. de offi. deleg. i l. cũ in iure. & extra de probat. i c. quoniam contra falsam. vbi per Inno. & per Ia. de Are. ĵ. i l. optimã. C. de contrahen. & commit. stip. Sic & si dicat quis se maritum, vel filium, vel similem, debet illud probare verè, vnde sufficit quasi possessionis probatio, secundũ Inno. extra de præsump. i c. illud. vbi glo. singularis, quod tamen declara, vt dicam. ĵ. eo. i l. quidã. ¶ Pro declaratio-

2 ne autem literæ quæritur, † an priuilegiati, vt tales, gaudeant priuilegio eorũ, qui propriè sunt tales, videtur quòd non; quia istud priuilegium est fictio quædã, & impropriètas, ergo, &c. l. 3. §. hæc verba. š. de neg. gest. & qđ ibi not. Pro quo etiam potest adduci, quod no. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ĵ. de adul. vbi per Doct. In oppositum facit;

3 † quia statuta extẽdunt ad casum, qui idem est cũ priuilegio; quia priuilegium æquipollet naturæ. Ita no. Io. And. de consue. in c. vlt. secus ergo si casus fingeretur idem ex odio. ĵ. de iur. n. l. Statius. §. Cornelio. & ibi sume exemplum; nam ad illum casum non extenditur statutũ. ĵ. de verb. obli. l. ex ea. §. insulam. & hoc tenendo, potest respondere ad d. §. hæc verba. & sim. quia loquunt, quando erat fictio absque priuilegio repræsentationis eiusdẽ effectus: secus quando est iuncta cum priuilegio. ¶ In gl. 1. quæ incipit.

cipit.Potest quæri.ibi [propter quatuor liberos] secundũ
4 hoc ergo no. † quòd nomen gentis, videtur verificari in quatuor personis: & sic facit ad statutum, si quis accessit ad domum alterius cum gente,&c.vt si accedat cum quatuor hominibus,dicatur cum gẽte accedere, & sic habeat locum pœna statuti: sed certè hoc non videtur lege probari,quòd quatuor homines gentem faciant: vnde puto, quòd potius à simili requirantur ad minus 10. homines, vt dicatur etiam turba.l.Prætor.la.2.§.1.ɉ.vi bo.rap. vbi per Bar. Adde tamẽ no.glo.extra de elec.ĩ c.1.quæ dicit, quòd duo faciunt congregationem,& multitudinem. Insti.de iur.perso.in fi. tres collegiũ, decem populum. ¶ In ead.glo. in fin.nunquid autem sit dare quasi possessorium agnationis,vel cognationis,vel fraternitatis, vel sororitatis, sicut est dare possessorium filiationis, vide Cin. C. eo.in l. non in epistolis. & dicam. ɉ. eod. in l. quidam.
5 ¶ † Item nunquid ꝑ instrumentũ dotis probetur matrimoniũ.Inno.dicit,quòd non,de præsump.ĩ c.illud.In cõtrarium facit. C.de na.li.l.cũ quis.& l.nuper.& quod not. in Auth.item si quis.ibi apposita. & Auth.de hær.ab inte sta.§.2.& Inst.de nup.§.fi.Restãt hoc mane duo notabilia, dicant in sequenti.Dic ergo pro cõcordia,quòd per instrumentum dotis non probatur matrimonium quantùm ad esse ipsius matrimonij,& quantum ad hoc, vt per tale instrumẽtum probetur matrimonium, si alteri matrimonio fieret præiudicium,& ita intelligo Inno. nudo enim consensu perficiẽ sine scriptura,vt no.in d.§.fi.& vide.l.imperialis.C.de nup.quæ bona est ad propositum:sed bene per instrumẽtum dotis,quod sequitur matrimonium,inducitur,& probatur legitimatio præcedentium filiorum, vt in contrarijs,de quo per glo.in d.§.fi. Insti. de nup. aliquid tangitur in l.cõtrahitur.ꝟ.de pign.¶ Vnum no.quia quod dixi per instrumentum dotis probari legitimationem filiorum,&c.intelligo,quãdo matrimonium contrahitur in vltimo mortis articulo: secus si vtroque viuente, & stante in conualescentia;quia tunc requiri videtur,& tertiũ scilicet, quòd adsit & spes prolis. Ita videtur probari ꝑ casũ. d.l.nuper. & hoc videtur sensisse Io. And. ex̃.qui fi. sint le
6 gi.in c.tanta.¶ † Nunquid autem probatio filiationis facta cũ vno,faciat ius quò ad omnes, tangitur.ꝟ. de sta.ho. in l. ingenuum. dic, quòd ius facit quò ad omnes, si super ea sit pronunciatũ, probatur. ɉ.de libe.agno. ĩ l. 2. §. fi.cum seq.& no. gloss.in l. 1. C. quorum bo. quam vide, & Inno.extra qui fi.sint le.in c.causam,q̃.il 2.vbi notanter subdit,quòd secus in causa legitimitatis,vel non legitimitatis;quia hoc nusquam inuenitur expressum.hęc sunt verba Inno. Idem esset in causa falsi; nam si vno agente, fuerit instrumẽtum falsum pronunciatum, non præiudicabit alteri idem instrumentum postea producenti; quia modò est alia causa,secundùm Inno.ibi, & pro hoc vltimo videtur casus in l.2.C.de fide instru ¶ Vltimò adde, quòd si opponatur contra aliquem,qui sit illegitim⁹, quis debeat probare,vide.q.in simili disputatam plene per Io.An. super reg.infamibus. de reg.iur.lib.6.

Ex l. Ei incumbit.

SVMMAE.

1 *Discretus quilibet homo præsumitur, nisi probetur contrariũ.*
2 *Negatiua quando sit probanda. & nu.4.5.6.& 8.*
3 *Negatiua qualitatis est duplex.*
7 *Probandi onus semper transfertur in illum, contra quem est præsumptio iuris.*
9 *Testibus duobus asserentibus affirmatiuam plus creditur, quàm centum astruentibus negatiuam.*

L. Ei incumbit.

¶ Affirmanti, nõ neganti incumbit probationis onus.h.d.Est autem ratio huius.l. quia negationum nullæ sunt causæ, nec habent principium: & ideo in talibus negatiuis non cadit probatio;quia quodammodo nõ habẽt subiectũ.Ita no.gl.6.q.vlt.ĩ c.actor.& not.in l.actor.C.eo.quæ canonizata est in dicta Decret.actor. & ibi ꝑ Cin.¶ In gl.magna.in prin.ibi[si præsumptio]intellige iuris,non hominis.circa quod vide Dy.in l. absentem. ɉ.de pœn.¶ In ea.ibi [siue possidetis] & ɉ. de li.cau.l.liberis.§.fi.vbi meliùs probatur.¶ In ead.ibi [quæ est per affirmatiua] vel dic ideo negans probat; quia contra se
1 habet naturalem præsumptionem: † nam quilibet homo præsumitur discretus, nisi contrarium probetur; cum sit animal rationale,secundùm But. Adde extra gl. quòd ista regula fallit,vbicũque lex præsumit contra negantem.C.
2 de sica.l.1.& de iniurijs. l.si nõ conuicij.cum si † Itẽ fallit
2 in casibus illis,quibus negatiua probatur * per sacramentum ex commissione legis, ut in Auth.de hære.& falci.l. si verò absunt.& C.de his,qui ad ecc.confu.l. præsenti. §. fi. Illud tamen magis potest dici sacramentum purgationis,quàm probationis C.de iu.delib.l.fi.§.licentia. Item fallit, cum actor probat suam affirmatiuam, quam reus probat veram.C.de contrahen.& commit.stip.l. optimã. in fi.Et ex his conclude,quòd regula huius l.est vera,quæ fallit in quatuor exceptionibus, & non in alijs,nulla distinctione habita inter has negatiuas, secundùm Dyn. quem sequut⁹ est Cin.C.eo.ĩ l. actor.sed tu dic aliter,vt.ɉ.patebit.¶ In ea.ibi [sed illi sunt speciales] scilicet in eo, quòd actori, & reo indicatur onus probationis: sed non quòd probetur negatiua.imò ibi probatur aliquid affirmatiuũ; & ideo glo.in hoc malè dixit,secundùm But.¶ In ead. ibi [quotiens negatio consistit in iure] & ratio est; quia tunc implicat factum affirmatiuum. circa quod vide quod no. ɉ.de le.1.in l. Lutius. §. in testamẽto.& ex̃.de rescrip. in Cle.vlt.¶ In ea.ibi.[l.vti frui.] Meliùs dic, secundùm Butri.quod ibi probo aliquid affirmatum,scilicet me dominum,quo probato, aduersarius succumbit,nisi probet seruitutem deberi: cum omne prædium præsumatur liberum.ɉ.eo.l.circa.& sic malè dixit glo.quæ dixit ibi specia le.¶ In ea.ibi[inclusam] & est hæc negatiua, quam appellamus prægnantẽ,extra de renun.c.super hoc.¶ In ea. ibi [l.nec non.§.quod eis] &c.hoc intellige verum in his,quæ sunt de genere permissorum,licèt in specie prohibita:quo casu negans debet probare factum,non ius;quia illud certum,& finitum,vt.ll.ꝟ.alleg.¶ Secus in his,quæ sunt de genere prohibitorum;quia tunc,cum negans habeat intentionem suam fundatam à iure communi, affirmans oppositũ dẽt probare.Exẽplũ sume.ɉ.de colleg. illicit.l.1.& 2. ¶ In ea.gl.ibi.[l.si verò.§.q pro rei qualitate.] Tu aũt dic
3 clariùs in hoc articulo,† ꝙ negatiua qualitatis est duplex, quædam qualitatis extrinsecæ:quædã intrinsecæ.Si intrinsecæ:tunc aut est qualitas naturalis,vt puta,nego quem sanæ mentis:quod est cõtra naturam; cum hic sui natura rationalis præsumatur:tunc probabit negans, cum intentio affirmãtis sit fundata à iure communi.d.l. nec codicillos. sic & cum dico quem castum, pacificum, & sobriũ; quia hoc præsumitur à iure,vnde negans probabit:sic intelligitur extra de præsum.c.dubium.& de seruti.c. 1. vbi plenè de hoc.Aut est qualitas accidẽtalis, vt scientia: tunc si dicat quis se iurisperitum,hoc probet, quòd probare poterit offerendo se examini:& sic per actus exteriores probabit intrinseca. C.de professo.& med.l.fi.lib. 10. postquam tamen probatus est,volens eum dicere minus peritũ, hoc probet,& audiatur,argum. ɉ.de excu.tu.l.seu reprobari.

¶ Sed

¶Sed si loquamur in negatiua qualitatis extrinsecæ, vt in diuitijs, in hoc glo. videtur variare; nam hic videtur sentire, quòd negans debeat probare, siue neget diuitias, siue paupertatem: sed in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. hic alle. cōcludit, quòd ille, qui propter paupertatem vult ad aliquid admitti, illam probet: sic & propter diuitias, & illa est perfecta doctrina, quæ communiter approbatur. ¶Nec ob. huic doctrinæ. ĩ. eo. l. cū de lege. & ibi dicam. & si dicatur, quòd paupertas non videatur posse probari: potest enim habere pecuniam in abscōdito, allegans paupertatem, quæ nescitur. Respondeo, quòd postquam non potest haberi necessaria probatio, assumi debetur probabilis, argu. C. de repu. l. consensu. extra de testi. c. veniens. il 2. vbi bonus casus, ꝙ de gestis i capitulo testificantur existentes in eo: probabitur ergo, quòd vadit mendicando, vel quærendo panem, & elemosinam, vt sunt soliti facere pauperes, & malè vadit indutus, & nihil videtur habere in domo. Item probatur ex vulgi opinione. ĩ. de flumi. l. 1. quæ communis opinio qualiter probetur, no. per Guil. in Spec. de proba. §. 1. ver. illud autem dicam. ĩ. eo. l. si arbiter. Itē & si dicatur hæc non esse necessaria probari; quia cum quilibet nascatur nudus, & sic pauper; ergo semper pauper præsumendus, nisi doceat, &c. responde, quòd licèt pauper nascatur, & nudus: tamen vt laboriosus, & industriosus præsumitur quærere. C. an seruus ex suo facto. l. pe. & arb. tute. l. si defunctus. ¶In ea. ibi [loci, vel temporis] quia dicunt, quòd sufficit tantùm loci: quorum opin. refertur per Cin. in l. actor. C. eo. 3. q. exemplum pone, vt quia dico, non mutuasti mihi bona, & testes dicunt, quod habuerunt tantam conuersationem mecum Florentiæ, ꝙ non potuisset exire de ciuitatè, quin ipsi sciuissent. Conclu
4 dunt ergo, † quòd vbicūq; negatiua cadit in sensum testis, de ea potest reddere rationem, vt quia dico Titiū non possidere talem fundum, & testes dicūt, quòd adeò sunt vicini fundo, quòd ad eum Titius venire non posset, quin eum viderent: vbicunque ergo testis potest reddere rationem de negatiua, est probabilis. Pro istorum opi. videtur facere glo. ordinaria de l. 1. §. 1. ĩ. de itine. actuque priua. quam signabis in libro, licèt non credo veram. Dic ergo, ꝙ certè istorum opi. non videtur vera, nisi sit omnimodo coarctatio etiam temporis; quia cum testificetur de facto suo, impossibile est illud factum continuò præstari, idest ꝙ semper steterim ad videndū, intret fundum, vel non, arg. s. de serui. vrba. prædi. l. foramen. ergo, &c. in hac parte inclinare videtur Dy. & Cin. in d. l. actor. licèt non multū clarè in 3. quæst. & clariùs. C. de erro. aduo. in l. 2. vbi etiam glo. bona. Plus dico, quòd hoc testimonium est valde suspectum; nam propter sui latitudinem, & generalitatem ista vniuersalis negatiua in teste est suspecta, vt not. extra de causa pos. & proprie. in c. cū ecclesia Sutrina. imò non solùm de magno tempore: sed etiam de paruo (puta de mense) est suspectus; nullus enim (præter me) potest hic probabiliter scire, cum potuerim ire, eo dormiente, & non vidente. s. loca. l. locationis. & ideo caue ab illa glo. quæ est in dicta. l. 1. ĩ. de itine. actuque priua. sed quomodo probabit hęc negatiua interogatiuè? dic tribus modis.
5 † Quandoque per inclusam affirmatiuam: & tunc si habet vnam speciem, & tantum oppositam, planum est, fui (puta) Mutinæ: ergo non Florentię: sed si habet plures species oppositas, vt si dico, non est sanæ mētis (quod potest esse) quia furiosus, vel mente captus: tunc hoc debet in articulo, vel positione exprimi; vt quia dico, quòd non est sanæ mētis; quia furiosus, & quomodo probetur furor, vide extra de suc. ab inte. in c. vlti. vbi gl. sing. Quando probatur per adiectionem loci, & temporis: tunc si actus non est iterabilis (vt homicidium) sufficit mera negatio, vt si dico. Titius non occidit Caium; quia fuit in loco, vbi per alium fuit interfectus, hoc sufficit ad probandum: sed si actus sit reiterabilis, vt vulnus: tūc probabo per adiectionem loci, & temporis, vt si dicatur, quòd Titius fuit vulneratus tali mense, & tali loco, ego potero probari, quòd fui alibi per testes, qui dicent, quòd singulis diebus me Romæ viderūt: & sic in loco ita remoto à loco delicti, quòd non potuissē in vna die venisse ad locum delicti, & optimè procedit. Sed si locus sit magis proximus: tūc adijcent etiam horā, & sic magis restringetur tempus, & dicent testes, quòd illa hora eram cū Titio, & quòd ita res est, absque eo quòd Titius fuerit in loco, vbi fuerit vulneratus. Et prędicta procedunt, quando negatiua facti (vt dictum est) aliàs mera negatiua scilicet non coarctata non potest probari, vt hic. in glo. cum probatio fiat per species, & differentias: sed quod non est, vt mera negatiua, non habet species, nec differentias, qualitates autem non possunt esse sine subiecto. l. ei*, qui in prouinciā. s. si cer. pet. ergo, &c. ¶Item potest assignari subtilior ratio; quia (secūdùm regulam Philosophorum) id, quod est impossibile esse in sensu, impossibile est esse in intellectu, maximè testis; quia in testibus requiritur præsentia, & sensus, vt no. glo. in l. quod meo. §. si venditorem. ĩ. de acqui. pos. Quod tamen dixi hanc negatiuam improbabilem, intellige, nisi fortè posset imputari culpa reo, vt si renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel lapsum est biennium ad ipsam opponendum; quia tunc probat non numeratam, secundùm gloss. l. non intra. C. de nō num. pec. Et pleniùs de hoc vltimo in l. si ex
6 cautione. in eo. tit. Sed Barto. dixit, † quòd talis negatiua
b (etiam non coarctata b) non est omnino improbabilis; nā poterit implorari iudicis officium, vt faciat fieri per nuncios solemnem inuestigationem, & exploratione, an talis fuerit citatus. sicut i simili fit discussio bonorū principalis, Pro hoc vide tex. de leg. 2. in l. cū quidam. §. fi. cum. l. seq. vbi hæc doctrina, & de verb. oblig. in l. ita stipulatus. ver. quòd si ab initio. & sufficit, si nuncij referant se perquisiuisse diligenter ab omnibus, qui verisimiliter scire debent, & reperisse, quòd talis nunquam fuit citatus, vel non venit Bon. & similia. Poterit etiam & aliter iudex inquirere, scilicet secundùm formam. l. magis puto. §. ne passim, ĩ. de rebus eo. & si referat nuncius se diligenter inuestigasse, & non posse reddi certū, præsumitur pro negante. ĩ. ad Trebell. l. ex postfacto. §. pe. vbi casus hoc probās. In his enim casibus, in quibus clara probatio non potest haberi, sufficit, si ex vehementibus opinionibus se informet. l. non omnes. §. à barbaris. ĩ. de re mili. Ita voluit Bar. de verb. obliga. in l. hoc iure. & illa, quæ simul leguntur ad vnum balbum. ¶Cui enim incumbit probatio huius negatiue, tangi
7 tur aliquid per Inn. extra de proba. i c. tertio loco. † Conclusiuè dic, quòd si contra aliquem est præsumptio iuris, quæ est contra aliquem, semper transfert in eū onus probandi. C. eo. l. siue possideris. extra de præscrip. c. 1. in 6. & de resti. spo. c. vlt. eo. li. ¶Ex quo no. pulchrā conclusio
8 nem, † quod vbi præposita negatiua ex iuris dispositione debet constare per scripturam de actu affirmatiuo cōtrario: tunc nunquam neganti incumbit onus probandi, sed contrarium affirmanti. extra de appel. c. cordi. in 6. vbi exemplum. & patet in fini. casibus no. in l. contrahitur. s. de pig. & pleniùs extra de censi. in c. 1. in 6. vbi habetis. 28. vel. 30. casus per Ioan. And. enumeratos; nam ex quo ius disponit scripturā necessariam in casu aliquo, & actus ille non præsumitur, nisi de scriptura appareat; cum iuris dispositione hæc solemnitas, quæ est extrinseca, non præsumatur. s. de publi. l. quæcunque. in fi. & sic dicta præsumptio

ptio facit pro negante contra affirmantem. Ideo affirmās probet. Ita notanter dixit Ioa. Calde. extra de elec. in c. bonæ memoriæ. Adde tamen Inno. de eo, qui fur. ordi. ſuſcepit. in c. innotuit. circa fi. gl. vide etiam quod tangit Io. And. de re iudi. in c. ſicut. ad fi. ſed ſi contra nulla eſt præſumptio: tunc onus incumbit ei, qui inde fundat intentionem ſuam, ſiue ſit actor, ſiue reus; vnde ſi ex cauſa actionis actor probet illam. d. l. hoc iure. & l. ſi ita ſtipulatus. verſicu. quòd ſi ab initio. & eſt caſus. C. de fabricen. l. ſi quis. lib. 11. Idem ſi eſt cauſa exercitij meæ actionis, vt quia non poſſum agere contra pignorum poſſeſſores, niſi cum principalis non eſt ſoluendo, hoc probabo. probabitur autem facta diſcuſſione, ſecundùm Authen. hoc ſi debitor. & quod ibi not. C. de pignor. & de fideiuſ. Authen. præſente. Vel ſi eſſet notorium ipſum nō eſſe ſoluendo, ſecundū no. ſ. ſi cer. pet. in l. fi. vbi caſus. & l. decē. ǰ. de ver. ob. ſiue ſit cauſa exceptionis (puta) non debes audiri; quia non fuiſti in exercitu, nō ſoluiſti gabellam, collectas & ſimilia; probet enim hoc excipiens, ſecundùm Barto. in l. hoc iure. præalle. & Butri. hic Innocen. & Hoſtien. extra de accuſa. in c. ſuper his. Et hæc not. quia faciunt ad multa. ¶ In ea. circa fi. ibi [ex. de teſti. c. forma ex tenore.] Et ibi de iſta in directa probatione, vide bonū caſum, & ibi etiam Innocen. tangitur etiam per glo. 4. q. 3. in c. ſi
9 quis teſtibus. in gloſſ. 2. ¶ † Vltimò not. ad materiam huius gl. quòd plus creditur duobus teſtibus aſſerentib' affirmatiuam, quàm centum aſtruentibus negatiuam. Idem not. Innoc. de ver. ſig. in c. veniens. & in c. quid per nouale. & hoc ſentit glo. in l. diem proferre. §. ſi plures. ſ. de arbi. & ex. de præſcrip. c. 1. in 6. gloſſ. ordi. Ratio; quia negatiua non ita ſe offert ſenſui, vt dictum eſt in alio articulo. ſ. Idem in deponentibus ſuper conſcientia, vel animo alterius, ſecundum eundem Innoc. extra de renun. in c. quia propter. Et hæc ſufficiant circa l. iſtam.

ADDITIONES.

a ¶ Negatiua probatur. Adde ad hāc communem materiā, quando negatiua ſit probabilis, & quando non, Alex. in cōſil. 121. inci. Scripſit eccleſiaſtic'. in 4. vol. & quando negatiua eſt fundamētum intentionis, nūquid probari debeat, vide Alex. in conſ. 39. inci. Viſo themate. in 1. volu. quaſi per totum conſ. vide etiam Pa. de Caſt. in cōſ. 205. inci. In cauſa, q̄ vbi vertit. verſ. nec obſtat, qđ includit, qui dicit, ꝙ actor tenetur illam probare, quando eſt fundamētum ſuæ intentionis, allegat Bar. in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. Sed an poſſet directè, vel indirectè probari, vide Bald. in l. actor. C. de prob. & in l. qui accuſare. in fi. C. de edē. Cald. in diſputa. inci. Capitulum petit fructus. Pan. in c. bonæ. il 1. de elec. in 6. col. ver. ſecūdùm rerum naturam. & ibi Io. An. Bal. in c. tertio loco. de proba. Fel. in d. c. tertio loco. ver. gl. 1. ibi, indirectè. col. pen.

b ¶ Non coarctata. Adde, quòd teſtis deponens ſuper negatiua loco, & tēpore coarctata, falſarius præſumitur, Alex. in conſ. 227. incip. Viſo themate. in 2. volu.

Ex l. Cum tacitum.

SVMMAE.

1 *Relictum ſi factum fuerit in primo teſtamento cum prohibitione, ne alienetur extra familiam: & poſtea in ſecundo teſtamento eſt relictū ſimpliciter, videtur repetita prohibitio alienationis.*

2 *Bona deferens fiſco, quam partem debeat habere.*

L. Cum tacitum.

¶ Tacitum fideicommiſſū in ſecundo teſtamento intelligitur repetitum, nec præſumitur mutata voluntas. h. d. Et no. hanc. l. quia videtur face-
1 re, † quòd ſi in teſtamento eſt factum alicui relictum cum prohibitione, ne alienetur extra familiam, & poſtea in ſecundo teſtamento eſt relictum ſimpliciter, quòd videtur repetita prohibitio alienationis. ad idem facit. l. Statius. in prin. ǰ. de iure fiſ. Ad idem etiam videtur de adimen. le. l. legatum. Contrarium tamen tenuit Dy. quia voluntates ſunt diuerſæ. idē, & Bar. arg. ǰ. de leg. 3. l. ſi de iure. ¶ Nō ob. hæc. l. & l. Statius. quia hoc in odiū hæredis, qui tacitā fidem aſſumpſit de reſtituendo nō capaci. Nō obſtat etiā. l. legatū. quia loquitur, quando fit tranſlatio legati in aliū, non autū eſt voluntatis mutatio. Sed quæſtio propoſita ē, quando tota voluntas caſſatur, & ad aliam peruenitur. Ita reſpondet Bar. in d. l. Statius. quam vide. ¶ Ex gloſſ. mag.
2 circa fi. ibi [& agit fiſcus] dic circa hoc latiùs. † Aut quis defertur ab extraneo. Aut à ſe ipſo Aut ab extraneo, & etiā à ſeipſo. Si ab extraneo: tunc extraneus habet tertiā eius, quod applicatū fiſco. l. edicto. §. reſtat ǰ. de iure fiſci. & hoc eſt veritas, quicquid dixerit glo in l. 3. C. ad leg. Falc. Si à ſe ipſo: tūc, aut ipſe, qui ſe defert, erat incapax propter ſuū delictum, & nil habet, dato quòd ſe deferat. d. l. edicto. §. eos. Aut erat incapax ex alio iure, quā propter ſuum delictum: tunc diſtinguitur hæres à fideicommiſſario. Nā aut hæres non erat rogatus de reſtituēdo, & lucratur dimidiā. l. ſenatus. §. ſenatus. ǰ. de iure fiſ. Aut erat rogatus: tunc ſi ipſe hæres erat capax: ſed is, cui debebatur fieri reſtitutio, erat incapax, & tūc debet habere tertiā omnium bonorū. C. de his, qui ſe defe. l. 1. li. 10. vbi caſus. Fallit in vxore defuncti, quæ dimidiam conſequitur, vt ibi. Sed ſi tam hæres quàm is, cui eſt reſtitutio fienda, erat incapax, tunc gl. videtur velle, ꝙ habeat dimidiam per d. §. ſenatus. Sed pe. in d. l. tenuit cōtra, ex eo quia tūc incapax eſſet melioris cōditionis, quàm capax, cum capax conſequatū ſolùm tertiā, vt dixi. Idem ergo dicit in vtroque caſu, vt tertiam tantùm conſequatur. Siautem fideicommiſſarius ſe deferat: tunc habeat dimidiā dodrantis. l. cum tacitum. ǰ. de iure fiſ. hic alleg. & hæc. in 1. gl. Tertio caſu principali, quando ambo concurrunt ad deferendum ipſe, & alius: tunc ſi hæc delatio fit ante apertas tabulas, præfertur ſe deferens. Si poſt apertas, melior eſt occupātis cōditio. d. l. edicto. §. cum ante. tene menti iſta verba; quia eſt vna extranea materia.

Ex l. Emptorem.

SVMMAE.

1 *Confeſſio extorta non præiudicat, non præcedentibus indicijs.*

2 *Conſequentia, quando eſt neceſſaria, conceditur per obliquum, quod non fit directè.*

L. Emptorem.

¶ Iſta. l. debet iūgi cū l. cum probatio. ǰ. eo. nā hæc. l. dicit [cui incumbit on' probandi.] illa aūt, quomodo probetur. Pro quarum euidentia præmitte, quòd vendens ſeruum morboſum, vel fugitiuum, vel aliàs vitioſum, tenetur id emptori exprimere, & ei cauere. ſ. de ædi. edic. l. 1. §. 1. & l. ſi venditor. aliàs pōt agi redhibitoria, vt fiat redhibitio, ideſt, contractus retractatio, & exemptio: & quanto minoris ſcilicet poteſt agi, poterit etiam peti æſtimatio rerum ablatarum per ipſum ſeruū, ſi fugit apud emptorē. eo. tit. l. quæro. Et ex his collige vtilitatem

iſtarum

istarum duarum legum,& hoc dicit:probare autẽ seruũ, antequam emeret,fuisse fugitiuum,spectat ad emptorem, quod si aliter probari non potest,poterit seruus torqueri, & eius confessioni stabitur.h.d. cum l.cũ probatio.j.eo. ¶In tex.ibi [fugisse] i.fugitiuum fuisse.¶ In gl.l. cũ probatio.quod erat necesse probari.ibi[semiplena probatio]
1 dic de hoc,vt s. ¶ † In ead.ibi [non incipit] imò confessio extorta non præiudicat, non præcedentibus indicijs, etiam si in ea perseueret.j.de qõ.l.pen.vbi singularis casus secundùm vnam lect.secundùm Bar.ibi,quod singulariter noto. & per hoc semel defendebam vnum tempore domini Guelfi de Prato. ¶Super glo.in l.cum probatio. & sic dicitur delictum ibi fideiussoris.Sol.potest dici hoc speciale,ne facultas probationum angustetur.C.de hære. l.quoniam. Vel dic latiùs, secundùm Dy. in princ.in d.l. 1.de aucto.tut.quòd quãdo aliquid per se separatum ab alio est prohibitum:si id necessariò sequitur ad positionẽ alterius permissi,quod non licet directò, licet per consequentiã, vt ibi,& s.de pac.l.si vnus.§.illud.& de vsucap. l.si aliena.§.hoc iure.& de lib.leg.l.si is,q duos. in fi.& s. de in integ.rest.l.nõ solũ.& de accep.l.& per iusiur.§.& si fideiussori. si verò id prohibitum, nõ sequitur necessariò ad permissum: tunc qđ nõ licet directò,nec per cõsequentiam.s. de his,qui no. infam. l. athletas.§. siue autẽ.&.j. de do.inter vi.& vxo.l.si sponsus.§.1. cum si.Item permissum non potest procedere sine prohibito, & sic quod nõ licet directò, licet per consequentiã.C.de iudi.l.quotiẽs. hic sunt tres conclusiones,quas ex isto Brocardo sumo ex
3 Dyn.& Bar.Vel dic aliter, secundùm Pet. † quòd vbi cõsequentia est necessaria: tunc quod non fit directò,p obliquum conceditur, d.l.1.in prin. de aucto. tut. Secus vbi non est necessaria.s.de tut.& cur.datis ab his.l.scire oportet.§.1. Posset & aliter dici,quòd vbi prohibitio fit in odiũ prohibiti:tunc quod prohibetur directò,prohibetur & in consequentiam,vt ll.s.allegatis pro hac parte:sed vbi nõ est in odium prohibiti: tunc si vtrobique est eadem causa prohibitionis,adhuc idem scilicet, quòd vno prohibito, &c.& s.de transact. l.cum hi.§.si cum lis. sed vbi non est eadem causa prohibitionis, non videtur prohibitum.s.in consequentiam,d.l.1.in prin.de aucto.tut.& j.ad Treb. l.1.§.fuit quæsitum.

Ex l. Ab ea parte.

SVMMAE.

1 *Probandi onus incumbit neganti, vbicunque allegatur factũ de iure non tenere.*

2 *Solemnitas intrinseca,& formalis est vniformis,& an præsumatur.nu.3.5.& 6.*

4 *Capitulum an præsumatur consensisse Prælato.*

7 *Iudex non tenetur seruare solemnitatem citationum.*

L. Ab ea parte. ¶Qui negat ius, debet probare,ad hoc allegatur,& ita allegauit gl.s.eo.in l.2.fit autem hæc probatio probando factum,vt ibi fuit notatum.¶Vel sic. In iudicijs, & extra, allegans quid factum extra ius, vel solemnitatem deficere:debet illud probare. Inno. ita sentit ad intellectum huius l.extra de eo, qui fur.ordi. sus. in
1 c.innotuit.in fi.¶Nota ergo, †quòd vbicunque allegatur factum de iure non tenere,neganti incumbit onus probãdi:& sic si dicam contractum nõ tenere;quia sum minor, debeo probare:similiter si dicam sententiam non tenere; quia iudex erat excommunicatus,debeo hoc probare. ex tra de re iudic.c. ad probandam. Quid autem si negetur funditus iurisdictio.glo.hic videtur sentire, quòd idem.s. quòd allegans probet,hoc autem procedere potest, si esset præsumptio contra negantem, vt quia iudex esset in possessione,vel quasi officij sui:aliàs non oportet probari negatiuam;quia officium non præsumitur, nisi probetur.facit quod no.in l.1.C.qui,& aduers.quos.vbi no. gl. quæ singularis est.& de ista negatiua officij[tu non es iudex,nec tabellio]&c.vide Innoc. in c.1. extra de fide instrum.per Cin.aliquid in l.comparationes. C. de fide instrumen.& etiam aliquid in l.Barbarius Philipphus.s.de offic.prato. Prædictis adde, quòd tales exceptiones oppositæ iudici,quòd sit infamis,seruus, vel mulier, vel aliter moribus,vel legibus prohibeatur;cum sint declinatoriæ iudicij,ante litem contest.sunt proponendæ, & probãdæ:secus in his,quæ natura prohibentur,vt furiosus;cum iura naturalia sint immutabilia,& sic quandocunque opponi possunt.Insti.de iure natu.§.iura naturalia.5.dist. in princ.Item secus in his,qui iudicio prohibentur, vt impuberes,secundùm Innoc.extra de rescript.in c.sciscitatus. vbi omnino de hac materia vide.¶In gl.super verbo,specialiter. vt quia est litis redemptor. ibi [præsumitur fieri
2 posse de iure] †hoc intellige,quò ad solemnitatem intrinsecam,& formalem,quæ est vniformis: secus autem quò ad solemnitatem materialẽ,vt est(quantùm ad contractũ venditionis) pretium, quod non præsumitur interuenisse incertum,nisi hoc appareat.Insti. de contrahen. empt.§. pretium.& hoc; quia hæc solemnitas materialis est difformis.Nam pretium potest esse multiplex. Hanc rationem ponit Cin.post Pet.in l.1.C. de contrahen. & cõmit.stip. vbi Cin.& Bart.in l.sciendum.j.de verb.obl. Item quod dicit hic glo.limita,vt.j.dicam. ¶In ead. ibi [C. de fide instrum.& iure hast.fis.l.1. & 2.] aduerte;quia ibi loquitur de solemnitate extrinseca.& tamen illa(secundùm gl. dum ipsã allegat pro concordãtia) præsumitur, quod est
3 contra regulam l.quæcunque.in fi.vbi intrinsecè, non extrinsecè præsumitur solemnitas.s.de publi.Sed glo.ibi,in d.l.1.de fide instrum.& iur.hast.fis.lib.10.dicit eam præsumi. s. si de ea in instrumento fit mentio.quod intellige,secundùm But.quando tempore confecti instrumenti illa solemnitas potuit interuenisse.Insti.de fideius.§. fin. aliàs non probaret,per Authen.si quis in aliquo documẽto.C.de eden.& in tali solemnitate est verum,quod dicit illa glo.s.de limitatione But.pone exemplum; vt quia dicitur in scriptura. Viso instrumento debito,habita fide,q tale est iustum pretium rei, facta subhastatione,&c.certè hoc instrumentum probat,quòd de debito constet,quòd & illud est iustum pretium;quia hoc tempore venditionis potuit fieri:sed non probat subhastationẽ; quia illa non potuit fieri illo tempore, cum debuerit stare 20. diebus, d.l.1.de fide instrum.& dic,vt ibi.& de ordine tenendo in venditione rei fiscalis ẽ ibi gl. mag. Ita intelligebat But. illam glo.vt no.per eum in l.optimam. C.de contrahen. & commit.stipu.& in l.2.j.de fide inst. Adde tamen Inn. de ista materia ext.de testi.in c. Albericus.in 3.glo.& de offic.deleg.in c. cum in iure.in ver.alij autem dicunt, &c. sed fortè,& alio modo posset intelligi illa glo. scilicet, vt dicamus,quòd loquatur, quando decretum interuenit, & tunc vt decretum interponatur,demum causa cognita. l. cum hi. §. hæc oratio. & §. si Prætor. & quod ibi not. s. de transactio. & sic demum præcedentibus omnibus solemnitatibus substantialibus ad contractum, præsumũtur omnia solenniter præcessisse, & agitata fuisse, etiã si illa concernant solemnitatem extrinsecam:secus si ad cõtractũ sit deuentum,& legitimè,nõ tamẽ interuenit decretum;

tum; quia tunc ſubhaſtatio & ſimilia non præſumuntur, niſi ſecundùm prædicta, in quo tamē cogita; quia erit magni effectus. Sed contra prædicta videtur d.l.optimā. vbi ſcriptura probat inter eaſdem perſonas, etiam ea, quæ nō potuerunt tunc interuenire. Sed reſpōde, quòd illa l.debet intelligi, quòd ibi ſint verba enunciatiua ſolemnitatis, cui partes poſſent renunciare, aliàs ſecus. Exemplum, ſi minor, vel eccleſia vendidit, & dicitur inſtrumentum venditionis eccleſiæ, præcedentibus tractatibus, vel in inſtrumento venditionis rei minoris fit mentio alicuius ſolemnitatis, quæ non potuit tunc interuenire, certè nō probat; quia non poſſet illi renunciare, l. doli.ver.diuerſū.ff.de nouatio.qd no.& no.in l.de tutela.C.de in integ.reſt.mi.facit quod no.Inn.extra de proba.in c.quoniam contra falſam. aliàs eſſet inuenta via fraudandi minores, arg.ſ. de tranſ.l.cum hi.§.ſi cum lis. Item contra prædicta videtur facere, quòd imò etiam ſolemnitas extrinſeca præſumat, extra de his, quæ fi.à præla. ſine conſen.capi.c.cognoſcit.
4 † vbi Capitulum præſumitur conſentire: ſed illud poteſt dici contingere propter præſentiam, & taciturnitatem Capituli, vt in ſimili dicitur in filia in l.2.§.voluntate.ff.ſo.mat. ſecus ſi non eſſet præſens. Et ex prædictis, & ex d.l.optimam.terminari videtur, quòd ſi appareat promiſsio, quòd Titius tibi centum promiſit, tanquā fideiuſſor Caij. qui Caius eſt obligatus tibi ad dicta centum ex cauſa mutui, quòd tale inſtrumentum probet obligationem principalis. Item ſunt vtilia ad quæſtionem petentis exequutionem inſtrumenti conſeruationis indemnitatis, vt non teneatur probare ſe alij obligaſſe pro dicto agente, ſi de illa obligatione fit mentio in dicto inſtrumento. quod eſt notandum, & ſecundùm prędicta videtur intelligendum qd glo.dicit in l.ſciendū.ff.de verb.obl. ¶ In gloſſ. magna in fi.conclude latiùs, ſi dubitetur, an ſolemnitas præſumatur; quia aut quæris de extrinſeca, aut de intrinſeca. Primo caſu, ſi de ea non fit mentio in inſtrumento, non præſumitur, l. quæcunque in fi.de publici.vbi caſus. ſed ſi de ea fit mētio per verba enunciatiua.ſ. viſis ſubhaſtationibus, & ſi.tunc ſi eſt poſsibile eam interueniſſe tempore confecti inſtrumenti, ſtatur inſtrumento.Inſt.de fideiuſ.§.fin.& ita intelligitur glo.C.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſ.l.1.lib.10.& ita limitauit Butrig.in d.l.optimam. Vel aliter illa glo.poſſet intelligi, vt.ſ.dixi in verſ.ſed fortè, & alio modo.ſed ſi non fuit poſsibile ſolemnitatem illam tunc interueniſſe, cum inſtrumentum conficitur, dic tunc, quòd inter eaſdem perſonas præſumitur, d.l.optimam.quod intellige, ſi eſt talis ſolemnitas, cui partes poſſent renunciare, aliàs ſecus.vt.ſ.Inter alias autem perſonas non præſu-
5 mitur. Auth.ſi quis in aliquo. C. de eden. † Secundo caſu principali de intrinſeca ſolemnitate dic, aut de materiali, & non prę́ſumitur, vt pretium.Inſt.de cōtrah.emp.§.pretium.aut de formali, & præſumitur per inſtrumentum, d.l. ſciendum. aut de ea, quam natura verborum eſt apta cōprehendere, vt de ſolemnitate à teſte prolata, tunc dic in teſtibus non præſumi, niſi probetur, l.1.C. de vſu.vbi caſus.ſed in inſtrumento intelligitur.Inſt.de inutil.ſtip.§.ſi ſcriptum.& quæ ſit ratio differētiæ inter teſtes, & inſtrumenta, vide Cin.in d.l.1.de vſur.& Bart.in d.l.ſciendum. vbi dicunt, quòd cum teſtis debeat teſtificari de his, quæ ſenſu percepit, l.qui teſtō.§.fi.de teſtamētis.vbi caſus, nō pōt ſenſu percipere, quid ſit fideiubere, vel ſtipulari, cū ſit nomen iuris: ſed pars pōt ſcribere, ꝙ fideiuſsit, vel mādare notario, ꝙ ſcribat, & ſtabitur cōtra ſe tali ſcripturę: vel pōt dici, ꝙ eſt alia rō; quia dictum teſtis debet neceſſariò concludere, vt probet. C.eo.l.ad probationē. aliàs interpretatur contra proferentē.extra de proba.c.in præſentia.

¶ Vltimò ad materiam huius l.aduerte, quod dicit Inn. ꝙ in extraiudicialibus prę́ſumitur ſolemnitas: ſecus in iu-
6 dicialib⁹.& hoc intellige ī intrinſeca, nō ī extrinſeca: † vnde ſi apparet ſententiatū, non propterea prę́ſumitur ſententia lata, ſic loquitur l.fi. C.de ſen.ex peri. reci.vel alia acta ſolemnitate ꝓciſè, niſi probetur, ex̄ de prob.c. qm̄ cōtra. Item ſi appareat appellatio in actis, non ꝓpterea prę́ſumetur interpoſita in ſcriptis: & hęc uera, niſi in his, quæ relinquuntur iudicis arbitrio, vt in dilationibus, & ſic.ff.de iure delib.l.1.§.fi. Item in his, quæ pertinent ad eius officium, vt in reſtitutione fructuum, & impenſarū in lite factarū.Inſt.de offi.iud.§.1.& per totum.ſ.de rei vēd.l.planè.vbi de fructibus rei petitæ; pro talibus.n.præſumit, licèt in iudicio fiāt: & ſic limitatur, quod nūc dixi. Ita dicit no.Inn.extra de eo, qui fur.ord.ſuſ.in c.innotuit.& ꝓ hoc facit quod alibi ipſe idē no.ꝙ in dilationibus arbitrarijs, ſicut ſunt dilationes ad concludendū in cauſa, & omnes alię, in quibus expreſsè non cauetur, quòd nō ſint arbitra-
7 rię, † iudex non tenetur ſeruare ſolēnitatem citationum. nec poterit appellari, propterea quia præſumitur pro iudice in his, quæ ſunt in ſuo arbitrio. Ita dicit notanter Innoc.ex̄ de accu.i c.ad petitionē ad fi.gl.ſubdit aūt in dicta Decret.innotuit, ꝙ contra probationes, quę procedunt ex præſumptionibus tm̄, de facili admittitur probatio in cōtrarium, & etiam de facili iudex inquirit. Sed contra prædictam doct.Inn.qui dicit in extraiud.ſolēnitatibus præſumi, & non in iudicialibus. videtur caſus.ff.de fideiuſ.l.cum oſtendimus.§.fi.vbi fortiùs præſumitur ex actu iudiciali, quā extraiudiciali. Sed poteſt reſponderi, ꝙ hoc operetur ibi pupillorum fauor, qui eſt in duobus, vt ibi.

Ex l.Patronus.

SVMMAE.

1 *Libellus ſufficit, quòd concludat prę́ſumptiuè.*
2 *Patronus debet probare fraudem, quando quæritur de alienatione inter viuos.*

L.Patronus. ¶ Qui fraudem allegat, tenetur ipſam manifeſtè probare.h.d. ¶ Vel ſic. Si patronus reuocat alienata per libertū in fraudem, fraudem, & dolum probare debet. hoc dicit. Not.caſum, in quo requiritur manifeſta probatio; dicitur autem manifeſta probatio præſumptio iuris, ſecundùm glo.not.quæ tamen pro ſingulari allegatur. C.de peri.tut.ī l.ſi tutor.quam not.in lib.tuo: non tamen puto, ꝙ talis probatio ſit apertiſsima, vel indubitata, vt probatur. in l.ſciat.C.eod.coniuncta gloſſ. ſua.& coniuncta l. ſi qui adulterij.C.de adult. Vnum adde, quòd vbi lex requirit probationem manifeſtam, nō ſtatur partis iuramento. C. de pign.act.l.ſi creditor.& ibi Bartol. Dic idem, ſi lex requirat probationes legitimas, no.gl.ff.eod.in l. cum de in debito.in princ. Contra hoc tamen videtur facere, quod not.gloſſ.in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.neceſsitatem.ſuper ver.iuratus oſtēdetur.quæ dicit [vel per teſtes, vel per ſacramentum] & idem ſentit in l.fi.§. in computatione. C.de iure delib. Sed poteſt dici, ꝙ in illis non requirebatur probatio legitima.i.cum hoc adiuncto, legitima. ¶ Quid autem ſi requiratur probatio apertiſsima, vide qd no.in l.fi.in prin.ſ.quod me. cauſa. Item an euidēs, & manifeſta ꝓbatio ęquipolleat, no. C. de iure delib. l. qm̄ ſororē.&.ff.de le.1.l.licèt, & l.ſi verò.§.q.ꝓ rei qualitate.ſ.q ſatiſd. cog. Itē q̄ ſit differētia inter ꝓbabile, & manifeſtum.

festum.vide no.extra de ver b. sign. in c.cum olim. & per Archid.11.q.3.in c.eorum. ¶In glo.inter viuos alioquin &c.ibi[§.si quis impubes] melius. j.de fal. l. si quis legatum. in rin. ¶In ead.ibi [§. Lutius]& illum tex. nota,qui
1 quotidie allegatur, † quòd sufficit libellum præsumptiuè concludere:& aduerte;quia quod glo.dicit de alienãte totum,videtur idem dicendum,si non omnia:sed quasi totum patrimonium alienauit,arg.j. de leg.3.l.nomen §. filio.vbi hoc videtur probari,coniuncta ibi glo. quæ inci-
2 pit, ex hoc. † Conclude ergo prædicta omnia;quia si quæritur de alienatione inter viuos, debet patronus probare fraudem, vt hic, nisi sint omnia bona alienata; quia tunc fraus præsumitur,d.§.Lutius.vel quasi omnia,arg.d.§.filio. & quod ibi not.sed si quæritur de alienatis in vltima voluntate,vel de libertatibus fideicommissarijs: tunc sufficit solus euentus, scilicet quòd reperiatur diminutum patrimonium, nec habet aliquid necesse probare patronus.l.1.§.1.j.si quid in fra. pa. & in his loqui non potest l. ista.Sed si loquimur in libertatibus directis; tunc cum competant ipso iure,oportet fraudem probari: & sic posset loqui lex ista,& sic eam exemplificabat Iac.But.& aduerte,quòd glo.hic loquitur de omni alienatiõe,sed § Lutius.loquitur solùm in donatione,quando titulo lucratiuo transferunt,pro hoc facit quod no.j.eo.l.in qui testamentum.¶In gloss.vlt.ibi [per Fauianam] de ista, & de alijs reuocatorijs vide plenam, & bonam glo.in l.2.j. si quid in frau.patroni.

ADDITIO.

a ¶Vbi intrinsecè. Adde ad hanc not.materiam, solemnitas intrinseca nunquid, & quando præsumatur, Alexand. in cons.170.incip. Viso,& præhabito.in 2.volum.vers.ad hoc etiam facit.vide Bart.in l.sciendum.ff.de verb.oblig. in 1.col.Cin.in l.1. C.de cõtrah.& commit. stip. Anto.de But.in c.sicut.de re iudi. & quòd regulariter præsumatur interuenisse in actu, quando actus probatur per instrumẽtum,vide Panor.in d.c.sicut.de re iudi. & ibi vide Feli.ponentem fallentias.in versic. fallit primò secundùm Butr. col.22.Sed quid de solemnitate extrinseca,nunquid præsumatur,vide Ang.in l.sciendum.ff.de verb.oblig.Bart.in l.qui in aliena.§.1.ff.de acqu.hære.in verbo.quæro quid. vide Panor.in c.peruenit.de empt.& vend.in 2.col.versic. secunda solutio.qui dicit,ꝙ ex cursu magni temporis præsumitur solemnitas extrinseca.Idem tenet Bal.in l.si filius. C.de pet.hære. Innoc.in c.ex frequentibus.de insti.Pet.de Ancha.in reg.prima.de reg.iur.lib.6.Io.de Ana.in c.licèt heli. de simo.in 14. col.de hac materia vide plenè Feli. in c.Albericus.de testi.ver.Item inquantum.in 2.colum.

L.Cum probatio

¶Lecta fuit cum l.4.s.e.dic,vt ibi.

Ex l. Si filius.

SVMMAE.

1 *Quò ad onus transferendæ probationis, attenditur quasi possessio.*

L.Si filius. ¶Hæc l.videtur idem velle, quod l.quidam.j. eod. dic tamen, ꝙ in hoc differunt; quia hic negabat se filium: sed in l.quidam.dicebat se filium, sed non probabat: & ista hoc in-
1 tendit. Quo ad onus transferendæ † probationis, attenditur quasi possessio h.d.& pro declaratione huius l.vide omnino quod dicam.j.eod.in l.quidam.

Ex l. Si pactum.

SVMMAE.

1 *Plerunque,dictio facit regulam.*
2 *Præsumptio transfert onus probandi in eum,qui aliàs probare non debebat.*
3 *Testator testando, respicit solùm personam legatarij.*
Pactum in dubio præsumitur reale.
4 *Priuilegia in dubio præsumuntur realia,& perpetua.*
5 *Pactum an transeat ad hæredem.& nu 6.9.& 10.*
7 *Emphyteosis ecclesiæ regulariter nõ trãsit ad omnes hæredes.*
8 *Factum quando promittitur,an transeat ad hæredẽ.& nu.8.*
11 *Expressio proprij noĩs futuri hæredis,in pacto nihil operatur.*

L.Si pactum. ¶Omnia pacta regulariter sunt ad hæredes transitoria. Ita allegatur.¶Vel sic. Pactum in dubio non debet præsumi personale:sed reale,& transmissibile. h. d. & loquitur hæc.l. in pacto expresso. Idem tamen in tacito, quod in dubio etiam interpretatur reale. s. de pac. l. tale
1 magna. in fin. † quòd vbi quis iuuatur præsumptione valida, vel etiam quali quali, quòd ad talem præsumptionē requiritur manifesta probatio, quod est vtile ad not. s. eo. in l. patronum. vbi vide. ¶ In ead. in fin. conclude latiùs; quia aut probatur, ꝙ creditor reddidit debitori instrumentum debiti, & videtur tacitè debitum remisisse. s. de pac. l. Labeo. vbi casus. Aut non probatur redditum: tunc secundùm Butrig. aut reperitur cancellatum penes creditorem: & præsumitur liberatio, vt hic. Aut penes debitorem: & tunc si debitor erat domesticus creditoris, nō præsumitur liberatus, d. l. 1. §. ille etiam. C. de lati. lib. tol. hic in gloss. alleg. Sed si non erat amicus creditoris, vel domesticus, tunc licèt non probet plenam liberationem: tamē qualem qualem præsumptionem inducit, vt hic secundùm eum hic, & d. l. Labeo. Sed certè in eo, quod facit differentiam, an penes creditorem, vel debitorem, quam etiā videtur sentire gloss. in d. l. Labeo. non videtur bene dictum; cum eadem sit ratio in vtroque, ideò Iac. de Are. cir
2 ca hoc distinguit, † aut debitor, qui habet instrumentum cancellatum, allegat se liberatum pacto, & non probat, nisi probetur redditum instrumentum, d. l. Labeo. in tex. & in gloss. Aut allegat se liberatum solutione, & tunc si erat persona domestica debitoris, quæ verisimiliter posset instrumentum subtrahere, non præsumitur facta solutio, d. §. ille autem. C. de lati. lib. tol. Sed si non erat domestica, præsumitur liberatus solutione, vt hic, &. ꝫ. de fur. l. fullo, vel sarcinator. §. fin. Et quę sit ratio diuersitatis, quando allegat se liberatum pacto, vel solutione, vide per eum. C. eod. in l. si de possessione. vbi hæc refert Cin. & hanc doctrinam Iaco. de Are. formaliter sequitur Bart. in d. l. Labeo.

Ex l. Cum de indebito.

SVMMAE.

1 *Iuramentum non sufficit, vbi lex requirit probationem legitimam.*

2 *Defensionibus duabus contrarijs potest quis vti in eodem iudicio, & num. 3.*

4 *Confitens se soluisse, non videtur confiteri intentionem aduersarij, si aduersarius negat solutionem.*

5 *Actor replicans, an intelligatur fateri exceptionem excipientis.*

6 *Confessio an possit scindi, & pro parte acceptari, & pro parte non.*

7 *Probationes aliæ an admittantur post dicta testificata.*

8 *Iudex ex officio suo potest semper repetere testem.*

9 *Testis deponens super præscriptione, potest repeti etiam post publicationem processus.*

L. Cum de indebito. ¶ Præsūptio transfert hincinde onus probandi in aduersarium, & si cōcurrat præsumptio in specie, tollit præsumptionem in genere. h. d. tota l. secundùm Butrig. ¶ Vel sic, & pleniùs ad literam. Si allegetur solutum indebitum, & is, qui recepisse dicitur, de receptione cōuincatur, quam negabat, in odium suæ negationis compellitur probare fuisse debitū, quod recepit: sed si ab initio confiteatur receptionem, sed dicat sibi debitum fuisse solutum: tunc præsumptione faciente pro eo, compelletur soluens (maximè) diligens probare indebitum se soluisse, nisi qualitas personæ onus probandi in recipientem transferat, quod potest, vbi totum solutum prætendet indebitum: secus si pars tantùm, & grauatus onere probationis, de calumnia iurare potest, aduersario deferente iuramentum reseruata sibi potestate referuandi. h. d. vsque ad. §. sed hoc vbi. & quasi in terminis, & in summa. ¶ In text. ibi [iustam causam ignorantiæ] quæ præsumitur eo ipso, quòd probat indebitum fuisse. ¶ In tex. ibi [legitimis probationibus.] No. con-
1 iuncta gloss. † quòd vbi lex requirit probationem legitimam, non sufficit iuramentum, facit ad not. s. eo. in l. pa-
2 tronum. & quod ibi dixi. ¶ Secundò no. quòd † quis potest vti in eodem iudicio duabus defensionibus contrarijs. Nam hic primò se defendebat negando, postea se defendit confitendo solutum: dicit tamen fuisse debitum; vnde grauatur onere hoc probandi, & ita etiam loquitur Authen. contra qui propriam. C. de non nu. pe. secundū Bar. qui per hoc terminat, quòd is, qui negauit se homicidium commisisse, potest conuictus postea dicere, quòd ad sui defensionem fecit, licèt Dyn. aliter dixerit in reg. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. de quo plenè per Bar. in l. nemo. de excep. Sed in hoc aduerte, quia hanc opi. ꝙ quis possit proponere exceptiones contrarias, videtur sentire glo. in d. l. nemo. quā tenent Canonistæ extra de præscrip. in c. audītis. & de excep. in c. cum olim. Sed glo. alibi dicit, quòd quis non potest proponere exceptiones contrarias, nisi in casibus, in quibus de iure reperitur contrarium, scilicet ꝙ possit. Ita dicit gl. in l. nemo. de reg. iur. Dyn. aūt in d. reg. nullus. simpliciter dicit, ꝙ sicut actor non auditur proponens contrarias actiones. l. 1. C. de fur. ita nec reus proponens exceptiones, per l. 2. ꝫ. quādo appel. sit. Sed tu potes
3 concludere; † quia aut reus proponendo exceptiones contrarias, est sibi perplexus, ex eo quòd vnum caput exceptionis, ab excipiendo eum excludit: tunc nunquam auditur proponens exceptiones contrarias, & ita d. l. 2. quādo appel. sit. Aut non est sibi perplexus prædicto modo, sed exceptiones bene sunt perplexæ, & tales, quòd quælibet probata facit eū vincere. Exemplum, cum reus dicit se soluisse, iurasse, & præscriptione tutum, & sibi factum pactum: tunc dic, quòd si proponuntur eodem tempore, non admittitur proponens propter repugnantiam, l. vbi repugnātia. ꝫ. de reg. iur. Sed vbi diuersis teporibus admi-

admittitur.& ita glo.in l.nemo s̄.alleg. Fallit, vbi ex pro-
positione primæ exceptionis quis delinquit; quia tunc,cũ
delictũ sit consummatũ, & aduersario ius quęsitũ sit per
fectè,non est locus penitentiæ,& sic Auth.contra qui pro-
priam.& Auth.item si possessor.C.qui po.in pig. habe &
§.de rei vend.l.fi. Ad omne tamen dubium tollendum de
bent proponi conditionaliter, & audietur proponens, vt
not. glo.in l.& si quidem.C.de excep.& Dy.in d.reg.nul-
lus pluribus. ¶Tertiò not.text. in quo dicit Bartol. esse
4 casum, † quòd ille, qui confitetur soluisse,non videtur cõ
fiteri intentionem aduersarij, si aduersarius negat solutio
nem,& quòd ille,qui negat solutionem allegatam per ad
uersarium, non potest ex illa intentionem suam fundare,
ad quod facit.s̄ de cond.inde.l.Iulianus verum debitorẽ.
in princ.secundùm vnam lect. ibi in glo.positam: secus si
aduersarius solutionem confiteretur, vt hic in secundo re
sponso.Tu potes dicere clariùs,quòd vbi excipiens nil po
nit,tũc sine dubio est verum,secundùm omnes, quòd non
intelligitur confiteri intentionem actoris: vbi verò excipiẽ
do aliquid ponit,vt quia obijcit exceptionem pacti de nõ
petendo,vel solutionis,præscriptionis,& si.tunc intelligi-
tur confiteri intentionem actoris, nisi fortè proponat con
ditionaliter,puta,quia nego mihi pecuniam numeratam,
& inquantum probaretur numerata,dico mihi factum pa
ctum,vel me soluisse,&cæt.& ita tenet glo. in l. non vtiq;
j̄.de excep. & C.de excep.in l.& si quidẽ.& in c.exceptio
nem obijciens.de reg.iur.in 6. Sed Io. And.ibi tenet con-
trarium, videlicet, quòd nec etiam si exceptio proponat
purè, quis intelligatur fateri intentionem actoris, & ibi
5 etiam tangit incidenter, † an actor replicans intelligatur
fateri exceptionem excipientis. Sed pro concordia opin.
dic, quòd si actor negat exceptionem propositam esse ve
ram,tunc sit vera opin. Ioan. Andr. & quod dixit Bartol.
etiam.s̄.& est ratio;quia non potest actor se iuuare exce-
ptione, quã negauit, sicut nec potest quis vti exceptione
negata, not. Specul. in tito. depo. §.8. post princ.& hoc
probatur per regu. iur. non debet quis præmium conse-
qui.j̄.de regu.iur.sed vbi actor non negat illam exceptio
nem: tunc sit vera alia opin.per casum huius. l. in princ.
6 ¶Adde prædictis dubium, † quòd posset reformari, an
confessio possit scindi, & pro parte acceptari, pro parte
non. Circa quod vide glo. ordinariam, & quod ibi not.
Cin.C.de dona.ante nup.in l.3.incip.si Præside. Bart.au-
tem in l.Aurelius.§.idem quæsijt.j̄.de liber.lega. format
quæstionem de illo, qui confessus fuit se fecisse homici-
dium;sed dicit,quòd fecit ad sui defensionem, an ista cõ-
fessio possit per curiam scindi,& tenet quòd sic; quia præ
sumptio iuris est contra confitentem. l. si non conuitij.C.
de iniu.& l.1.C.de sica. ¶In gloss.4.in fin.incip.vide-
7 tur ergo.† dic clariùs in hoc dubio, vtrùm post testificata
didicita admittantur aliæ probationes; quia aut loqui-
mur post didicita testificata instrumentorum, aut testiũ.
Primo casu admittitur quodlibet genus probandi, & ita
gloss. in l. officium. hic alleg.& not. in l.1.§.edenda sunt
omnia.s̄.de edendo. facit quod not. gloss.in Clemen.sæ-
pe. de verb.significat. Secundo casu dic, aut testes non
sunt ritè recepti,& tunc possunt recipi ipsi, & alij, vt not.
gloss.extra de testi.in c.cũ causam.& probatur in Clemẽ-
ti.testibus.à sensu contrario.eod.titu. Aut sunt ritè rece-
pti: & tunc aut attestationes eorum valent in effectu, de
quo agitur, aut non valent. Si non valent, possunt tam
ipsi, quàm alij deduci, casus, & exemplum patet extra de
testi.in c.veniẽs.il secundo.Sed si valent in effectu,de quo
est lis: tunc aut quis vult probare per similem speciem ꝓ-
bationis,idest testes,aut per dissimilem, idest per instru-
menta. Primo casu,aut vult probare nouum capitulum
in attestationibus non inclusum,puta præscriptionem, vel
pactum de non petendo, vel simile, & potest,vt hic,& C.
de exceptio.l.& si quidẽ. Nam quò ad capitulum res est
integra;quia testes super hoc nunquam fuerunt producti,
neque examinati,facit.C.de tempo.appel.l. per hanc. &
quod ibi not. Aut vult probare idem capitulum,vel dire-
ctò contrarium, quod quando sit, vide gloss. ponentem
exemplum in dicta Clementi.testibus,& non potest. Ita
loquitur tex.in §.quia verò,& qđ ibi not. in Auth.de testi
bus.fallit.s̄.de mino.l. minor vigintiquinque annis omis-
sam.& quod ibi no. Si verò vult quis probare per dissimi
lem speciem, puta per instrumenta, hoc potest per illam
glossam in l.officium.& in Clemen.sæpe.quia instrumen-
ta semper possunt produci vsque ad sententiam, extra de
fide instrum.cum dilectus.& l.admonendi.s̄.de iureiurã.
8 ¶Vnum tamen nota, † quòd iudex ex officio potest sem
per repetere testem, vt dictum suum obscurum declaret,
vt in Auth.de test.§.penul.& s̄.de iureiu.l.duobus.§.si ei,
qui.& ibi Bar.& de hoc est casus ext. de test.in c.cum cla
9 mor.¶Item adde,† ꝙ si testis deposuit super præscriptio-
ne, potest repeti etiã post publicationem processus, vt in
terrogetur de titulo,& de continuatione temporis, bona
fide, & similia,de quibus non fuit interrogatus;nam talis
interrogatio incumbebat iudici,secundùm Innoc.de test.
in c.per tuas.ad finem.vbi omnino vide. ¶In glo.propter
præsumptionem scientiæ. ibi [vt si apparet] vel appa-
ret debitum aliàs iam solutũ. Item debet probare, quòd
per dolum aduersarij,&c.& hoc probabitur præsumptio-
ne iuris,cum repetens certet de damno vitando, aduersa-
rius verò de lucro,pro hoc etiam videtur casus C. de iu-
ris,& facti ignoran.in l.si post diuisionem. tangitur etiam
in l.de ætate.§.qui iusto.s̄. de interrog. actio. & per Bart.
plenè in l.non fatetur.j̄.de confess.Quid autem si nõ est
habita relatio ad scripturam,quomodo probabitur? Re-
sponde secundùm Butrig.quòd probabitur per antecedẽ
tia verba, vt si dicas de tali die procuratori meo numeras
se,probabo eum alibi fuisse. Instit.de inut.stipul.§. præte
rea.& s̄.de interrog.act.l.si defensor. Sed ꝓbato nõ debi
to, præsumitur ignorantia, nisi contrarium probetur per
aduersarium. ¶In ead.glo.ibi [ignorantia præsumptiuè.]
10 Nota ipsam,ex qua collige, † quod si debitor agit condi-
ctione indebiti,& probat, quòd indebitum soluit ex pro-
ductione testamenti, quod apparet inualidum, vel alio
modo probet, præsumitur per ignorantiam soluisse, nisi
creditor,qui recipit, probet, quod sciens indebitum sol-
uerit,& sic probato indebito, præsumitur solutum per er
rorem,nisi sententia probetur.

Ex §. Sed hoc vbi.

SVMMAE.

1 *Confessio emissa inter viuos, requirit adiectionem causæ. & num. 4.*
2 *Quasi contrahitur in iudicio.*
3 *Cautio,seu promissio,quæ non habet causam,præsumitur extorta indebitè,nisi probetur contrarium.*
5 *Probatio non admittitur contra confessionem factam in scriptis,nisi per aliam scripturam.*
6 *Confessio emissa ad liberandum, non requirit insinuationem.*
7 *Liberalitas gratuita debet insinuari,si excedat summam legitimam.*
8 *Confessio facta de præterito præiudicat statim.*
9 *Stipulatio sine causa an valeat.*

§.Sed

§. Sed hoc vbi. ¶ Si in cautione, quæ super indebito interposita dicitur, non sit adiecta causa, compellitur creditor probare id debitum, de quo in cautione fit mentio: secus si in ea sit expressa causa; quia tunc illi statur, donec promissor in scriptis ostenderit promissum indebitum. h.
1 d. in terminis,& in summa quò ad literam. ¶ Not. 1. † q; confesfio emissa inter viuos, requirit adiectionem causæ: vt hic,& hoc, quando extra iudicium: secus in emissa in iu-
2 dicio,† quę valet etiam sine causa. ff. de interro. ac. l. voluit. §. quod ait.& l. 1. C. de confes.& ff. de confes. per totum.
3 Ratio diuersitatis est; † quia in iudicio quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. ideo ex tali confessione obligatio inducitur. l. de ętate. §. qui interrogatur. ff. de interro. ac. Sed extra iudicium non inducit obligationem, sed solũ probationem. l. Publia. in fi. ff. depo. Potest tamen in hoc dici, quòd si talis confesfio emittatur ad liberationem, indistinctè non requirat causæ adiectionem. l. tale pactum. in prin. ff. de pac.& in Auth. de testi. §. licèt. col. 7. vbi videtur expressum. Si ad obligationem: tūc dic, quòd si super personalibus, non proficit ad probandum, nisi causa adiecta, vt hic. Sed si super realib⁹; vt quia confiteor rem tuam esse, tunc requirit causæ adiectionem, sicut à simili in l. & an eadē. §. actiones. ff. de exce. rei iudi. Et hoc est, quod post multa Cin. concludit in l. generaliter. in 3. q. C. de nō nu.
3 pecu. ¶ Secundò no.† quòd cautio, seu promissio, quę nō habet causam, præsumitur extorta indebitè, nisi contrariũ probetur, quod Bar. limitat verum in cautione, quæ de se non est obligatoria: sed fit ad probationem tantùm. d. l. Publia. in fi. secus videtur, si esset obligatoria; vt quia in ea stipulatio contineret, de hoc tamen dic, vt not. in l. 2. §. circa. ff. de do. exce. Tangitur etiam per gl.& Doct. in d. l. generaliter.& vide quod. ff. dixi proxi.& quod. ff. etiam tangam.
4 ¶ Item no. † quòd licèt confesfio in vltima voluntate valeat quò ad obligandũ fine causæ adiectione, ff. de lega. 2. l. Lucius. §. quisquis. non tamen quò ad probationem, nisi habeat adiectam causam, sicut emissa inter viuos, vt hic. Ita dicit Cin. in d. l. generaliter. in 9. q. vbi limitat hũc tex.
5 ¶ Item no. hic, † quòd cōtra confessionem factam in scriptis, non admittitur probatio, nisi per aliam scripturam factam. d. l. generaliter. vbi de hac materia tangitur, & de pac. l. iurisgentiũ. §. quod ferè. Circa quod conclude, quòd si volo probare contra instrumentum, scilicet falsitatem eius: tunc probatio potest fieri & per testes, & per instrumenta. C. de contrahen.& commut. stipu. l. optimam. Idē si volo probare contra solemnitatem instrumenti, secundùm glo. in d. §. quod ferè. quam Bar. ibi multùm clamat notandam,& menti tenendam in isto. Sed si volo probare contra instrumentum, scilicet errorem, tunc probari debet per contrariam scripturam, vt. d. l. generaliter. Et hic adde, q; si probatio fiat super simulatione instrumenti, qđ potest fieri etiam per testes. d. §. quod ferè.& C. plus vale. quod agi, quàm quod simu. conci. per totum,& est glo. ordi. hoc decidens in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid.& hoc est veritas, vt etiam dixi. ff. eo. in l. cum de ætate. quicquid glo. dicat in d. l. generaliter. ita no. hunc tex. quia videtur facere ad id, quod dicit Innoc. de confessione facta extra iudicium, vel corā incompetenti, &c. de quo per eundem extra de elec. in c. per inquisitionem. & de succes. ab inte. in c. cum dilectus. ¶ Demum quia. ff. dixi, quòd quando confesfio emittitur ad liberandum, non requirit causæ adiectionē, per l. tale pactum. in princ.& alia iura. ff. alle
6 ga. ex hoc sumitur, argu. † quòd in ea non requiratur insinuatio; quia si esset donatio, esset causa,& sic non lis diceretur sine causa. Item quia sola causa donationis requirit insinuationem. l. contractus. C. de fi. instru. sed hic nulla est causa, ergo insinuatio nō requiritur. Ita arguit But. Sed in oppositũ facit; quia si est mera liberalitas, ergo necessariò sequitur, q; est donatio tacita, & tacita donatio ita requirit insinuationem, sicut expressa. Præterea gloss. dicit alibi
7 † quòd liberalitas gratuita dēt insinuari, si excedat legitimam summam, ita no. in l. 1. §. 1. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol.& in l. si quis obligatione. de regu. iur. & hoc p dicta iura videt̄ verius, quod tene mēti. ¶ In gl. scilicet debitor promittendo ibi [respōdeo,& tūc debet stari]&c. No. ex ea, quòd vbi quis ex causa legitima confitetur se aliquid debere, licèt non promittat reddere: tamen tenetur, & est no. quòd ex ista confessione oritur actio, licèt sit species probationis, quod est speciale, cum regulariter ex nulla specie probationis oriatur actio, excepta confessione, & iuramento. Ita not. glo. fin. in l. sed & si possessori. §. fin. ff. de iureiu. quæ non est alibi. ¶ In ead. ibi [respondeo, non valet] & potest esse ratio; quia inter absentes non potest contrahi obligatio, nisi per nuncium, vel epistolam, vt not. ff. de contrahen. emp. in l. 1.& idem, quod hic, tenet gl. extra de confes. in c. ex parte.& ibi hoc tenent Cano. Sed Pe. in hoc articulo aliter videtur sensisse, videlicet, quòd si confessio tendit ad liberandum, requirat partis præsentiam; quia dispositionem inducit, & sicut aliæ dispositiones, sic & ista requirat præsentiam partis. d. l. tale pactum. in prin. ff. de pac.& ff. de dona. l. nuda. & de solu. l. si cũ Corneli⁹. quod est verum quantum ad actum dispositiuum. Sed si tendat ab obligationem: tunc non requirat præsentiā partis; quia dispositionem non inducit. Ita refert Cin. C. de nō nu. pec. in l. generaliter. in 4. q. vbi de hoc vide latiùs, opi. tamen glo. communis est. ¶ In glo. not. exigi probatur in scriptis. ibi [l. 4.] Casus autem plures, in quibus requiratur scriptura, dicā. ff. tit. 1. in l. 2.& ibi dabo remissiones. ¶ In ea. ibi [aut ad obligandum.& l. in contractibus.] dic in hoc, quòd glo. facit differentiam, an confessio emanet ex causa mutui, an ex alia causa. dicit Butr. quòd malè dicit; quia. l. in contractibus. loquitur in confessione facta de præterito: quo casu præiudicat secundùm tempora il-
8 lius. l. † Sed si fiat de futuro: tunc non præiudicat statim, sed demum post biennium, est ratio differentiæ; quia quādo confiteor ex causa de præterito, non speratur aliqua numeratio fienda, nec nouus spectatur cōsensus: sed cum purè obligatus sum, habeo tm̄ exceptionē doli perpetuam, probando simulationem, vel aliud. Sed quando confiteor ex causa de futuro, sum obligatus sub cōditione vsque ad biennium,& habeo exceptionem non numeratæ pecuniæ vsque ad illud tempus tantùm. Et ratio, quare hoc casu habeo solùm exceptionem vsque ad biennium, sed superiori casu perpetuò, est; qa isto casu ē in potestate rei exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere; quia est contra cōmunem regulam exceptionum. d. l. in contractibus. ideo nimirũ si excludatur biennio. plus dicit, quòd non putat, quicquid dicat glo. quòd post biennium vllo modo possit opponi exceptio non numeratæ pecunię; quia creditor nō agit ex numeratione, nec dicit se numerasse: sed agit ex obligatione verborum: sed superiori casu non est in potestate rei excipere secundùm communē regulam. l. petendæ. C. de tēp. in inte. rest. peten.& ideò habet exceptionē doli perpetuam. ¶ In ead. ibi. ff. de interro. act. l. 1. dic, vt
9 ibi in vlt. glo. no. † Tamen circa stipulationem, an valeat, dic, aut stipulatio est facta prætextu causæ improbatæ à iure,& non valet, probat. ff. de pact. in l. iurisgentium. §. si ob maleficium. aut est facta prætextu causæ inualidæ, puta ex causa nudæ obligationis præcedentis, &c.& tunc p stipulationem validatur causa,& valet. l. ex placito. C. de

re.permu. Aut eſt habitus reſpectus in ſtipulatione ad cau
ſam,quæ putabatur ſubeſſe,& non ſubeſſe,& non valet, l.
iuriſgentium.§.ſed cũ nulla. Aut nõ eſt habitus reſpectus
ad illam cauſam:& tunc aut fit ex certa ſcientia,& præſu-
mit cauſa donationis.l.Cãpanus ȷ̃.de ope. li.& de re.iur.
l.cuius per errorem. aut ſi per errorẽ,& non valet.l. 2. §.
circa. ȷ̃.de do.exce. In dubio præſumitur erraſſe,& ſic ſti-
pulatio non valet, cum nemo præſumatur ſuum iactare,
vt hic, niſi qualitas perſonarum, & quantitas pecuniæ in-
ducat præſumptionem donationis, vt in ſimili tetigit glo.
in l.cum quid.ſ̃.ſi cer.pet. Vbi ex iſtis deprehenditur do-
natio, & non mutuum,l. quæ dotis. ȷ̃. ſolut. matrimo. &
probatur.ȷ̃.de do.inter vi.& vxo.l.ſed & ſi ſeru⁹ commu-
nis.vbi caſus.

ADDITIO.

a ¶In iudicio. Adde,quid ſi fiat corã arbitro, vel arbitrato-
re ſine cauſa,an valeat,Alex.in conſ.13.incip. Ex his, quæ
in themate. in 1. volu. Sed quando cauſam continere di-
catur, vide eundẽ Alexan.in conſi. 83. incip.In cauſa, &
lite.in 1.volum.

Ex l.Procula.

SVMMAE.

1 *Fideicommiſſum quando videatur tacitè remiſſum.*
2 *Frater habens bona indiuiſa communia cum ſorore,ſi dotet eã de talibus bonis indiuiſis,an videatur donaſſe.*
3 *Legitima non tollitur, niſi ſpecialiter ex certa ſcientia remittatur.*

L. Procula. ¶Ex coniunctione perſona-
rum,& omiſsione proprij iu
ris,præſumitur eius remiſsio.h.d.no. Et dicit Butri.hic no.
mirabilem præſumptionem remiſsionis,quã inducit hęc.
1 l.¶No. ergo, † quòd ex computatione rationum ſæpius
facta,& ex ceſſatione longi temporis,& taciturnitate fidei
commiſsi,videtur fideicommiſſum tacitè remiſſum, quo-
rum,ſi quod defecerit,non inſurgeret hæc præſumptio.Ita
no.ȷ̃.de ali.& ciba. lega. in l. libertis, quos §.1. vbi glo.
& ſic hãc. l.declarat.etiam Bar. Adde tamen,ꝙ aliud hic
concurrit, ſcilicet perſonarum nimia proximitas, vt hic
patet,& hanc l.vide per glo.alleg.in l.quæ dotis.ȷ̃.ſol.ma
trimo. ¶ Item no.hanc l. per quam quidam dixerunt, vt
2 Mart.de Fano. quòd † ſi frater habebat cum ſorore bona
communia pro indiuiſo, & eam dotauit de talibus bonis
indiuiſis,quòd frater videatur donaſſe,ad quod etiam fa-
cit l.Aurelius.§.Titius teſtamento.de libe.leg. Alij tamen
contrarium dixerunt, de quibus per Cin. plura. C. de do.
promiſ.in l.fi.in 3.q.tangit etiam in l.1. §. accedat. C. de
rei vxo.act.vbi non determinat:ſed in d. l.fi.concludit eſſe
tutius,quòd frater proteſtetur, ne contra eum ſurgat ali-
qua præſumptio donationis. ¶ Itẽ ad hanc. l.adde quod
Guil.not.ſ̃.de tranſa.i l.de his.vbi no.dicit, ꝙ ſi fratres ma
ritant ſororem, cui erat relictum pro dote in teſtamento
paterno, & ſoror vocauit ſe contentam, & abſoluit eos
pro eo,quod erat in teſtamento relictum,quòd non obſtã
te generali remiſsione, ipſa ſoror poſsit agere ad ſupple-
3 mentum legitimæ.† Nam ſecundũ eum,eius legitima non
tollitur,niſi ſpecialiter ex certa ſcientia remittatur.primũ
probat l.ſi quando.in fi.C. de inoffi.teſta.Secundum pro-
bat,arg.d.l.de his.ſ̃.de tranſa. Et ideo eſt conſiliũ,ꝙ quan
do ſorores renunciant fratribus, quòd faciant fieri ex-
preſſam mentionem de legitima. ¶ In gloſſ. vna ibi. [l.
Lucio] Sol.vt not. & de alimen. & ciba. lega. in l. liberti.
la 2. §.1.

Ex l. Qui teſtamentum.

SVMMAE.

1 *Teſtator licèt confiteatur in teſtamento ſe debitorem:tamen nõ capiet illud legatarius,vt debitum,ſed vt legatum.*
2 *Bona,quæ aliquis habuit à concubina ſua,tenetur reddere eius filio naturali.*
3 *Donatio facta inter probibitos,nunquam præſumitur facta in cauſam piam.*
4 *Filius naturalis, vel ſpurius nõ prohibetur ſuccedere fratri ſuo pupillo ex indicio patris.*
5 *Filij naturales, vel ſpurij an ſuccedant ſibi inuicem ab inteſtato,ſi ſint nati ex diuerſis matribus.*
6 *Nepos ex filio naturali,vel ſpurio an ſuccedat matri.*
7 *Filius ſacerdotis, vel alterius exiſtentis in ſacris, an ſuccedat matri,& nu.8.*
9 *Vir ſi confiteatur ſe recepiſſe dotem,an videatur feciſſe in fraudem.*
10 *Pater qualiter poſsit inſtituere filium extraneum.*
11 *Baſtardi,ſiue naturales,& ſpurij non dicuntur de domo nobilium.*

L.Qui teſtamentum. ¶ Con-
feſsio, q̃
emanauit inter prohibitos,eſt prohibita,& præſumitur ſi-
mulata,& in fraudem legum facta.h.d.caſus no.¶ Vel ſic
& magis ad literã.Si aliquid legatur prætextu debiti,pro-
bato debito,peti poteſt vt debitum,ſed debito non proba
to,valet ſolùm,vt legatum,niſi ſit relictum non capaci, vt
in caſu iſto.h.d.ad tex.¶ Nota primò caſum probantem,
1 † quòd licèt teſtator in teſtamento confiteatur ſe debere
rem:tamen illud non caperet legatarius, vt debitum, ſed
vt legatum,niſi probet eſſe debitum,vt hic,ad idem de li-
be.lega.l.legatum. quæ loquitur,quãdo relinquitur etiam
capaci,quod eſt no. Et ex hoc ſequitur,quòd tale legatum
non capit ante alios legatarios, & quòd de eo detrahitur
Falcidia;ſicut & de alijs legatis:ſecus eſt poſt probationẽ
&c.quia vt debitum petitur.¶ Secundò no. l. quæ videtur
2 probare,† quòd ea, quæ peruenerunt ad aliquem de bo-
nis concubinæ ſuæ, tenetur reddere eius filio naturali,
Illud enim erat illud debitum, quod teſtator dicebat ſe
agnoſcere,de quo loquitur hæc l.¶ Tertiò no.hanc l. quæ
3 videtur probare, † quòd inter prohibitos nunquam præ-
ſumatur fieri in piam cauſam: ſed potiùs præſumantur,
verba in fraudem appoſita, vt ſi dicat, dono, vel lego tali
ſpurio amore Dei, intelligo etiam in cõtractu inter viuos
per id,quod ſtatim videbitis in glo. Et ideo licèt per ſtatu
tum loci contra talia ad pias cauſas relicta nil poſsit op-
poni:tamen hoc bene poterit opponi, ſcilicet quòd præſu
matur in fraudem; quia talia verba appoſita, quæ ſonant
in piam cauſam,adiecta videntur in fraudem,vt hic; quia
hoc faciet vobis honorem,credatis.¶ Ad fi.primæ glo. li-
cèt autem naturalis, vel ſpurius prohibeatur ſuccedere pa
4 tri,vt in gloſſ. iſta: † non tamẽ prohibetur ſuccedere fratri
ſuo pupillo ex iudicio patris,caſus eſt no.ȷ̃.de vul. & pu-
pill.in l.ſi is,qui ex bonis, quæ loquitur in naturali, & de
ſpurio.no.glo.in Auth.qui.mo.na.effi.ſui.§ fi.Cui autem
deferatur id,quod naturalis non poteſt capere.no.C.de ſe
cun.nup.in l.1.& Bar. examinat pleniùs in quodã ſuo cõſ.
5 quod inci. Dominicus de Spoleto.¶ Item † an naturales,
vel ſpurij ex diuerſis matribus ſuccedant ſibi ad inuicem
ab inteſtato,vide gl.fin.tenentem,quòd non,in l.hac par-
te.ȷ̃.vnde cog.Adde, quid de nepote legitimo ex filio na-
turali,vtrum poſsit auo ſuccedere in vniuerſum ex teſta-

mento,casus est no.C.de natu.lib.§ l.fi. Et tamē non est in
potestate aui paterni,vt ibi probatur,& s.māda.l.Lucius.
imò & tutela talis nepotis non pertinet ad ipsum auum
paternum, vt probatur in d.l. Lucius. facit l. fin. in fin.
C.quando mu.offi.tu.fun.poss. ¶Itē adde,quid de nepo-
te naturali, vel legitimo ex filio spurio, an possit succe-
dere auo, & dic, quòd ei non succedit, nec ex testamen-
to,vel ab intestato, cum pater eius non faciat ei stipitem;
quia natus est de damnato coitu, & hoc tenuit Odof. &
tangit Cin. in d.l. fi.ff.de na. libe. vbi gloss. hoc dubium
non terminat, circa quod vide Barto. in l. Gallus.§.quid
6 si is.ff. de liber. & posthum. ¶ Item † quid de nepote ex
naturali filio,vel spurio,vel ēt de nepote ex spurio ex filio
legitimo, an possit matri succedere,sicut succedit fili' spu
ri',nisi mater esset illustris. l.si quæ illustris. C.ad Orficia.
& ad hoc tenuit Odof. quòd succedat secundùm Cin. in
d.l. fin. de quo etiam gloss. dubitauit, & pro hoc Instit.
ad Orfi. in fin. & ff. vnde cogna.l. 1. quod intellige,dum-
modo talis filius spurius non sit natus ex damnato coitu.
7 ¶Quid † autē in filio sacerdotis, vel alterius existentis in
sacris, dic, quòd talis non potest succedere matri, cum
dicatur incestuosus. Ita not.gloss.in l.2.C.de epi.& cler.
in gloss. ante concepti. & de tali filio vide gloss. in Au-
then. qui. mo. natu. effi. sui. §. penul. colum. 7. Simili-
ter nec etiam patri potest succedere,vt dictis iuribus, fa-
cit. C. de ince. nup. l. qui contra. & l. si qua incesti. & in
Authen. ex complexu. Nec potest aliquid eis dare,
aut donare, & si quid dederit, legitimæ soboli, aut fra-
tri,aut sorori reddetur. C. de na. libe. l. 2. & sic est prohi-
bita donatio, & legatum: sic nec poterit ei aliquid in do
tem dare, & ita Barto. consuluit in d. consil. ¶In gloss.
idem si nihil poterat.ibi [respondeo secus] quia in vltima
voluntate] &c. No. istam gloss.contra eam tamen dispu-
tando tenuit Iaco. de Beluis. cuius opin. Barto. sequitur
8 in d.l. si is, qui, ff. de vulg. & pupillar. † Ex eo quia eo
ipso, quòd spurius reperitur possidere bona paterna,præ
sumuntur alienationes factæ in fraudem. C. de na. libe.
l. 1. bene facit l. 3. ante fin. eod. titu. & l. 1. & 2. C. de
repu.hæt.& ff. de acqui.hære.l.si is,qui bonis.præsumitur
ergo faciliùs fraus commissa in contractibus,quàm in vlti
mis volūtatibus.l.ex hoc edicto.§.sed hæredem.ff.de alie.
iud.mu.cau.fa. & cum hoc transeo; quia videtur iustius.
Et hoc puto verum indubitanter in his, quæ habent perpe
tuam causam prohibitionis,cum quibus semper præsumi-
tur fraus,vt hic probatur: secus ergo videtur,si non habēt
9 perpetuam causam prohibitionis; † vnde si vir constante
matrimonio confiteatur se dotem recepisse, non videtur
præsumenda fraus, etiam si constante matrimonio fiat
hæc confessio, vt dixi, pro hoc. ff. de iu. doti. l. si ego. §.
1. & quod not. gloss. in l. cum hic status. §. circa. & l.
quod autem. §. eleganter. ff. de don. inter vir. & vxor.
circa quod cogita, & vide Cin. in Authen. sed iam ne-
cesse. in fin. C. de do. ante nup. & quod Barto. tangit in
l.si constante.in princip.ff.solut.matrimo. ¶In ead.in fi.
ibi. [§.Lucius.]Not. hanc gloss. ex qua habemus, quòd
sicut in donatione omnium bonorum fraus præsumitur,
vt in §.Lucius.hic alle. ita & in alienatione non gratuita,
vt vēditione, facit.ff.eo.l. patronū.& quod ibi no. & quod
videtur tenere Ci.in l.1.C.si quid in fra.pa.in magna disti.
84.Quid aūt si vendidi omnia bona mea,nō sub ista appel
latione omnia,sed singulariter illam,& illā rem, ita quod
nihil mihi remansit,an habeat locum præsumptio,de qua
in d.§. Lucius.vide tex.cōiuncta glo.in l.nomen.§.filio.ff.
10 de leg.3.vbi videtur,quòd sit idem.¶† Demum ad mate
riam huius l. aduerte,quod ad hoc, vt pater possit filium

spurium instituere,ita quòd in toto tempore vitæ suæ habe
at hæreditatem, reperitur Ia. de Are.consuluisse, quòd
eum instituat sub hac conditione,cum ei licitum fuerit ca
pere,vel cum à Principe fuerit legitimatus,& si contigerit
eum non fieri capacē toto tempore suæ vitæ,substituat fi
lium ipsius spurij natum,vel nasciturum,vel alium ei' ami
cum, & interim ipsum spurium det curatorem bonis suis,
& sic eueniet, quòd spurius toto tempore suæ vitæ admi-
nistrabit,licèt non fiat capax, & interim alius non admit
tatur, Authen. vt dic.ma. & auiæ. §. 1. & post mortem
suam admittetur substitutus: nec interim eo viuo erit
hæres, scilicet substitutus ille; imò tenebit illa bona;
vt curator, vt quidam habent per Iac. de Are. in l. liber-
tas testamento dari. ff. de manumis. testamen. aliquid in l.
in tēpus. ff. de hæred. institu. ¶Alius modus instituēdi tra-
ditur per Dyn.scilicet,quòd pater faciat filium suum spu-
rium contrahere societatem omnium bonorum cum quo
dam amico,postea illum amicum suum hæredē instituat;
nam propter personam illius capacis scilicet amici,spuri'
ipse(licèt incapax) ad capiendum admittetur. Ita consul-
uit per casum l. si is, qui duos. ff. de liber. legat. coniun-
cta l. 3. §. 1. ff. pro so. vbi omnia communicantur,&c.pro
quo facit; quod not. gloss. in l. 3. ff. de leg. præstan. bono.
possess.contra tabu. petita.super ver. portio.& adde, quod
idem Dyn. tangit in dubio, quomodo pater possit relin-
quere, in l. ita fidei. §. 1. ff. de iure fisci.vbi etiam Bar. ali
quid, & latiùs in l. fin. ff. de his, qui. vt indi. vbi vide; ibi
enim tenet, quòd filiæ etiam spuriæ pater possit relinque
11 re pro dote. ¶ Vltimò adde prædictis,† quòd bastardi,
siue naturales,& spurij non dicuntur de domo nobilium,
siue loquamur in fauorabilioribus,siue odiosis.& ita con-
suluit Dyn. qui dixit, quòd nullam agnationem, vel co-
gnationem habent ex parte patris. ff. vnde cogna. l. si
spurius. & illum text.allega. cuius consi. incip. In Christi
nomine amen. Diligenter considerata, &c. ad hoc facit,
quod no.in simili.in Cle. 1. de baptis.Et in spurijs, quòd
non participēt de honore parētum, nec appellandi sint de
domo,no.Bal.in l.ex libera. C. de suis, & legi.ex quo ibi
infert, quòd si non continentur ipsi bastardi, multò mi-
nus & nepotes,& legitimi ex bastardis; quia nulla conse-
quentia potest esse bona legitima ex illicito nascendi prin
cipio, & radice corrupta. C. de natu. lib. l. fin. pro hoc
bene facit quod dicunt Canon. quòd ex infecta radice
fructus non producūtur, & non bono peraguntur exitu,
quæ malo sunt inchoata principio. 1. quæstio. 1. c. prin-
cipatus. & c. vulnerator. Nec in hoc iuuat aliquid no-
bilitas matris; quia eius nobilitas non consideratur,
sed patris.l.cum legitimæ.ff.de statu hom.quia de his sum
contentus.

Ex l. Si arbiter.

SVMMAE.

1 *Actor debet probare duo in actione aquæ pluuiæ arcendæ.*
2 *Testis non est necesse,quòd deponat de tempore,quando nō agi tur principaliter de probando tempore.*
3 *Testimonium de auditu admittitur in casu.*
4 *Innocentia quomodo probetur.*
5 *Testis deponens de fama,quid debeat deponere.*

L.Si arbiter. ¶Memoriā stare probatā per
visum,& auditum,sed memo
riam non stare probatur per communem opin.quòd non
extat aliquis,qui viderit,vel audiuerit,h.d.¶ Vel sic. Sicut
agens

agens aquæ pluuiæ arcendæ ad eius victoriam debet duo probare, scilicet opus manufactum, & operis extare memoriam absque aliqua probatione diei, vel Consulis; ita econtra reus, si vult absolui, debet duo probare, scilicet nō extare memoriam operis facti, & quòd omnium sit opinio operis facti memoriam non stare. hoc dicit ad plenū, & duo facit. Primò enim declarat, quid probare debeat actor, vt obtineat in actione aquę pluuiæ arcendæ. Secundò quid reus, vt absoluatur. secunda ibi [sed cū omnium.]

1 Et pro euidentia huius l. præmitte, † ꝙ in actione aquæ pluuiæ arcēdæ debet actor duo probare, scilicet opus manufactū, & quòd memoria extat inchoati operis, & potest agere; quia in futurum timeat sibi dannum ab aqua pluuia inferri: reus verò ad sui defensionem habet remouere vnum illorum tantùm, scilicet probando opus esse naturale, vel memoriam non extare, & alterum probare ei sufficit; nam hoc est regulare, ꝙ vbicunque actor ad sui intentionem habet plura probare, reus vincit, si vnum illorum tantùm excludat. Ita dicit Roffre. in materia actionū secundùm Butri. qui eum alleg. Secus autem esset, si plura proponerentur, quorum quodlibet sufficeret ad fundandam intentionem actoris; nam tunc sufficit alterum tantùm probari, secundùm not. ꝟ. de rei vend. in l. Diuus. & probatur extra de præbē. in c. cū iam dudum. imò est ibi

2 casus. ¶ No. primò, † ꝙ quando principaliter non agitur de probando tempore, non est necesse, quòd testis deponat de tempore, de quo tangitur C. de testibus. in l. testiū. & dicetur in l. ob carmen §. si testes. inf. de test. ¶ †Se

3 cundò nota casum, in quo admittitur testimonium de auditu, imò etiam testis deponēs de auditu, auditus probat, & est speciale secundùm aliquos in hoc iudicio aquæ pluuiæ arcendæ scilicet memoriam extare, vel non extare. alij tamen contra, de quo. ꝟ. super glo. dicam. ¶ Item no. ꝙ memoria probatur per non visum, & non auditum, quādo concurrit communis opin. quòd non vidit, nec audiuit, qui viderit, vel recordetur opus factum &c. ¶ Item not. tex. qui videtur probare, quòd possit probari mera negatiua, scilicet memoriam non extare. Sed Butrig. dicit, quòd ista est potius affirmatiua: quia probatur, ꝙ omniū est opinio memoraim non extare, circa quam probationē vide Inno. ext. de verb. sign. in c. veniēs. & i c. quid per nouale vocabulum. & Io. An. de præscrip. i c. 1. i vlt. glo. in 6. vbi etiam notanter dicit, ꝙ si vterque probauit, præferuntur testes magis idonei, & qui dicunt aptiora, & sic præferuntur, qui dicunt se vidisse contrarium, quia asserunt af-

4 firmatiuam, quod no. ¶ Et ex his † collige formam probādi innocentiam; nam debet articulari de publica voce, & fama, quòd talis sit innocens, & quòd delictum non cōmiserit, & sic est affirmatiua, quia dico eum innocentem, & in hoc vide Bar. in l. 1. §. idem Labeo. ꝟ. de aqua plu. arcend. & talis probatio fiet per auditum, cum veritas non possit aliter melius percipi, quàm per auditum; vnde si ꝑ statutum de maleficio cōmisso post sonum cāpanæ iudex potest inquirere, vt est hic, testis dicens scio, quòd talis cōmisit homicidium, quia vidi, bene probat delictum: sed non probat illud commissum post sonum cāpanæ; & ideo iudex non poterit inquirere, nisi testis dicat [audiui sonū campanæ, & post sonum vidi Titium committere maleficium.] ¶ Item not. tex. ibi: [sed cū omnium] est hæc opi.

5 † nam videtur probare, quòd sufficiat testem deponentē de fama dicere maiorem partē populi hoc dicere, & hoc videtur tenere glo. in l. 3. §. eiusdem. ꝟ. de testi. sed certè, quia oporteret, quòd testis deponat aliquid, qd ex sensu percipiat corporeo. l. qui testamento. §. fin. ꝟ. de testa. & not. Inno. d. e. sti. in c. cum causam. oportet, ꝙ reddat causam dicti sui, scilicet dico maiorem partē populi hoc sentire; quia audiui maiorem partem populi hoc dicere, & ita debet intelligi hæc l. & quod no. Innoc. de ver. sign. in c. veniens. aliàs tenet, ꝙ non esset probata fama; nam maiorem partem populi hoc sentire, posset comprehendi ex alio, quàm ex voce, & sic non esset fama, probatur in l. Labeo. ꝟ. de supel. leg. & hoc tenuit Bar. i materia famæ in l. de minore. §. tormenta. ꝟ. de quæstio. circa quod adde qd dicam in d. l. 3. §. eiusdem. ꝟ. de test. ¶ In glo. magna, quæ incip. idest iudex ordinarius. circa fi. ibi [sed certè] imò nō videtur speciale hæc pars, ꝙ non sit speciale in actione ista aquæ pluuiæ arcendæ, tenuit Butr. qa semp debet admitti illa probatio, per quā melius colligitur id, de quo agitur; cū ergo memoria melius per auditum colligatur, quàm per alium sensum; ideo eius testimoniū excipitur, & ideo cum testis deponeret, quòd 15. die mensis fuerat, & interrogaretur, quomodo sciret, quòd esset. 15. die, respondeat, quia habeo menti, id est memorię. Certè dicebat eum bene deponere, quia per alium sensum corporis non potest colligi, quot dies mensis sint elapsi, nisi per memoriam, circa hoc tamē vide quod Cin. not. C. de test. in l. testium. & per Inno. extra de testi. in c. cum causam. communis tamen opin. est, quòd sit speciale. ¶ In ea. ibi. [c. super] 35. q. 7. c. de parentela. & ext. de testi. c. licèt ex quadā. in princ. ¶ In ead. ibi [per consilium] scilicet per dictam decret. licèt ex quadā. quia hodie vsque ad quartum gradum prohibetur matrimonium. c. non debet. ext. de consanguin. & affin. ¶ In ead. ibi. in fin. [sed si non cōstet manufactum.] Nota hanc singula. glo. secūdùm Ray. quòd qui dicit vnum, videtur dicere omne id, per quod peruenitur ad illud, ad quod facit. ꝟ. de acquir. hæred. l. illud. ¶ Vltimò ad hanc legem, & prædicta vide quod tangit Inno. in c. fin. ext. de iur. calum.

Ex l. Imperatores.

SVMMAE.

1 *Per epistolam probatur quasi filiatio præsumptiuè, sicut per publicum instrumentum.*

L. Imperatores. ¶ Per epistolā probatur quasi filiatio, scilicet præsumptiuè, sicut per publicum instrumentum.

1 hoc dicit tex. cū glo. ¶ Vel sic. † Scriptura priuata facit semiplenam probationem, & sic cum alijs adminiculis probat, hoc dicit secundùm communem intellectum, & communem modum allegandi, circa hunc casum vide quod not. Inst. de inge. in fi. ¶ In glo. sed non multùm. in fin. ibi [semiplenam] & hoc est verius secundùm Butr. & Doctor. circa hanc tamen probationem, & eius officium vide omnino quod dixi sup. eod. in l. quidam. & adde Inno. qui fil. sint legi. in c. transmissę.

Ex. §. Mulier grauida.

SVMMAE.

1 *Matris assertio super filiatione non praiudicat filio.*

2 *Familiares expulsi à domo non admittuntur ad testificandum contra dominum.*

3 *Patris professio an noceat, vel prosit filio.*

§. Mulier grauida. ¶ Turbatio matris non præiudicat

dicat filio, ita potest allegari. ¶ Vel sic. Vxor, quæ est prægnans, præsumitur ex marito gravida, non obstante eius assertione contraria. h. d. quò ad literam. ¶ Not. ergo,
1 † quòd assertio matris super filiatione non præiudicat filio, & sic facit ad no. per Cin. in l. si vicinis. C. de nup. vbi vide. ¶ Not. hic in fi. nam inducitur per Butri. contra fumantes, qui faciunt venire matrem coram iudice, & dicere ei, quasi in præsentia, quòd iste non fuit filius fumantis mariti sui, sed presbyteri, & sic non debet, vt fumans reputari; nam re vera hoc sibi non prodest, vt hic probatur.
2 ¶ Tertiò no. hanc l. quia facit in argu. † quòd familiares expulsi à domo non admittuntur ad testificandum contra dominum; quia præsumuntur testificari ex ira, & odio, de quo tangitur per Ia. de Arc. in l. etiam. C. de testi. demum
3 quia hæc l. loquitur in professione matris, † adde quid de professione patris, an noceat, vel prosit filio, de quo per Bar. in l. 1. ff. de libe. agno. certè multò minus nocet; quia minùs notitiam habet pater, quàm mater de partu.

Rub. De fide instrument.

SVMMAE.

1 *Instrumentum sumitur pluribus modis.*

IN fi. glo. Rubricæ. ibi [quàm per vocem viuam fit] dic fortè ex eo, quia probatio per scripturam meliùs retinetur memoriæ. Vel quòd dicit hic glo. intellige verum in casibus, in quib⁹ scriptura requiritur, qui no. s. de pig. in l. contrahitur. & alios plures addã. ff. eo. in l. 2. ¶ Demum pro euidentia tituli
1 præmitte, † quòd appellatio instrumenti est generalis, quia multa cõtinet, vt hic, & in prin. l. no. Sed in hoc titulo sumє instrumẽtũ pro chartis, vel scripturis, nõ alio modo.

Ex l. Instrumentorum.

SVMMAE.

1 *Significatio propria an assumatur ab allusione vocabuli, & nu. 2. & 4.*
3 *Argumentum ab allusione vocabuli, an valeat.*
5 *Vsus communis loquendi non potest alterare proprium significatum rei.*
6 *Exceptiones quæ possint opponi contra instrumentum.*

L. Instrumentorum. ¶ Instrumentum secundùm etymologiam vocabuli comprehendit omne genus probationis, ex quo instrumentum in hoc articulo sumitur pro publica charta tantùm. hoc dicit. ¶ In text. ibi [instrumentorum] in quorum confectione debet apponi dies, & locus, vt no. in Authen. qui. mo. natu. effi. legiti. §. illud. & in Authen. vt præpo. no. impe. in princip. & §. si qua. & ibi per Iaco. de Beluis. qui exprimit omnia, quæ requiruntur, & per Ci. in l. si qua. C. de diuer. rescr. tangitur etiã. C. de conue. fi. debi. in l. 2. li. 10. & in c. abbate. ad fi. de reg. iu. in 6. vbi gl. ord. Io. An. Circa tamẽ eorũ solemnitatem conclude attendi cõsuetudinem loci, vbi fit, vt no. in §. fi. in Auth. vt præpo. no. impe. facit. C. de testa. l. si non speciali. & l. 2. C. quemad. te. ape. ¶ Not. hunc text.
1 † quia allegatur, quòd ab allusione vocabuli sumatur propria significatio, & sic facit ad quæstionem statuti dicentis, quod producens falsum instrumentum debeat puniri, scilicet, quòd producens falsum testem etiam debeat puniri; nam statutum secundùm suum proprium significatũ sumitur ab etymologia vocabuli, vt. ff. de verb. signifi. in l. pupillus. §. in territorium. vt appellatione instrumẽtorum continenє testes, vt hic, & de testibus cogẽdis. c. peruenit. ergo, &c. Sed certè hoc nõ est verũ, nec hæc l. hoc probat; quia loquitur impropriè. Nec obstat ratio supradicta, qđ
2 verum est, † quòd proprium significatum sumitur ab etymologia, nisi repugnet definitio, vel modus loquendi, qui est seruãdus, l. Labeo. ff. de sepul. lega. & ita est hic; quia instrumenta appellantur solũ chartæ publicæ, & ita fuit hic
3 de facto iudicatum, secundùm Butri. ¶ De hoc tamẽ † an arguatur ab allusione vocabuli, & an ex ea sumatur propria significatio, vel non, vide per Bar. tactum in l. 2. §. appellata. s. si cer. pe. & l. 1. ff. de fur. & l. 1. ff. de testa. & latiùs in repe. l. oẽs populi. in q. illa de interpretatione declaratiua, quomodo in statutis cadat. s. de iust. & iur. ¶ Et ex his potest inferri ad dubiũ, an appellatione filiorum cõtineãtur nepotes ex propria significatione. & But. disputans te-
4 nuit, quòd sic. † Nã propria significatio sumitur ab etymologia, vel allusione vocabuli, vt hic, & in d. l. 2. §. appellata. & l. pupillus. §. territoriũ. ff. de ver. signi. sed secundùm allusionem appellatio filij comprehendit nepotes, quia filius dicitur à philos, quod est amor: quia amor est in nepotibus. l. liberorũ. ff. de verb. sign. ergo &c. Præterea gl. Inst. qui da. tu. pos. in fi. dicit, quod leges, quę dicunt, quòd appellatione filiorum non continentur nepotes, loquũtur secundùm communem vsum loquẽdi: sed communis vsus loquendi non est intellectus proprius, sed figuratus, & interpretatus, l. cum delationis. §. asinã. ff. de fun. instru. & l.
5 Labeo. de sup. lega. ergo &c. Præterea † communis vsus loquendi non potest alterare proprium rei significatum. l. 2. s. de vsufru. ea. re. quæ vsu. consu. ergo remanet, quòd nepotes ex propria significatione comprehendantur, secũdùm eum, pro quo facit bene tex. in d. l. liberorũ. in princ. ibi. vbi continentur. Contrarium tamen tenuit Dy. in l. iusta. in eo. tit. de ver. signi. & Bar. in d. l. liberorum. vbi con-
a cludunt, quòd ex interpretatione tantùm: a quod est vtile scire propter statuta. ¶ Vltimò, quia hic loquitur de instru-
6 mento, si per statutum prouidetur, † quòd cõtra instrumẽtum nõ possit opponi, nisi exceptio solutionis, & falsitatis, an aliæ similes opponi possint, vide qđ no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. qđ vi, aut clã. & Ci. tãgit C. de adul. i l. ita nobis pudor. quib⁹ adde illã sing. gl. extra de seque. pos. & fru. cle. 1. vbi dicit, ꝙ semper exceptio nullitatis opponi põt, licèt per statutum omnes aliæ remoueantur, & loquitur ibi de incõpetentia iudicis.

ADDITIO.

a ¶ Ex interpretatione. Adde ad hanc materiã Pau. de Cast. in cons. 97. inci. Ne improprijs vtamur. ver. & cõstat, quòd appellatione. in 2. vol. vbi determinat, an nepotes veniant ex proprio significatu, vel an ex interpretatione, & quãdo appellatione filij veniat nepos, vide Bal. in cons. 56. in 1. parte. & in cons. 362. in 4. parte. vers. Quid in testamentis; & quid in substitutione. & nunquid in dispositione testatoris instituentis, appellatione filiorum veniant nepotes, vide Alex. in cõs. 110. inci. Visis verbis. in 1. vol. per totũ cons. & in cons. 26. inci. videretur. in 3. vol. per totũ cons. Et nunquid dispositio loquens de filijs comprehendat nepotes, & quando appellatione filiorum veniat fœmina, vide Alex. in cõs. 49. incip. Inuocato diuino suffragio. in 4. uol. per totũ. cons. Et quid in materia feudali, an ueniant nepotes appellatione filiorũ, vide eũdem Alex. in cons. 122. incip. Super primo dubio. in 4. uolum. & in cons. 26. incipien. Ponderatis

deratis his.in 5.uolum.& qui propriè uenire habeant appellatione filiorum,uide Alex.in consi. 229.incipien. Visis codicillis.in 2.uol.

Ex l. Quicunque.

SVMMAE.

1 *Exemplum an probet,deperdito originali.*
2 *Tabellioni non creditur,nisi de gestis tempore confecti instrumenti.*
3 *Aduersarius debet vocari etiam in insinuatione instrumenti, & num. 5.*
4 *Priuilegium,per quod derogatur iuri Episcoporum,non potest publicari coram iudice seculari.*
6 *Priuilegium exemplatum ab exemplo an probet.*
7 *Insinuationis quae sit forma.*
8 *Instrumentum, vel scriptum semel insinuatum, an possit amplius insinuari.*
9 *Instrumentum quomodo reddatur suspectum.*
10 *Tabellio si condemnetur post instrumentum receptum de falso, non praeiudicat habenti instrumentum.*
11 *Sententia lata de falso contra testem non nocet parti.*
12 *Instrumentum à me productum an possim vt falsum impugnare.*

L. Quicunque. ¶ Originalia faciũt fidem,non exempla hoc dicit. concor.ext.eo.c.1.& 2. vbi vide de materia huius l. ¶ In tex.ibi[à fisco] subaudi etiam.q.d.ꝙ nedum à priuato, sed ideo de fisco dicit, quia plus videbatur in eo, cũ habeat alia priuilegia,quàm priuatus.sic ergo no. exẽplo non credi,qđ verum intellige, nisi contra eum,qui dedit exemplum.l.in fraudem.§.neque.ꝭ. de iur. fisc. Itẽ
1 † hoc verum,nisi contra eum, qui producit exemplum,& dicat se originale perdidisse,& probet tunc exemplum facere semiplenam probationem,& sic posset iuramentum deferri, quod est no.C.eo.l.sicut iniquum. quam signa, & Bar.sequitur eam,vt no.in l.admonendi.ŝ.de iureiur.¶ In gloss.tria sunt nomina.ibi[originalia] idem significantia. ¶ In ead.ibi [tria nomina sunt]& etiam idem significãt ista tria. ¶ In ead. ibi[quae non continentur in exemplo]
2 potest addi & alia ratio; † quia tabellioni non creditur, nisi de gestis tempore confecti instrumenti, & sic de his, quae tunc vidit,& audiuit: sed ista,quae fuerunt gesta in alio instrumento, non fuerunt tunc gesta,quando istud,scilicet exemplatum fuit factum.Item nec ab illis testibus visa,ergo istud solùm probat.Item potest interuenisse fraus; quia forte fuit ostensum instrumentum falsum,in quo erat nomen tabellionis mortui, non ergo posset probari suspectum originale per comparationem literarum, si exemplo credatur, ad hoc. l. comparationes. C. eod. & Authent. de fide instrumen.§. oportet.Ita vult But. in dicta Auth.si quis in aliquo documento.C.de ed.¶ In ead.ibi[nisi fuerit officio iudicis publicatum]intellige cõpetentis,vt inf.subdam. ¶ In ead.ibi [& parte aduersa]
3 legitimè citata. No. ergo.†ꝙ etiam in insinuatione instrumenti debet vocari aduersarius. idem tenet hic Butrig. in d.Auth.si quis in aliquo documento. vbi etiam Ci. idẽ propter vitandam praedictam fraudem,de qua nunc dixi. Sic etiam contingit circa testes productos ad aeternam rei memoriam.in Auth.de test.§.pen.C.de testi.Auth.si quis ab aliquo.ꝭ.de aqua plu. arcen. l. in concedẽdo.pro quo satis facit reg.l.de vnoquoq; .ŝ.de re iu.&.ꝭ.de adop.l.nã ita Diuus. & hoc etiam Ci. tenuit. idem tenuit Innoc. in vtroque dicto ext.de testi.in c. Albericus. etiã si tractetur de publicatione priuilegij, vel alterius literae,vt semper citetur cuius interest: facit ad idem quod not.ipse Innoc. ex
4 tra eod.in c.cũ P.tabellio. Et ex his collige,† quòd priuilegium,per quod derogatur iuri Episcoporum,non possit publicari coram iudice seculari;quia nõ potest citare Episcopum,vel alium clericum coram se, vt in Auth statuimus.C.de episc.& cler.& ext.de fo.comp.c.si diligenti.& eod.tit.c.Romana.§.contrahentes.in 6.ergo dicta insinuatio,vel authenticatio reperiretur facta absque citatione,&
5 sic esset nulla. ¶ Vnum no.†ꝙ si producatur priuilegiũ lõgo tempore sumptum de originali,vel exemplo cũ auctoritate iudicis competentis,nõ apparet tamen citatos fuisse citandos, praesumũtur vt citati, vt dispositio potiùs valeat,quàm pereat.Ita tenet Io. An.de testi.in c.Albericus. in nouell.in vlt.gloss.& vide in Specul.hoc eod.tit.§. osten so.vbi de hac q.vers.sed si quis potest.& in tit.de sent.§.vt
6 autem,ver.& no. ¶ † An autem priuilegium exemplatũ ab exemplo probet,ita quòd in iudicio ei fides adhibeatur.& hic videtur casus ꝙ non.& in d.Auth. si quis in aliquo.& extra eod.c.1.& 2.Sol.dic,quòd si citatis citandis debito modo cum causae cognitione, & cum auctoritate iudicis sit sumptum, secundùm praedicta facit plenam fidem;pro hoc videtur casus extra de priuil.c.cũ olim. il:1. inducendo sic,nam parem vim habent testes, & instrumẽta.l.in exercendis. C.eod.Sed certum est,quòd si amissum est priuilegium,& probatur per testes tenor priuilegij bulla,& subscriptio, & quòd ipsum priuilegiũ in nulla parte erat vitiatũ,tale priuilegium debet renouari,& trãscribi, adeo ꝙ sic transcriptum probat,vt ibi;ergo si producatur priuilegium exemplatum ab exemplo, quod exemplum erat sumptum de originali,& sic probat originale sic se habuisse,ergo & ipsum sumptum debet fidem facere, dummodo sit sumptum debito modo,&auctoritate iudicis cõpetentis,vt dictum est. modò consideratis, si ille tex. hoc probat,multi prima facie dicerent contrarium. ¶ Et quia de publicatione,vel insinuatione dictum est,potest dubi-
7 tari,† quae sit eius forma,dic ergo,ꝙ fiet per tres notarios ad minus, quorum primus dicet, ꝙ hoc est exemplum cuiusdam instrumenti sic incipientis,& ponet totum instrumentum de verbo ad verbum, & postea in subscriptione dicet.Ego Petrus tabellio hoc instrumentum fideliter exẽplaui,& exempla vnà cum tabellionibus infrascriptis coram iudice,& testibus diligenter auscultaui, & quia illud inueni concordare cum originali, ideo mandato iudicis me subscripsi,& eodem modo dicet alter tabellio se auscultasse diligenter,&c. similiter dicet & tertius tabellio, & quilibet tabellio faciet mentionem aliorum tabellionum,& testium,& subscribet,& mandabitur per iudicem de caetero fidem adhibendam tali exemplo,& tali instrumento amodo debebit stari,licèt originale non ostendatur,secundùm Docto.communiter.licet quidam aliter dixerint,de quibus vide relatum per Cyn. in d.Auth.si quis
8 in aliquo.in 3.q. ¶ † An autem instrumentum, vel scriptura, ex quo semel est insinuatũ, amplius possit insinuari,communiter tenetur,ꝙ nõ,per l.sancimus.C.de diuer. rescrip. Item & per rationem,quia tempus suppletum nõ recipit suppletionẽ,supra ex qui.cau.ma.l.necnon.§.si qs sępius.ergo nec ista scriptura suppleta recipit &c.¶ In ea. ibi circa fin. [necesse fieri in scriptis] dic,quòd est in casibus not.ŝ.de pig.in l. cõtrahit. & viginti octo casus,in quibus videtur requiri scriptura,vide enumeratos per Ioan. And.de censi.in c. 1. in 6.in glo.quae inc.per catum. ¶ Vltimò ad materiam huius l.sciẽdum est,quòd originali sta
9 tur, vt hic,& C.de proba.l.cum precibus. † Fallit si reddatur

datur suspectum, quod potest contingere vel re ipsa, vt quia rasum in locum, de quo est quæstio, tunc non probat, nisi approbetur. l. fi. C. de edi. Di. Adria. tol. & C. de test. l. si vnus. & ibi no. vel etiam ex persona vtentis, vt qa est vsus producere falsa instrumenta, & tunc ei non creditur, nisi alius non suspectus edat, vel ducat secum, vel se subscribat editioni. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. Potest etiam reddi suspectum ex persona scribentis, & hoc duobus modis, vel quia de præsenti cõuincitur, quòd in hoc instrumẽto scripsit aliquid falsum, & tunc clarum est, quòd nil probat, nec fidem facit, vel quia alias fecit talia instrumenta, & de hoc conuictus, & condemnatus est de falso, & sic non posset scripturam facere, sicut nec testificari. infr. titu. 1. l. 7. §. lege Iuli. facit. C. de hæret. Authen. credentes. in fin. Idem si eius depositio erat notoria. l. 2. §. miles. ff. de infam. facit quod no. Inno. de elect. in c. nihil. vbi ponit de gestis per prælatum depositum: secus si eius depositio foret occulta; nam tunc eius instrumenta tenerent. Ita not. glo. de senten. excommun. in c. decernimus. in 6. quam proh Deo no.

10 ¶ Adde, † quòd si post instrumentum iam confectum tabellio cõdemnaretur de falso, non præiudicaret mihi, vel instrumento meo, nisi forte me sciente, & tacente, fuisset condemnatus; quia de vno tempore præsumptio trahitur ad aliud, vt l. si cui. §. eisdé. ff. de accu. & l. si quis aliquid. C. de susce. & arc. li. 10. Et ex his deciditur, quòd sententia de falso lata contra notariũ non nocet parti, si non fuit citata: & hoc Bart. tenuit in l.

11 3. ff. de præua. vbi vide. Simile dixit Cin. † in sententia lata de falso cõtra testem, quòd non noceat parti. Ita no. per eum in l. 1. C. qui accusa. non poss. Adde prædictis quòd notarius de falso condemnatus poterit rogationes primas in publicam formam redigere, glo. est singu. extra de hære. in c. vt officium. in 6. quam sing. not. Compelletur tamen ad petitioné partis protocollũ producere, vt no. gl. sing. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 2. ff. de eden. & intellige de rogationibus ante scriptis per eum præter illas, de quibus est condemnatus de falso. Nam illud instrumentum nunquam redigit in mundum, tex. probat extra de hæret. in c.

12 fraternitatis. & ibi per Innocen. ¶ Vltimò † adde, an instrumentum à me productum possim, vt falsum impugnare, de quo vide per Bart. tactum in l. post legatũ. §. 1. ff. de his, qui vt indi. & per Inn. extra de censi. in c. cũ olim. & pleniùs de exceptionibus. in c. cum venerabilis. Modò notetis ista, quia vtilia.

Ex l. Repetita.

SVMMAE.

1 *Quando plures sunt participes in eodem crimine, vnus non potest alium accusare, etiam in crimine falsi.*

L. Repetita. ¶ Repetitio diei in instrumento est falsum committere. hoc dicit. ¶ Vel sic. Creditori præcedenti in ordine, vel tempore non derogatur per instrumentum posterius, in quo apponitr falsa dies: tamẽ ipsorũ, qui participant in eadem falsitate, vnus alterum non accusat. hoc dicit ista est omnis substantia literæ. ¶ In text. ibi [ad eos] scilicet creditorem & debitorem. ¶ Ibi [non vide-

1 ri] quantùm ad hoc, vt vnus possit alium accusare. † Not. quòd quando sunt plures participes in eodem crimine, vnus non potest alium accusare etiam in crimine falsi, quod est not. circa quod vide quod not. extra eo. in c. veniens. il 1. Et aduerte, quòd hæc l. videtur intelligenda in priuata scriptura, licèt gloss. 1. aliter. Nam si intelligetur in publica, notarius, qui scriberet instrumentum, & apponeret aliam diem confessionis, sine dubio committeret falsum. Item intellige, quòd hic fuit apposita dies in scriptura non vera, sed antiquior intelligo, scilicet de die confectæ scripturæ: nam si scriptura contineret verum diem hoc modo; quia hodie confiteor, quòd mutuasti mihi centum (iam est annus) sub obligatione bonorũ: tunc instrumentũ non esset falsum, sed confessio debitoris, & non est dubium, quòd nihil posset præiudicare alteri creditori, cui priùs obligauerit, & cui ius quæsitum est.

Ex l. In re.

SVMMAE.

1 *Scriptura regulariter non est de substantia rei gestæ, & par est probatio instrumentorum, & testium.*

2 *De esse matrimonij non est scriptura, fallit tamen, quando debent legitimari præcedentes filij nati per subsequens matrimonium.*

1 L. In re. ¶ Regulariter † scriptura non est de substantia rei gestæ, & ideo regulariter par est probatio instrumentorum, & testium. hoc dicit cum seq. Fallit tamen in casibus, quos dixi. ff. eo. i l. 1.

2 vbi vide. ¶ Not. ex ista l. in fin. quòd de † esse matrimonij non est scriptura, concor. l. neque. il primo. hic alleg. Quandoque tamen licèt in nuptijs nõ requiratur scriptura: tamen circa eas scriptura est necessaria, puta in cõfectione dotalium instrumentorum, quæ requiruntur ad legitimationem præcedentium filiorum, quod dic, vt Inst. de nup. §. fin. & quod ibi not. circa quod omnino vide qđ dixi. ff. de proba. in l. 1.

Ex l. Si de tabulis.

SVMMAE.

1 *Vniuersitas, vel collegium quando non habent rectorem, potest antiquior in collegio conuocare concilium, & tenentur alij ire.*

2 *Statutum si disponat, quòd mulier, vel minor non possit contrahere sine consensu proximiorum, an præferantur antiquiores iunioribus.*

L. Si de tabulis. ¶ Tabulæ testamenti debent deponi penes digniorem. h. d. Inn. alibi facit festũ de isto text. ¶ Vel sic. Cæteris paribus, seniores sunt iunioribus præferendi. h. d. ¶ In glo. pen. vt in honoribus. in fi. dic imò hodie etiã in aliquibus patet differentia, & dic, vt ibi no. in hac. l. per

1 quam dicit Innoc. quòd † quando vniuersitas, vel collegium non habẽt rectorem, quòd ille, qui est antiquior in collegio, potest collegium conuocare, & tenentur alij ire. Si tamen non vadunt, non possunt per eum mulctari: sed eis amplius non requisitis, procedi potest ad electionem, vel similes actus, pro hoc etiam facit infr. de al. scri. l. 1. vbi Bart. hoc tangit. Ad idem etiam C. de sen. præfe. præto. l. 2. lib. 12. & de offi. ma. offi. l. 2. cum si. secundũ Inn.

2 extra de maio.& obe.c.primo. ¶Item alleg.hęc l.†ad statutum, quòd mulier, vel minor non possit contrahere sine consensu proximorum, scilicet vt præferantur antiquiores iunioribus, vt hic. Et aduerte, quia quod ista l. dicit, quòd senior præferatur, &cæt. intelligitur cæteris paribus, & ita debent intelligi iura.s. alleg. & qđ no.gl.in l.cum quid.§.si cert.pet. Nam si constaret de alterius pleniore fide, vel virtute: tunc ætatē, vel annorū numerū, non curā attendemus, sed eligitur habens maiorē fidē, vel virtutem. Ita debet intelligi Authen.de mona.§. fi. & C.de offi.rect.prouin. l.potioris. Item & si non constat de alterius pleniori fide: si tamen ætas vnius est magis apta natura rei, de qua agitur, ille præfertur. supr. de ædili.edic. l.præcipit.&.j.tit.prox.l.ob carmen.§. finali.

Rub. De Testibus.

SVMMAE.

1 *Pactum, quo partes conueniunt, quòd non possit solutio probari, nisi per instrumentum, non valet.*
2 *Fides adhibenda est testibus, si non vacillant.*
3 *Iudex debet facere scribi in actis modum vacillandi testium. & num.4.*
5 *Testes possunt inuiti compelli ad testificādum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
Et quid si vocati ad testificandum, denegent comparere. numero.6.& 7.
8 *Homicidium non probatur per instrumentum.*

Estimoniorū ¶Primò ponit vtilitatem tituli propter frequentem vsum ipsius. Secundò declarat, qui præcipuè admittantur in testes. Tertiò in quibus causis. Quartò ponit generalis regula, qui admittantur. Quintò, quot numero sufficiant. Sextò, & vltimò proximi dicti rōnem annectit. partes sunt claræ. ¶Casus. Dicere testimonium est de genere permissorum, & ideo quilibet intelligitur admissus, nisi probetur prohibitus, maximè si eius fides non vacillat. hoc dicit Butr. ¶Vel sic. Testes sunt necessarij tam in criminalibus, quā in ciuilibus, & quilibet potest esse testis, nisi inueniatur per legem prohibitus, & iudex debet testium multitudinem refrenare. hoc dicit. ¶Nota primò vsum testium necessarium. Et ideo bene deciditur,† quòd non valet pa-
1 ctum, quo partes conueniunt, quòd non possit solutio, nisi per instrumentum probari; quia auctoritati testium per pactum derogari non potest, vt not. in Authen. vt sine prohibitio.mat.debi.& credi.§. quia verò. Et ita tenet Albert. Galeo. in margarita de teste. vbi dicit, quòd istud pactum non excludit probationem testium, sed ag-
2 grauat. ¶Secundò nota ibi [vacillat] † fidem adhiberi testibus, cum non vacillant, si tamen vacillarent, non per hoc à testimonio repelluntur, licèt eis minus credatur, vt hic in glossa, & not.infr.eodem. in l.1.in principio.
3 ¶Vnum tamen nota,† quòd iudex debet facere scribi in actis modum vacillandi, scilicet si dubitando, tremendo, vel sudando, testes loquebantur. Ita notat Innoc. extra de probationibus. in c. quoniā cōtra. in glossa per hoc dicunt quidam, &cæt. ad finem. vbi de hoc omnino vide, & etiam Bart. in l.de minore.§.tormenta.infr.de quæstioni. Et ideo dicit alibi Bart. quod valet responsio testis repetiti coram iudice, qui dixit testificor, prout in alia testificatione iam dixi. Ita not. Bart. in l.eos.infr.de fal. tangit in l.legata inutiliter.j. de leg.1. vbi tamen nō determi-
4 nat.† Sed certè puto, quòd iudex posset nolle admittere talem testificationem, vt videatur qua fronte, &cæt. quo casu consulitur testi, vt petat sibi exhiberi copiam eius, quod aliàs deposuit, & debet dari secundùm eundem in d.l.eos. Quod credo verum, nisi tales testes essent suspecti, & vacillantes; quia tunc talis copia dari non debet, imò iudex debet conari capi eos in verbis, scilicet, vt puniat eos de falsitate. Ita dicit not. Azon. in sum. eod. titul. ¶Item not. ibi [interceditur] &cæt. quòd hoc edictum est prohibitorium certarum personarum tantùm; vnde omnes sunt habiles, nisi probentur inhabiles. supr.de probat.l.ab ea parte.& l.in exceptionibus.§.pen. & not.gloss.C.de hæred.l.quoniam.in fin.& extra eod.c. fi. in glo. 4.in 6.simile dicitur in l.mutus.§.1.supr.de pro-
5 cur. ¶Not. 4. ibi [excusantur] † quòd regulariter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus possunt inuiti compelli ad testificandum; nam si hi, qui habent excusationem, non compelluntur, vt hic, ergo alij compelluntur. ¶Fallit in quibusdam, qui inuiti non coguntur. infr. eodem.l. Iulianus. ¶An autem iure canonico quis compellatur testificari inuitus, & quando, vide quod not extra de testibus cogen. in c. dilectorum. vbi gloss.& adde quod no.
6 Cin.C.eod.in l.si quando. ¶Si † tamen testis vocatus ad testificandum deneget comparere, consulit alibi Bartol. quòd iudex formet contra eum inquisitionē de falso, scilicet dicendo, quòd acceperunt pecuniam, ne testificentur, & sic falsum committunt veritatem tacendo. Ita consulitur in l.1.in princ.versic.sed & si quis.infr.de fal.per il-
7 lum text.pro quo bene facit extra de fal. c. 1. ¶† Sed contra hoc videtur facere; quia tunc testis est falsus, cum esset periurus. C. de episcopis, & cler. l. presbyteri. Ille ergo, qui nunquā iurauit, non videtur posse incidere in crimen falsi. facit quod notat. supr. de infami. in l. Lutius. propter quod videtur dicendum, quòd melius esset testem aliter extra ordinem puniri propter contumaciam. Tene menti dictum Bart. ¶Demum not. hanc probationem testium admitti in omnibus causis, & in hoc differt à probatione mortua per instrumentum; nam instrumenta non sufficiunt in qualibet causa; quia non in crimi-
8 nalibus magnis. † Vnde licèt dicant tabellioni, quòd faciat instrumentum, quomodo Titius occidit. P. per hoc non probabitur homicidium; nam & in criminalibus debent examinari testes per iudicem, & si expedierit, torquentur. Sentit tamen hic Butrig. sub dubio fortè, quòd in paruis criminibus probabit, vt si dicatur tabellioni, quòd faciat instrumentum, quomodo denuncio. T. quòd non ingrediatur fundum meum, me inuito, & si ingrediatur, mihi violentiam facit, de hoc tamen vide C. de probatio. in l.fi. vbi per Cin.& Bart. in l.in senatus.j. ad Turpil. tangam in l.3.§.idem Diuus.infr.eod. ¶Demum nota hic in vltima parte text. quòd ad iudicem spectat refrenare numerum testium, vt hic, & in Clemen. sæpe. post principium. de verborum significat. & quod notatur extra de verbor. significat. in c. licèt. & extra eodem. in c. cum causam. Refrenabit autem iudex videndo dicta testium, vt si uiderit, quòd bene probent articulos, super quibus inducuntur, prohibebit vlteriùs produci: non tamen dicet parti, quòd hoc faciat, eò quia bene probabit, quod intendit, quia malè faceret. Pruden ter tamen faciet ad talem refrenationem non procedere, nisi prius faciat partem, contra quam proceditur, renunciare,

ciare, quòd nihil dicit contra testes, vel ea admissa ad dicendum, appareat testes non probatos, quod bene potest facere, ext. de prob. c. licèt causam. Item nunquam procedat ad talem refrenationem, nisi vbi constat, quòd dicta productorum testium nõ possint retractari. Effrenata aũt multitudo dicitur secũdùm æstimationem iudicis, vt hic. ita dicit notãter Inn. extra eo. ĩ c. cũ causam. in gl. itẽ alio. ¶ In gl. impropriè hæc vocabula. ibi. [sed lis ante litẽ contestatam tantùm] hanc tenet Butr. hic, & in contrario, vt ẽt dicit colligi ex gl. d. l. causas. ¶ Nec ob. ista litera secundũ eũ; quia Iurisconsultus fecit causa pulchrioris ornatus, ne bis idem repeteret. Sed Bar. in l. causas. tenet, quòd causa sit nomen generale, & sic verificẽtur ante lit. cont. & post. sed lis dicatur post lit. cont. tantùm, vt dicta Auth. qui semel. & dicit esse casum ext. de ver. sig. in c. ex parte. il 2. Sunt tamen ibi alia verba; puta diem litis motæ. Et hoc scire est vtile ad statutũ, ꝙ si aduocatus causæ se absentauerit reipubli. causa, stet in suspenso causa. ¶ In gl. s. duorum. hoc primum non est verum, quia licèt regulariter quis non cõpellatur, nisi duos testes producere: tamen non prohibeẽ producere plures. Quid. n. si aduersarius meus producit quinque testes, certè ego, qui vellem eum vincere, si non possum producere, nisi duos, nihil faciam, & ideo iudex dabit mihi licentiam producendi septem, vel octo, vt sic vincere possum. Sed si aduersarius nullos produxisset: tunc iudex non patietur me tot producere, sed moderabit numerũ testium secundũ qualitatem causæ, vt si maior est cã, maior numerus admittaẽ. Ita declarat gl. Odof. extra eod. in c. cum causam. & vide quod ibi not. Hor credatis, quòd sine istis non intelligitis istam. l. Et ex his patet, quod id, quod sequitur in gl. verius est, dum dicit [vel id, quod videbitur iudici.]

Ex l. In testibus.

SVMMAE.

1 *Testi vacillanti non creditur.*
Variare, contradicere, & vacillare, differunt, & quid sit vnum quodq; eorum.
2 *Fœnerator non est bonæ famæ.*

L. In testibus. ¶ Primò ponit theoricã. Secũdò in l. testium practicam. Tertiò ibi [ideoq;] probat per multa rescripta, s. practicam illam, & hoc intendit in verbis hac lege expressis. In Testibus variantibus, & vacillantibus non creditur. h. d. ¶ No. ergo non credi testi vacillanti, quod intelli-
1 ge, vt dixi. s. l. proxi. Est autem differentia † inter variare, contradicere, & vacillare; nam dicitur testem variare, qui primò aliquid dixit, & postea dicit contrariũ, nullã causã assignans. Contradicere autem, quando primò dixit duo incompassibilia, vt quia dixit se sciuisse contractum celebratum, & in tali loco, & postea interrogatus, vbi illa die fuit, dicit se alibi fuisse. Vacillare verò, quando dubitãdo, & timendo loquitur. Item, & quãdo variè loquitur, vt hic, & ꝭ. eo. l. qui falsæ. & ꝭ. de fal. l. eos, qui. Horum aũt testimonium non valet, vt hic, & imò punitur. C. de testi. l. nullum. Ita dicit Inn. extra de testi. cogen. in c. præterea. Item no. ꝙ qui laborat contra suam fidem, non auditur. Et sic
2 videtur hic esse casus, † quòd si statutum disponit, quòd obligationi minoris debeat interesse vnus ex agnatis bonæ opinionis, & famæ, & interuenerit agnatus, qui fœnerator erat, quòd contractus non teneat; quia imò fœnerator non est bonæ famæ, imò infamandus. l. improbum. C. de infam. Sed contrarium tennit Butrig. qui dixit talem agnatum admitti, considerata mente statuti. Statutum enim non habuit respectum circa fidem erga deum: sed circa mundum, scilicet quòd scit bene custodire suum, & non iactet. Nec ob. d. l. improbum. quia illa vult, quòd per sententiam infametur; vnde ante non erit infamis, & licèt mutuet ad vsuras, non propterea sequitur, quòd sit infidelis, & hoc concludit hic, & in d. l. improbum. Contrarium tamen fuit consultum per Canonistas aliquos, qui dixerunt, quòd licèt aliàs deberet admitti, tamen in casu nostro, cum statutum requirat homines bonæ famæ, non admittitur. An pauper, qui est fidelis, debeat ad testimonium admitti, tangit hic Butr. dicam. ꝭ. l. proxima.

Ex l. Testium fides.

SVMMAE.

1 *Infamis infamia facti repellitur à testimonio.*
2 *Amicitia repellit à testimonio.*
3 *Electi quando sunt duo in paribus vocibus, quis eorum præferatur.*
4 *Inimicitia capitalis repellit à testimonio.*
5 *Testium probatio quibus adiuuetur.*
6 *Iudex qualiter possit inuestigare conditiones, & notitias testium.*
7 *Testis quamuis repellatur, vt suspectus, facit saltem indicium.*

L. Testium fides. ¶ Ponit practicam, quomodo iudex debeat testes examinare, & quæ sint consideranda circa qualitatem ipsorum testium. ¶ Not. ergo, quæ explorantur in testibus per ipsum iudicem, & puto, quòd hoc poterit ex officio iudicis fieri, etiam parte non opponente, infra de magi. conue. l. 1. §. si Præses. Not. secundò potissimam fidem attendi. Quid autem si tempore iuramenti testis erat vnius conditionis: tempore verò, quo deponit, est effectus alterius conditionis; quod tempus inspici debeat, vide not. per Azon. de testi. in vltima col. Et Guil. in Spec. de teste. §. 1. verf. quid si erat. tangitur C. de testa. in l. 1. vide quod dicam. ꝭ. ead. l. §. lege Iulia. ¶ No.
1 ibi [& reprehensibilis] quia videtur probare, † quòd in-
2 famis infamia facti 2 à testimonio repellatur; nam vitæ reprehensibilis est omnis, qui laborat infamia facti. s. de infa. l. ob hæc verba. de hoc tamen vide gloss. s. de sena. in l. Cassius. & in l. 1. C. de sum. trin. Cõmunis videtur esse cõclusio, quòd talis infamia facti à testimonio non repellat: tamen fidem testis attenuat. l. 1. §. duæ causæ. & ibi no. ꝭ. de Car. edic. adeo quòd secundùm quosdam non admittitur, nisi in subsidium: & tunc cum tormentis, vt in Auth. de testi. §. si verò. col. 7. & hoc de iure ciuili. De iure autẽ canonico secus videtur, quod dic, vt extra de testi. in c. vt testimonium. Circa quod vide per Innocen. extra de testi. cogen. in c. præterea. vbi dubitatiuè videtur dicere, quòd possit testificari, & quod tangam infr. ead. l. §. lege Iulia. Quid autem de infamato propter vsurariam prauitatem, an ad testimonium admittatur, & sic an in aliquo sibi credatur, vide per Cin. tactum in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis, & clericis. vbi post Iaco. de Raue. & Petr. dicit, ꝙ minùs est sibi credendum; quia animam dedit diabolo propter diuitias. ¶ Item not. text.
2 ibi [vel amicus] & cæt. qui videtur probare, † quod

amicitia repellat quem à testimonio; quia primò intelligo de nimia amicitia, non autem de qualibet amicitia.§. de vsu.l.sciendum. quod totum puto iudicis arbitrio relinqui.non tamen puto, quòd aliqua amicitia faciat quem repelli, sed detrahat in fide plus, & minus secundùm quã litatem amicitiæ,& hoc sentit Butri.hoc idem tenuit Pet. vt refert Cin.in l.4.C.eod.quem ibi sequitur. ¶In gloss. 2.in fin.Adde sic,& magis creditur ei, qui est in dignita-
3 te. Et ex hoc dicunt Canonistæ, † quòd si duo essent electi,& haberent voces in numero æquales, quòd præferri debet ille, qui habet voces illorum, qui sunt in dignitate. Facit quod not.extra de elec.in c.dudum.il primo. & in c. ecclesia vestra. Sic & aliàs dicunt, ꝙ cæteris paribus, potiùs confertur beneficium nobili, quàm plebeio. diuiti, quàm pauperi. Ita not. extra de appel.in c.constitutis.vbi glo.ordi.quę dubium mouet.¶In glo.no.pauper. ibi [admittitur tamen] & ibi [quàm ex fide] pro hoc.ȷ. de verb.oblig.in l.si quis stipulatus sit.§.si qui ita.vbi tex. Circa hoc tamen conclude, quòd in illis, in quibus requiritur idoneitas circa diuitias, fides non potest facere pauperem idoneum, vnde creditor potest aliquem fideiussorẽ nolle, licèt fidelem, si nihil habet in bonis.l.creditores. ȷ.de priuile.credi.&.§. qui satis. cogan. l.si verò.§.qui ꝓ rei qualitate.à contrario sensu. Sed in illis, in quibus requiritur idoneitas circa fidem:tunc pauper fidelis admittitur, vt in iuribus hic alleg. In illis autem, in quibus requiritur idoneitas mixta, scilicet fidei, & diuitiarum, vt in tutela, non omnino reijcitur pauper, sed quia aliquantulum suspectus est, curator ei adiungitur. l. suspectum. ȷ.de suspec.tuto.C.eod.tit.l.pietatis.Insti.eod.§.penult. &.§ l.proxi.& quod ibi. Adde tamen quod no.Bu.§.mandà.in l.si procuratorem.§.si ignorantes. ¶In glo.ibi,
4 idest mortalis inimicitiæ. Not.ergo, † quod dicitur inimicitiæ repellere debent, intelligitur de capitali; aliàs enim nõ repelluntur, vt not.§.de arbit.in l.licèt.& ibi nota, quòd inimitia appellatur capitalis, si mortem sibi minati sunt, per quam gloss.aliàs audiui fuisse consultum, quòd volens testem, vt inimicum à testimonio repellere, debet ei comminari mortem, quod non placet; quia secundùm hoc esset parata via fraudibus. Adde quod dixi de inimicitia capitali, idem si sit de magna quantitate pecuniæ, vel de maiori parte bonorum.Insti.de excusa.tuto.§. inimicitiæ.ȷ.eod.titu.l.propter litem.in princ.& not.glo. C.eod.Authen.si dicatur. Sed si inimicitiæ non essent capitales, tunc secundùm omnes non repelluntur, sed detrahitur eis in fide, vnde duo testes non sufficerent. Circa hoc tamen vide Innocen. extra de re iud.in c.cum I.& A. de accu.cũ oporteat.in glo. in capitales.& quod no.in §. si verò quis. in Authen. eod. Aduerte tamen, quòd licèt
5 detrahatur quandoq; fidei testium, vt dixi:† potest tamen eorum probatio alijs adiuuari, & adiuuatur quandoque ex numero, vt si debeant esse duo, si fuissent integræ fidei, nunc sunt tres, sic & aliàs supplet numerus.ȷ. eod. l. ob carmen.§. si testes. & not. gloss.ȷ.ead.l. §. eiusdem. Item adiuuatur quandoque ex dignitate, vt quia licèt testes aliqualem inimicitiã, vel amicitiam haberet, propter quam eorum fidei detraheretur:tamen dignitas, vel auctoritas supplet diminutionem fidei, vt non sit verisimile, quod à vero discedat pro talibus: & tunc tollit præsumptionem, & diminutionem fidei causatam ab inimicitijs; quia inimicitiæ sunt præsumptiones in genere, hoc est in specie, scilicet dignitas,& ideo eam tollit, arg.§.de proba. l.cum de indebito. Item & tertiò iuuatur quãdoq; per famam, de qua, & eius effectu vide quod dicam.ȷ.ead.l.§. eiusdẽ.¶In eo.gl.ibi[&c.]No.hanc gl.quæ facit ad quæstionem, vtrùm in causa criminali iudex posit producere
6 testes à parte non productos.¶ Qualiter † autẽ istas conditiones, & notitias posit iudex inuestigare, respondet Bar.qui tradit hanc doctrinam, quòd quædam sunt cõditiones, de quibus dicitur hic, quæ non continẽt turpitudinem testium,& de illis ipsemet testis poterit interrogari. Quædam sunt, quæ continent turpitudinem testiũ:& tunc non debent interrogari; quia non debet quis turpitudinẽ suam detegere ab alio non detectam, secundũ no.§.de iureiur.ĩ l.aliàs.Sed iudex ex officio suo,& ad partis petitionem debet interrogare vicinos, quod est no. secundũ Bar. Ad prædicta facit quod no.in l. qui iurasse.§.si pater.§.de iureiur.& per Inn.de elec.in c.dudum.il secundo.in gl.super processu.Circa hoc tamen de teste, vtrùm teneatur respondere, si criminosè.&c. vide bonam gl. extra de testi. in c.cum causam.in gl. quæ incipit.de causa scientiæ.&c.
7 ¶In glo.admittendus. Not. singulariter ex ista glo. † qđ licèt testis ex aliqua causa repellatur, vt suspectus:tamen saltem facit indicium.

ADDITIO.

a ¶Infamia facti.[Adde nunquid testes infames infamia facti in causis criminalibus repellantur, & quid in crimine læsæ maiestatis, vel simoniæ, Alex.in cõs.10. incip. Circa primum.in 1.vol. Et nunquid testis infamis infamia facti cum alio teste valde digno, nunquid isti duo faciant integram probationem, vide Alexand.in cõs.166.incip.Animaduersis.in 2.volum.

Ex §. Ideoque Diuus.

SVMMAE.

1 *Conformitas debet esse inter testes, saltem in substantia.*
2 *Acta causa principalis aliquando sunt examinanda in causa appellationis.*
3 *Testis si dicat se cognoscere partẽ, si videret, debet ei exhiberi.*
4 *Testis, quando inducitur ad probandum tempus:tunc debet dicere initium,& finem ipsius temporis.*
Et quid si dicat se non recordari de tempore. nu.5.

§.Ideoque Diuus.

¶Hæc est alia pars, in qua qđ supra dixerat, incipit probare nunc per exempla diuersa rescripta. ¶ Not.text.qui quotidie allegatur, quòd præsumitur contra eum, qui profert vnum, & eundem sermonem; est enim timor, quòd subornatus fuerit, de quo ĩ Specul.in titu.de teste.§.nũc tractemus.vers. cautum quoq;.
1 & vers.se.¶In substantia† tamẽ debet esse inter testes cõformitas.ȷ.de pęnis.l.qui sententiam. facit extra de conuer. coniug.c. dudum.& conclude in hoc, & alijs totum pro motu iudicis declarandum, vt hic, &.ȷ. ea. l.§. eiusdem.in fi. Et aduerte, ꝙ licèt propter hanc præmeditationem sit derogatum in aliquo fidei testiũ:fides tamẽ potest suppleri numero,& alijs, de quibus dixi.§.in prin. huius.l. in 4.gl.¶ Vltimò, quia allegatur quotidie, quòd iudici cõmittetur, vtrùm debeat adhiberi fides testi, vel non, ad-
2 uerte; quia alibi dicit Innoc. † quòd quia acta causæ principalis quandoque sunt examinanda in causa appellationis, tutius est, quòd causæ suspicionis, vel vacillationum testium appareant in actis. Ita nota.per Innocen.de probat.in c.quoniam contra.in gloss.per hoc dicunt, vbi vide.not.etiam de test. in c. constitutis. ¶In gloss. fides, ibi [contrarium est secundùm Azon.] hoc intelligo verum in probatione fienda per testes: secus si per instrumenta;

menta; quia tunc suffi-iunt etiam ignoti, in Auth. de test.
3 § licèt.& no.glo.in d.§.sin autem. ¶ † Aduerte tamen, quia si testis diceret se cognoscere, si videret, debet pars sibi exhiberi, arg. de public. l. cum sibi exhibuisset. & no. gloss.§.si ex noxa.causa aga.in l.1.in princ. facit ext. eod. c.cum causam.qd tamen debet limitari per istam no.glo. quando interrogatur de facto eius, cōtra quē producitur: alias secus; qa tunc ferret testimoniū ēt ignotus, vt hac gl. ¶ In gl.ex tpe.in prin. No.ergo testē interrogari de tēpore, qd Pe. tenuit. Bar. verò remittit ad no.in l.testimoniū.
4 C.eo. Tu conclude tū secundùm Ia.de Arc.† ꝙ si testis inducitur ad probandum certū tempus: tunc debet dicere initium, & finem ipsius temporis, arg. C.de prescript. 30. ann.l.cum notissimi.§.sin autem.& §.fi.facit qđ no.gl.ꝟ. eo.in l.ob carmen.in gl. vlt. Sed si ad hoc non inducitur: tunc si testis non interrogatur de tempore, valet eius testimonium, etiam sine tempore; quia nō debet esse verbosus, arg. C.de preci.impera.offe.l.fi.&quod no.C.eo.in l.scribent.vbi gloss. Pro hoc facit, quòd testi iniungitur, vt dicat, quod de negotio nouit, quòd de tempore deponat nō interrogatus. C. de epis. & cle. l. si presbyteri. Authen. quod iudex & eod.l.quoniam.& Auth. eo. §.si verò. hoc etiam pōt perpendi ex forma interrogationis, quæ ponitur. C.de ero.mil.ann.in l.ꝑ hāc.li.12. ibi vniusquisq;.&c. in Auth.de hære.& Falcid.§.si verò ad statum. Sed vbi de tempore interrogantur; tunc si variant; quia vnus dicit de vno, alius de alio, eis non creditur, 3.q.9.c.nihilominus. vbi vide no.glo.& Inno.ext. de accu.in c.qualiter, & quādo.post prin.
5 ¶ † Sed si dicat se non recordari de tempore, dic, quod si sint aliàs notæ fidei, eis creditur, cum faciliùs perdatur memoria temporis, quàm substantia negotij. l. 3.§. eidem.inf.de aqua plu.arcen. & ita loquitur extra de fide instrum.c.cum Ioannem. Sed si non sint ita notę fidei: tunc nisi deponant de tempore interrogati, de illo non est eis adhibenda fides, extra eod.c.cum causam.&hoc fallit in casu dicti §.cum Labeo.l.3.ꝟ.de aqua plu.arcen. Nunquid autem debeat deponere de loco, vide extra eo. c.cū causam.il primo.

Ex §. Eiusdem quoque.

SVMMAE.

1 *Articulus quilibet debet admitti in materia probationum.*
2 *Articuli non dicuntur impertinentes, si quomodolibet possunt facere ad causam.*
3 *Fama per se non est sufficiens probatio, sed dicitur confirmare aliam probationem, & nu.6.*
Et quid si est probata. num.7.
4 *Probatio vna integra potest sumi ex pluribus imperfectis speciebus probationis.*
5 *Iudicium vnum an sufficiat ad torturam, an requirātur plura.*

§. Eiusdem quoque. ¶ Hic etiā probat per aliud rescriptum. Et primò quærit, quæ probationes sint admittendæ. Secundo qualem fidem iudex debeat sumere ex probationibus.
1 ¶ Not. primò ex tex.† quod in materia probationum debet quilibet articulus admitti, idest capitulum, siue ex eo resultet plena probatio, siue semiplena, siue etiam adminiculetur tantùm, & pro hoc Iacob. Butrig. obtinuit, quòd in iudicio possessorio debeat admitti articulus proprietatis; quia multùm adminiculari potest; duobus enim pariter de possessione probantibus obtinebit, qui probabit de proprietate tanquam habens duplicata iura, arg. Authent. de consagu. & vteri. fra. §. 1. & Authent. itaque.C. communia de succes. & hoc est verum, secundùm eum, licèt multi contra per l. naturaliter. §.nihil commune.ꝟ. de acquiren. possess. Et hæc no. ad statuta disponentia, quòd positionibus impertinenti-
2 bus non respondeatur; † nam impertinentes non dicitur, si quouismodo facere possint ad causam, argumen. præ-
3 dictorum. ¶ Secundò not. † quòd fama per se non est sufficiens probatio: sed dicitur confirmare aliam probationem, & ideo dixit alibi Innocen. quòd nec inducit violentam præsumptionem, extra eod. c. præterea. vbi gloss. de hoc tamen, inf. super ver. vide etiam eūdem. de spon. c.cum in tua proueniens. quod declara secundùm Bar. in l. de minore.§. tormenta. inf. de quæstio. ¶ Tertiò not.
4 † quòd vna integra probatio potest sumi ex pluribus imperfectis speciebus probationis: secus autem in pluribus imperfectis speciebus exceptionis; quia non faciunt vnā plenam exceptionem. l. 1. C. qui num. tutel. Et ratio huius colligitur ex isto text. qui hoc meliùs probat, quàm alius, qui habeatur in iure, scilicet quia quis non astringī ad vnam speciem probationis, circa quod vide quod not. Bar. in l. 1. §. idem Cornelio. infr. de quæst.& in l. admonendi. ante fin. in vltim. colum. sup. de iureiurand. vbi omnino vide circa hunc articulum. ¶ Quartò not. quòd probatio iudicatur ex sententia animi ipsius iudicantis. Et sic videtur hic casus, quòd sit arbitrarium in casu criminis.
5 † Vtrùm vnum indicium sufficiat ad torturam, an verò requirantur plura, vt scilicet consideretur, an indicia sint generalia, & remota, & tunc plura requiruntur: secus si esset propinquum, & attingens negotium, de quo quæritur, vt est testis de visu, & si. quod declara, vt prosequitur Bar. in l. final. infra de quæstion. & Cin. in l. final. C. de quæstion. ¶ Adde tamen, quòd cum hæc pendeat à sententia animi iudicis, hanc animi sui sententiam iudex à quo debet intimare iudici appellationis. Ita not. Innocen. & post eum Ioann. And. qui refert in nouella, extra in c. causam, quæ. de re iu. ¶ Quintò not. istum tex. ad fin. ibi [aut parum] &cæt. quem Butrig. adduxit contra Vltramon. dicentes, quòd non est dare semiplenam probationem, quia aut iudex habet fidem testibus, & probant plenè. Aut non habet fidem, & nihil probant; hoc enim non est verum; quia potest iudex habere fidem testibus, non tamen plenam, vt hic. Item not. quòd in illis, in quibus nō potest dari perfecta doctrina, sufficit sub cincta responsio, & hoc extra text. istum. ¶ In gloss. dicitur fama probare, ibi [nō sufficiat.] scilicet in casibus, ꝗ sequuntur. ¶ In ead. ibi [vt B. mortuum.] Not. ergo gl. quæ sentit mortem posse probari per famam: probatur etiam probato vxorem indutam de nigro, & consanguineos luctum fecisse. Ista est enim verisimilis præsumptio, cui est standum, secundùm Bart. supra de inst. l. genero. mors enim probatur per ea, quæ mortuis accidunt, tanquam non viuentibus, vt quia visus est produci ad sepulturam, vel quia visus est non habere sensum, nec motum, & per alia sim. per quæ quilibet etiam grossus intelligeret ipsum mortuum, de hoc tamen latiùs per Cin. C. solu. matri. in l. si quidem. & Bart. latiùs in l. 2. §. si dubitetur. inf. quemad. test. ape. ¶ In ead. ibi [regulariter] prȩterquā in casibus prædictis. ¶ In eadem gloss. & cæt. Not. ipsam, & ita videtur sentire in l. admonendi. & in l. in bonæ fidei. Idem etiam extra de appellat. c. primo. vbi gloss. facit quod nota. in l. 2. §. 1. infra de excusat tutor. sed gloss. alibi videtur velle, quòd faciat plenam fidem, supra, de neg. gest. in l. atqui natura. §. cum me ab. ente. in prin.

princ. magnæ glo. C. de probat. in l. 4. quam glo. no. pro re deuntibus, &c. C. de iur. dot. l. vbi adhuc. Alij autē dicūt, ꝙ fama nullo modo probat, scilicet de se, sed probationes iam factas confirmat; vnde si ex vtraq; essent probationes æquales, & altera haberet famam per se, pars illa vinceret, arg. huius text. ibi [consentiens fama] & secundùm istos vnus testis, & fama non faciunt probationem plenā; quia fama habet confirmare probationem iam factam: sed dictum vnius testis non est probatio; ergo non potest à fama confirmari, & hoc tenuit Iac. de Are. & Butrig. hic p̄terquā in ciuilibus causis medijs, vel minimis, & hæc est vna limitatio huius gl. Dyn. autem in d. l. 2. §. 1. ꝟ. de excu sa. tuto. videtur dicere, ꝙ fama cum vno teste faciat plenam probationem in ciuilibus, non in criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce clariores. l. fin. C. de probatio. Et istud sequitur Cin. in l. si. C. de quęst. & l. 4. C.
6 de prob. Quod tamen † dixi de criminalibus, intellige idē in ciuilib⁹ magnis, arg. Inst. de excus. tut. §. itē inimicitiæ. Bartol. autem in hoc articulo dixit, quòd quædam sunt, in quibus sufficit sic esse fama, licèt in veritate nō sit: & tūc sufficit ꝓbatio famę. l. Barbarius. ꝟ. de offi. pręt. l. 1. C. de test. C. de sentē. l. 2. ibi in iudice. &c. ꝟ. ad Mace. l. 3. in filio fa. &c. Quandoq; requirit probatio veritatis, ꝙ sit ita: tunc in his, in quibus fama veritatem inducit, sufficit probatio famæ. l. 1. ꝟ. de flumi. de supellec. le. l. Labeo. & l. cum de lanionis. §. asinam. de fun. instru. vbi sufficit esse sic consuetum, &c. Sed in his, in quibus non inducit veritatem: tunc si fama est probata solùm ex voce populi, non ex aliqua præsumptione, ex qua fama originem traxit: tunc nō probat: sed potiùs dicitur vana vox populi, quæ non est audienda, C. de pę. l. decurionem. coadiuuat tamen proba-
7 tionem iam factam, vt hic. † Sed si fama est probata, quæ traxit originem ex pluribus probationibus præcedētib⁹: tunc in aliquibus facit plenam probationem, vt in causis leuioribus, vel modici præiudicij. Ita intelligat gl. in l. vbi adhuc. Quandoq; habet effectum; quia transfert onus probandi in aliā partē, vt in causis, in quib⁹ cōmunis opinio, seu fama constituit aliquem in possessione alicuius libertatis seruitutum, & si. C. ne de sta. defun. l. si matr. Vel dic, quòd hæc fama non facit plenam probationem. Sed an faciat semiplenam, ita ꝙ cum vno teste probet, dic considerada indicia, & pręsumptiones, ex quibus traxit originē, & secundū illa faciat semiplenam, vel non. Ita debet intelligi iste tex. & q̄d no. glo. in d. l. 2. §. 1. ꝟ. de excus. tut. Et ex his collige, an fama sit sufficiens ad torturam, de quo per Bar. in d. §. tormenta. ¶ In ead. ibi [hæc autem.] No. ipsā, quā sequuntur Doct. & Bar. in d. §. tormenta. nisi ex forma statuti requirerentur plures. ¶ In ead. ibi [maiorem partem populi] hoc videtur verum in magnis negotijs, in quibus requirit fama totius ciuitatis, puta si quis magnus sit mortuus in ciuitate, vel si quid aliud magnum occurrerit ibi, aliàs autem sufficit, ꝙ fama sit inter maior partem hominum illius viciniæ. quod declara, vt Bart. sequit̄ in d. §. tormenta. ¶ In ea. ibi [hoc sentire.] Sed per hoc nō videtur testis probare; quia non deponit de eo, quod percipit sensu: & ideò qualiter deponere debeat, vide q̄d dixi ꝟ. tit. 2. in l. si arbiter. ¶ In glo. fin. ibi. [Item per domesticā scripturā] &c. hæc omnia plenè examina, vt in l. admonendi. ꝟ. de iureiuran. & in l. bonæ fidei. C. de reb. cre.

Ex §. Idem Diuus.

SVMMAE.

1 *Maleficium non potest probari per instrumentum.*
2 *Accusator, qui non probat per legitimas probationes, debet puniri.*
3 *Examinatio testiū non potest alteri cōmitti in causa criminali.*
4 *Calumnia an præsumatur contra non probantem.*

§. Idem Diuus ¶ Non creditur scripturis testium ad iudicem missis: sed ipsi testes sunt per iudicem interrogādi, & examinandi. h. d. cum seq. lego tamen de per se. Et dicit hic Butri. quòd hic videtur quodammodo quædam exceptio à ver. [quæ argumenta] ponēdo, quæ recipi non debent. ¶ In tex. ibi [non testimonijs]. i. dictis testium extra iudicium, vel. i. testimonio de alieno auditu. ꝟ. de prob. l. si arbiter. ¶ No. primò tex. qui videtur probare, dum dicit [non
1 testimonijs] † ꝙ per instrumentum non possit probari maleficium. ad idem facit. ꝟ. de custo. reo. l. Diuus. In contrariū facit quod no. ꝟ. ad Tur. in l. in senatus. & ī l. cōtra negantem. C. ad leg. Aqui. & l. 3. C. quo. ap. non reci. de quo per Cin. in l. vltima. C. de proba. vbi ponit disputationem Iac. de Are. Bart. tangit in d. l. in senatus. Circa quod potest concludi, ꝙ si loquimur de delicto in fabricādo instrumentum, vel fabricari faciendo: tunc per instrumentū probatur. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacr. sanc. eccles. in Auth. de non alie. §. quia verò Leonis. & ꝟ. de fal. l. si quis legatum. Et sic quando maleficium consistit ex instrumēto, probatur per instrumentū. Sed si consistat extrinsecus: tunc nō probatur directò per instrumentum, quod est verum plenè: facit tamen adminiculum. Item hoc verū, nisi sit instrumentū confessionis factæ in iudicio, vel sententiæ condemnatoriæ; quia per talia instrumenta legitimè confecta plenè probatur maleficium. Ita potest loqui l. fi. C. de prob. ibi [vel instructa apertissimis documentis] &c. secundùm Bald. ibi, adde Butrig. ꝟ. eod. in l. 1. & quod ibi
2 dixi post eum. ¶ Secundò not. † quòd accusator, qui non probat per legitimas probationes, debet puniri, nec excusant eum à pęna calūniæ, & probationes non ritè receptę, nec testes non reddentes legitimam causam, puta de audito alieno, vbi debet reddere de visu, vt hic, secūdùm diuersas lec. quod est notandum. Credatis quod est vtile.
3 ¶ Tertiò no. † quòd in causa criminali examinatio testiū non potest alteri committi, sic & C. de fide instru. Auth. apud eloquentissimum. vbi casus. ¶ In glo. sume ergo. ibi [vt in marito] idem in matre, tutore, & alijs, de quibus p gl. C. de calum. in l. 2. & pleniùs in l. athletas. §. calumniator. ꝟ. de infa. Et hanc opin. etiam sequitur glo. in l. 1. §. 1. ꝟ. ad Turpil. & in d. l. 2. C. de calum. Sed glo. in d. §. calū-
4 niator. meliùs loquitur, vt dicamus, † quòd in casu hic exceptuato per glo. & si. non præsumatur calumnia cōtra non probantem; aliàs regulariter contra non probantem est præsumptio calumniæ: non tamen est iuris, & de iure; quia admittitur probatio in contrarium: & hinc est, quòd dicit text. in d. l. 1. §. 1. ꝟ. ad Tur. q̄d potest esse; quia ostendet iustum errorem. Iustus autem error erit fama publica. ꝟ. de adult. l. miles. §. mulier. Vel si esset ei dictum à personis fide dignis: & ideò iudex antequā condemnet de calumnia, debet assignare parti terminum super hoc ad faciendum suas defensiones. & hæc videtur bona cōclusio, quam Bart. sensit in d. l. 1. §. 1. licèt Cin. aliter dicat in l. 1. C. de aduo. diuerso. iudicio. in 3. quæst.

Ex §. Gabino quoque.

SVMMAE.

1 *Producens testem, debet eum alimentare.*

2 *Testis debet habere impendia, & mercedem dierum, quibus ste*
tit occupatus pro testimonio ferendo.
3 *Testes producti ab vna parte, possunt postea ab alia parte pro-*
duci, & examinari.

§. Gabino quoque.

¶Hic probat per aliud exẽplum rescriptum, quòd nõ debet credi testimonijs. Et no. hunc tex. cõtra aliquos simplices, qui, cum testes sunt recessuri, faciunt eos examinari coram honestis personis, & eorum dicta postea iudici producunt. Nã ista dicta appellantur testimonia, quæ nil probant, vt hic, q̃ tene menti.
1 ¶Secundò no.† quòd producens testem, debet eum ali-
mentare. Et aduerte, quòd hæc impendia debent ministra
ri testi, antequam pedem moueat de domo sua. l. penulti.
C. eo. sicut in aduocato, arg. l. properandum. §. illo. C. de
iudi. secundùm Pe. in d. l. penul. & hæc est bona conclusio.
¶Aduerte tamen; quia tales sumptus, & impendia debent
intelligi de his, quos non erat facturus in domo sua. ff.
de peti. here. l. sed & si lege. §. quòd autem quis. Quod
intelligo, nisi esset talis persona, quæ domi lucrata esset
expensas operibus suis. ff. ad exhiben. l. sed & si hæreditas.
§. planè pascere. facit quod not. Butri. in l. si res. ff. de
rei vendicatio. Isti autem sumptus taxabuntur ad arbi-
trium boni viri, argumen. ꝟ. de alimen. lega. l. cum vnus.
§. fi. ver. sed in conditione personæ, &c. & hoc tenuit Pet. &
2 Cin. C. eod. in l. quoniam liberi. Adde prædictis, † quòd
testis non solùm debet habere impendia, imò quod plus
est, debet habere mercedem dierum, quibus steterit oc
cupatus pro testimonio, secundùm Butrig. C. eod. in l.
si quando. vbi hoc probatur. in ver. difficultates. Item
adde, quòd sicut istæ expensæ ministrantur testi; ita & iu-
dici, & tabellioni, qui quandoque ad testes mittuntur,
extra de iudi. c. 2. in 6. vbi notatur. ¶In glo. dic casum. ibi
[fortè coram alijs bonis viris.] Et ideò non faciunt proba
tionem, sed iudicium. l. quæro. ff. de ædil. edic. & sic nõ ob.
quòd credatur testimonijs, etiam in alia instantia, secundũ
gl. in l. gesta. C. de re iud. & videtur casus in l. fi. C. de testi.
& l. cũ antea. §. fi. ff. de arb. Alij tamen intelligũt de testimo
nijs in iudicio receptis, & dicunt, quòd quando testes sunt
inducti, vel ad perpetuam rei memoriã, vt in l. lege Aqui.
si deletũ. ff. ad leg. Aqu. vel recepti ordinariè, & publicata
sunt eorũ dicta: tunc probant corã alio iudice, vt in contra
rio: scilicet in causa ciuili: potest tamen iudex facere veni-
re illos coram se. Sed in criminalibus non probant, vt hic,
& C. de fide instru. Auth. apud eloquẽtissimum. Sed tu pro
veritate adiunge vtranque opi. simul. ¶In ead. glo. ibi. [l.
3 quoniam liberi.] Ad vnum aduerte, † quòd si producam
per me testes, tu poteris illos per te producere, ita tamen
quòd primò examinentur pro me producente meis expẽ
sis, postea pro te tuis expensis, secũdùm Iac. de Are. quod
est verũ super diuersis articulis: sed super productis à me,
debent deponere etiam pro te meis expensis; quia debent
testificari, & verum dicere pro vtraque parte. C. de te-
stamen. l. quoniam. Vnde quantùm ad expensas te-
stium inspicitur solùm principalis producens, text. est
cum gloss. nota. extra de rescript. c. statutum. §. fi-
na. lib. 6.

Ex §. Lege Iulia,

SVMMAE.

1 *Mulier publicè prostituta est infamis.*
2 *Testimonium detenti in carcere an valeat, & nu. 9.*
3 *Damnatus de crimine publico, non est habilis ad ferendum te-*
stimonium.
4 *Indicium an faciant, qui repelluntur à testimonio.*
5 *Testis, qui non debuit examinari propter inimicitias, si examina*
tur, an faciat indicium.
6 *Actus quandocunque potest expediri sine testibus, potest expe-*
diri etiam cum eis non idoneis.
7 *Periurus semel quantuncunque pœnitentiam agat, non recipi-*
tur amplius ad testimonium.
8 *Circumstantia criminis debent proponi in exceptione, quãdo ex*
cipitur contra testem, quòd est criminosus.
10 *Infamis an repellatur à testimonio.*

§. Lege Iulia.

¶Hic ponit de quibusdã, qui à testimonio repellũ-
tur. Quidam propter personarum reuerentiam repellũtur.
Quidam propter ætatem lubricam Quidam propter no
tam, & infamiam. hæc est intentio huius particulæ allega-
1 bilis. ¶ Not. † ꝙ mulier publicè prostituta est infamis:
& sic facit, vtrùm possit testari, & an admittatur ad de-
nunciandum crimen; vel non. Primo casu sic. l. 2. C. de
secund. nupt. & l. 1. §. si is, qui. infra. de testamen. Se-
2 cundò non, vt hic est casus. ¶ Secundò nota. † quòd
non valet testimonium detenti in carcere, siue sit ibi de-
tentus ex famosa causa, siue non. Adde quod. ꝟ. di-
3 cam super gloss. ¶ Tertiò not. † damnatum de crimi-
ne publico inhabilem ad testimonium, & idem vide-
tur, si tantùm pendeat accusatio de crimine, & non
debeat audiri in criminali causa, sed ciuili sic, text.
est extra eo. in c. vltimo. coniũcta glo. & eodem modo de-
bet distingui in iam condemnato, cuius tamen appellatio
pendet, secundùm quod tangitur ibi per gl. Inn. & Io. An.
de quo vide gl. ff. de infa. in l. furti. & q̃d ibi no. Quid autẽ
si inter iuramentum, & depositionem superueniat hoc, vel
simile impedimentum in persona testis, an ad testimoniũ
admittatur, vide per Bar. tactum in l. ad testium. in princ.
ꝟ. de test. & per Guil. in Spec. de teste. §. 1. ver. sed quid
4 si testis. aliquid etiam tetigi. ff. ead. l. in princip. ¶† Item
not. personas, quæ repelluntur à testimonio. quod in-
telligo quò ad plenam fidem. An autem saltem faciant
indicium, dic, quòd si testis non debuit examinari pro-
pter reuerentiam personarum: tunc examinatus non fa-
cit indicium. l. maritus ꝟ. de quæsti. & in eo. tit. l. Diuus. &
l. 1. §. Diuus. & §. idem Seuerus. Sed si testis nõ debuit exa
minari propter lubricum ætatis: tunc examinatus non fa-
cit indicium plenum, sed quale quale. l. 1. §. impuberes. ff.
ad Syl. no. in l. fi. in 1. gl. C. ad Syl. Et idem dicẽdum de te-
ste, qui non debuit examinari propter sexum, vt in mulie-
re eadem ratione. Si verò testis examinari nõ debuit pro-
pter infamiã: tũc examinatus facit quale quale indicium.
5 ꝟ. de pœn. l. qui vltimo. Adde, † quòd quando testis non
debuit examinari propter inimicitias: tunc examinatus
faciet, vel nõ faciet indicium secundùm qualitatem inimi
citiæ, de qua. ff. dixi ea. l. in prin. hoc probatur. ꝟ. de quæst.
in l. 1. §. 1. Quandoq; etiã nõ debuit examinari ratione or
dinis, vt quia parte non citata, vel ante litem cõtestatam:
tunc Bar. dixit, quòd nõ faciebat indicium, per l. si quis
adulteriũ. de adul. C. de testi. l. si quando. in fi. ꝟ. de quæst.
l. fi. Ita tenuit Bar. in d. l. maritus. ꝟ. de quæst. vbi de hoc p
eundem, & Cin. C. de accusa. in l. fin. Adde. & ꝟ. eod. l.
inuiti. & quod ibi videbitis, & quod dixi. ff. ead. l. in fin.
princip. super vltima gloss. ¶In gloss. not. ergo non posse.
ibi [videtur, quòd non. l. 1. in fin. de fal. mo.] hanc opin.
quòd testificari non possit, tenuit Io. extra de præscri. in c.
cum nobis. vt ibi. in 4. glo. no. Idem etiam tenuit. in quæst.

9.c.testes.vbi alia glo. ¶ In ead. ibi [sed dic contra secundùm Ioan.] hanc opi. firmat glo. etiam in §.testes. hic alleg. & l. ad testium. § 1. ỹ. de test. & l. notionẽ. §. instrumentorum. ỹ. de verb. signif. hic alleg. Idem tenuit Io. 27. d. in c. relatum. quod etiam sequitur Io. And. ext. de corp. vitia. in c. ex parte. il. 1. Et hæc videtur communis opi. hoc tamen intellige verum, si tunc, cum vidit, vel audiuit, impubes erat talis ætatis, quòd cognoscere poterat, quod agebatur, & memoriæ comendare; vt quia erat proximus pubertati, & doli capax. & ita debet intelligi, & limitari illa glo. pro hoc. ỹ. ad Syll. l. excipiũtur. §. 1. vbi etiam idẽ voluit Dyn. & hoc idem Bart. sequitur in d. l. ad testium. Adde tamen, quòd eadem ratione effectus cœcus poterit testificari de his, quæ antea vidit, nisi sit in eo defectus infamiæ, de quo remittit se ad Spec. i tit. de teste. §. 1. ver. sed nunquid factus impubes. ¶ In ead. ibi [l. notionem. §. instrumentorum.] Ex ista glo. collige, quòd inspicitur conditio testis secundùm tempus, quo deponit, facit. ṡ. ead. l. in princip. & quod no. glo. in l. 3. §. duæ causæ. ỹ. de Car. edict. quod verũ est, nisi testis mutauerit conditionem suã ĩ fraudem testimonij, tex. est no. ỹ. de quæstio. in l. 1. §. itẽ vnio. & §. si seruus. vbi Bar. dicit no. ad plura, quæ ibi vide. Et hæc etiam faciunt ad notata per glos. & Doct. in l. furti. in princ. in 3. glo. ṡ. de infam. hanc considerationem bene no. ¶ In ead. ibi [hæc autem sunt vera.] Ex hoc sume conclusionem talem, quòd vbicunque ad substantiã actus, qui geritur, requiritur certus numerus testium; tales à principio debent esse idonei, nec sufficit, quòd habilitas
6 litas superueniat ex postfacto. ¶ Vnum tamen no. † quòd vbicunque actus potest expediri sine testibus, potest & cum testibus non idoneis, & inhabilibus, glos. est no. in l. qui testamenta. in princ. ỹ. de testa. per quam infertur, ꝙ sicut iudex certificari potest de fama iuris, ordine non seruato, secundùm no. extra de coha. cleri. & mulie. in c. tua. c. vestra. Ita & per testes inhabiles, vt meretrices, lenones & si. facit. C. ad Syll. l. fin. & quod no. Inno. extra de spo. ĩ c. cum in tua. & de præsump. in c. dudũ. quæ tenete mẽti. ¶ In ead. glo. ibi. [sed quidam contra, nam dicunt, quod
7 remittitur quo ad Deum] Hæc opi. vera scilicet, † quòd semel periurus, quandocunque pœnitentiam egerit, non recipiatur amplius ad testimonium. Pro quorum opi. videtex. ext. eo. in c. testimoniũ. & 6. q. 1. in c. quicunq; & 22. q. 5. in c. paruuli. hoc teneatis cõclusiuè ꝓ vero. Qualiter autem probari posit quem emendatum de crimine; quia difficilis videtur probatio, dic, quòd probabitur per proprium sacerdotem. 50. dist. c. in capite. 2. q. 1. c. si peccauerit. in fin. ext. de simo. c. nemo. & hoc Doct. tenent in d. c. testimonium. & vide quod ibi not. in vlt. glo. vtrùm testis, cui obijcitur crimen periurij, vel aliud simile, possit excipere contra obijcientem, quòd sit criminosus. ¶ In ead. gl. in fi. & de hoc dic, vt in d. c. testimonium. Ad vnũ
8 tamen aduerte, † quòd quando contra testem excipitur, quòd sit criminosus, debent in exceptione proponi omnes circunstantiæ criminis, sicut in accusatione, ext. de testi. c. præsentium. lib. 6. quæ tene menti. ¶ In glo. propter priuatam autem, &c. Adde, ꝙ nec confessio facta in carcere valet, casus est (secundùm vnam lect.) ṡ. quod met. cau. in l. qui in carcerẽ. quod est verum in causa criminali, & ideò ducuntur extra carcerem, vt probatur in l. 2. C.
9 de custo. reo. Vnum tamen no. † quòd si licitè (fortè propter debitum) esset quis intrusus in carcerem, aliquid promitteret, vt ex inde extraheretur, bene valeret promissio, quam faceret alij, non ei, ad cuius petitionem fuisset in carcerem detrusus, & hoc tenuit Butri. in d. l. qui in carcerem. & hæc est veritas. ¶ In gl. super ver. palã ibi [§. nõ solùm] hoc intellige, nisi post quàm destitisset, esset à Principe restituta, nam per restitutionem videtur sublata omnis macula. C. de nupt. l. imperialis. & argum. ỹ. de nata. resti. l. quæro. & l. fin. ¶ In ead. glo. ibi [Item fallit contra pariter infamem] hæc no. quia facit, quòd exceptio infamiæ opposita cõtra testem, tollatur replicatione infamiæ. Circa quod vide quod no. per Bart. ỹ. solut. matri. in l. cũ mulier. ¶ In ead. ibi [turpes] idest infames de facto, de quibus dixi ṡ. ead. l. in princ. dic, vt ibi. ¶ In ead. gl. in fin.
10 Conclude clariùs, † an infamis repellatur. Aut enim est infamia iuris: tunc siue sit irrogata ipso facto, & hoc probatur scilicet, factum siue per sententiam, & per eam hoc probatur: tunc omnino repellitur. Aut est infamis infamia facti: d. l. ob carmẽ. §. si testes. quod tñ declara, vt dixi. ṡ. ea. l. in princ. à dignitate verò indistinctè repellit. C. de digni. l. quotiens. lib. 12. Et eadem ratione dico, quòd nec aliqua publica exercebit officia, vt no. gl. in l. 2. §. miles. ṡ. de infam. quam no. ex ea generalem doctr. Attende ergo in practica, quòd quando est infamis ipso facto, sufficit solùm probari factum. l. quid ergo. §. quantùm. ṡ. de infam. Sed si est tale crimen, ex quo non infamatur, nisi condemnatus: tunc oportet probari delictum, & condemnationem factam, vel solùm condemnationem; solũ enim delictum probari non sufficit, cum per hoc non sit infamis. Adde, quid de eo, qui accepit pecuniam, ne ferret testimonium, & dic, ꝙ si antequam deponeret, condemnatus esset effectus, & ideò repelletur. Sed si post eius depositionem sequatur sententia, non nocet depositioni, tene hoc menti. Si tamen in isto eodem iudicio volo sibi obijcere de crimine, & probare possum, & faciam eum repelli, talis probatio nocebit solùm inter nos litigantes, nõ inter alios. ṡ. de infami. l. Lucius. Quia ista sufficiant vobis circa istam partem, quam no.

Ex §. Testes.

SVMMAE.

1 *Consuetudo potest alicui dare iurisdictionem citandi extra territorium proprium.*

2 *Quando allegatur aliquid de consuetudine non fuisse seruatũ, iudex potest à se ipso interrogare tabellionem, an fuerit ita de consuetudine seruatum.*

3 *Consuetudo loci debet inspici in his, quæ spectant ad litis ordinationẽ, vbi lis agitur, secus in his, quæ spectant ad litis decisionem.*

4 *Statutum, vel cõsuetudo loci, vbi lis agitur, an arctet ita clericos, quẽadmodum laycos, vt in concernentibus ordinẽ procedendi, ipsis subijciantur.*

§. Testes. ¶ Testes non sunt de remotis partibus trahendi ad testimonium perhibendum, nisi aliud per consuetudinem sit inductũ.
1 h. d. ¶ No. primò optimum tex. † quòd consuetudo potest alicui dare iurisdictionem citandi extra territorium proprium, quod est no. dignum. & vtile ad not. in l. extra territorium. cum materia sua. ṡ. de iurisd. omnium iudic. ¶ Secundò allegatur per Bart. iste text. quòd quan-
2 do allegatur aliquid de consuetudine † non fuisse seruatum, iudex potest à se ipso interrogare tabellionem, an fuerit ita de consuetudine seruatum. ¶ Tertiò not. ibi [prouinciam] &c. quòd in his, quæ spectant ad litis ordi-
3 nationem, debet inspici † consuetudo loci, vbi lis agitur, vt hic, & l. 2. circa. fin. C. de iuram. calum. & C. quemad. testa. ape. l. 2. Secus in his, quæ spectant ad litis decisionem,

nem.l.1.in prin.ſ.de vſu.& l.ſi fundus.ſ.de euic.Ad prædi cta facit C.de epi.& cler.l.cum clericis.in fi.vbi de hoc,tã gitur etiam in d.l.2.C.quemad.teſt.ape.per Doct. An au
4 tem hæc locum habeant in † clericis,vt ſcilicet in concer nentibus ordinem procedendi ſubijciãtur ſtatuto, vel con ſuetudini loci, vbi lis agitur, fuit quæſtio diſputata per Ioan.Cal.quæ incipit.Statuto ciuitatis cauetur,&c.vbi cõ cludit,quòd ſic.

Ex l.Lege Iulia.

SVMMAE.

1 *Mulier non poteſt accuſare de publico crimine, niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.*
2 *Teſtimonium ſponte præſtitum an valeat.*
3 *Conceſſum ratione remotioris gradus videtur magis conceſſum ratione proximioris.*

L. Lege Iulia. ¶Contra perſonas hic enumeratas nõ cogitur quis teſtimoniũ dicere.h.d. Hic enumerat quaſdam perſonas,quæ non compelluntur inuitæ ad teſtificandum, &c. Aliæ enumerantur.ĩ.eo.in l.inuiti. la.1.& 2. Regulariter autem,cum officium teſtis ſit publicum,compellitur quis inuitus ad teſtificandum.ſ.eo l.1.¶In tex.ibi [ſocerum.] Quid autem de ſocru,fuit hic de facto dubitatum. ſed dic idem per l.Iuriſconſultus.in prin.cõiuncta.l.non facilè.§.
1 affines.ĩ.de gradi.& ita fuit hic iudicatũ.¶† Not.hanc l. nam cum mulier non poſsit accuſare de publico crimine, niſi cum ſequitur ſuam,vel ſuorum iniuriam.C. qui accu. non poſ.l.ſenatus.& l.non ignorat.hic declaratur,qui con tineantur appellatione ſuorum; nam continentur hi, qui inuiti non dicunt teſtimonium, & dicit Butri. quòd ſunt vſque ad quintum gradum.Sed glo.alibi videtur intelligere,quòd contineatur vſque ad ſeptimum,C.ad Turpil. l.ſi fœmina.¶Secundò no.ibi [ne inuito denuncietur]&c.Innuit enim,quòd poſsint volẽtes admitti, & ſic videtur iſte tex.probare,quòd licèt teſtis ſe ingerat ad teſtificandum: nõ ꝑ hoc tñ à teſtimonio repellitur, de quo vide per Bar. in l.poſt legatum.ĩ.de his,qui.vt indig. Circa quod potes
2 dicere,†ꝙ valet teſtimoniũ ſpõte præſtitũ, ideſt teſte non citato,nec monito, ſi iudex ei detulit iuramentũ: ſecus ſi iuraſſet ſine delatione, facit ad hoc, quod no. per Archi. 5.q.5.in c. nulli.plus dico, quòd ſi in actis reperitur talis teſtis iuratus,&c.omnia præſumunt ſolẽniter acta.l.ſciendum.ĩ.de ver.obli.& ibi not.Pro hoc tñ præſumo partem citatam,vel præſentem.C.eo.l.ſi quando. quia de ſubſtantialibus eſt hoc,&c.& per id,quod no.ſ.de in ius voc.Dicitur autem teſtis inuitus,& præſumitur inuitus eo ipſo,ꝙ eſt citatus,ſecundum aliquos,Bar.& alios, quod vide relatum per Cin.in Auth.presbyteros.C.de epi.& cler.quod non puto verum; quia ſi citatus non allegat beneficium legis,& priuilegium ſuum,non dicitur inuitus.l.1.in princi. ſ.de fer. ſecus ſi alleget,& hoc non obſtante, compellatur ad teſtimonium;quia tũc dicitur inuitus,& hoc tenet But. hic.¶Item no.ex ſecũda parte, quòd quis nõ poteſt producere in teſtem aliquem ſubditum ſuum, quod qualiter intelligatur,dic,vt dicam.ĩ.eo.in l.idonei.¶ Item no. hũc
3 tex.ibi [qui priore] &c.ex quo collige,† quòd illud,quod conceditur ratione remotioris gradus,multò fortius videtur concedi ratione prioris gradus,vt hic,& l.3. ĩ.de parri. & per hoc dico, quòd id,quod diſponit iſte tex.in perſonis hic enumeratis,habet locum in fratre,qui non compellitur eſſe teſtis contra fratrem, & in marito,qui non cõpellitur teſtificari contra vxorem,nec econtra,de quo tangit C.eo.in l.2.& in l.parentes.quod not. quia eſt magnæ vtilitatis.¶In glo.ab aliquo.ibi.[l.quod fauore]doctrina Doct.eſt,quòd quando ſolus fauor eſt impedimẽto,quòd non poſsit ferri teſtimonium contra certas perſonas: tunc pro eis admittatur,arg.d.l.quod fauore.Sed quando cauſa impediẽs eſt fauor,& reuerentia, vt ĩ liberto: tunc pro eis non admittantur,& ita intelligatur deciſio glo.hic,facit quod no.Cin.C.eo.in l.2.in fi.¶In glo.ſobrini.&c.ibi [reſpon.vtique.] Circa hoc vide,quod dixi.ſ.circa tex. in notabilibus.

Ex l.In legibus.

SVMMAE.

1 *De affinitate initiata idem iuris eſt, quod de perfecta.*

L. In legibus. ¶Hæc.l. poteſt legi cõtinuatiuè;quia venit ad declarationem.l.præcedentis,declarans id,quod ibi eſt dictum in genero,& ſocero,verificari in eo,qui nondum eſt gener,vel ſocer,ſed ſpe tantùm.Iſte eſt effectus huius literę. ¶In tex. ibi [ſoceri.] ſubaudi appellatione contineri
1 placet.¶No.ergo ex iſto tex.† quod idẽ iuris eſt in affinitate initiata, quod & de perfecta, facit.ſ.de condi.ob cau. l.quod Seruius.& C.de bonis,quæ li. l. non fine. quod eſt vtile ad plura.Pone exemplum in ſtatuto prohibente aliquem de tali affinitate eligi in Poteſtatem.

Ex l.Idonei.

SVMMAE.

1 *Rex, vel Comes an poſsit producere teſtem de Regno, vel Comitatu ſuo.*
2 *Vaſallus an poſsit eſſe teſtis in cauſa Domini ſui.*
3 *Illi de Capitulo admittuntur ad teſtificandum in his, quæ geſta ſunt in Capitulo.*

L. Idonei. ¶ Iudicatur non eſſe teſtis idoneus,cui imperare poſſum h. d. Et facit iſte tex.quòd Rex,Comes,vel ſi.non poſsint teſtẽ producere aliquem de Regno,vel de eius Comitatu,quod tamẽ intellige,vt dicam.ĩ.ſuper gl.Idem dicit Butri.quòd quidã in fraudem huius. l. expellunt familiarem ſuum,vt poſsit pro eis teſtificari:ſed certè poſtquã faciunt in fraudem,debet haberi perinde, ac ſi non repuliſſent,per caſũ. l.pen.C.de adul.& hæc eſt eius intentio.Qualiter autem, & ex quibus deprehendatur hæc fraus, vide quod ponit Cin.C.eo.in l.2.in 3.q.& Bal. etiam in l.1.§. item vnio. & §.ſeq.ĩ.de quæſt.¶In glo.ſiue liberi.ibi [obedientiæ] id eſt,vt in monacho.¶In ea.ibi [vel iuriſdictionis.] Sed hic
1 videtur caſus,† quòd Rex, vel Comes non poſsit producere teſtem de Regno,vel Comitatu ſuo,quod communiter non placet Modernis;quia ex hoc ſequeretur abſurdũ, & inconueniens, quòd fortè non poſſent habere teſtem. ¶ Nec ob. iſte text. quia dẽt intelligi de ſubiectis ratione dominicæ,vel patriæ poteſtatis,non ratione iuriſdictionis, quicquid hic dicat glo.Et hoc ſequitur Pe.& poſt eum Ci. C.eo. in l. 3. & hæc eſt cõmunis opi.Fortè non eſſet abſurdum diſtinguere qualitatem Superioris, vtrùm ſit talis, qui inferat minacem ſeruorem,uec ne arg. C. ſi rect.prouin.l.1.& C. ſi quacunque prædi. pote. l. 1.ibi minacem ſeruorem.¶ Quid autem ecõtra, nunquid Dominus poſſit

sit esse testis pro subdito, videtur casus in simili, qui videtur, quòd non, extra de offi. dele. in c. causam, quæ. Fortè illa similitudo non est bona. Hoc pro nunc transeo vltra.

2 ¶Item per hanc glo. videtur terminari, † quòd vasallus non possit esse testis in causa Domini sui, quam quæst. vide per Guil. in Spec. eod. tit. §. 1. ver. sed nunquid vasallus. Et ibi in addi. dicit Io. And. quòd consideranda est qualitas personæ Domini, vel vasalli, & attenta qualitate credetur, vel non, vt. s. eod. l. 3. in princ. & §. 1. ¶ In ead. ibi [sed in causa vniuersitatis possunt] hoc intellige verum, quãdo testificantur super eo, quod afferre possit commodum toti vniuersitati in communi: secus si in singulari, vt in quæstione nemorum, vnde singuli ligna incidũt, vel pascuum, vnde singulorũ bestiæ pascuntur: tunc enim testificari non possunt, arg. l. in tantùm. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. & s. de in ius voc. l. sed si hac. §. qui manumittitur. & ita concludit Cin. C. eod. in l. parentes. in fi. & Guil. & But. in d. §. vniuersitatis. Idem etiam Ioan. And. in Spec. eod. titu §. 1. ver. sed nunquid in causa vniuersitatis. ¶ In ead. ibi [testi-

3 monium pro collegio] † hoc potest intelligi in his, quę gesta sunt in Capitulo, in quibus illi de Capitulo admittuntur; quia aliàs de facili non posset tale pactum probari, argu. C. de repu. l. consensu. §. pen. & est tex. extra eo. i. o. veniẽs. il 2. In his autem, quę gesta sunt extra Capitulum, distingue, vt proximè dixi in alio dubio vniuersitatis, &c. In negotio autem ecclesiæ omnino admittuntur, extra eod. c. cum nuncius. imò dicit Inno. quòd cogendi sunt ad testimonium tam pro ecclesia, quàm contra eam, deficiẽtibus alijs probationibus. Aduerte tamen; quia quod dicitur, quòd admittantur, est verum in causa ciuili: secus in criminali. 14. q. 2. c. super prudentia. & illum tex. alle. pro casu, nisi fortè aliquis de vniuersitate accusaret Prælatum; quia tũc quilibet de vniuersitate recipitur ad testimonium. 2. q. 7. c. lator. & extra de electio. c. per inquisitionẽ. nã par affectio tollit causam suspicionis. Ita not. Innocen. in d. c. nuncius.

Ex l. Serui responso.

SVMMAE.

1 *Testis, qui aliàs nõ est idoneus, vt admittatur in subsidiũ, quot, & quæ requirantur.*

L. Serui responso. ¶ Ille, qui aliàs non esset testis idoneus, admittitur in subsidiũ, ad hoc alleg. Et intellige,

1 quòd concurrere debent † duo, scilicet, quòd indicia præcedant, & hoc tenuit glo. s. de proba. in l. cũ probatio. licèt dicat hic, quòd alij aliter, & vide omnino, quod ibi dixi. Requiritur & secundum, quòd veritas aliter haberi non possit. Plus quidam dixerunt, quòd non est testimonium: sed indicium, vnde duo serui istorum faciunt solùm indicium, non testimonium. Sed his videtur resistere tex. hic in ver. credendum. Rationem autem, quare seruus non dicatur idoneus testis, collige ex tex. extra de verbor. signifi. in c. forus. §. fin.

Ex l. Inuiti.

SVMMAE.

1 *Testes possunt regulariter cogi ad testificandum.*
2 *Mulieres prægnantes non debent compelli ad testificandum.*
3 *Aetates hominis sunt sex.*
4 *Senex licèt dicatur, quò ad munera, qui est in septuagesimo anno: tamen quò ad bellum excusatur, qui est. 55. annorum.*

L. Inuiti. ¶ Hic enumerat alias personas, quæ inuitæ non compelluntur ad testimonium proferendum. Et ad intelligẽtiam huius. l. vide extra de testi. cogen. c. dilectorum. vbi optima glos. Et pro euidentia præmitte, quòd hæc. l. potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd isti nullo modo cogantur testimonium dicere, & ita sensit hic glo. Alio modo secundùm Mar. de Sill. quòd non compellantur venire: sed ad domũ ipsorum mittatur tabellio, & ibi compellantur testificari.

1 ¶ In tex. ibi [non cogantur.] Ex hoc no. † quòd regulariter possunt testes cogi ad testificandum, de quo dixi. s. eo.

2 in l. 1. ¶ Secũdò no. in ver. [& valitudinarij] † quòd hic videtur probari mulieres prægnantes non compelli ad testimonium, quasi sint valitudinariæ, vel eis similes, vt probatur. s. si quis cau. in l. 2. §. si non propter. ¶ In gl. 1. in princ.

3 Pro intelligentia dic, † quòd sex sunt ætates hominis. Prima ætas hominis est Infantia, vsque ad septem annos. l. si infanti. C. de iur. delibe. Secũda est ex inde vsque ad decimum quartũ annum, quæ appellatur pueritia, idest pura nondum ad generandum apta. Tertia est adolescentia ad generandum apta, & adulta, quæ porrigitur vsque ad vigesimum octauum annum. Quarta est iuuẽtus firmissima omnium ætatum, finiens in quinquagesimo anno. Quinta est ætas senioris idest grauitas, quæ est declinatio à iuuentute in senectutẽ, & quę nondũ ẽ senectus, sed nec iuuẽtus; quia senioris ætas est, quæ ætas à quinquagesimo incipiẽs septuagesimo terminatur, vt hic in gl. Sexta, & vltima est senectus, quæ nullo annorum termino finitur. Senium autẽ est vltima pars senectutis sic dictũ; quia sit terminus sextæ ætatis; & secundùm hanc doct. debet intelligi, quod no. glo. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Fal. ¶ Vnum tamẽ not.

4 quòd licèt quò ad munera dicatur senex, † qui est in septuagesimo anno, vt hic dicit glo. quæ sic debet intelligi: tamen quò ad bellum excusatur, qui est quinquaginta quinque annorum. Ita no. glo. in l. 2. C. de his, qui non imple. stipen. sacra. sol. sunt. li. 10. Quam no. pro vxorantibus se in illa ætate, imò potius contra ipsos, quam semel vni allegaui in tali proposito; quia excusabatur à bello temporali. ¶ In glo. fi. ibi [ne angustetur facultas.] Pro hac ratione facit. C. de naufra. l. quotiens. & de submer. l. 1. li. 11. Cõclude tamen circa hoc. Nam quidam sunt, qui repelluntur ex vilitate personæ, & isti admittuntur in defectum. s. eo. l. serui. & ff. eo. l. ob carmen. §. 2. Idem si repellantur vitio suo, vt hæresis. C. de hære. l. quoniam. Quidam sunt, qui excusantur fauore publico, vt magistratus, & isti non excusantur, si alia publica vtilitas suadeat eos admitti, & cõpelli, puta in defectum probationis. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & hono. Quidam sunt, qui excusantur proprio priuilegio, vt senex, & isti non coguntur ad testimonium, scilicet vt cogantur venire coram iudice, sed in defectũ mittetur tabellio ad domum eorum, & ita videtur intelligendus iste tex. secundùm Mar. Syll. & Iac. de Butrcius Discipulum. Et sic credo verum.

Ex l. Testis idoneus.

SVMMAE.

1 *Testimonium patris pro filio an valeat.*
2 *Patrinus an possit ferre testimonium pro filiolo.*
3 *Testimonium nutritij an valeat.*
4 *Filius an possit testificari pro patre.*

Spurius

5 *Spurius an admittatur ad testificandum pro patre.*
6 *Frater an admittatur ad testificandum pro fratre.*
7 *Fratris dictum, vbi fratri prodest, & nemini nocet, tenet eius testimonium.*
8 *Coniunctus an admittatur ad testificandum pro coniuncto in causa criminali. & nu. 9.*

L. Testis idoneus. ¶ Pater non testificatur ꝓ filio, nec econtra. h. d. Et hanc l. vide declaratam in l. qui testamento. §. 1. ff. de testa. Quidam tamen dicunt, quòd pater potest esse testis pro filio, nisi de facto filij quęratur; quia tunc nō posset, arg. l. quæsitum. §. de in ius vocan. & ff. de obseq. l. licèt. §. 1. Sed quando de filij facto non quæritur, licèt filius esset procurator in causa, pater potest esse testis, arg. ff. de testam. l. ad testium. in princ. Et sic est differentia inter patrem, & filium; quia filius potest esse testis in causa, in qua pater agit procuratorio nomine alterius, siue quæratur de facto patris, siue non: si tamen patri nihil quæritur. Sed pater non pōt esse testis filij, ēt in causa, quā agit procuratorio nomine: si tamen de filij facto quæratur. Et in hoc differt, & ita debet intelligi lec. Ioa. posita in
1 d. l. qui testamento. & in hoc effectu residet Bar. ibi. † Pet. autem indistinctè tenuit, quòd testimonium parentis scilicet pro filio non faciat plenam, nec semiplenam fidem, nisi in casu. §. de proba. in l. etiā. Nec ob. l. qui testamento. §. 1. quia ibi in causa hæredis, secundū glo. C. eo. in l. parentes. vbi hoc vide relatum per Cin. Communis tamen opi. est Bar. & Dy. quam. §. retuli. ¶ Quid autē in emancipato, an pater possit esse testis pro illo, & videtur, quòd sic, arg. ff. de fal. l. impuberi. §. 1. ver. sed & si emancipato. & hic, quidam tenuerūt, quos Ci. refert. in d. l. parentes. quia per emancipationem desinit habere ius in eo. Alij verò tenuerunt contrarium per d. l. parentes. & quia post emancipationem nihilominus durat affectio. Item quia maior reuerentia est in patre, quàm in persona domestica, quæ tamen repellitur. C. eo. l. 2. Nec ob. l. impuberi. quia loquitur in scribente testamentum, in quo aliud est, quàm testificari, de quo. ff. subdam, & hoc Bart. tenuit. ¶ Quid autē in patre per prælationem, vt Abbate, Prelato, &c. an possit testificari pro subdito Capitulo, vel econtra, vide casum extra eo. in c. cū nuncius. & quod ibi: & ibi distinguitur, an bona
2 sint distincta, vel non. ¶ † Item quid in patre spirituali, & in compatre, vel chrismante; quia tenuit eū in confirmatione, idest i chrismate, vel leuauit eū de sacro fonte. Dic,
a quòd potest testificari; a quia non requiritur testificatio prohibita de vno ad alium; ergo &c. cum hoc edictum sit
3 prohibitoriū, vt dixi §. eo. in l. 1. ¶ † Item quid in patre nutritio, vt balio, de quo loquitur l. nutritoribus. C. communia de succ. Dic, quòd talis non videtur admitti, donec durat domesticitas, maximè i graui causa, argu. l. 2. C. eo. quia censetur domesticus, &c. Verius puto, quòd attendatur conditio personæ, & quòd eius testimonium non repellatur, licèt detrahi possit, per no. in simili. §. eod. in l. 3. in princi. Hoc habetis declaratā primam partem l. Modò oportet voluere mantellum. ¶ No. demum ex secūda par
4 te, † quòd filius non testificatur pro patre, quod quidam limitant verum, si est in potestate: secus si est emancipat⁹. Idem quidam tenuerunt, quos Cin. sequitur in d. l. parentes. sed glo. in d. l. qui testamento. dicit, quòd in testamento patris non potest esse testis indistinctè, in alijs verò negotijs distinguit, an quæratur aliquid patri, vel filio: & tūc non potest, an neutri quæratur, & tunc potest. Et quod ibi dicit [alijs negotijs] intelligit ibi Ia. de Are. non pertinētibus ad patrem; vt quia agit pater procuratorio nomine alterius: quo casu distinguit, vt dixi. Sed si negotium est pertinens ad patrem, filius indistinctè non potest esse testis, siue per istud aliquid patri quæratur, siue non. Restat modò declarare, an econtra hæc l. habeat locum in emancipato, & videtur, quòd non, per l. impuberi. §. 1. ff. de fal. & quod ibi no. Dy. & ff. de auct. tu. l. quod dicimus. in fi. vbi dicit, quòd filius potest scribere instrumentum patri. Contrarium cōmuniter tenetur, & hoc firmat gl. C. eo. in l. parentes. Pro hoc; quia emancipatus debet reuerentiam patri. ff. de obse. libert. & ad contraria responde, quòd loquūtur in notario scribente. Est autem aliud scribere, aliud testificari, vt. ff. de testa. l. Domitius. Ratio est; quia notario adhibetur fides, vt publicæ personæ ad scribendum de voluntate vtriusque partis, ideò cessat suspicio; nam etiam si vtraque pars vellet, quòd filius testificaretur, valeret eius testimonium. C. eo. l. si quis testibus. Item propter auctoritatem publicam, quam habet ab eo, qui eum tabellionē creauit, eius persona videtur in hoc approbata. l. 1. §. de offi. Præto. hæc est cōmunis opi. omnium. ¶ Quid † in spu-
5 rio, videtur admitti; quia non dicitur filius, per not. §. de proba. in l qui testamentum. Contrarium puto verū; quia inter eum, & patrem est naturalis affectio, quod autem naturale est, nulla iuris constitutione potest mutari: vnde dicit tex. quòd natura communis est, l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. ratione ergo affectionis repellitur, facit quod no. Inn. de restitu. in c. nōnulli. & de excep. in c. cū ve
6 nerabilis. ¶ Quid de fratre, † an ꝓ fratre testis esse possit, vide glo. C. eo. in l. parentes. quæ dicit, quòd sic in ciuili, dūmodo nō sit in eiusdem potestate, de qua quæst. latiùs per Guil. in Spec. de teste. §. 1. ver. sed nunquid frater. & tangitur. ff. l. proxima. ¶ Sed vnum no. quòd vbi dictum fratris
7 † fratri prodest, & nemini nocet, vt cum purgat fratrē de hæresi: tunc tenet eius testimonium, tex. est no. de præsum. in c. literas. per quod potest inferri, ꝙ frater de crimine inculpatus, potest ducere fratrem contra fiscum ad probandum, quòd fecit ad sui defensionem; quia per hoc dicitur nocere fisco, qui tractat de lucro pœnali, & odioso, & cum alterius iactura, arg. eius, qđ no. ff. de fur. in l. si is, cui. §. 1. Huic tamen adde, & aliud singulare, quòd Innoc. potest probari per domesticos, & cubicularios. Ita Specu. in tit. de inquisitione. §. 1. ver. sed nunquid eas. quod no. quia re-
8 plebit vobis bursam. ¶ Iuxta prædicta † quæro, quid in criminali causa, respon. quòd cōiunctus pro cōiuncto indistinctè nō admittitur intra gradum, de quo in l. lex Cor. in princ. ff. de iniur. & hoc voluit tangere glo. in d. l. parentes. facit. §. de iurisd. om. iud. l qui iurisdictioni. Ratio est; quia per iniuriam factam coniuncto, videtur & mihi aliqua facta iniuria: vnde tanquam in propria causa sum suspectus, d. l. lex Cornel. & ibi no. Pro hoc facit, quod di-
9 xi post Ia. Butri. §. eo. in l. lege Iulia. in fin. ¶ † Not. tū, ꝙ coniunctus inter duos æqualiter cōiunctos, vt puta vnus frater inter duos fratres, admittitur etiam in criminali; quia propter paritatis consanguinitatem cessat suspicio. l. non solū. §. 1. ff. de ritu. nup. & ff. de quæst. l. extraneo. §. 1. facit. C. de quæst. l. quod placet. vbi seruus interrogatur inter duos dominos. Et hæc est etiam bona conclusio. Quæ omnia notate circa istam paruam legem.

ADDITIO.

a ¶ Potest testificari. Adde idem tenere Alex. in cons. 123. inci. Viso themate. in 4. vol. vbi dicit, ꝙ licet pater naturalis non possit esse testis pro filio: tamen ille, qui leuauit de sacro fonte, est testis idoneus, Bar. in l. parentes. C. de test. vbi idem tenet Saly.

Ex l. Nullus.

SVMMAE.

1 *Exceptio contra testem debet esse certa.*
2 *Cedens iura sua alteri, vt testificetur, an possit testificari.*
3 *Creditor an possit esse testis in causa debitoris sui.*
4 *Fideiussor an possit esse testis pro eo, pro quo fideiussit.*
5 *Socius an admittatur in testem in causa socij.*

L. Nullus. ¶Nota etiam istam l. quæ est valde vtilis. In re propria non potest quis testificari. ad hoc allegatur. quod videtur intel ligendum, siue sit ratione proprietatis, siue vtilitatis. l. cum miles. ff. ex qui. cau. ma. ¶Nota tex. qui vtitur verbo, intel ligitur. sed l. omnibus. C. eo. quæ videtur cum ista concor. dicit [facultatem iura submouerunt.] Et sic patet, quòd non debet examinari; ergo exceptio, ad te pertinere commodum, vel incommodum ex eâ, impedit examinationẽ p illũ tex. licèt Io. An. extra eo. in c. ex parte. aliter dicat, vbi tenet contrarium, & ita puto in omni alia exceptione contra personam, patet. ff. eo. in l. Iulia. ibi [ne testimoniũ dicant] & sic resistit principio, & C. eod. l. iusiurandi. ibi [non audiat.] & C. eo. Auth. si dicatur. vbi hæc aliqui habent ibi per Bar. ¶In glo. illa. ibi [secus si secũdario] pro hac doctrina arguitur alibi, quòd si vnus ex conreis petat priùs conueniri illum, ad quem peruenit pecunia, quod pe tere potest, vbi est, casus. ff. cõmo. i l. vnde quærit. & ibi no. quòd ad probandum, quòd ad illum tantùm ex eis perue nerit pecunia, poterit alium conreum producere in testẽ; quia nõ pricipaliter in re sua tenet, vt hic dicitur in gl. ista. arg. ff. de reb. dub. l. si quis ita. & C. de testa. l. dictãtib. vbi post Dy. hic, firmat Ci. quod no. quia practicabile multũ, & vtile. ¶In ead. ibi [quod legatarius potest esse testis in testamento.] In hoc articulo dicũt quidam, quòd hoc est verum, quando sententia lata contra hæredem: non perimit legatum-secus si perimeret; quia tunc apparet, quòd vtilitas pertinet ad testes; ideò repellentur. ¶Posset tamen hæc glo. simpliciter sustineri attento, quòd illa vtilitas non venit ex isto processu, nec habet necessariam consequentiam; nam non sequitur, si valet hæredis institutio, ergo & legatum, arg. ff. de dote præle. l. Theopompus. & ita videtur declarare glo. in l. omnibus. C. eo. ex qua sum-
1 psit istam saluationem. Ex qua colligo, † quòd exceptio contra testem debet esse certa, nõ pariter se habere ad esse, & non esse. ¶Sed aduerte, quòd Bar. alibi dixit, quòd licèt hoc non sequatur, valet hæredis institutio; ergo & le gatum: tamen bene sequitur: si non valet testamentum; ergo nec legatum in eo relictum, ergo legatarij interest saltem secundariò. Præterea legatarij possunt appellare. l. à sententia. & l. perlusorio. ff. de appella. & l. si suspecta. ff. de inoffi. test. & ideò admittitur ille, cuius secũdariò interest; quia ibi reperitur magnus numerus testium, qui ibi requiruntur, & ideò si esset testimonium, quod probaretur per duos testes tantùm, vt in casu. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. non putat isto casu, quòd legatarij admitterentur, aliàs de facili posset excogitari magna fraus. Hor tene menti istam limitationem: quia pulchra, & habet auctorem. ¶ In ea. glo. ibi [nisi tunc quando nõ teneretur de euictione] quidam tenuerunt contrarium ex eo; quia secundùm hoc posset excogitari fraus scilicet, quòd venditor semper vendat rem cum pacto, quòd de euictione non teneatur, vt sic possit esse testis in causa eius, qui nullo modo habet ab eo causam, & hoc tenuit Mar. Sill. & B utrig. ita refert. C. eod. in l. nemo in omnibus. quasi quòd siue de euictione teneatur, siue non, repellatur; quia testificatur de eo, quod tangit ius, vel factum suum; nam & proxeneta repellitur ratione affectionis. Auth. de testi. in §. ante penul. Ita volunt Cin. & Docto. in d. l. omnibus. & Guil. in l. hæredi. in princ. ff. de pact. ¶Ex
2 his infertur ad quæstionem quotidianam. † si habens vnũ testem tantùm, cessit iura ex causa donationis hoc acto, quòd de euictione non teneatur: & sic ipse cedens fit alius testis, an possit testificari: quod videtur, ex quo de euictione non tenetur, per hanc gl. Et hoc tenuit Odof. quòd admittat, nisi tãquam legalior persona citetur, quòd veniat ad respondendum; nam tunc fit pars idest principalis, & repellitur. ff. de procur. l. si actor. Communis tamen opi. est, quòd nullo modo testificari possit per rationem prædictam scilicet affectionis, pro hoc etiã facit. ff. ne vis fiat ei. l. 1. & hoc sequitur Cin. in d. l. omnibus. & Guil. in l. hęredes. §. nos autem. ff. de pact. de quo pleniùs vide in Spe. de procur. §. sequitur. in fi. ¶Et eadem ratione dicunt Doctor. quòd donator non possit esse testis donatarij in cau-
3 sa rei donatæ. † Adde, quid in creditore, an possit esse testis in causa debitoris sui, & videtur, quòd non; quia credi toris interest habere debitorem locupletẽ, ergo, &c. ¶Cõtrarium tenuit Bar. argum. ff. de proc. l. non solùm. §. quæritur. ibi [nec illis verbis, ad quem ea res pertinet, creditores contineri] &c. Sed pro prima parte facit. l. ab exequutore. §. 1. i fi. ff. de appel. cõiuncta gl. in l. 1. §. sed si alius. ff.
4 quando appel. sit. ¶† Adde etiam, quid in fideiussore, vtrũ possit esse testis in causa eius, pro quo fideiussit. Bar. dubitauit in d. l. omnibus. per l. à sentẽtia ff. de appell. Dy. teti git. ff. de lega. 1. i l. si cui legetur. §. fi. in Specu. in titu. de teste. §. 1. ver. sed nunquid fideiussor. Et terminauit, aut principalis est soluendo, aut non, per l. itaque. ff. de fur. Primo casu cessat suspicio, secundo non. ¶Quid autẽ in procuratore, vel aduocato, dic, vt. ff. dicam in l. fin. ¶In ead. glo. in fi. meliùs quò ad hoc dic, vt ibi no. scilicet, quòd aliud in causa facti, aliud in causa euictionis. Et ratio est ibi; quia cum quilibet habeat causam à venditore, parem videtur habere affectionem ad vtrunque. Nam quod vni litigantium aufertur, alteri applicatur. & ideo tollitur suspicio, arg. ff. de ritu nup. l. penul. §. 1. quæ ratio cessat in causa euictionis, secundùm Tho. de For. hic, & Pet. in d. l. om-
5 nibus. ¶ Vltimo restat dubium, † an socius in causa socij admittatur, de quo tetigit glo. & Cin. C. eod. in l. quoniã. Circa quod dic, quòd si sunt socij ex cõuentione, ita quòd omne lucrum, & damnum sit commune, non potest vnus testificari pro alio. Sed si sunt socij re ipsa, scilicet quando occurrit communio in rẽ, dixit Iac. de Are. si est vtriusque eadem causa defensionis, non potest testificari, aliàs secus, arg. ff. de appe. l. si quis separatim. Vel potes clariùs concludere scilicet, quòd si est quæstio de iure indiuisibili, vt seruitute: non potest tunc vnus pro alio testificari; quia tãgit vtrumque forte prædium. ff. de nego. gest. l. qui aliena. in fi. Si de diuisibili, & cõtenditur de sola parte consortis: tunc si contenditur mecum; vt quia duo prouocant me ad diuisionem, quorum quilibet dicit partem ad se pertinere, non possum testificari; qa reus sum: sed si inter ipsos dominos est contentio, ita quòd non sim pars iudicij, nec interest mea: tunc possum; cessant enim omnes rationes prohibentes, ex quo nullum commodum ex hoc reporto. Hor ista etiam sufficiant vobis in hac l. Et ea notate; quia sunt quotidiana, & vtilia.

Ex l. Ad fidem rei.

SVMMAE.

1 *Non est regulariter necessarium, quòd testis ad actum adhibitus, sit rogatus.*

L. Ad fidem rei. ¶Non est regulariter necessarium, q testis † ad actum adhibitus, sit rogatus.h.d. ¶In glo. vnica ibi [in testamento] &c. Vtrùm autem in eo descripti, præsumantur rogati, dic, vt no. C. de testa in l. hac consultissima. §. pen. & per Bar. de verb. oblig. in l. sciendum. Itē an idem in codicillis requiratur. s. quòd sint rogati, dic, vt in l. fi. in fi. C. de codicil. ¶In ea. ibi [sed hoc non bene ibi aperit] imò nullo modo; vnde iste casus communiter nō tenetur, nec placuit Pe. vt refert Cin. in d. Auth. rogati. hic in fin. alleg. ¶In ead. ibi [alij tamen dicunt per dictam Authen.] &c. & malè secundùm omnes.

Ex l. Vbi numerus.

SVMMAE.

1 *Pluralis loquutio verificatur ex duobus.*

1 L. Vbi numerus. ¶Pluralis † loquutio verificatur ex duobus.h.d. ¶In text. ibi [duorum numero] & illum numerum ad sui verificationem necessariò requiritur, l. fina. ad Trebel.

Ex l. quęsitum.

SVMMAE.

1 *Extensio fit de casu ad casum legis, causa absurditatis euitādę.*
2 *Infames repelluntur à testimonio officio iudicis.*
3 *Iudex potest supplere ex officio, etiam parte non opponente, vbicunque ius publicum laditur.*

L. quęsitum. ¶Id, quod omittitur à lege, suppletur à iudice. ad hoc allegatur. ¶In tex. ibi [sed neq;] hic primò allegat, quòd possint. ¶Ibi [veruntamen.] Hic ponitur solutio quæstionis cum responsione ad rationem. s. alleg. in oppo
1 situm. ¶No. ergo † quòd causa euitandæ absurditatis, debet fieri extensio legis ad casum in ea non expressum, habentem similem rationem. Et ad hoc alleg. multotiens
2 Bart. hanc l. ad materiam statuti. ¶Secundò no. † quòd ne ius publicū lædatur, infames ex officio iudicis à testimonio repelluntur, & sic iudex supplet: sic. s. de postu. l. quos prohibet. & ibi no. per gl. &. j. de magi. conue. l. 1. §. si Præ
3 ses. il 2. & ibi etiam alia glo. Et ex hoc sume doctrinā, † q iudex supplere potest ex officio, etiam parte non opponēte, vbicunque ius publicum lędatur: de quo no. i l. 1. C. vt quæ desunt aduo. par. Et idem dic, vbicunque potest procedi lite non contestata; nam & tunc iudex supplet de facto. Ita no. Innoc. de accu. in c. veniens. & Bart. tangit in l. 4. §. hoc autem. j. de dam. infec. Aliquid etiā in l. accusatore. §. ad crimen. j. de publi. iudi. facit etiam quod not. per glo. in l. ampliorem. C. de appella. quæ dicit, quòd est speciale: quod tamen non est verum; quia communiter reprehenditur: aliàs autem vbi hæc non concurrant, nec offendatur ius publicum, sed priuatum, pars debet excipere. C. eod. l. si quis testibus. & Auth. si dicatur. ¶Demum circa hanc l. dubitatur, quid faciat statutum, quòd testes recipiantur sub aliquo crimine, vt adulterio &c. infamia non obstante, an infames admittantur ad probandū adminiculum, puta in casu proposito ad probandum matrimonium, sine quo non est adulterium, dic quòd non; quia licèt requiratur, quòd violentatum fuerit matrimonium: tamen in matrimonio non consistit crimen, sed in ipsa cōmixtione: vnde ipse actus commixtionis tantùm probabitur per infames, sed non matrimonium, vel alia adminicula. Ita dicit no. Bar. in l. in quæstionibus. j. ad leg. Iul. ma. & alleg. ad hoc extra de simo. c. per tuas. quod est no. ¶In tex. ibi [omissum]. i. specialiter nō declaratum. ¶In glo. fin. in fi. ibi [l. nullum.] & ibi vide casum singularem, coniuncta prima glo. quo clericus delinquendo in iudicio, se astringit foro iudicis layci. quod est not. An tamen sit verum, dic, vt ibi.

Ex l. Scio quidem.

SVMMAE.

1 *Damnatus de adulterio, siue sit laycus, siue clericus, non potest esse testis in aliqua causa.*

L. Scio quidem ¶Damnatus de publico crimine, est inhabilis ad testimonium ferendum. h. d. cum princ. l. seq.
1 ¶No. † ergo damnatum de adulterio, siue sit laycus, siue clericus, non posse esse testem in aliqua causa: secus autē si esset adulter, vel homicida nondum condemnatus; nam secundùm leg. nullum crimen repellit testem, non lata sententia, nisi periurium, vt not. s. de insa. in l. Lutius. & est casus extra eod. i c. testimoniū. quod intellige, quando opponitur crimen tantùm. Secus autem si opponatur crimē cum infamia facti: quo casu dic, vt no. s. de senat. in l. Cassius. & C. de sum. tri. & fide catho. i l. 1. & scripsi in l. 3. in prin. s. eod. quia tamen homicida, vel aliud graue delictū committens, per hoc efficitur vilis persona. C. vbi senat. vel claris. l. 1. fortè in graui facto non debebunt recipi sine tormentis, per not. in l. lege Iulia. & l. serui. s. eo. vbi viles personæ torquentur &c. ¶In gl. cum adhuc nō sit &c. in fi. ibi [l. quamuis] sed tunc non repelletur; quia dānata: sed quia mulier, vt. j. de test. l. qui testamenta & not. j. eod. l. ex eo.

Ex l. Repetundarum.

SVMMAE.

1 *Magis potens trahit ad se minus potens.*
2 *Collegiū à clericis, et laycis constitutū, à quibus denominetur.*

L. Repetundarum. ¶Participās de vtroq; sexu, iudicatur secundùm illū, in quo magis participat. h. d. ¶Vel sic, & subtilius. Oppos[iti]un ex oppositis iudicat in eo, quod plus pōt. h. d. concor. l. Hermaphroditū. s. de sta. ho. ¶Ibi [ostendit] intellige sm l. ex eo. j. eod. quæ hic
1 ponit exēplū, vt vides. Sic ergo no. † q magis potēs trahit ad se minus potens, & sic facit ad quæstionem de ciuitate vnita ciuitati, vel de castro vnito ciuitati. s. q magis po-

tens trahit ad se minus potens, & facit illud regulare secundùm se. De quo per Guil.& Bart. in l. si conuenerit. la 2.§.de pigno.actio.§.1.tangitur etiam per Bar.C. de metropo.Berito.l.1.lib.10.facit glo. no. extra de sede vacan. in c.1.quæ clariùs facit in materia,& vide ipsam. ¶Item
2 not. ex hac l. argumen. † quòd si idem collegium sit ex clericis,& laycis,quòd dicatur collegium clericorum,vel laycorum, secundùm quòd plures ibi inueniantur; quia à maiori:ate numeri iudicatur res. Item etiam facit,an statutum disponens, quòd fœmina non succedat extātibus masculis. Quid de Hermaphrodito? satis declaratur hic,vel collige ex isto §.& ex l.quæritur Hermaproditum. ff.de sta.homi.

Ex l.Qui falsa.

SVMMAE.

1 *Falsitas vel variatio in teste,repellit eius dictum.*
2 *Testis reuelans dictum suum secretum ante publicationem,debet puniri.*
3 *Testis an puniatur de falso,si eius dictum falsum non valet.*

L. Qui falsa. ¶Testis falsarius,vel vacillans, vel secreta reuelans, est per iudicem puniendus. Hoc dicit. Hor notetis illa
1 tria. ¶Not.ergo,† quòd falsitas,vel variatio in teste repellit eius dictum: & facit eum puniri, quod intellige, quando ista falsitas, vel varietas contingit super circunstantijs, quæ tangunt negotium principale, in alijs autem secus.Ita dicit not. Guil.in Spec.de teste. §. 1. ver. Item, quod aliud. & hoc dictum didici à Ioan. And. in nouel. Item non debet intelligi ista l. de varietate testimonij inter vnum testem, & alium; quia illa reducitur ad concordiam, vel statur dignioribus. ff. eod. l. ob carmen. §. fin. Sed debet intelligi,quòd testimonia vnius, & eiusdem testis erant inter se diuersa,& varia: quo casu loquitur ista l.& l. eos. ff. de fal. ¶Demum not. quòd testis, qui falsum admiscet, repellitur in totum.Ratio est; quia dictum testis fundatur super indiuiduis, scilicet super iuramento, & ex quo eliditur iuramentum, nullo modo valet di-
2 ctum. ¶Item not.† quòd testis reuelans dictum suum secretum ante publicationem, debet puniri, facit. ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. instrumenta. Et per hunc text. fit præceptum testibus, ne ante publicationem reuelent dictum suum. Vtrùm autem possint dictum suum corrigere, qualiter, & quando, vide quod not. Innocen. extra de testi. cogen. in c. præterea. ante fin. & quod not. gloss. in Authen. de testi. §. quia verò. in gloss. magna, vbi hæc quæstio. Et Bart. tangit. in dicta. l.eos.de fal.sed non ita plenè. ¶In gloss. 1.in fin. Quando testis dicatur variare, titubare, & vacillare: tangitur etiam per Bart. in d. l. eos. & per Innocen. clariùs in dicto.c. præterea. quod declaraui. ff. eod. in l. 2. vbi omnino vide. ¶In gloss. 3. ibi. [l. eos qui.] Et aduerte, quòd per illam l. in 2.responso. consuluit ibi Bart. quòd coram testibus extra iudicium interrogetur testis, quid sit de illo negotio, vt sic si aliud postea dixerit in iudicio, puniatur de falso. pro cuius dicto videtur facere gloss. ordi. extra de præsumptio. in c. literas. licèt ad illam posset respondere, quod ibi est speciale in causa matrimoniali. Ita loquatur illa glo. Sed contrarium audiui aliàs fuisse consultum per glo.extra eo.in c.cū causam,quæ inter.& per tex. in c.1. de contentio. inter dominū, & vasallum. de inuesti.feu. & in c. 1. si de inuesti. inter dominum, & vasa. lis oria. quæ tamen iura non videntur multum facere. Sed melius facit tex.in c.1.quid si de inuesti. & ibi Bal. inducit illum tex.ad hoc,quem no.Pro hoc etiam induco.C.eod. l.solam.coniuncta glo.vbi dicitur,quòd attestatio testis facta coram vicinis,nil releuat;quia extra iudicium,& extra formam iudicialem. Hor hæc allegatio plus placuit assidenti, quàm præcedens. ¶ Vltimò extra gloss. adde,
3 † quid si falsum dictum testis non valet, an nihilominus puniatur de falso, de quo vide per Bart. tactum in l.si quis legatum. ff. de fal. vbi etiam not. Quid de notario,qui fecit instrumentum falsum, quod tamen apparet esse nullum,an puniatur de falso.

Ex l.Pater,& filius.

SVMMAE.

1 *Inuicem coniuncti,non prohibentur pro extraneo esse testes.*

L. Pater,& filius. ¶ Inuicem coniuncti, non prohibentur pro extraneo esse testes. h. d. ¶ Potuit autem esse dubitatio huius l.quia pater,& filius censentur vna persona,l.fi.C.de impube.& alijs substi.& not. C.qui ætate.l.1. lib. 10. vnde videbatur, quòd dictum amborum esset dictum vnius tantùm.Contrarium tamen deciditur vt hic. ¶Qualiter autem hic nominati possint ad inuicem pro se testificari,& quādo, vide quod dixi.ff.eo.in l.testis idoneus.

Ex l. Ex eo.

SVMMAE.

1 *Prohibitum in vno casu specialiter,à contrario sensu regulariter permitti videtur.*
2 *Mulier in casu l. ex eo. de test.admittitur ad testimonium ferè. idem in causa criminali.*

L. Ex eo. ¶Argumentum à contrario sensu est de iure validū, ad hoc allegat cōcor.l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius,cui man. est iuris. & l. conuenticulam.C.de epis.& cler.¶ Vel sic.Id,quod specia
1 liter in vno casu † prohibetur,à contrario sensu a regulari-
2 ter permitti videtur.h.d.¶Nota casum hic,† quòd in cau-
2 sa criminali mulier ad testimonium admittitur. Et sic videtur casus contra not. extra eod. in c. super eo. & c. cum ex literis. Et ibi not. quòd in causa criminali criminaliter mota,mulier non possit testificari: secus si ciuiliter agatur de crimine. Sed responde, quòd illa iura procedunt secundùm dispositionem canonicam:secus ergo, secundùm dispositionem iuris ciuilis, secundùm quam admittitur vt hic.Ita dicit glo.no.extra de verb.sig.i c forus.§.fi.quæ sic dicit. Aliud de iure canonico, aliud de iure ciuili. Et hoc scire est vtile,vt sciatur, quid seruādum in terris Ecclesiæ, & Imperij.Nam in terris Ecclesiæ seruabuntur iura canonica.In terris Imperij iura ciuilia, secundùm quod no.Inno. extra de ope.no.nunc.in c.1.

ADDITIO.

a Contrario sensu. Adde tamen,quod sumi non debet ex verbis narratiuis argumentum à contrario sensu,Alexand.in cons.

cons. 105. incip. Magnifice Pretor. in 3. volum. Nec etiam sumi debet, quando resultauerit absonus intellectus. idē Alex. in cons. 355. incip. Ponderatis his. in 2. volu. 178. & in cons. 185. incip. in Christi Saluatoris. in 2. vol. Et habet locum in statuto, quādo statutum aliàs esset superfluum, vide Pau. de Cast. in cons. 98. in secunda parte consiliorū. vers. Constat. n. argumentum sumptum. vide etiam Alex. in cons. 159. incip. Visis, & oportunè. in 2. vol. quasi per totum consil. fol. 18.

Ex l. Inuiti.

SVMMAE.

1 *Publicanus, vel ex iusta causa absens, vel aliter impeditus, non possunt cogi testimonium ferre.*

1 L. Inuiti. ¶Publicanus, †vel ex iusta causa absens, vel aliter impeditus, non compellitur testimonium dicere: sic nec pupillo denunciari potest, vt dicat. h. d. Et intellige hanc l. de absente ex necessaria causa; aliàs enim compelleretur inuitus venire ad testificandum, l. si quando. C. eod. & sic non haberet locū ista l. Ratio autem huius l. in publicano, & aliter impedito non fuit propter eorum fauorem: sed fuit ipsa necessitas, ne desistere cogantur ab officio suo; quia istud declarat modò vobis litera. ¶In glo. fin. ibi. [item hoc videtur fallere] scilicet quod dictum est de pupillo in causa ciuili. ¶In ead. ibi [sed facit aliquod indicium] not. ipsam, cui habes similem. C. ad Syll. ī l. fi. in prima gl. Adde tamen, an tales (de quibus hic, qui examinari non debent) examinati saltem faciant indicium: quod no. ʒ. de quęst. in l. maritus. & latiùs dixi. ś. eod. in l. 3. §. lege Iulia. vbi etiam declaraui, nunquid pubes factus possit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate. vide ergo omnino ibi notata.

Ex l. In testimonium.

SVMMAE.

1 *Accusatus de crimine publico, an admittatur ad testificandū*
2 *Testis, qui non debuit examinari propter ætatem, si examinatur, an faciat indicium.*
3 *Testis vnus an faciat indicium in criminalibus.*
4 *Testis vnus omni exceptione maior, an faciat semiplenam probationem in criminalibus.*

L. In testimonium. ¶In causa criminali non te
1 stificatur † accusatus de crimine publico, vel minor viginti annis. h. d. secus in ciuili, vt no. per gloss. extra. eod. in c. fin. Et eadem fit ibi distinctio in causa appellationis; ibi ergo omnino vide. ¶In glo. fi. ibi [hoc in criminali] ad-
